BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVIII
F
23.

I - F 23 -

VINDICIÆ CAVSÆ PALATINÆ;

SIVE

Aſſertio & Deductio Juris inviolabilis legitimæ Succeſsionis,

SERENISSIMI ET CELSISSIMI

PRINCIPIS,

CAROLI LUDOVICI,

Comitis Palatini ad Rhenum, Sacri Romani Imperii Archidapiferi & Electoris, Ducis Bavariæ, &c.

IN

ELECTORATVM & COMITATVM PALATINVM,

in ditiones, feuda, regalia, prærogativas & dignitates, in officia, munera, & jura, in acceſſiones, & pertinentias connexas & cohærentes:

Eadem Operâ & occaſione,

Cæterorum etiam in Orbe Chriſtiano Regum, Principum, Imperiorum, tum jura Succeſſionum, tum formæ regiminis delibantur & declarantur.

Autore

IOANNE IOACHIMO à RUSDORF,

Nobili Bavaro, Conſiliario Archi-Palatino.

ANNO DOMINI CIↃ IↃ C XL.

SERENISSIMO ET CELSISSIMO

PRINCIPI

CAROLO LUDOVICO,

Comiti Palatino ad Rhenum, Sacri Romani Imperii Archidapifero & Electori, Duci Bavariæ, &c.

HAs levidenſes lucubrationes, quas imperaſti, & à me efflagitaſti, Sereniſsime Princeps, ad pedes nunc tuos expono: Si vel tuo vel publico adſpectu dignos, tantumque mereri æſtimaveris, tolli: ſin minus, tanquam immaturum & exterricinium fœtum, inauſpicatis nixibus editum, projici præcipito. Meâ enim non tanti refert nec erit, ut frontem multum contraham, etiamſi partus hic meus imperfectus demergatur vel defodiatur: Nam utroque caſu, hoc eſt, ſive lucubrationes iſtæ in publicam lucem producantur, ſive tenebris damnentur, mihi nihilominus obſequii gloria, quam potiſsimum in iis evigilandis ſpectavi, relicta conſtat, dum pro virili meâ conatus ſum demandatam, licet difficilem, & gravem, provinciam exſequi, & tuo

imperio atque juſſui obedientiam accommodare. Conatus in laude effectus in caſu eſt. Quantum ego quidem ingenio & viribus potui, quantumque temporis anguſtia, quâ coarctabar, permiſit, me præſtitiſſe & elaboraſſe autumo; ratus & perſuaſus, non uſque adeò contemnendum argumentum & ſpecimen meæ erga te, Celſiſsime Princeps, conſtantiæ, obſequii, & fidei dediſſe. Tu modo iſtud, quidquid eſt, æqui, bonique facito, & hac in parte non ſecùs ac in aliis etiam rebus & actionibus tuis DEUM, τὸν παιδευτὴν τῶν ἀρχόντων, imitari teneris: non tam ad ſacrificium & donum immolantis, quàm ad mentem & obedientiam ſacrificantis reſpiciendo. Si excitatius ingenium, ſi confirmatior valetudo, ſi major rerum cognitio & experientia, ſi facundia & doctrina, ſi florentior & ferendis laboribus aptior ætas, ſi optatior vitæ conditio, ſi inſtructior librorum ad rem ejuſmodi arduam & diffuſam tractandam neceſſariorum ſuppellex, præſtò fuiſſet: opus utique dignius, elaboratius, & conſummatius protrudere potuiſſem.

Quàm parùm viribus valerem, & quàm imparatus eſſem ad iſtiuſmodi cauſas perorandas, & tuendas, liberè ſæpiùs & ingenuè profeſſus ſum: quia tamen Tu, Sereniſſime Princeps, & multi alii Procerum, qui partes tuas ſequuntur, tum amici mei, jubebant & hortabantur, tuâ & illorum benevolentiâ & æquanimitate fretus, plus oneris ſuſtuli, quàm ferre me poſſe intelligebam. Neceſsè enim eſt, ut confitear materiæ ſuſceptæ gravitatem & difficultatem,

tem, argumentorum circumfluentiam, redundantiam, & cauſæ, juriſque, perſpicuitatem, ſubindè ſtudium meum ſufflaminaſſe, ſçpè ingenium & ſtylum implicuiſſe, & claritate ſuâ mentem perſtrinxiſſe & obſtupefeciſſe, adeò ut nimia copia rerum & rationum me inopem & ſiccum reddiderit. At ſicut nihil eſt clarius & evidentius innocentiâ tuâ, nihil æquè perſpicuum juſtitiâ & integritate cauſæ tuæ, Princeps Celſiſsime; nihil jure poſtulationis tuç ſanctius & manifeſtius: ita nihil etiam difficilius & operoſius, quàm illa pro dignitate & meritis, ſicut ſublimitas & ſplendor rei poſtulat, concedente, & digno orationis eloquio exprimere, oſtendere, & ante oculos ſtatuere. Quid ſole luminoſius, quid ſtellis micantius, quid æthere illuſtrius, quid die lucidius, quid igne & flamma conſpectius? Pictores tamen, Poëtæ, & Oratores in his depingendis, deſcribendis, & eloquendis majorem profectò, quàm in aliis obſcurioribus, & minus cognitis rebus difficultatem deprehendunt. Quævis faciliùs materies carbone & ſepiâ, quàm Sol, Stellæ, Ignis, depinguntur.

Noſti, Sereniſsime Princeps, me jam ante quinque plus minus annos opus hoc adfectum & inchoatum habuiſſe, & parum abfuiſſe, quin typis & prælo committeretur, ſed remoras & impedimenta, quæ operis editionem protelare & ſuſpendere cogebant, velut ex tranſverſo objecta fuiſſe. Interea ego mihi gratulabar, me aliquid otii nactum ad curas ſecundas addendas, quibus opus

illuſtrarem, ut conſummatius, perfectius, & emendatius, atque longè auctius in lucem prodiret. Sed ſpes illa nimium citò decollavit, & votum meum intercepit, dum alia & publica negotia tuo nomine mihi expedienda commiſſa erant, quibus vacando, haud licebat commodè aliquid temporis ſubtrahere, & huic labori ſequeſtrare. Præterea etiam me gravis morbus, & diuturna invalitudo & languor, variâ cum ſymptomatum confluge invaſit, & ſubinde conatus meos eluſit. Iam tandem idem moleſtus & importunus hoſpes, hoc inprimis tempore, quo editio operis ſub incude eſt, me divexat, & diſcruciat, impediendo, ne ultimam relectionem & limam, eâ quâ par eſt curâ, adhibere valeam.

Sed quemadmodum in còmponendo & conſcribendo nullum Theſeum ἢ σύνεργον habui, qui me, vel conſilio, vel auxilio juvaſſet, & operam meam vel minimum relevaſſet: Ita nunc, in divulgando & edendo nullus in partem laborum venit; hinc quidquid, vel laudis & commendationis, quod ſanè parùm erit, vel vituperii & reprehenſionis, inde redundat, in me unum recidet. ὡς ἵππος μονοζυγὴς χωρὶς ὑποζυγίου currum hunc ſolus traxi. Iam voti mei ſumma in eo conſiſtit, ut cupiam, DEUM immortalem τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους ἡμῶν tantum mihi virium largiri in hoc deſperatiſſimo morbò, ut antequam ex hac mortali ſtatione, juſſu ſupremi Imperatoris diſcedere cogar, editionem hujus operis abſolvere queam; ne, ſi forte ſub onere, ſicut

ingra-

ingraveſcens quotidiè morbus minitari videtur, ſuccumbam; non tam labor meus irritus reddatur, quàm juſtiſſima cauſa tua, aliquod intertrimentum patiatur.

Quod ſi tamen immortalis ille mortalium Rector, & temporum, rerum, actionum, & ingeniorum humanorum moderator & fautor, otium, ſeceſſum, valetudinem, robur animi & corporis, commoditatem denique ad commentandum & ſcribendum indulſerit, aggrediar ſtudio contentiore eadem hæc, quæ nunc præmaturo & informi partu ejeci, identidem, more urſorum & canum lambendo figurare, hoc eſt, incudi & limæ reddere, & perpolitiora atque conſummatiora edere; ut in templo æternitatis ad perpetuam rei memoriam, ad ſeræ poſteritatis informationem, & ad omnium notitiam & obtutum dedicata & ſuſpenſa cum laude & applauſu permanere queant. Interea omnituentem illum Iudicem, cui merita cauſæ acta & veritas perfectiſſimè cognita & perſpecta ſunt, etiam atque etiam deorabimus, nobile ejus officium implorando, ut facta litis conteſtatione & concluſione, ſententiam tandem definitivam è cœleſti ſuo tribunali pronunciare velit, per quam condemnatis & proſcriptis injuſtitiæ & violentiæ Auctoribus, & interdictâ atque cohibitâ turbonum & deſpoliatorum audaciâ, Tu, Innocentiſſime Princeps, pleniſſimè, ſecundum canonem redintegrandæ in omnia ea, quæ tibi per vim erepta & ademta ſunt, & à depeculatoribus detinentur, cum omni

causâ

cauſâ reſtituaris, & jure atque poſſeſſione adjudicatâ & recuperatâ, quietè & perpetuò uti frui valeas; in invidiam & opprobrium tuorum inimicorum, in ſolatium oppreſſorum & exulum, in ſecuritatem & tuitionem Religionis, libertatis & ſalutis publicæ. Hac nuncupatione, in qua omnia alia vota, quæ pro incolumitate, & proſperitate noſtrorum Rectorum facere debemus, comprehenſa velim; has meas commentationes conſigno. Dabam è municipio Lucenſium XX Auguſti, Anno CIↃ IↃC XL.

Sereniſſimæ Celſitudinis Tuæ

Humillimus Cliens

IOAN. IOACHIMVS à RUSDORF.

PRÆFATIO,

AD

Candidos & benevolos Lectores, ad æquos veritatis & juris cognitores.

ARGUMENTUM.

In præfatione continetur primò examinatio cauſarum, & enumeratio rationum, tam earum quæ auctorem ab hoc genere ſcribendi abſterrere & revocare potuiſſent; quàm quæ ad ſubeundum hoc onus eum impulerunt & incitarunt.

Deinde reſpondetur ad priores rationes, & oſtenditur, quod poſteriores illas præponderarint: ſubinde etiam propoſitum & ſcopus, ad quem hæc ſcriptio unicè collimat, indicatur, ſimulque ſolemni factâ proteſtatione & declaratione, demonſtratur, animum injuriandi & conviciandi, vel alicujus exiſtimationem lædendi, longè ab auctore abeſſe.

Tum ad introductionem, & meliorem intellectum ſequentium, quædam præcognoſcenda, in gratiam peregrinorum & eorum, quibus leges & conſuetudines imperii, & feudales, certique termini & allegationes, nominaque in præſentem materiam directa, non tam probé cognita ſunt, pr æmittuntur & explicantur.

Denique excuſatur, & ratio redditur, cur auctor, cum in præfatione amplior fuerit, tum quædam interdum repetere & iterando inculcare operæ, duxerit pretium.

CONSPECTVS.

1. MUlta à ſcribendo auctorem deterruiſſe; multa etiam, imò potiora, incitaſſe.

2. Utraque ut examinentur, operæ pretium mereri.

3. Primò: ſcrupulum injeciſſe materiæ ipſius gravitatem & difficultatem.

4. Cauſam enim hanc Palatinam graviſſimam quidem & difficillimam; ſed explicatam & deductam ſupra modum perſpicuam & dilucidam eſſe.

5. Jus feudale, apices & theſauros Principum continere, ſapientum ingenia atque calamus omni ætate fatigaſſe.

6. Deciſionem cauſæ feudalis, non niſi à feudiſtici juris apprimè gnaro, inveniri poſſe.

7. In feudorum materiâ, jus publicum totius Reipublicæ Chriſtianæ magnâ ex parte conſiſtere.

8. Feudorum jura Germano-Romani Imperii fulcra eſſe.

9. In regnis, Imperiis, Poteſtatibus deſcribendis verſari. ideò eorum cognitionem ad ſummam Reipublicæ pertinere.

10. Librus feudiſticos carnificinam ingeniorum, & Augiæ ſtabulum vocari.

11. Varias autem feudorum conſuetudines & leges eſſe.

12. Secundò: partium ſplendorem & majeſtatem perplexum reddidiſſe Patronum cauſæ.

13. Ex utroque latere, viros regiâ & principali poteſtate & dignitate præfulgidos adſtare.

14. Carolo Ludovico, & hujus fratribus, Palatinatum & munus electorale ademtum, idque in extraneum tranſlatum fuiſſe: cum ipſi

15. Eſſent infantes, & nullius adhuc doli, neque maleficii capaces.

16. Infantes propter innocentiam tutos eſſe debere.

17. In parvulis nullam culpam deprehendi poſſe.

 18. Ter-

18. Tertio: judicum & cognitorum majeſtatem & potentiam, atque etiam affectus erga cauſam cauſæque Dominos terruiſſe defenſorem.

19. Difficile coram judicibus armatis, ſuſpectis, & hoſtibus, qui ab executione inceperint,

20. Contra eos, qui & ipſi armati & bonorum controverſorum detentores ſint,

21. Pro inermibus & præſidio deſtitutis, cauſam orare.

22. Juſtitiam, innocentiam, pietatem hodie monſtra eſſe, & ludibria vulgi.

23. Autoris & ſcriptoris præſentem conditionem vitæ, ætatem collapſam, valetudinem infirmam, imbecilitatem ingenii & corporis, ignorantiam, & ſimiles defectus, ei imperaſſe & ſuaſiſſe ſilentium.

24. Suo quemque pede ſe metiri: ſeque ante meminiſſe & noſſe debere, quam ſibi ſit curta ſuppellex.

25. Perverſorum hominum judicia, calumnias, criminationes, oppoſitiones, quas hoc ſcriptum eſſet provocaturum; ad ſilentium ſcribentem hortatas fuiſſe.

26. Periculum item & offenſionem, cui ſe exponeret autor, conſuluiſſe, ut à ſcribendo abſtineret.

27. Nobis linguam, adverſariis molares eſſe.

28. Ad ſuſcipiendam hanc advocationem tam cauſæ juſtitiam, innocentiam & jura clariſſima Principum adoleſcentum & pupillorum, quàm injuriam manifeſtiſſimam, quâ inauditi & indefenſi afficiantur, impuliſſe & commoviſſe advocatum.

29. Dedecus, crimen & damnum fore, ſi relinqueretur abſque defenſione.

30. Hanc cauſam totius Imperii, Reipublicæ Germaniæ & Chriſtianæ ſalutem, libertatem & ſecuritatem concernere.

31. Palatinatum partem Imperii & Europæ eſſe, Imperium verò caput & corpus.

32. Primas igitur meritò huic, hoc eſt, Patriæ, & Reipublicæ majori tribuendas: ſecundas Palatinatui Patriæ minori.

33. Temerarios & viles ſibi, ſuæque Urbi, conſultum & proſpectum cupere, ac parum ſollicitos eſſe, quid de Orbe & communi omnium ſalute fiat.

34. Palatinis falsò imputari, quod, per ruinam & excidium Imperii & Ordinum, cupiant tedemtum Palatinatum.

35. Impertinens unius civis dictum & opinionem, non eſſe extendendam ad omnes concives, quaſi ejuſdem eſſent ſententiæ.

36. In opprobrium ceſſurum fuiſſe Palatinis & Palatinicarum partium ſtudioſis, ſi nullus ſurrexiſſet ad defendendam & orandam cauſam ſuorum Principum.

37. Plurimos quidem eſſe, qui auctorem ingenio, experientiâ & ſcientiâ ſuperent; & hanc cauſam cupiant aſſertam: eos tamen propter graviſſimas cauſas tacere.

38. Auctorem exiſtimaſſe ad ſe quoque probrum redundaturum fuiſſe, ſi tacuiſſet.

39. Fidei, pietatis & obſequii, tot annis continuati, perſeverantiam, orbi terrarum teſtari hoc ſcripto voluiſſe.

40. Nihil honeſtius & dignius ſervô & conſiliario, quàm Heri & Principis ſui res, cauſam, dignitatem & commoda tueri.

41. Hoc legem Divinam & humanam præcipere.

42. Jojadam Sacerdotem laudari in ſacris, quod Regem Joas puerum defenderit contra Athaliam uſurpatricem regni.

43. Servitutem eſſe non defendere audere, quem velis.

44. Domeſticos, Vaſallos, & familiares jurare, ſe defenſuros juſtas ſuorum Dominorum cauſas atque exiſtimationem.

45. Peccatum eſſe veritatem relinquere tenebris demerſam.

46. Qui non obſiſtat injuriæ, cum poſſit, eſſe non minùs in vitio, quàm ſi Parentes, aut Patriam deſerat.

47. Damnum maximum ex ſilentio & taciturnitate ſecuturum fuiſſe.

48. Silentium teſtimonium, tum agnitæ culpæ, tum diffidentiæ juris ſui, tum ſententiæ & executionis approbatæ, præbiturum fuiſſe.

49. Silentium & patientiam alteri jus & titulum tribuere.

50. Qui taceat, licet non fateatur, attamen non negare.

51. Eum, qui non contradicat, patiendo & tacendo præſumi juri ſuo renunciare, & conſentire.

52. Taciturnitatem, ad ſublationem actionis competentis, pro conſenſu haberi, quando fiſcus bona eripuit & alienavit.

53. Silentium annale, quando feudum alteri traditum & conceſſum eſt, haberi pro conſenſu.

54. Vaſallum, ſi per annum, ex quo ſcivit, extraneum inveſtitum, taceat, deinceps non amplius audiri.

55. Vaſallum ad quem feudum per ſucceſſionem jure pertinet, ſi conſenſerit eos inveſtiri, ad quos non pertinet, nullo modo ad repetendum feudum regreſſum habere.

56. Sententiam, quamvis injuſtam, tranſire in rem judicatam, & cenſeri comprobatam, per patientiam & ſilentium non reclamantis.

57. Ab eo judicato, quamvis abſentibus, ignorantibus & indefenſis prolatum ſit, ſi non illico poſt notitiam querela fuerit delata, non recedi.

58. Aucto-

58. Auctorem viam ſternere voluiſſe, ut feliciore alii ſucceſſu, & ampliore opere, hanc cauſam defendant & aſſerant.

59. Principis mandatum, & amicorum exhortationem, non parùm exſtimulaſſe ad hanc ſcriptionem ſuſcipiendam.

60. Magiſtratui parere, rationem officii & præceptum Dei jubere: amicis gratificari, legem honeſtatis ſuadere.

61. Amicorum cauſâ honeſta facienda.

62. Auctorem, quia ante hac & ſæpiùs huic cauſæ patrocinatus ſit, judicare ſuæ exiſtimationis interfuiſſe, continuare patrocinium.

63. Advocatum defenſionem ſuſceptam deſerere non poſſe, ſine crimine & ignominiâ.

64. Demiſſi animi ſignum; deſperatione debilitatum id experiri nolle, quod ſe aſſequi poſſe diffidat.

65. Par eſſe omnes omnia experiri in Republica, & in rebus laude dignis.

66. Prima ſequenti honeſtum eſſe, in ſecundis tertiiſque conſiſtere.

67. Diligentiam in omnibus rebus, maximè in cauſis defendendis, plurimùm valere.

68. Auctorem malle opprimi onere officii, quàm id, quod ei cum fide ſemel impoſitum ſit, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere.

69. Inſtar ſacrilegii eſſe de poteſtate ſummi Principis diſputare, & ei contradicere.

70. Errorem, nullitatem & injuſtitiam in judicando & reſcribendo commiſſam allegari & refutari poſſe, citra ignominiam judicantis aut reſcribentis.

71. Reſcripta contra jus elicita ab omnibus refutanda.

72. Spem eſſe, ſupremum magiſtratum deprehensâ nullitate & admiſsâ informatione emendaturum, quæ perperam juſſit & pronuntiavit.

73. Principes ſæpè malè informari, & ex falsâ impreſſione eis datâ, contra jus & leges multa decernere.

74. Principem contra jus diſpenſantem, non præſumi juſtâ cauſâ motum.

75. Principem circumventum præſumi, ſi contra leges quid præceperit.

76. Reſcriptum præſumi obreptitium, quando in alterius injuriam cedit.

77. Principes, & leges, juſtitiæ ſervandæ causâ conſtitutos.

78. Principis poteſtatem ſummam quidem; ſed intra juſtitiæ cancellos concluſam.

79. Imperatorem Romanum ex contractu & per jusjurandam obligari ad obſervationem legum feudalium, & conſtitutionum Imperii.

80. Contra eos nihil edicere, concedere, reſcribere & ordinare poſſe: ſi fecerit, ipſo jure, id nullum eſſe.

81. Principem æquo animo ferre debere, veritatis & juſtitiæ aſſertionem.

82. Unicuique gravato & læſo, per leges Imperii permiſſum conqueri, nullitatem & iniquitatem commiſſam refutare, ſententias & decreta injuſta reſcindi petere.

83. Reviſionis actorum remedium in Imperio proptereà inventum & conſtitutum:

84. Non ſecùs ac in aliis regnis, ſupplicationis & ſyndicatus remedia.

85. Auctorem laudem potiùs ſperare conſequi hâc ſuâ defenſione, quàm offenſionem & periculum.

86. Injuſtum in aliis odiſſe, quod quis in ſe ſuiſque probet.

87. Si non ſit religioni contrarium, nocentem aliquando & nefarium defendere: religioſiorem eſſe, & majorem laudem promereri eum, qui innocentes tueatur.

88. Publicè intereſſe innocentes defendi.

89. Advocationis officium neceſſarium vitæ humanæ.

90. Advocati non minùs provident humano generi, quàm ſi præliis Parentes Patriamque ſalvarent.

91. Jure permiſſum, etiam extraneo, bannitum defendere.

92. Defenſorem & inſtructorem eo quoque caſu admitti debere, quando Procurator intervenire non poſſit.

93. Quantò magis audiendus & laudandus, qui familiaris eſt, & defendit Principes ſuos innocentes.

94. Non eſſe metuendam offenſionem & iram, neque timendum periculum, ſi quæ juſta & honeſta ſint, faciamus.

95. Licitum hominis cujuſvis defenſionem ſuſcipere.

96. Advocatum ad officium advocationis ſubeundum compelli poſſe.

97. Eum qui metu veritatem occultet, iram Dei in ſe provocare.

98. Perverti humanum judicium, ſi metu alicujus poteſtatis veritas reticetur.

99. Melius, pati pro veritate ſupplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium.

100. Traditorem veritatis etiam eum eſſe, qui liberè veritatem non defendit.

101. Veritatem opprimi, ſi negligatur defendi.

102. Juris conſultos præ cæteris veritatis obſervatores eſſe debere.

103. Innocentiam non vereri indignationem Judicis.

104. Maximam habere ſecuritatem.

105. Etiamſi auctor malè feciſſet hæc ſcribendo,

beudo, cum tamen excuſaret fides, pietas & affectio in ſuos Principes.

106. Item neceſſitas officii.

107. Denique juſſus & mandatum ſuperiorum.

108. Juſſum Magiſtratus excuſare, ſi quid perperam actum.

109. Auctorem jurejurando affirmare, ſibi animum nequaquam eſſe, neque fore, alicujus Principis majeſtatem, famam & dignitatem lædendi.

110. Si quid liberiùs & præſidentius dictum, condonandum & attribuendum cum dolori animi, tùm veritati, tùm pietati & officio.

111. Difficile ægritudinem animi & juſtam indignationem cohibere.

112. Injuriam & animum conviciandi longè abeſſe ab Auctore.

113. Veri criminis exprobrationem, ſi Reipublicæ interſit, manifeſtum fieri, à peccato & injuriarum actione liberare.

114. Vaſallo licere exprobrare Domino injuriam, eumque accuſare maleficii, ad ſui ſuorumque defenſionem.

115. Injuriam ex animo & affectu facientis dependere.

116. Injuriam non fieri niſi dolo malo.

117. In auctore nullum indicium doli, aut mali propoſiti eſſe, cum unicum ſcopum habeat defenſionem juris ſuorum Dominorum.

118. Sententias, reſcripta, conventiones, omneſque actus, per quos Elector & ejus fratres à ſucceſſione & jure excluduntur, nullos eſſe; quia per eos jus quæſitum auferatur.

119. Jus, ſpe duntaxat competens, nemini auferri poſſe, ne quidem à ſummo Principe.

120. Sententias contra minores indefenſos, ipſo jure nullas eſſe.

121. Ex ſupra deductis apparere, quæ mens fuerit Auctoris.

122. Se adductum eſſe officio, fide, miſericordiâ, exemplo & conſuetudine ad hoc onus defenſionis ſuſcipiendum.

123. Quædam ad intelligentiam ſequentium prælibanda & explicanda eſſe.

124. Terminorum neceſſariorum declarationem præmittendam.

125. Auream bullam, legem eſſe primam fundamentalem, continere pleraque ad ſtatum Imperii pertinentia.

126. Mutari & abrogari, ne quidem cum Electorum conſenſu, poſſe.

127. Capitulationem legem fundamentalem eſſe, quâ præſcribatur, qualem Imperator poteſtatem habeat, & quomodo res & perſonas Imperii regere & judicare debeat.

128. Imperator modernus in capitulatione ſuâ inter alia promiſit, ſe, ſi quid alicui Principum per vim & injuſtè ademtum eſt, curaturum, ut reſtituatur.

129. Item nemini vim illaturum; ſed lege experturum, ſi quam contra aliquem actionem habeat.

130. Item neminem proſcripturum inauditum; ſed juris ordinem ſervaturum.

131. Conſtitutiones Imperii, ſeu receſſus eſſe decreta comitialia per Imperatores & ordines ſancita.

132. Præcipuas, inter conſtitutiones iſtas, eſſe primò ordinationem Cameræ, quæ ſit ſanctio pragmatica, formam juris dicundi præſcribens.

133. Deinde conſtitutionem Religionis, quâ ſanciatur neminem religionis causâ moleſtandum.

134. Tertiò, conſtitutionem de pace publicâ, quâ ſub pœnâ banni omnis violentia, dolo malo, & armatâ manu commiſſa, puniatur.

135. Quartò, conſtitutionem ſuper momentaneâ poſſeſſione, quâ poſſeſſio litigioſa ſequeſtratur, vel alterutri litiganti inhibetur, ut abſtineat.

136. Quintò, conſtitutionem pignorationis, quâ pignorationes defenduntur, & tolluntur.

137. Sextò, conſtitutionem arreſtorum, quâ arreſta, & impedimenta relaxantur & coercentur.

138. Ultimò, conſtitutionem ex l. diffamari, quâ diffamationes pacem turbantes reprimuntur.

139. Conſtitutiones & leges Imperii per modum contractûs inter Imperatorem & Ordines rogari, ut eò firmiores ſint.

140. Principem etiam ſupremum ligari ſuâ ſtipulatione.

141. Nun eſſe Dominum morum.

142. Non poſſe contravenire contractui ſuo, vel ex plenitudine poteſtatis.

143. De feudi definitione magnam eſſe inter Feudiſtas digladiationem.

144. Definitionem Oberti communiter approbatam.

145. Definitionem & Vulteji, & Boceri, naturæ feudorum convenientem.

146. Multiplices feudorum diviſiones; ſed Auctorem eas dumtaxat delibaturum, de quibus mentionem in libro ſuo faciat.

147. Feudum hæreditarium eſſe, quod conceſſum ſit factâ hæredum mentione.

148. In quo ſucceditur jure hæreditario; non ex providentiâ legis feudalis.

149. Eſſe duplex vel merè, vel mixtè hæreditarium.

150. Illud ad extraneos etiam: hoc ad deſcendentes maſculos tantùm tranſire.

151. De

151. De feudo hæreditario judicandum, ſicut de aliis rebus hæreditariis.

152. In Angliâ, Galliâ, Hiſpaniâ & Burgundiâ feuda eſſe inſtar patrimonialium, & quoad ſucceſſionem & jus fruendi, nihil ferè differre à bonis hæreditariis.

153. Vendi, alienari, donari, ad extraneos transferri, & confiſcari poſſe.

154. Hinc fieri, ut gentes iſtæ non tam benè comprehendant differentiam inter hæreditaria, & antiqua pactionata feuda.

155. Feudum ex pacto & providentiâ eſſe illud, in quo ſucceditur jure ſanguinis; ex diſpoſitione legis feudalis.

156. Feudum receptum pro ſe & hæredibus feudalibus, vel maſculis hæredibus, eſſe feudum ex pacto.

157. Pactum reſpicere primos acquirentes: providentiam, Dominum, vel legem concedentem.

158. In Germaniâ pleraque feuda nobilia eſſe feuda ex pacto.

159. In dubio præſumi potiùs ex pacto, quàm hæreditarium.

160. Feudum ex pacto nullam habere qualitatem hæreditariam.

161. Ideò nec alienari, legari, teſtamento relinqui, in dotem dari, nec confiſcari, aut ullo modo, ne pro redimendâ animâ, alienari poſſe.

162. Nec jure, nec appellatione hæreditatis venire.

163. Non applicari fiſco.

164. In eo tot eſſe conceſſiones, quot perſonas.

165. Feudatario mortuo, extingui illius jus & uſum fructum, quem habuerit tantùm ad dies vitæ.

166. Feudum ex pacto aliud eſſe in perſonâ feudatarii, aliud in perſonâ ſucceſſoris.

167. Unicuique concedi ad vitam.

168. Et unumquemque illud capere ex propriâ donatione.

169. Feudum ex pacto eſſe, vel hæreditarium, vel non hæreditarium.

170. Feudum paternum vetus vel avitum, quod ab aliquo aſcendente acquiſitum ſit.

171. Feudum novum, quod quis primo acquiſiverit.

172. In dubio præſumi vetus potiùs, quàm novum.

173. Licere filio repudiare hæreditatem patris, & retinere feudum ex pacto.

174. Liberum enim ſtare contractui, cujus virtute ſuccedat, & rejicere hæreditaria bona.

175. Filium & Agnatum non teneri ſolvere æs alienum defuncti, ſi hæres non ſit.

176. Magnam differentiam inter feuda hæreditaria, & ea quæ ex pacto.

177. Feudum regale, ſeu dignitatis eſſe, quod ab Imperatore conceditur, cum annexa dignitate regali, vel electorali, vel ducali.

178. Omnia feuda, quæ Principes Imperii habeant, eſſe feuda dignitatum.

179. Hæc eſſe vel ſæcularia, in re profanâ conſtituta, & dici vexillifera, quod cum vexillo concedantur:

180. Vel Eccleſiaſtica, quæ in ſe Eccleſiaſticâ conſiſtant.

181. Feuda dignitatum regulariter dividi non poſſe.

182. Per conſuetudinem tamen quædam dividi.

183. Sed electoratus nequaquam.

184. Quia feudum ſit regale individuum ex pacto, connexam habens cum territorio dignitatem.

185. Electoratus ſeptem in Imperio: tres ſæculares, in quibus ſucceſſio potius feudalis, quàm hæreditaria locum habeat.

186. Tres Eccleſiaſticos, qui connexi ſint Archiepiſcopatibus ſuis.

187. Regnum Bohemiæ aliquid peculiare habere, quoad ſucceſſionem.

188. Electorem eſſe, qui Electoratum legitimè conſecutus ſit, & obtineat.

189. Electores eſſe Ephoros generales Imperii.

190. Columnas & baſes vocari.

191. Eum qui injuſtè Electoratu & Principatu ſuo dejectus ſit, eſſe & manere Electorem, & retinere dignitatem; licet ſpolians jus ejus, & poſſeſſionem naturalem, uſurpet.

192. Per reſcripta Imperatoris, aut Papæ poſſeſſionem violentam non confirmari.

193. Regalia eſſe jura, quæ Imperator vel Rex concedat in ſignum præeminentiæ.

194. Præcipua regalia, quibus Electores, & potiores Principes in Imperio, gaudeant, recenſentur.

195. Electores & Duces Germaniæ Regibus comparati, & pro Regibus haberi.

196. Maximilianum I. dicere ſolitum, ſe Regem Regum eſſe.

197. Carolum V. ſe imperare in Germaniâ Regibus.

198. Nemini mirum videri debere, ſi Imperatori in Principes hos, qui ipſum certis conditionibus accipiunt & creant, non tantam poteſtatem, qualem aliis Regibus, abſolutioris potentiæ, in ſuos regulos, quos ipſi condunt, exercere liceat.

199. Regem in regno ſuo plus juris habere; quam Imperatorem in Imperio.

200. Inter Principes Imperii, præeminere Comitem Palatinum: & habere

A 3 pecu-

peculiaria & majora privilegia, quàm ullum alium.

201. Eſſe unà cum Saxonico Electore Vicarium Imperii, mortuo Cæſare.

202 Solum autem Judicem competentem Imperatoris, ſi couveniendus ſit.

203. Hinc vocari etiam Comitem Palatinum, qui titulus longè major ſit, quàm Ducis & Principis.

204. Imperatore ex Imperio abſente, eſſe Vicarium generalem per totam Germaniam, Galliam, & regnum Arelateuſe.

205. Ratione officii ſui eſſe Imperatorem & Directorem belli, ſi quod Imperium gerat.

206. In collegio Septemvirali inter Proteſtantes primum & conſiliorum directorem, & oppreſſorum Defenſorem & Protectorem honorarium.

207. Eo ſalvo, æquilibrium in Imperii librâ conſervari; eo remoto è lance, totam harmoniam collabi.

208. Inveſtituram eſſe actum, quo Dominus Vaſallo feudum cedat vel tradat, vel ejus poſſeſſionem acquiſiiam confirmet.

209. Sine eâ uullum feudum conſtitui.

210. Eſſe vel novi, vel veteris feudi.

211. Impropriè vocari; quia ſit potiùs renovatio inveſtituræ, quæ in primo acquirente facta.

212. Eſſe redintegratiooem & confirmationem primævæ.

213. Nihil tribuere; ſed confirmare, quod invenit.

214. Teneri Vaſallum petere renovationem, quoties vel Dominus, vel Vaſallus mutatur.

215. Et quidem iotra annum & menſem.

216. Si omiſerit petere, feudo privari in perpetuum:

217. Niſi eum juſta cauſa excuſet.

218. Inter cauſas numerari pupillarem ætatem. Adulto minori xxv. annis currere hoc tempus; ſed læſo dari beneficium reſtitutionis.

219. Dominum perdere jus ſuum in feudo, ſi malitioſè differat inveſtire vaſallum.

220. Proprietatem enim amittere, ſi intra annum & diem iuveſtituram non dederit.

221. Inveſtituram duplicem; propriam, quæ fiat reali introductione in poſſeſſionem:

222. Abuſivam, quæ fiat porrectione alicujus ſigni, & verbis in feudum conceptis.

223. Per abuſivam uon quidem tradi poſſeſſionem.

224. Tamen dari auctoritatem apprehendendi eam.

225. Et Dominum fide obſtringi ad præcisè tradendam rem inveſtitam.

226. Si moras nectat, cogi refundere Vaſallo omne id, quod ejus intererat, ſi feudum protinus eſſet adeptus.

227. Non liberari oblatâ compenſatione; ſed rem ipſam tradere teneri.

228. Si poſſeſſio apud alium fuerit, obligari juvare Vaſallum, ut recuperet.

229. Inveſtituram ſimultaneam eſſe, quando plures ſimul ſunt inveſtiti, ut ſibi ſimul mutuò ſuccedant.

230. Jus manus conjunctæ, ſeu Geſambte handt / vocari in Germaniâ.

231. Inventam, ut feudum perpetuò apud Agnatos & in familiâ maneat.

232. Inveſtituram primam iu omni caſu eſſe ſpectandam.

233. Ejus qualitates cenſeri repetitas in renovatione feudali.

234. Eſſe radicem & fundamentum omnium ſequentium.

235. Tenorem inveſtituræ derogare omni naturæ feudorum.

236. Eſſe ante omnia inſpiciendum; & ad eum recurrendum.

237. Oſtendere vim contractûs.

238. Non reſtringendum; ſed indefinité interpretandum eſſe.

239. Inveſtituram eſſe contractum.

240. Licet ſtricti juris; tamen latè & ex æquo interpretandum.

241. Beneficium feudale latè contra concedenrem explicandum, in favorem Vaſalli.

242. Hæredis vocabulum in jure feudali ſumi regulariter pro ſucceſſore feudali, ſive pro hærede ſanguinis.

243. Feudum receptum pro hæredibus, ex conſuetudine eſſe feudum ex pacto, uon hæreditarium.

244. In feudo antiquo hæredum appellatione maſculum intelligi.

245. Diſtinguendum inter hæredem hæreditatis, quem vocet ad ſucceſſionem hæreditas; & inter hæredem ſanguinis, quem natura & inveſtitura vocet.

246. Omnes ſucceſſores, etiam filium, habere feudum ex pacto acquirentis, & ex proviſione dantis.

247. Si qua qualitas hæreditatis in filio conſideretur extra feudum eſſe.

248. Jus acquiſitum dici tribus modis.

249. Primò, quia in Patre & filio ſit idem feudum.

250. Secundò, eadem utilis proprietas, quæ continuetur in filio.

251. Tertiò, eadem poſſeſſio fictione juris.

252. Jus ſucceſſionis acquiri ex lege contractus, vel ea inveſtiturâ.

253. Jus ita quæſitum perſonis in inveſtiturâ nominatis, ſive natis, ſive naſcituris, non poſſe auferri.

254. Nec

254. Nec ſummum Principem jus in feudo quæſitum tollere, vel mutare, vel alteri tradere poſſe, etiam de plenitudine poteſtatis.

255. Imò ne jus quidem ſpe quæſitum adimi à Rege & Imperatore poſſe.

256. Succeſſionem eſſe in locum alterius conceſſionem.

257. Aliam ex jure feudali, aliam ex jure civili:

258. Illam ex jure ſanguinis; hanc ex jure hæreditatis.

259. Jus ſanguinis reſpicere primum acquirentem; jus hæreditatis proximè defunctum.

260. Succeſſorem feudi omne jus ex primâ inveſtiturâ repetere.

261. Non ſuccedi proximè defuncto; ſed acquirenti primo.

262. Ex primi acquiſitoris ſtipulatione omnes ſucceſſores capere feudum.

263. Filios non jure ſucceſſurio, aut pro hærede; ſed jure proprio, beneficio dantis, ſuccedere.

264. Non Patrem; ſed primum acquirentem & concedentem in conſideratione eſſe.

265. Ex propriâ donatione filios ſibi vindicare feudum; non conſideratâ perſonâ morientis, etiamſi illi immediatè ſuccedant.

266. Legem proſpexiſſe duobus modis, ne ſucceſſori præjudicium inferri poſſet:

267. Primò, excludere Dominum, ne ſibi feudum vindicet.

268. Deinde conjunxiſſe donationes ita, ut omnes à primo acquirente, non unus ab alio, capiat.

269. Feudum deberi jure ſucceſſorio feudali.

270. In ſucceſſione feudali primam cauſam eſſe liberorum.

271. Dominum eſſe feudalis beneficii conditorem.

272. Vaſſum, ſeu Vaſallum eſſe, qui beneficium, ſeu feudum acceperit.

273. Vaſalli majores, ſicut Reges, Electores, Duces, appellari capitaneos regni.

274. Inter Dominum & Vaſallum mutuam obligationem eſſe, & judicari utrumque ad paria.

275. Dominum in iiſdem cauſis privari proprietate, ex quibus Vaſallus feudo.

276. Magnam differentiam inter ſubditum & Vaſallum.

277. Illum magis obligari ad obſequium, quàm hunc.

278. Longè plus eſſe, ſubditum eſſe, quàm Vaſallum.

279. Majorem in illum, quam in hunc habere poteſtatem Dominum.

280. Feudum non tribuere juriſdictionem.

281. Neque Imperium Domino in Vaſallum.

282. Vaſallum ex conſuetudine Germaniæ, ſine veniâ vocare in jus Dominum ſuum.

283. Aliud eſſe Vaſallum Imperii, aliud ſubditum Imperatoris.

284. Pares Curiæ, qui ab eodem Domino feuda teneant,

285. Eſſe judices in controverſiis feudalibus inter Dominum & Vaſallum:

286. In Germaniâ requiri, ut Pares Curiæ comparis ſint dignitatis cum Vaſallo, de quo judicium ferendum, & hinc vocari Pares.

287. Judicium hoc vocari Furſtenrecht.

288. Si vel de inveſtiturâ, vel amiſſione feudi, ſive alia lis ſit inter hos, tum Pares dijudicare debere.

289. Eligi unanimi conſenſu Domini & Vaſalli.

290. Ipſum Imperatorem coram Paribus ſtare teneri.

291. Dominum debere Vaſallum ad judicium Parium vocare, ſi Vaſallum feudo dicit privandum.

292. Ubi Pares fuerint, quando Fridericus Rex fuit damnatus?

293. Bannum imperiale, eſſe cenſuram judicialem, quâ violatores pacis publicæ proſcribuntur.

294. Qui proſcripti omnia jura & privilegia amittant, à quovis impunè, ſine invocatione magiſtratûs, occidi & offendi poſſint.

295. Pœna hac ſevera præpotentes in Germaniâ Principes plerumque in ordinem redactos.

296. Bannitos perdere omnia jura humanitatis & commercii: Urbe, domo, hoſpitio à nemine recipi poſſe.

297. Eorum pacta, contractus, juramenta, teſtamenta, & omnes actus eſſe nullos.

298. Actionem nullam contra aliquem intendere poſſe.

299. Eorum feuda neque ipſis, neque ſucceſſoribus quamdiu banniti vivant, concedi debere.

300. Hæredibus tamen, ſi cum læſo tranſegerint, infeudationem non negandam.

301. Crimine verò in Dominum commiſſo, ex jure feudali eſſe agendum, quo ad privationem feudi.

302. Auctorem de induſtriâ quædam repetere, ut ea altius animis lectorum imprimat.

303. Διπλασιολογίαν ad inſtituendum & informandum facere.

304. Repetere licere, quod benè & ad rem dicatur.

305. Principium, eſſe dimidium operis totius.

306. Præfationes eſſe neceſſarias, & Lectores in materiam deducere, & evidentiorem præſtare intellectum.

CAN-

CANDIDIS ET BENEVOLIS LECTORIBUS,
nec non veritatis & juris cognitoribus æquiſſimis.

S.

1. QUEMADMODUM permultæ, graviſſimæ & conſide-
ratiſſimæ cauſæ & rationes, candidi Lectores, Cenſores
æquiſſimi, me, ab hoc genere ſcribendi & patrocinandi
deterrere & revocare debebant, aut poterant: ita etiam
ex adverſo, numero & pondere haud pauciores, nec le-
2. viores, me incitabant & impellebant. Utraſque autem
libranti, & ſuis ponderibus examinanti; hæ præponderare illas, & præ-
gravare viſæ ſunt. Eaſdem nunc, in veſtro etiam conſpectu, geminis lan-
cibus libræ, ut ita dicam, judicationis, partitim imponere, trutinare & ex-
expendere operæ duxi pretium, ut oculis veſtris adſpiciatis utra deprima-
tur. Quæ me ab hoc propoſito dehortari & repellere poterant, talia ſunt:
3. Primò, materiæ ipſius gravitas & difficultas ſcrupulum injecit. Nam ſi
4. ulla eſt in jure noſtro, & in legibus conſuetudinibuſque feudalibus, gravis,
difficilis, & intricata; hæc certè, quam tractandam ſuſcepimus, graviſſima,
altiſſima, & perplexiſſima eſt, magnis circumfuſa & obducta tenebris;
tametſi in lucem & conſpectum protracta, & rationibus, exemplis, legi-
bus, & conveniente interpretatione illuſtrata & evoluta, quovis electro, aut
vitro, clarior & pellucidior ſit, uſque adeò ut nullam dubitationem & am-
biguitatem in animis hominum, rectè & *ſine gratiâ, ac odio*, judicantium re-
5. linquat. Materia feudalis, in quâ potiſſimùm cauſæ noſtræ fundamentum
conſiſtit, per ſe quidem eſt difficilis, quippe quæ non tantùm apices & the-
ſauros Principum, *ut ait Vultejus in Epiſtol. Dedicator. ad Landgrav. Haſſiæ*
6. *in medio ad tractat. de feud.* ſed etiam ſapientiorum virorum ingenia & ca-
lamos, omni ætate, mirabiliter exercuit. *Claudius Seyſſelius in ſpecul. feudo-
rum in præfation. ubi ait:* Quod ſi nobis incidat rerum feudalium contro-
verſia, deciſionem certam, non niſi illarum, *id eſt feudalium*, conſtitutio-
num apprimè gnari invenire queunt. *Lindeman. in Dedicat. exercitat. feu-
dal.* In feudalibus conſuetudinibus, *inquit*, jura Regnorum, Ducatuum,
Marchionatuum, adeóque totius Imperii leges fundamentales ac nervi,
quibus Monarchiæ Romanæ, cum ipſo ſeneſcente Mundo langueſcentis,
lutei pedes colligantur, continentur. *Roſenthal. in Synopſ. Feud. in præfat.*
7. *ad Lector. §. 1. dicit*, Feudorum materiam privatim & publicè utilem, &
in ea hodiè totius Chriſtianæ Reipublicæ jus publicum, magnâ ex parte,
conſiſtere, & vires, nervos & robora, tam togatæ quàm armatæ militiæ, ſita
eſſe. *Iohan. Calvin. I. C. in Epiſtol. Dedicat. Juriſp. feudal.* Feuda feudorum-
que jura, *inquit*, fidelitatem ac fidem publicam, pacem & incolumitatem
communis patriæ firmant, imperioſam Principum ac Magnatum dignita-
rem amplificant, firmiſſimum militiæ contra communes Reipublicæ ho-
8. ſtes nervum ac præſidium ſubminiſtrant: adeóque fulcra Germanico-Ro-
mani Imperii nuncupari deſiderant. Ex auguſtioribus auguſtæ Politices ac
Jurisprudentiæ partibus, nulla fermè dignitate illuſtrior, nulla θεωρίας ſubti-
litate ſublimior, nulla praxeos frequentiâ fæcundior eſt, quàm ea, quæ feu-
dorum doctrinam pertractat: nulla quin etiam uberioribus & amplioribus
commentariis expoſita & dilatata, & nulla viciſſim omnibus ſuis partibus
magis perplexa, nulla minùs methodica, nulla magis, de quo præſtantiſ-
ſimi hujus ævi J. C. meritò conqueruntur, confuſa. *Sic Hottomannus
in Epiſtola Dedicator. ad diſputat. de jure feudali.* Cùm omnes, *inquit*, juris
civilis

civilis partes ad ſummam Reipublicæ utilitatem opportunitatemque pertinent: tùm verò nullum in eis locum hac de feudis tractatione præſtantiorem eſſe arbitror, quippe, cum aliæ partes in privatorum hominum jure deſcribendo ferè conſumantur: hæc verò in regnis, Imperiis, Poteſtatibus, quas Feudiſtæ noſtri Ducatus, Comitatus, Marchias, Baronatus, appellant, tota ferè poſita ſit, quarum rerum cognitio propriè ad ſummam Reipublicæ pertinet. *Hæc ille*: Ob hanc igitur cauſam, (hoc eſt, propter materiæ & rei tractandæ gravitatem; tum etiam, quod in libris feudorum quibus in enodandis & decidendis controverſiis feudalibus vulgò utimur, multa ſunt ambigua, repugnantia, obſcura, confuſa, & abſurda, ita ut *Hotoman. d. præfat.* ingeniorum carnificinam illos libros, & Augiæ ſtabulum nominare ſolitus ſit, ne dicam jam, de mille interpretum & conſultorum contrariis & diſſidentibus expoſitionibus, ſententiis, reſponſis, opinionibus;) eò difficilior fuit hujus, quam in nos ſuſcepimus, advocationis & defenſionis provincia. Hîc, velut in tranſcurſu notandum, varia eſſe gentium feudiſticarum genera, mores & inſtituta. Sibi enim, *ut ait idem Hotomannus in diſput. de feud. cap.* 30. Longobardi in Galliâ ſuâ Ciſalpinâ ſuos de feudis mores finxerunt; alios Gothi, Franci, Saxones & Normanni, & Vandali, ſuis quoque in finibus & provinciis: neceſſariò inde accidit, ut variæ feudorum leges eſſent. Sic etiam, *Cujacius in Proœmio ad lib. feud.* diverſos in cauſis feudorum mores & leges olim fuiſſe docuit. Secundum eas feudiſtæ ſuas opiniones, reſponſa & conſilia; Judices verò, ſua judicia & ſententias, conformarunt; hinc factum, ut tanta diſcrepantia in materiâ feudali occurrat. Quæ res, quia eò reſpiciendum erat, non parum etiam moleſtiæ nobis creavit. 9. 10. 11.

Deinde controvertentium partium ſplendor, auctoritas & majeſtas ſatis cauſarum ſubjicere poterat, ut obmuteſcerem, & ſilentio me abſconderem. Ex adverſo enim adſtant ſummi inter mortales Rectores, Reges, Principes & Proceres, qui in regiis exercitibus, & innumeris ſatellitum & ſpiculatorum copiis accincti & inſtructi, detinent, occupant, ſibique vindicant, res, jura, & poſſeſſiones, de quibus controvertitur: ex alterâ parte adſunt etiam Principes celſiſſimi, è regio ſanguine oriundi, omnibus in Europâ Regibus, & majorum gentium Dynaſtis, conſanguinitate juncti: ſed adoleſcentes & pupilli, patrocinio firmo deſtituti, extorres & in exilio degentes, cunctis ſuis fortunis, principatibus, & bonis avitis, majorum pacto & providentiâ & legum fundamentalium, jureque proprio quæſitis, propter prætenſum, falsò affictum & objectum, & nunquam probatum Patris, illegitimè & nullitet proſcripti, crimen, innocentiſſimè, & per violentiam armorum dejecti & evoluti, & in eâ quidem ætate, quâ maleficii capaces eſſe haud potuerunt. Cum enim Electoralis Palatinatus, & annexæ ei dignitates, feuda, jura & poſſeſſiones, ſuperioribus annis, & nuperrimè quoq;, per vim & arma ad fiſcum raperentur, occuparentur, diſtraherentur, & in extraneos transferrentur; Sereniſſimi Regis Friderici liberi, (quorum innocentiam, cauſam, & jura ſucceſſionis immutabilia, hoc ſcripto aſſerimus & tuemur,) majorem partem infantes & nondum ephebi; omnes autem pupilli, ac proinde ſicut nec doli, ita nec delicti, capaces erant. *l. infans.* 12. *D. ad leg. Cornel. de Sicariis, ubi dicitur*: Quod infantem innocentia conſilii tuetur. *l. apud Celſum.* 4. *§. dolo autem.* 26. *D. de doli mali & met. except. l. impuberem.* 23. *D. de furtis & §. in ſumma.* 18, *Inſtit. in Obligat. quæ ex maleſ. naſcunt. l. penult. in fine. D. de fidei commiſſ. libertat. ibi* In parvulis nulla deprehenditur culpa. *l.* 1. *§. furioſus & pupillus.* 3. *D. de acquirend. vel amittend. poſſeſſ. c. unico in Clement. de homicid. voluntar. vel caſual. eſt tit.* 4. *l.* 5. *Decius in l. pupillum qui pubertati.* 111. *n.* 2. *D. de regul.* 12. 13. 14. 15. 16. 17.

18. Jam ſi judices & cognitores, tum eos, qui præjudicio & præfeſtinâ ſententiâ, cauſam hanc publicè condemnarunt, qui nulli exceptioni, defenſioni, & allegationi locum amplius relictum; ſed tanquam in re judicatâ & ſolemniret juſteque, *ſi Diis placet*, decisâ, acquieſcendum eſſe, ſeveris & minacibus reſcriptis edicunt & præcipiunt; tum hos, qui vel nunc, vel futuro tempore, ſibi judicandi poteſtatem arrogant, arrogabuntque, conſidero, & intueor; haud immeritò cohorreſcere & conticeſcere debebam. Utrique enim illi, viri ſunt in eminentiſſimo dignitatum faſtigio conſtituti, arbitri rerum humanarum, majeſtate & potentiâ cæteros mortales antiſtantes, armis & milite, quibus pronunciata & edicta ſua tuentur & exequuntur, obedientiamque ſibi & patientiam accommodare faciunt, accincti, felici, & multiplici rerum ex voto geſtarum ſucceſſu, præſidentes: qui inſuper in partium ſtudiis ſunt, & cauſæ ipſius manifeſti hoſtes, ac præterea pro tribunali ſedendi, & judicandi, jus ac poteſtatem jure ſibi competere, ſeque juſtè, & ſine adfectu pronuntiare, & ſententiam ferre, pertendunt.

19. Quàm verò difficile & grave ſit, coram ejuſmodi Iudicibus, qui armati,
qui ſuſpecti, qui hoſtes, qui adverſæ parti confæderati ſunt, qui judicandi
officium, ſibi per vim aſſumunt, quorum etiam intereſt ſententiam ſecun-
dum ſe pronunciari, qui denique ab executione judicium inceperunt, qui
damnarunt, antequam audierunt, qui bona confiſcarunt, antequam reum
20. citarunt: Quàm porrò moleſtum & periculoſum, contra eos, qui nimiâ
potentiâ & gratia ſuffulti, quique & ipſi milite, armis & copiis circumſe-
pti, illorum ipſorum ***bonorum***, de quibus convertitur, ***emtores*** & ***poſſeſſores***
21. ſunt; pro his, qui firmo præſidio deſtituti, & à majori amicorum parte de-
ſerti, inermes & nudi adſtant, quibus ***propter vim adverſariorum non jus
par, non agendi poteſtas eadem***, non ***Magiſtratus æquus*** reperiri poteſt; cau-
ſam orare, & defenſionem agere, ſynteresis, & naturale rationis dicta-
22. men, & experientia triſtis & crebra; his præſertim temporibus, quibus
juſtitia & innocentia, jus, fas, pietas, æquitas & caritas, monſtra ſunt & lu-
dibria vulgi) ſatis abundè, proh dolor! teſtantur & docent. *Hac de re vide,
ſis, communia allegata, & inter alia, l. apertiſſimi juris. 16. & gloſſ. ibi. in ver-
bo, omnes lites C. de Iudiciis c. ſecundo requiris 45. §. tertio poſtulas, in fin. de
appellat. cap. 15. quid ſuſpecti 3. q. 5. l. obſervandum eſt 47. D. de judicib. Phil.
Portius conſil. 91. n. 14, 15, 16. Præpoſit. Mediolanenſ. in capite poſtremo n. 11.
in 35. & in 48. cauſa. de appellat. Aufrer. in tractatu de Recuſat. n. 26. & 31. Ma-
rant. de ordin. judic. part. 6. n. 35. Villalobus communem dicit, in commun.
opin. voce Iudex. n. 47. Iohannes Sichard. ad d. l. apertiſſimi n. 8. Andreas
Gail. 1. obſervat. 33. n. 9. Deciſion. Pedemont. in deciſ. 15. n. 5. 7. & 8. Gigas
de crimine læſæ Majeſtatis Rubrica. Qualiter in crimine læſæ Majeſtatis proce-
datur. quæſt. 12. adde c. qualiter & quando 24. de accuſat. juncta gloſſ. ibi in ver-
bo ad inquirendum. Bartol. in l. 2. §. ſi ex publico in verſic. item quæritur utrum
contra judicem D. de adulter. Ciceronem adde, inprimis pro Roſcio Amerino,
Sect. 103. ibi qui & illorum ipſorum bonorum, de quibus agitur emtor & poſſeſ-
ſor eſt. & Sect* 122. Ibi nimiam gratiam potentiamque Chryſogoni dicimus
& nobis obſtare, & perferri nullo modo poſſe. *& pro Publio Quinctio
Sect.* 10.

23. Si me denique cui advocati & defenſoris peragendi onus incumbit, inſpicio & examino; ſi meas artes & artus emacidos, ſi ingenii attriti vires prolapſas, libro & expendo; ſi ætatem meam provectiorem, in ſenium proclivem, imò ad conditorium properantem; Si occupationes & moleſtias cum exantlatas, & quatuor plus minus luſtris toleratas; tum eas, quas quotidiè ſubire & perferre neceſſe habeo: Si ſeriem immenſam laborum,

rum, quæ me *debilitavit*, & *ante tempus cogit eſſe ſenem*, contueor & metior i
Si denique curis, & doloribus, ac miſeratione propter calamitatem &
exitium Patriæ confectum, & ad meditandas atque conſcribendas ejuſ-
modi res arduas, & parum lætas faſtidientem animum; ſi valetudinem
meam imbecilliorem, & præſentem vitæ conditionem (exilio, per injuriam
temporum, & propter conſtantiam fidei & obſequii in Patriam, Patriæq́ue
Parentes continuati, propter q́ue libertatis amorem, damnatam,) contem-
plor & cogito: oportet, ut ingenuè & publicè confitear, & profitear, me,
nequaquam tanto oneri ferendo & ſuſtinendo, parem eſſe. Conſcius mi-
hi ſum meæ tenuitatis, ignorantiæ, ariditatis & tarditatis, & quàm parum
memoriâ, ſtylo, & eloquentiâ, ingenio, cognitione, & aliis, id genus, ad
ejuſmodi ſublimem cauſam ex dignitate, & pro ſatisfactione eorum, quo-
rum intereſt, quiq́ue ſcripta talia legunt, perorandam & tractandam ne-
ceſſariis, artibus & adminiculis valeam. Noſmetipſos cognoſcere, & no- 24.
ſtro pede ac modulo nos metiri jubemur & commonemur promiſcuè.
Oraculum Apollinis γνῶθι σεαυτὸν. Plato in Phædro & in Charmide. alii hoc
attribuunt Soloni, alii Chiloni. Iuvenal. ait è cælo deſcendiſſe, Satyra XI. *v.* 27.
Cicero lib. de legibus. Auſon. in ludo ſapientum. Eraſmus in Chiliad. Proverb.
Gregorius Thaumaturgus Panegyrico in Origenem. Macrobius comment. in
ſomnium Scipionis. Suidas in Centur. 4. *proverb. ab Andrea Schotto editor. pro-*
verb. 96. *Horat.* 1. *Epiſtol.* 7. *verſ. ult. Perſius Sat.* 4. *ibi. Noris quam ſit tibi*
curta ſuppellex. Iuvenal. Sat. 2. *ibi. bucca noſcenda eſt menſura tua. Boët. in*
Philoſoph. conſolat. lib. 2. *proſ.* 5. *Auguſt. de Civitate Dei lib.* 4. *& lib.* 3. *de tri-*
nitat. & alii quàm plures. Sic noſtram umbram metiri jubemur adagio Archi-
dami; & meſſe tenus propriâ vivere per Satyricum: Sed te tamen ante memento,
Martialis inquit. Cælius Rhodiginus antiquitatum lib. 26. *cap.* 26. *Vide Vola-*
terranum in comment. in Philologia lib. 28. *cap. de noſcendo ſe ipſum, ubi multa*
pulchra congerit in eam rem.

Præterea ſilentium mihi imponere poterat, quod animadvertebam, me, 25.
inſtar cochleæ, ſi laterem in teſtâ meâ & tacerem, tutum, ſi exgrumina-
rem & progrederer, atq́ue loquendo me proderem, expoſitum proculca-
tioni & ictibus malevolorum fore, hoc eſt, coactum iri, judicia, calum-
nias, accuſationes, criminationes eorum, qui cauſæ hujus juſtitiam, qui in-
nocentiſſimos illius Dominos, qui æquiſſimos Patronos, defenſores, adſti-
pulatores, & fautores execrantur, odio & ſimultate irreconciliabili perſe-
quuntur, impugnant & prævaricantur, ſubire & perferre. E longinquo
enim, & velut è ſpecula proſpiciebam, eos in nos, & arcem hujus cauſę, tan-
quam crabrones, convolaturos, & inſtar hirudinum ſaniem exſucturos,
omnia noſtra dicta, ſcripta & facta in deteriorem ſenſum rapturos, aculeis
acerbiſſimis pios conatus notaturos, atq́ue vociferaturos, nos contume-
liam & injuriam facere ſupremo Magiſtratui, Sacrilegium committere,
& majeſtatem offendere, quod contra ſummi Principis & Curiæ ſacroſan-
ctæ poteſtatem, judicium, ſententiam, reſcripta & edicta diſputare, ea erro-
ris, injuſtitiæ, & nullitatis accuſare, &, atrocioribus ac pungentibus verbis,
redarguere audeamus. Ut nihil jam dicam de manifeſtiſſimo periculo, in 26.
quod me calamus & ſtylus conjiceret: nihil de graviſſimâ irâ & vindictâ, 27.
quam adverſus me concitarem, gnarus in *nobis linguam* tantum, *adverſa-*
riis verò *molares*, ut proverbio dicitur *eſſe*, hoc eſt, illis in prævalidâ armo-
rum vi, nobis, in imbelli legum præſidio, jus poſitum eſſe. Quæ omnia
evitare licuiſſet, ſi cauſam hanc intactam relinquere, & vel *Sigalionem*, vel
Harpocratem:

—, *digito qui ſignificat* S. agere voluiſſem.

Atq́ue hæc ſunt quæ me abſcabroſiſſimo, & tot, tantiſq́ue difficultatibus

& incommodis obnoxio genere advocationis retinere & deterrere potetant. Jam audiamus ea quoque quæ me ad ſcribendum, & ad ingrediendum in hanc palæſtram compulerunt & exſtimularunt.

28. Ac primò quidem me intimo animo affecit & commovit cauſæ hujus ſanctiſſimæ juſtitia, in quâ totius Reipublicæ Chriſtianæ ſalus, libertas, tranquillitas & dignitas vertitur, tum innocentia & jura liquidiſſima & clariſſima Principum adoleſcentum, impuberum, pupillorum, & Orphanorum; denique atrociſſima & manifeſtiſſima injuria & injuſtitia, quæ illis toto terrarum Orbe ſpectante, & nemine vindicante infertur, dum inauditos, indefenſos & derelictos, jure ſuo acquiſito privatos, omnibus fortunis, dignitate, honore, poſſeſſionibus & principatibus, pacto & contractu majorum quæſitis, & ad ipſos per innumeros avos, longâ & continuâ ſerie
29. tranſmiſſis & devolutis ſpoliatos & exutos videmus. Hanc juſtiſſimam cauſam, hæc probatiſſima jura, ſilentio damnare, & relinquere indefenſa; hanc graviſſimam injuriam, hanc indignam rerum omnium ſpoliationem & direptionem, non refellere, non confutare, non coarguere, *dedecus, crimen & damnum* maximum fore judicavimus. *Quæ enim mihi ipſi indigna*, ut cum Cicerone loquar, *& intolerabilia videntur, quæq; ad omnes, niſi providemus, arbitror pertinere, ea pro me ipſo ex animi mei ſenſu ac dolore*
30. *pronuncio. Cicer. pro Roſcio Amer. Sect. 129.* Nec enim hanc cauſam, tanquam privatam, aut unius Principis jus & ditionem, ſoliusvè Palatinatûs, Patriæ peculiaris, & mihi cum paucis propriæ, emolumentum ſpectantem, ſuſcepi defendendam; ſed ut publicam, communem, καὶ καθολικὴν, quæ totius Imperii & Reipublicæ ac Patriæ Germaniæ, imò univerſæ Europæ, omniumque aliorum Principum & Ordinum commodum, libertatem &
31. honorem, propter exemplum, in ſe comprehendat. Principem Electorem CAROLUM LUDOVICUM, & Palatinatum, membrum & partem Imperii, Germaniæ & Europæ eſſe novi, imperium verò, Germaniam & Europam, Regeſque & Principes in iis regnantes & rerum potientes,
32. totum caput & corpus agnoſco. Ac proinde, ſicut ratio dictat ipſa, & conſcientia perſuadet, ita meritò primas in omnibus rebus, quod etiam in hoc ſcripto feci, tribuo Patriæ & Reipublicæ majori, univerſæ, & prædominanti: atque ad hujus majeſtatem, ſalutem & incrementum, præcipuè καὶ προηγουμένως reſpicio: deinde ad hanc minorem & ſubjectam Patriam & Rempublicam Palatinatum, quæ me *ſive genuit*, *ſive excepit*, rationes, ſtudia & cogitationes, converto: gnarus eam neque conſiſtere, neque re-
33. ſtitui ad priſtinum gradum poſſe, niſi illâ potiore incolumi & ſalvâ. Ne igitur in numerum temerariorum, vilium & abjectorum iſtorum aſſcribar, qui ſibi ſuæque anguſtis pomæriis circumſcriptæ Patriæ benè tantùm eſſe volunt, qui ſe ſuaque opidula conſervata & ab exitio erepta malunt, quàm majorem illam juſtiſſimis regnis & Provinciis, ampliſſimiſque civitatibus protenſam Patriam: qui urbem potiùs, quàm Orbem ſervatum cupiunt, parumque curant, quidquid de Republica & communi omnium ſalute fiat, modò ipſis, ipſorumque pagis, vicis, & parvo territorio proſpectum ſit: hæc obiter præfari neceſſe duxi ad confutandam calumniam, quæ pro-
34. miſcuè in Palatinos ſpargitur, dum eis exprobratur & objicitur, tum quod nihil penſi habeant, etiamſi totum imperium, cætera regna & dominia conflagrent, & in tartara ſubſidant, dum ipſis ſaltem, quà Palatinatu, cujus ſalutem pro ſupremâ lege æſtiment, quà fundis ſuis frui liceat: tum quod per ruinam & excidium reliquorum Ordinum & membrorum malint Palatinatûs nidum redemtum & recuperatum, quàm hoc carere, illis
35. omnibus ſalvis. Si aliqui buccones è vulgo, ſive per imprudentiam καὶ φιλαυτίαν, ſive ex inconſulto impetu & deſiderio redeundi ad patrios lares,

ita

ita opinantur, aut loquuntur, non hoc eſt extendendum & attribuendum cæteris generoſiotis & ſublimioris animi popularibus, qui aliter ſentiunt, & ſe cives Europæ & Imperii profitentur, quibuſque

— de meliore luto finxit præcordia Titan.

Dedecus autem in eo fuiſſet, ſi inter omnes illos, qui cauſæ huic communi adſtipulantur, & qui Sereniſſimi Regis Friderici liberos ab injuriâ defenſos, & in priſtinum fortunarum & dignitatis gradum reſtitutos cupiunt, quique partes has conſtantiſſimè tutari & ſectati ſunt, nullus prodiret, qui jura Principum ſuorum; qui cauſæ, cujus Socius eſſet & aſſecla, juſtitiam; qui partium, quas ſequeretur, innocentiam aſſereret, defenderet, & in lucem protraheret. 36.
Haud equidem ignoro, quàm plurimos horum in numero eſſe, qui me ingenio, auctoritate, experientiâ & cognitione rerum longè ſuperant: at hi non ſolùm; ſed cæteri etiam omnes, qui aliquâ commiſeratione tanguntur, qui æquo judicio & ſine affectu rem metiuntur, quibus indignitas facti, & privationis injuſtitia perſpecta eſt, licet in hac causâ injuriam novo & inaudito exemplo perpetratam & concumulatam putent oportere defendi, *fas mihi ſit hic iterum Tullii Oratoris verbis uti pro Roſcio Amer. in princ.* defendere tamen ipſi, propter injuriam temporum non audent: ita fit, ut cauſæ quidem faveant, quod officium ſequuntur, taceant autem idcirco, quia periculum metuunt. Quid ergo? audaciſſimus ego ex omnibus? minimè. at tanto officioſior quàm cæteri? ne iſtius quidem laudis ita ſum cupidus, ut aliis eam præreptam velim. 37.

Quæ me igitur res præ cæteris impulit? Jam dicam, & in eo cardine ſermo noſter nunc propriè volvitur. Nimirum in me quoque dedecus & probrum redundaturum arbitrabar, ſi quid, quod mearum partium, virium & officii, in hoc genere defenſionis, eſſe poſſet, prætermitterem, vel negligerem. Faciant alii, quod ſui muneris eſſe, & quod ad ſe ſpectare cenſeant: ego, quæ mihi conveniebant præſtare, hoc eſt, ſtudium, curam, laborem & induſtriam meam in iis maximè declarare volui, quibus plurimùm ſignificare poſſem, nihil mihi exiſtimatione, honore, dignitate, emolumento & jure meorum Principum carius, potius & antiquius eſſe. 38.
Ac propterea fidem, pietatem, affectionem, zelum, & obſequium, quæ omnia à teneris unguiculis in hunc uſque diem, tot per annos, Electorali Palatinæ Domui inviolata & integra, abſit verbis invidia, ſervavi, quæque tot experimentis comprobavi & confirmavi, etiam hac in parte, & in hoc advocationis & propugnationis genere, orbi terrarum teſtata facere, meâ intereſſe arbitratus ſum, ut laudem fidelis, & in præſtandâ obſervantiâ conſtantis adminiſtri, magis ac magis conſequerer. 39.
Et quid ſanè æquè deceat bonum & probum ſervum, quàm heri ſui res, famam & fortunas tueri? Quid laudabilius & pulchrius Conſiliario, quàm pro Principe ſuo cauſam orare, pro ejus ſalute, dignitate, commodis, inimicitias ſuſcipere, ad periculum accedere, operam, ſtudium, laborem interponere? Quæ ratio honeſtior & dignior eſſe queat civi, quàm à Patre Patriæ injurias propulſare, illius jura & exiſtimationem defendere & aſſerere? Hoc requirit honeſtas, exigit lex Divina & humana, flagitat fidei & obedientiæ obligatio. 40. 41.
Sic Jojada Sacerdos, & Levitæ laudantur, quod legitimum ſucceſſorem Regem Joas puerum ſeptem annorum defenderint & tutati ſint, contra Athaliam, uſurpatricem regni, quæ omne reliquum ſemen Regium interfecerat. 42.
2 Regum cap. 11. per totum, & 2 Chron. cap. 22. in fin. & cap. 23. per totum. Ierem. cap. 29. v. 7. Baruch. cap. 1. v. 11, 12. 1 Samuel. cap. 26. v. 16. ibi, non cuſtodiſtis Dominum veſtrum. *& argum. quæ ſcribuntur 2 Sam. c. 17. v. 27. & ſequent. & cap. 19. per totum, & cap 15. v. 22. ibi,* in quocunque loco fueris ſive in morte, ſive in vitâ, ibi erit ſervus tuus. *Cicero in divinatione in Q. Ca-*

43. *Q. Cæcilium, ſection.66. & 70. & in Orat. pro Sylla. ſect. 48. ubi ait. Servitus*
44. *eſt non dicere in quem velis, ac non defendere, quem velis;* Domeſtici & fami-
liares jurant ſe Dominorum ſuorum juſtas lites & cauſas atque famam de-
fenſuros, quod & Vaſalli faciunt. *c. 1. de forma fidelitatis. c. 1. de nova for-*
ma, & ibi gloſ. & Fridericus Schenck lib. 2. Feud. tit. 5. §. 1. n. 3. Themiſt. in ora-
tion. 5. adde c. 1. Qualiter Vaſallus jurare debeat. can. tibi domino, diſtinctio. 63.
Obertus, Landenſis, Alvarotus, Hottoman. Cujacius & communiter Feudiſtæ in
d. c. 1. Qualiter Vaſallus jurare. Vultejus de feud. lib. 1. cap. 6. n. 5. Althuſius
in Polit. cap. 20. ab init. Ariſtot. lib. 5. Polit. c. 1. Covarruv. in c. quamvis. de
pactis in 6. relection. 1. part. §. 1. in princip. Pacianus lib. 2. cap. 37. n. 25. & 47.
& cap. 40. n. 5. 6. Junius Brut. de vindic. contra Tyran. quæſt. 3. Gail. 1. obſer-
vat. 88. n. 5. ubi probat, vaſallum debere Dominum etiam in judiciali cer-
tamine defendere. *per Guid. deciſ. 553. n. 5. Speculatorem tit. de Advocato §. 1.*
45. *n. 23. Panormitanum in c. cum Sacerdotes n. 2. cum ſequent. de poſtulando.* Nec
minus crimen & peccatum fuiſſet ſi innocentiam, ſi cauſæ juſtitiam, ſi jura
per vim oppreſſa, ſi veritatem reliquiſſemus indefenſam & tenebris, ad
46. exitium innocentium, demerſam. *Hinc Cicero.* Qui non defendit, *inquit,*
nec obſiſtit, ſi poteſt, injuriæ, tam eſt in vitio, quam ſi Parentes aut ami-
cos, aut Patriam deſerat. *de officiis. 1. ſect. 23. l. lege Cornel. 9. §. 5. D. ad le-*
gem Corneliam de falſis. l. culpa caret. 50. D. de regul. à contrario ſenſu. ibi gloſ.
& Decius. c. quantæ. in fin. de ſentent. excommun. c. ſicuti dignum. §. illi etiam. de
homicidio. C. dilecto. de ſententia excommun. in 6. Ioan. Igneus in l. 1. §. 1. Ser-
vi appellatione. n. 132. cum ſequent. ad Sᵗᵘᵐ. Silanianum & Claudianum.
47. Damnum autem & præjudicium maximum ac irreparabile, tum cauſæ,
tum Sereniſſimo Electori Carolo Ludovico, cæteriſque ejus fratribus, ex
ſilentio & taciturnitate acceſſurum fuiſſe, jure, & experientiâ monente,
animadvertebam; ideò in tempore obviandum, & præveniendum eſſe ju-
48. dicabam. Si enim tacuiſſemus, & jura innocentiſſimorum Principum ſi-
lentio & ſitu obſoleſcere ſiviſſemus; adverſarii anſam & prætextum inde
conſecuti eſſent, gloriandi, velut de causâ triumphatâ, & nobis objiciendi,
ſilentium & tolerantiam teſtimonium fuiſſe tum conſciæ & agnitæ culpæ,
tum injuſtitiæ cauſæ, tum diffidentiæ juris, tum ſententiæ & executionis
approbatæ. Simpliciores etiam, deinde exteri, denique ipſa Poſteritas
credidiſſent & ſuſpicati eſſent, nos, diffiſos rebus & cauſæ noſtræ maluiſſe
contegere, abſcondere, & patienter ferre noſtram condemnationem &
privationem, tacitè confitendo eam non uſque adeò injuſtam eſſe, quia in
eâ acquieſcere per pudorem coacti ſimus; quam multis redarguere, in lu-
49. cem protrahere, & odoratui ac cenſuræ hominum exponere. Et vel ob
hanc cauſam, & quia ſilentium & patientia in ejuſmodi arduis controver-
ſiis, in quibus ſententia & reſcriptum ſupremi Magiſtratus ex adverſo ad-
ducitur, haud parum nocere ac jus & titulum alteri tribuere ſolent; *c. qui*
tacet. 44. de regul. in 6. l. qui tacet. 142. D. eodem. Cujac. obſervat. lib. 16. ob-
ſervat. ult. Nazian. καὶ τὴν σιωπὴν συγκατάθεσιν εἶναι δοκεῖ καὶ παρρησία. Silentium
eſſe approbationem. *l. ſed quæ de ſponſalibus. 12. ibi.* non repugnat, conſen-
tire intelligitur. *D. de ſponſalibus. l. finali & ibi Bald. & Doctores C. de his qui*
à non Domin. manum. Albertus Brun. in conſil. 67. n. 9. volum. 1. neceſſe fuit
nomine Sereniſſimi Electoris, cæterorumque Septemviralium jus acquiſi-
tum & à lege formatum, habentium ſucceſſorum, exceptiones, & ea op-
ponere, in mediumque depromere, quæ ad horum jura conſervanda, &
50. retinenda facerent; Qui tacet, *inquit regula. 142. D. de regul.* non utique
fatetur: Sed tamen verum eſt, eum non negare, *gloſ. ibi, & Decius, qui plu-*
res adducit. Idem Principi noſtro, ſi in hac graviſſimâ causâ taceret, dici
poſſet; eum quidem non confiteri, ſibi juſtè ademtum Palatinatum, cum
con-

connexâ dignitate Septemvirali, eumque aliis jute ttaditum: ſed nec
negare tamen. Adhæc animadvertebam tacendo & patiendo eum, qui 51.
contradicere poteſt, & prætermittit, præſumi juri ſuo renunciate, & con-
ſentire, etiam in ſui præjudicium, nec deinceps ei integrum eſſe pœnitere.
*c. inſuper. 4. Qui matrimon. accuſar. poſſ. vel contra illud teſtar. ibi quæ, cum
potuit, minimè reclamavit. l. item quæritur. 13. §. qui impleto tempore final. ibi.
in ipſo anno quo tacuerunt, videntur renovaſſe. & ibi, hoc ipſo quo tacuerunt,
conſenſiſſe videntur. D. locati conducti. l. quidem ex parte. 12. D. de evictionibus
& duplæ ſtipulat. ibi, adfuerunt, nec diſſenſerunt, videri unumquemque vendi-
diſſe. l. Gajus Sejus. 39 D. de pignorat. action. VVeſenb. conſil. 41. n. 143.* Præ- 52.
tereà didiceram taciturniratem ad imminutionem alicujus jutis, & ad
actionis ſibi competentis ſublationem, pro conſenſu habeti, quando alie-
natio aliquorum bonotum à fiſco facta eſt, ſicut Palatinatus prætenſo con-
fiſcationis titulo ereptus, & extetis traditus fuit. *l. ſi hypotheca. 8. C. de di-
ſtraction. pignor. ibi. fiſco diſtrahente, creditores ſilentio tradiderunt negotium,
palam eſt etiam actionem amiſiſſe. Socin. Regul. 484. in ſecunda fallent.* Conſi- 53.
derabam inſupet, quod alienatione feudi in familiâ factâ, vel inveſtiturâ
& poſſeſſione in temotiotem & extraneum collatâ, ſilentium annale ha-
beatur pro conſenſu: ita ut intra annum alienationi & inveſtituræ factæ, 54.
contradicere debeat agnatus, ſi velir jus ſuum ſalvum conſervare, alias con-
ſenſiſſe exiſtimetut, nec amplius admittatur. *c. 1. §. Titius filios. 5. ſi de feudo
defuncti controvers. ibi.* Si per annum ex quo ſcivit, tacuit, omninò remo-
vebitut. *ibi gloſſ. c. 1. §. præterea. Quibus modis feud. amittat. lib. 1. tit. 5. ubi* 55.
dicitur: Si ille ad quem feudum per ſucceſſionem jure obvenire debet, con-
ſenſerit eos inveſtiri, ad quos ſecundum rectum motem non pertinet, nul-
lo modo ad id tepetendum regreſſum habet. *& Gothofred. in addit. ſi proxi-
mior, inquit, agnatus ſucceſſurus conſentiat, ut remotior, & extraneus, de feudo
inveſtiatur, non amplius regreſſum habet. VVeſenb. conſil. 68. n. 6. ubi Doctores
in c. 1. §. porrò. Qualiter olim feud. potuer. alien. & Baldum in c. 1. §. hoc quo-
que de ſucceſſ. feudi. & alios plures idem tenere dicit. & conſil. 54. n. 6. dicit.* eum
qui tevocare velit alienationem feudi factam, neceſſe habere, ut intra an-
num eam impugnet: unde poſt decutſum annuum lege præſtitum, agna-
tus non auditur, *ut idem VVeſenb. d. conſil. 54. n. 17. ex Tiraquell. de retractu
proximi. §. 1. gloſſ. 10. n. 19. probat & amplificat: textus autem clarus in d. §.
Titius filios.* Deniqùe etiam hoc urgebat, quod in jure & legibus legeram, 56.
ſententiam etiam incertam & injuſtam, ſi ab eâ non fuetit appellatum, aut
cóntra illam exceprum, tranſire in rem judicatam, & cenſeti per non oppo-
nentis & teclamantis patientiam facto comprobatam. *l. final. ibi in fine:
neque à ſtatutis provocaveris, ipſe tuo facto confirmaſti judicatum. C. de ſen-
tent. quæ ſine certâ quantitat. l. 1. C. ſi ſæpius in integr. reſtitut. petat. ibi appella-* 57.
re enim debuiſtis, ſi vobis ſententia diſplicebat. Hinc exceptio: tibi imputa quod
tacuiſti. *l. 1. C. de poſtulando l. ab eo judicato. 3. cap Quomodo & quando judex
ſent. ibi dicitur clarè:* ab eo judicato recedi non poteſt, quod vobis abſenti-
bus & ignorantibus atque indefenſis dicitis eſſe ptolarum, ſi ubi ptimùm
cognoviſtis, non illicò de ſtatutis querelam detuliſtis. Silentio ſenten-
tia adprobatur. *argum. l. tale pactum. 40. §. 1. D. de pactis & l. ad ſolutio-
nem 5. C. de re judicata. ibi Gothofred. allegans etiam l. 5. de arbitris.* Hæc igi-
tut cuncta & quanrum Electori Catolo Ludovico; hujusq́ue Germa-
nis & gentilibus taciturnitas & patientia, ſecundum jura & leges cita-
tas, præjudicium allatura eſſent, expendenti & prævidenti, viſum fuit,
omninò, neceſſarium ſilentii præſctiptionem rumpere, & præſumtio-
nibus legis occutrete, vocem attollendo, proteſtando, & ſenrentias, actio-
nes & teſcriptæ obreptitia & nulla, injuſtas uſurpationes & ſpoliationes
impugnan-

impugnando, & ab eis provocando. Gravis eſt *Acontii apud Ovidium ad
Cydippam* querela, *dum ait*,

Nunc reus infelix abſens agor, & mea cum ſit
Optima, non ullo cauſa tuente perit.

Ne idem conquerendi & dicendi occaſionem habeant noſtri Principes,
58. omnium eorum, qui horum partes ſequuntur, intereſt. Ego exemplo meo
aliis præire volui, & non tam perficiendi ſpe, quàm experiundi voluntate,
ut Cicero ait, in Oratore ad Marcum Brut. Sect. 1. §. 2. viam apparare & ſter-
nere, ut feliciori ſucceſſu, & perfectiore opere, rotundiorem & conſum-
matiorem defenſionem & deductionem hujus cauſæ commententur & in
publicum edant.
59. Præterea Sereniſſimi Principis Electoris mandatum & juſſus; tum ſum-
morum virorum & amicorum exhortatio & requiſitio acceſſit, & ad opu-
60. ſculum hoc defenſionis concinnandum & texendum impulit. At ſupre-
mo Magiſtratui tam juſta & legitima imperanti, parere, & obedientiam
præſtare. officii & exiſtimationis intererat; ad id quippe lege naturæ, præ-
cepto Dei, & jure poſitivo adſtringimur, obligamur & compellimur: Se-
cùs qui fecerit, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθίστηται: amicis verò tam honeſta & æqua
ac laudabilia ſuadentibus & conſiliantibus, tamque benevolè rogantibus,
obſecundare, gratificari & complacere, lex honeſtatis, civilitatis & huma-
nitatis ſuadebat & urgebat. *Num. cap. 1. verſ ult ibi. fecerunt juxta omnia.*
Ioſua cap 1 v 16, 17, 18. omnia quæ præcepiſti nobis faciemus; ſicut Moyſi, ita
tibi obediemus. & cap 22. verſ 2. feciſtis omnia quæ præcepit vobis Moſes. 2. Pa-
ralipom cap 29 v. 15. ingreſſi ſunt juxta mandatum Regis. 1 Pet. 2. v. 13.
ὑποτάγητε διὰ τὸν κύριον. *v* 15. ὅτι οὕτως ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ. *& in 2. Epiſtola cap 2.*
verſ. 10. κυριότητος καταφρονοῦντας. *Rom. cap. 13. v. 2.* Ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ
ἐξουσίᾳ τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν. *& verſ.* 5. ὑποτάσσεσθαι διὰ τὴν συνείδησιν. *1 Sa-*
muel 14 v. 24. & cap 16. verſ 17, 18 & 2 Sam 15. verſ. 12. ibi. omnia quæ-
cunque præceperit Dominus Rex noſter libenter exſequemur ſervi tui. Rubrica in
D de obſequiis Parentibus & Patronis præſtandis. Ioan Calvinus in Inſtit. lib. 4.
cap. ult ſect 22. & ſect 31. Althuſ in Politic c. 2 §. obedientia & obſequium.
61. *Cicero in Lælio Sect 38 & 44. ibi.* amicorum cauſa honeſta faciamus. *Item pro*
Plantio ſect 5. ibi. lex juſtæ, veræque amicitiæ, ut idem amici ſemper ve-
lint. *Salluſt. Catilin. ibi.* vera amicitia idem velle, & idem nolle.
62. Ad hæc cum jam ante plures annos ex ratione & obligatione officii &
muneris, ad quod me alligari paſſus eram, defenſionem innocentiæ & ju-
ris Regis Friderici ſuſcepiſſem, & poſt ejus quoque mortem continuaſſem,
quam etiamnum continuo, & ad conſummatum opus, ſi Deus vitam, otium
& alia ad iſta ſcribenda & perpolienda neceſſaria adminicula largitus fue-
rit, perducere cogito; præterea jus ſucceſſionis Electoris Caroli, & hujus
fratrum in variis congreſſibus, legationibus & colloquiis ac diſputationi-
bus publicis & privatis demonſtraſſem, deduxiſſem & aſſeruiſſem; turpe &
ignominioſum fuiſſet ſuſceptum cauſæ patrocinium deſerere. Itaque ne
incuſari poſſem, vel inconſtantiæ & levitatis, vel pœnitentiæ & eremodicii,
vel deſerti judicii, aut vadimonii, malui publico hoc ſcripto, & ſolemni
genere defenſionis conſtantiam & fidem meam coram omnibus teſtatam
63. facere. Defenſionem ſemel ſuſceptam advocatus ſine crimine deſerere
non poteſt: ſed eam ad finem perducere tenetur. *l. properandum 13. §. illo*
procul dubio. 9. ibi neceſſitate advocatis imponendâ, ex quâ litem peragen-
dam ſuſceperint, eam uſque ad terminum implere. *C. de judiciis & l. 1. C.*
de advocatis l. Nam & Servius reſpondit 21. §. Si vivo Titio negotia ejus ad-
miniſtrare cœpi: intermittere mortuo eo non debeo. 2. *D. de negotiis geſtis,*
& l. tutori vel Curatori. 20. ibi. neceſſitas muneris adminiſtrationis finem facit.

C. eo-

C. eodem. Fridericus Sehenck lib. 1. *Feud. tit.*5. §.1. *n.*12.*& n.*13. *Cicero ibi.* Quæ à me ſuſcepta eſt defenſio dignitatis tuæ, in eâ jam ego non ſolùm amicitiæ, ſed etiam conſtantiæ meæ cauſa permanebo. *Cujac. ad leg. ait Prator.* 7. §. *item & in eremodiciis final. D. de minoribus.* xxv. *annis, ubi differentiam inter deſertionem vadimonii & eremodicium ponit. vide Sebrad. lexic. in voce vadimonium. l. cum quærebatur* 13. *D. judicatum ſolvi. vide proverb.* ἐρήμη δίκη, *vadimonium deſertum. Ovid. lib. Triſt.* 5. *Eleg.* 6. *ibi, ſi depoſiturus eras non ſubeunda fuit. & verſ. ſequent. Nunquid Achilleos inter fera prælia vidi? Deſeruit levitas Automedontis equos. Quem ſemel excepit nunquam Podalirius agro, &c.*

Atque hæc ſunt, quæ me ad ſuſcipiendam & obeundam hanc propugnationis & defenſionis provinciam inflammarunt, animarunt & compulerunt. Quod verò priores contrariæ rationes & dehortationes illas non prævaluerint & præponderatint, reſponſiones, interpretationes & limitationes, quibus illæ partim refutatæ, partim attemperatæ, partim labefactatæ fuerunt, impedierunt & obſtiterunt.

Primò enim tum dedecori mihi fore, ſi meum ardorem, zelum, animum, ſtudium, fidem, obſequium, & conſtantiam, à gravitate & difficultate rei vinci pateret: tum pro legitimâ & ſufficienti excuſatione vix acceptum iri arbitrabar, ſi inter cauſas prætermiſſæ defenſionis, & deſerti officii, tenuitatem & ignorantiam meam, alioſque ſimiles defectus in medium proponerem. Anguſti inſuper animi & demiſſi eſſe indicium, ſi quis deſperatione 64.
debilitatus, id experiri nollet, quod ſe aſſequi poſſe diffidat. Par eſſe omnes 65.
omnia experiri, *Cicero in orat. ad Brutum. ſect.* 1. §. 3, *&* 4. qui res laude dignas gerere quique Reipubl. & Principibus ſuis in arduis & magnis negotiis, fidem, operam, & induſtriam conteſtari, qui denique ſublimium actionum, jurium & cauſarum patrocinia, dignitatumque propugnationes publicè ſuſcipere velint. Quod ſi quem aut natura ſua, aut præſtantis ingenii vis deficiat, aut minus inſtructus ſit magnarum artium diſciplinis, tenere tamen eum debere eum curſum, quem poſſit. Prima enim ſequentem, ho- 66.
neſtum eſſe, in ſecundis tertiiſque conſiſtere, *ut eum Marco Tullio loquar. in d. libr. de Orator. ſect.* 1. §. Prætetea quo minus poſſem, ſubſidio diligentiam mihi comparare ſperabam: & ſanè ſi ſatis temporis & ſpatii datum fuiſſet, declaraſſem quantum ad ſuperandas difficultates labor, ſedulitas, attentio animi, aſſiduitas, & continuatio valeret. Subinde animo meo il- 67.
lud, quod apud Oratorem legimus, obverſabatur: Diligentia, *inquit*, cum omnibus in rebus, tum in cauſis defendendis plurimùm valet: hæc præcipuè colenda eſt nobis, hæc ſemper adhibenda, hæc nihil eſt quod non aſſequatur. 2. *de Orator.*

Denique fide, æquanimitate, benevolentiâ & gratiâ veſtrâ, Lectores candidiſſimi, fretus, plus oneris ſuſtuli, quàm ferre me poſſe intelligo: (*liceat mihi iterum pace veſtrâ Ciceronis verbis loqui, & mentem meam exprimere*) 68.
Hoc onus ſi vos aliquâ ex parte allevabitis, & pios meos conatus benignè interpretabimini, feram ut potero, ſtudio & induſtriâ: ſin à vobis, quod non ſpero, deſerar: tamen animo non deficiam, & id quod ſuſcepi, quoad potero, perferam, quod ſi perferre non potero, opprimi me onere officii malo, quàm id, quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere. *Cicero in Orat. pro Sext. Roſcio ſect.* 10.

Quod Iudices & ſupremum Magiſtratum, tum etiam adverſam partem, de quorum judicio, ſententiâ & injuriâ conquerimur, attinet: Nobis non eſt ignotum, quantam obſervantiam, venerationem, cultum, obſequium, fidem illi, & cum quâ moderatione & decore, hanc tractare, & quid ab utroque timere, & nobis polliceri, debeamus. Novimus quid reſpectu

69. utriuſque jura & leges permittant, aut præcipiant, aut vetent. Licet quidem communiter inſtar ſacrilegii habeatur, de poteſtate ſummi Principis diſputare, & ei, aliquid ex plenitudine poteſtatis, vel ex certâ ſcientiâ facienti & reſcribenti, nemo contradicere poſſit: *textus in l. diſputare C. de crimine ſacrileg. ita Iaſon. in l. reſcripta n. 2. C. de precibus Imperat. offerend. in l. final. n. 3. ſi contra jus vel utilitatem publicam l. ſacrilegus C. de diverſ. Reſcript. can. ſi quis ſuadente* §. *penult. & final.* XVII. *quæ* 3. *Mynſing. decad.* XI. *Reſp.* I.
70. *n.* 36. attamen quando reſcripto, & ſententiâ Principis, jus tertii & innocentis læditur, quando error, injuſtitia & nullitas manifeſtiſſima in judicando, in pronunciando, in reſcribendo, commiſſa ſunt: tum pars læſa ſubreptionem & obreptionem allegans, aut judicium Curiæ erroris & hallucinationis obtentu refutans, nullitatem & ſuſpicionis cauſas demonſtrans, edicta, ſententiam, executiones, contra leges & jura impetratas & factas, reſcindi & antiquari petens, nullam injuriam & ignominiam Principi facit, nec de ejus poteſtate, ſed ſcientiâ, & an benè informatus fuerit, diſputat & dubitat. *l. ex facto quæritur.* 43. *ibi. voluntatem Principis inſpicientibus. Gail.* 2. *obſervat.* 58. *n.* 7. *l.* puniri jubemus, qui vetuerunt precum argui falſitatem. *C. ſi contra jus. vel utilitatem publicam. ibi Gothofredus.* Preces, *inquit*, etiam ſubſignatæ ab Imperatore mendacii, ſeu obreptionis, argui poſſunt: nec fit injuria Principi, ut qui falſum juvare nolle præſumatur.
71. l. reſcripta contra jus elicita ab omnibus judicibus refutari præcipimus. *C. de precib. Imp. offerendis. repetitur hæc lex in can. reſcripta* 25. 25. *quæſt.* 2 *adde leg ultimam. ubi*, nullum reſcriptum, nullam pragmaticam ſanctionem, nullam ſacram annotationem, quæ generali juri, vel utilitati publicæ adverſa eſſe videatur, in diſceptationem proferri patiantur. *C. ſi contra jus, vel utilitatem.*
72. Adde quod in ſummi noſtri magiſtratus & ſupremi Principis clementiâ, moderatione & æquitate certam ſpem collocemus, fore, ut cognito errore & ſubreptione, & deprehenſâ injuſtitiâ & nullitate, auditâ & admiſsâ informatione & defenſione, perſpectâ innocentiâ, veritate & jure, ſi aliter judicaturus, & judicium ſuum emendaturus. Et hic eſt præcipuus
73. harum noſtrarum lucubrationum ſcopus. Nonnunquam enim malè inſtruitur & informatur Princeps atque interdum ex falsâ causâ, & præſumptione contra jus & leges aliquid ſtatuit, reſcribit, & mandat. *l.* I. *C de petitionibus bonorum ſublatis. ibi.* plerumque ita in nonnullis cauſis inverecunda *petentium* inhiatione conſtringimur, ut etiam non concedenda tribuamus. *Gail.* 2. *obſervat.* 5. *n.* 8. *Mynſinger.* 4. *Cent. obſervat.* 8. *n.* 2. *ubi dicit.*
74. quod in dubio Princeps diſpenſans contra jus, non præſumatur juſtâ causâ motus. *per Fulgoſ. d. l. ult. C. ſi contra jus & per Bald. in cap quæ in Eccleſiarum. de conſtitut & per alios. idem Gail. d. obſ.* 58. *n.* 2. *ubi dicit.* præſumptionem eſſe
75. Principem importunitate, & falſis narratis circumventum eſſe. *per gloſſam approbatam, in l. relegati.* 4. *in verb. final. D. de pœnis. plura allegata ibi accumulat. C final. de reſcript. in* 6. *gloſſ. ibid. in verbo importunitatem. Baldus in l.*
76. *nec avus. C. de emancipat. liberor. n.* I. *dicit.* reſcriptum præſumi ſubreptitium, quotieſcunque illud in injuriam alterius cederet. *l.* 2. §. *merito & in* §. *ſi quis à Principe. D. ne quid in loco publico. VVeſenbecius conſil.* 45. *n.* 45. *ubi allegat inter alios Iaſon in l. ſi quid iniquum. in prine n.* 3. *D. quod quiſque juris. & text. in l. diligenter. C. de aquæduct. lib.* 11. *cap. ex parte. ubi gloſſ. de capellis*
77. *Monach.* conſtitutus autem eſt Princeps, ut faciat juſtitiam & judicium. I. *Reg. cap.* 10. *Cit.* 2. *de officiis ſect.* 41. *ex Herodoto lib.* 2. *dicit* ſervandæ juſtitiæ causâ benè moratos Reges conſtitutos. *Iuſtin. lib.* I. *init.* Proinde, ſi fines & terminos juſtitiæ excedat, peccat contra ordinationem Dei, & Principis nomine indignus eſt. *ſicut Gail. dict. in obſervat.* 56. *n.* 11. *lib.* 2. *addu-*

cens

cens text. in c. ſcelus 2, quæſt. 1. Afflict. in c. 1. §. ſimiliter poteſt. n. 1. de Capitan.
qui curiam vendidit. ſubjungens Zaſium in l. 2. D. de Orig. juris in verb. ratum
ubi dicit, ſupremam quidem eſſe Principis poteſtatem, ſed intra fines juſti- 78.
tiæ concluſam. *l. digna vox. C. de legib. & conſtitut. ibi. legibus ſe alligatum*
profiteri, &, majus Imperio eſt ſubmittere legibus Principatum. l. ex imperfecto.
3. ibi, nihil tam proprium imperii eſt, quàm legibus vivere. *C. de teſtament.*
l. ex imperfecto 25. D. de legat. 3. ibi, decet tanta majeſtati eas ſervare leges. Et 79.
hoc inprimis in Imperio Romano locum habet, ubi Imperator, & Rex
Romanus, per ſolemnem formam contractus & ſtipulationis, ad exactam
obſervationem legum fundamentalium, regiarum & conſtitutionum im-
perialium, jurejurando obligatur & adſtringitur. Contra has leges & ſan- 80.
ctiones nihil decernere, edicere, pronunciare, ſtatuere, reſcribere, conce-
dere, promittere poteſt. Si fecerit, ipſo jure nullum eſt & irritum; atque
impugnare & refutare licet. *Aurea Bulla c. 1. & c. 20. in fin. & cap. 73. ubi*
clauſula derogatoria continetur. Petrus Tholoſanus de Republic. lib. 7. cap. ult.
n. 26, 27, & 28. Antonius Colerus de jure Imperii ſect. 43. In capitulatione
inter alia hæc jurat: Se auream bullam, leges, decreta, & conſtitutiones
Imperii ſervaturum, contra eas nullum mandatum, aut reſcriptum emiſſu-
tum. Quicquid ſecus factum, id omne nullum & irritum fore. Nec verò
dubitamus quin benignè interpretaturus, & æquo animo auſcultaturus &
laturus ſit, hanc juſtiſſimam defenſionem & veritatis, innocentiæ, & juris
clariſſimi deductionem. Debet enim Princeps æquo animo pati, cum ve- 81.
ritas & juſtitia defenditur. *Decius in conſil. 151. n. 1. incip. maximi ponderis. ſicut*
Gail. refert. 1. obſervat. 14. n. 6. & d. obſervat. 58. n. 9. allegans & Alex. Conſil.
261. volum. 2. in princip. incipit. nec arguendi l. ſi qui latrones 2. C. de his qui la-
trones, vel aliis criminibus reos occult. ubi rationem innocentium habere judi-
cem oportere decernitur. & l. conſentaneum juri 8. C. Quomodo & quando judex
ſentent. proferre: ubi defenſiones & allegationes audiendas & admittendas eſſe
præcipitur.

Ac propterea permiſſum eſt unicuique per leges Imperii ſi vel reſcripto 82.
Principis vel ſententiâ in ſummo ſenatu & Curiâ, hoc eſt, in Camerâ Im-
periali, vel dicaſterio Cæſareo, latâ, vel judicio & executione, illegitimè &
præcipitanter ac nulliter adverſus ſe expeditâ, gravatus ſit & læſus, ut poſ-
ſit errorem & hallucinationem, nullitatem & injuſtitiam, injuriam & ini-
quitatem in judicando, pronuntiando, reſcribendo, commiſſa, propone-
re, deducere, probare, refellere, & petere, ut judicium, ſententia & de-
creta iniqua, injuſta, obreptitia & erronea, reſcindantur, antiquentur, re-
formentur, & corrigantur. *Hinc Mynſing. cent. 4. obſervat.* 8. cottidiè, *in-*
quit, videmus contra reſcripta Principum opponi. *Gail. idem. affirmat. 2.*
obſervat. 58. n. 3. Atque in eum finem in Imperio reviſionis remedium, 83.
quo actorum inſpectione diligenti ab his, qui ab Ordinibus Imperii ad
id ſelecti & deſtinati ſunt, ſententia examinatur, & vel emendatur, ſi
nulla & injuſta; vel confirmatur, ſi æqua fuerit. *In ordinatione Cameræ*
part. 3. tit. 51. & tit. 53. in conſtit. de anno M IↃ LVII. *Receſſ. deputatio-*
nis inter conſtitution. imperial. de anno CIↃ IↃC. *in medio. vide Deenaiſi: in*
jure Cameral. tit. de reviſion. Iohannem Ludovicum Benderum de Reviſion.
Rutger. Ruland. de commiſſariis, & commiſſionibus, part. 1. c. 21. & ſequent.
Gail. 1. obſervat. 154. & 155. & 156. ubi docet, reviſionem peti poſſe, etiam ſi
ſententia in rem judicatam tranſierit: & ſuſpendere executionem ſenten-
tiæ prioris. *Henricus Bocerus in diſput. part. altera diſputat. 35. per totum.*
Schvvanem. de proceſſ. Cameræ libro 1. c. 75. Vultejus in Iuriſprud. lib. 2. cap. 33.
circa finem. ſicut in aliis ſupremis Curiis, & tribunalibus ſupplicationis & 84.
Syndicatus remedia inventa, ordinata & conſtituta ſunt. *l. 1. D. de officio*

 præfect.

*præfect. Prat. l. ſi quis 5. juncta authent. quæ ſupplicatio. c. de precibus Impera-
tor. offerend Novella 119. cap. 5. l. unica C. de ſentent. Præfecti prætorii. Bende-
rus in dicto commentario de reviſione concluſ. 1. n. 1, 2, & ſequent Bocerus &
Vultejus dictis locis. Menochius arbitrar. jud quæſtion. lib. 1. quæſt. 70. n. 24.
& ſequent. Afflictus deciſion. Pedem. 30. n. 20. ſicut eos refert. Vultejus d.
c. 33. Mynſing. cent. 6. obſervat. 15. per totum, adde c. ex literis Abbatis 4. &
ſequent. c. tum ex literis. De in integrum reſtitut. ibi ſupplicatio. vocatur etiam
ſententiæ cognitio. Paris de Puteo in tractatu toto de ſyndicatu, hinc ſyndicatum
ſubire, hoc eſt, cauſæ faciendæ obnoxium eſſe. Schrad. in lexico. in voce Syndica-
tus, adducit l. 1. c. ut omnes judices tam civil. & militar.*

85. Tantum verò abeſt, ut offenſionem & periculum hâc piâ defenſione in-
currere, & nobis accerſere, timeamus: ut ſperemus potiùs nos, ſi laudem
& commendationem apud omnes non promereamur, veniam ſaltem, &
excuſationem, etiam ab illis ipſis, quibus hoc genus ſcriptionis, propterea
quod ſua facta in iis notari & confutari, & reprehendi animadvertunt, pa-
86. rum gratum eſſe poteſt, conſecuturos. Eos enim conſideraturos arbitror,
injuſtum & indignum fore, in aliis odiſſe, vindicare & punire, quod in tuis
conſiliariis familiaribus, ſubditis & Vaſallis, ſi in ſimili re, pro te, contra
tuos adverſarios, idem facerent & ſcriberent, probares, laudares, & præ-
miis compenſares: imò requireres, atque indignarêre, ſi omitterent &
tergiverſarentur.

87. Si non habendum eſt religioni contrarium, *ut ait Cicero*, nocentem ali-
quando, & nefarium, impiumque defendere: vult hoc multitudo, patitur
conſuetudo, fert etiam humanitas. *in officiis lib. 2. ſect. 51.* conſequens eſt,
ut rectè & piè faciat is, atque laudem & hoſtimentum mereatur, qui inno-
centes, qui integros vitæ ſceleriſque puros, qui minores, & quod caput eſt,
Principes & Dominos ſuos, advocando defendit; qui horum jura, cauſam
& dignitatem publicè tuetur, aſſerit & propugnat. *argum. l. non debet cui
21. & l. in eo quod plus. 110. D de regul. c. cui licet. eodem tit. in 6. Nicolaus
88. Eberhard. in locis legalib in loco ſeu argum. à majore ad minus.* Publicè enim
intereſt innocentes defendi. *l. ſenſum 33. §. publicè D. de Procurat.* Audia-
89. mus quid Imperatores de ejuſmodi advocationis munere reſcribant. Lau-
dabile, vitæque hominum neceſſarium, *inquit Anaſtaſius*, advocationis offi-
cium, maximè principalibus præmiis oportet remunerari. *l. laudabile 4. C. de
90. advocatis diverſorum judicum. Leo & Anthemius Impp. ita.* Advocati, *in-
quiunt*, qui dirimunt ambigua fata cauſarum, ſuæque defenſionis viribus
in rebus ſæpè publicis & privatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non mi-
nùs provident humano generi, quàm ſi præliis atque vulneribus patriam
parenteſque ſalvarent, nec enim ſolos noſtro Imperio militare credimus
illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur; ſed etiam advocatos.
militant namque cauſarum patroni; qui glorioſæ vocis confiſi munimine,
laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt. *l. advocati 14. C. de advo-
catis diverſorum judiciorum hanc l. à togatis albo lapillo notandam eſſe. Gail. ait 1.
91. obſervat. 43. n. 4.* Si jure permiſſum, quod etiam extraneus poſſit inno-
centiam banniti contumacis docere & defendere, *ut ait ex Alexand. & Ia-
ſon in l. ſi is qui 2. C. qui teſtament. facere poſſint, Mynſing. 2. obſervat. 88. n. 6.
ubi ita in Camera practicatum fuiſſe dicit, allegans text. in l. divus verſu, ſed &
92. divus. & l annus, de cuſtod. reorum & utrobique Bartolus.* Si eo etiam caſu,
quo procurator intervenire non poteſt, defenſor tamen & inſtructor ad
demonſtrandam innocentiam, & ad docendum jus tertii accedere fas ha-
bet, & ſemper admittendus & audiendus eſt. *l. non ſolum. §. final. D. de pro-
curat. Iaſon. qui communem dicit in d. l. 2. C. qui teſtam. facere poſſ. aſſerente
VVeſenbecio in conſil. 43. n. 177. Clement. Paſtoralis. de ſentent. & re
judi-*

judicat. c. ut debitus 59. *ibi. nuntium deſtinaverit. & C. dilecti filii.* 52. *ibi. nuntii retulerunt. de appellat. Graſſus commun. opin. lib.* 2. *cap.* 11. *quaſt.* 3. *Hippolytus in practica* §. *ſequitur n.* 42. *ut idem VVeſenb. citat. d. conſil. & n. addens, quod ne diabolo quidem defenſio ſit neganda, per deciſionem Rota de procurat. deciſion.* 15. *& per alios.* Quis tam barbarus & injuſtus eſſe poterit, ut auſit 93.
vitio vertere, & exprobrare in crimen ei, qui familiaris, qui domeſticus, qui cliens eſt, quod defendat innocentiam evidentiſſimam & tueatur jura indubitatiſſima Principum ſuorum indefenſorum, non auditorum, in minore adhuc ætate conſtitutorum, atque injuſtè & per vim ſucceſſionibus & fortunis evolutorum & dejectorum? Talem defenſorem & mandatarium non audire, non admittere; ſed repellere, objurgare & reum peragere, quis judex ſuſtinere poſſit? Præterea nihil cauſæ habemus, cur offenſio- 94.
nem, iram, animadverſionem, noxam & periculum timere & veteri debeamus; cum id quod non ſolùm licitum, ſed & laudabile, honeſtum & juſtum eſt, patremus; cum ea, ad quæ in conſcientiâ, & ex præſcripto Dei, & ratione officii noſtri obligamur, perficiamus, cum neminem offendamus, nulli injuriam inferamus, nulli convitium & contumeliam dicamus; cum denique innocentia, integritas & juſtitia cauſæ nos tueatur & ſecuros reddat. Si verò licitum eſt defenſionem cujuſque hominis extranei ſuſci- 95.
pere, *ſecund. Bartol. & Gulielm. de Curt. & Claud. de Seyſſel. in l. ut vim. D. de juſtit. & jure, referente Mynſing. decad.* XI. *Reſponſ.* 1. *n.* 30. *ubi & Decium adducit in conſil.* 469. & non licebit defendere cauſam & jus pleniſſimum innocentis ſui Principis? Imò ad id compellendi eſſemus, ſi ſponte officium 96.
hoc, quod publicum eſt & neceſſarium, nollemus ſubire. *tot. tit. D. de munerib. & honor. l.* 1. §. *ait prator.* 8. *D. de poſtulando l. providendum.* 7. §. *ſi quis* 1. *C. eodem. l. penult.* §. *qui autem. D. de vacat. & excuſat. muner. l. ſancimus.* 6. *C. de advocatis diverſorum judiciorum. Mynſing. cent.* 4. *obſerv.* 32. *Gail.* 1. *obſervat.* 43. *n.* 3. *ubi gloſſam in l.* 2. *in verbo conſenſum. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum caeteriſq. qui. lib.* 12. *& Felinum adducit in c. ſi pro debilitate de offic. delegat.* Porrò quiſquis metu cujuſlibet poteſtaris veritatem 97.
occultat, iram Dei ſuper ſe provocat, quia magis timet hominem, quàm Deum, *inquit Auguſtinus, teſtante C. quiſquis.* 80. XI. *quaſt.* 3. *& c. quatuor.* 78. *ibi. dicitur.* Perverti humanum judicium, dum metu poteſtatis alicu- 98.
jus veritatem loqui pertimeſcimus. *& c. nemo peritorum.* 81. *in ead. quaſt.* 3. melius, *inquit*, eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione reci- 99.
pere beneficium. *Ioannes Nevizanus in conſil. quod eſt intra conſilia. Brun. vol.* 1. *duodecimum n.* 164 *ubi ait*, iram Dei ſupra ſe provocare, qui veritatem opprimi proſpicienres, eam pro viribus non defendunt. *adducens Surgetum in Enchiridio militari. Chart.* 23. *& ſubnectens ex d. c. quiſquis.* quod non ſolùm 100.
dicatur traditor veritatis, qui palam mendacium dicat; ſed qui liberè veritatem non defendat. *gloſ. in c.* 1. *de teſtibus cogend. vel non. in verbo. veritatem occultent. Fridericus Schenck Baro de Tautenberg lib.* 1. *Feud. tit.* 14. *n.* 12. *repetens d. c. quiſquis.* Error cui non reſiſtitur, approbatur: & veritas, cum 101.
minimè defenſatur, opprimitur. *C. error. in diſtinctione* 83. *Eleuth. Papa ad Gallia provincias. Deusdedit Cardinalis in collectione canonum. part.* 2. Veri- 102.
tas enim præ omnibus amanda, ejuſque præcipui obſervatores J.C. eſſe debent, *ut Arnold. Reyger. in addit. ad obſervat. Mynſing. in appendice ad ultimam obſervat. cent.* 1. *ex Ioanne Hieronymo Alban. conſil.* 17. *in princip. docet.* Perſonæ innocentia ſecuræ non verentur indignationem Judicis, neque 103.
terrorem venalem. *l. nihil ſibi deflectens.* 17. *C. de quaſtionibus. l. ſi non convitius.* 5. *C. de injuriis, ibi. fides veri à calumniâ te defendit. ubi Gothofred. addit. in notis.* Fides innocentiæ maximam habet ſecuritatem, & *jubet videre Ro-* 104.
landum à Valle in conſil. 54. *vol.* 1.

105. Sed ponamus jam, citta tamen veritatis diminutionem, nos perperam
feciſſe, & reprehenſionem & dicam promeruiſſe, quod ejuſmodi advoca-
tionem ſuſceperimus, & hoc genus ſcriptionis in publicum emiſerimus, in
quo ſummi magiſtratûs judicium, reſcripta & acta, erroris & hallucinatio-
nis, inſimulemus: in quo Electorum & magnorum in Imperio Principum
facta & executiones violentiæ, injuſtitiæ, ſpolii arguamus: in quo Proce-
res & præcellentes viros direptionis, oppreſſionis hoſtilis, & iniquæ uſur-
pationis & detentionis, criminemur: nos tamen excuſaret, & ab omni cul-
pæ contagione abſolveret, tum fides, pietas, & conſtans affectio animi, tam
erga Patronos & Principes noſtros, quàm in cauſam, ex quâ incolumita-
tem, dignitatem & libertatem Patriæ, noſtrumque omnium ſalutem de-
pendere perſuaſi ſumus. *argument. quæ Dd. ſcribunt. de crimine amoris æſtu
commiſſo. Clarus libr. ſentent. V. §. final. quæſt. 60. n. 10. Menoch. de arbitr.
jud. cent. 4. lib. 2. caſ. 328. Gail. 2. obſerv. 110. n. 23. Curt. jun. conſil. 132. n. 1.
ubi juſtam credulitatem dicit excuſare à pœnâ. Villalo. communem eſſe in litera C.*
106. *voce credulitas. n. 23. refert Clarum d. quæſt. 60. n. 22.* tum neceſſitas officii &
muneris, in quo conſtituti ſumus, *l. cum quædam, 26. D. de adminiſtr. tut. vel
curat. ibi, neceſſitate officii. l. quæſitum eſt. 16. D. de in jus vocando.* unde probatur
officii ratione quædam permitti, quæ aliàs non permitterentur. *l. cum hi qui-
bus. 8 § ſi Prætor. 11. C. quod officium ſuum quisq; agere, non negligere debet. ibi,
quærenda commiſſa eſt, non negligenda. l. ultim. D. de poſtulando. l. qui cum ma-
jor. 14. §. ſi libertus. 6. D. de bonis libert. ubi advocato, quia in officio eſt, non no-
cet accuſatio. l. 1. C. ſi tutor vel curator non geſſerit. Gail. 1. obſervat. 90. n. 5.
quod officii neceſſitas excuſet à calumniâ: citans præter, d. l. cum quædam l. poſt
legatum. §. advocatum. D. de his quibus ut indign. & l. 2. C. qui accuſare poſſunt.*
107. tum juſſa & mandata illorum, quibus citra crimen contumaciæ & inobe-
dientiæ refragari, & morigerationem negare haud potuiſſemus. *l. ſacrilegii
inſtar. 5. C. de diverſis reſcriptis. VVeſenbec. conſil. 40. n. 29. ubi dicit, Principi
non obtemperare, inſtar ſacrilegii. l. non videntur. 161. §. unico D. de regul. juris.*
108. *& l. velle non creditur 4. D. eodem. & C. quod quis. cod. in 6.* Et aliàs juſſus ma-
giſtratus excuſat. *ut ait Gail. 1. obſervat. 88. n. 4. per l. quamquam. D. de aquâ
pluviâ arcend. & l. ſi ſtipulatus. 81. §. 1. D. de ſolution. l. ſed ſi pecunia. §. 1.
D. de rebus eorum, qui ſub tutel. l. ait Prætor. §. permittitur etiam. D. de minor.
25. annis. gloſſ. ibid. in verbo imputandum. text. in l ſi quis. D. de ſenatus con-
ſulto Syllaniano. & in l. ſi quis id. §. doli mali. D. de juriſdict. ſicut hos textus citat.
Gail. d. obſervat. & numero. Menochius arbitr. lib. 2. cent. 4. caſ. 354. VVeſenb.
conſil. 22. n. 4. quod juſſus ſuperioris ab omni dolo & injuriâ excuſet. addit. l. fur-
ti §. qui juſſu. D. de his qui notantur infam. Iaſon. & Dd. in l. juſtè poſſidet. D. de
acquirendâ poſſeſſion.*
109. Inprimis autem nos conſolatur & tuetur, quod ſacroſanctè, vocato in
teſtem Deo, ſecretorum cognitore, & cordium perſcrutatore. *Sap. cap. 1.
v. 6. & c. 6. v. 4. Pſalm 7. v. 10. C. erubeſcant. 32. diſtinctione. c. novit. de appell.
c. novit. de judic. c. novit. de offic. delegat.* cum bonâ conſcientiâ affirmare
& proteſtari poſſimus, ſicuti hîc publicè coram omnibus aſſeveramus &
conteſtamur, nobis nec animum, mentem, minimamvè cogitationem un-
quam fuiſſe, non eſſe, nec fore in æternum, ullius hominis, multominus
ſummi Magiſtratûs, aliorumque in Orbe Chriſtiano Principum & Ordi-
num majeſtatem, dignitatem, famam, exiſtimationem lædendi, aut eorum
poteſtati, Iuribus, authoritati, præeminentiæ, quicquam detogandi: ſed
potiùs conſervandi, tuendi & amplificandi, ſicut hoc ipſum noſtrum ſcri-
ptum, ſi ſine adfectu, odio, & præconceptâ averſione legatur & examine-
110. tur, ſatis ſuperque probat, indicat & declarat. Quod ſi tamen fortè aliquid
occurrat, quod liberius & aſperius, aut confidentius & animoſius dictum
& ſcriptum

& ſcriptum videri queat, attribui & adſcribi debet, tum calori diſputatio-
nis & argumentationnm; tum ægritudini animi; tum veritati objectio-
num; tum pietati & officio; tametſi, *liceat hoc ex Oratore adjicere*, non mo-
dò ignoſcendi ratio, verùm etiam cognoſcendi conſuetudo jam de Rep.
ſublara ſit. *pro Roſcio Amerino ſection. 3. in fine.* Difficillimum quippe eſt, 111.
ægritudinem & dolorem animi, indignationemq́ue juſtam temperare &
abſcondere, ut nullo indicio prodatur. *l. ſi adulterium.* 38. *§. Imperator*
Marcus. 8. *ibi. impetu tractus doloris. & ibi. difficillimum juſtum dolorem tempe-*
rare. D. de adulter. l ſi quis. 3 §. ſi tamen eo. 3. D. de Senatus conſulto Syllaniano.
Gail. 2 obſerv. 110. *n. 37. ubi ita tenere Hippoly. ait in l. 1. D. ad l. Corneliam de*
ſicar. & in ſingular. 626. & in pract. criminal. §. quoniam. n. 62. 66. Diligen- 112.
ter quidem & ſedulò cavimus, ne aliquid contumelioſnm & pungens cala-
mo & ſtylo ſubreperet, vel dolor, aut commotio animi, vel conſideratio in-
juriæ acceptæ, vel confidentia & fiducia juris innocentiæq́ue, verba fervi-
diora, & ignominiam redolentia, effunderent; interdum tamen, ligo erat
vocandus ligo, hoc eſt, facta & geſta adverſariorum ſuis nominibus pro-
priis cienda & indicanda, tam ut magnitudo injuriæ, quæ fieret innocen-
tibus Principibus; quàm ut horum jura & defenſiones perfectiùs intellige-
rentur: hoc tamen ita moderatè etiam fecimus, ut perſonis parceremus, &
res ac malefacta, quando id neceſſitas & ratio ſcriptionis exigebat, dum-
taxat eis objiceremus & exprobraremus; injuriâ verborum & animo con-
vitiandi longè & procul inde remoris. Potuiſſemus ſanè ipſa quoq́ue fa-
cta, inflammatâ & cumulatiore oratione exagirare, efferre & amplificare;
ſed noluimus: attemperare, inhibere, & impetum, ſi quâ erumpere vellet,
reprimere ſategimus, ea tantùm attingendo, quæ ad jus & innocentiam
Caroli Ludovici Electoris, & hujus Fratrum, & ad injuriam, quæ iis per
injuſtam & violentam privationem, ablationem & uſurpationem ipſorum
poſſeſſionum & jurium fit, manifeſtandam, & in lucem producendam, ut
ab omnibus conſpiceretur & deprehenderetur, facerent. At legibus cau- 113.
tum eſt, veri criminis exprobrationem, & cujus Reipnbl. interſit, manife-
ſtationem fieri, à peccato & injuriarum actione immunem eſſe. Nec re-
ferre, id in judicio, vel extra judicium fiat. *Sicut Mynſingerus cent.* I V. *obſ.* 4.
n. 4 *repetit ex Didaco Covarruvia lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 11. *n.* 6. *ita Bar-*
toli & ſequacium opinionem interpretante. adducit & Olradum Conſil. 53. *Ioan.*
Andream in addit. ad ſpecul. tit. de injuri. Abbatem in c. final. de injur. &
c. cum te. de re judicat. Rom. ſing. 96. & Ripam. in l. ult. q. 7. C. de revocat.
donat. adde VVurms. tit. 47. de injur. obſervat. 6. adde l. cum qui nocentem 18.
in princip D. de injuriis: ibi. peccata enim nocentium nota eſſe & oportere, & ex-
pedire. Exempla in ſacra ſcriptura Eſaiæ 1. 23. *Iohannis Baptiſtæ Matthæi* 14. 4.
Marc. 6. 18. *Nathanis* 1 *Reg.* 12. *Eliæ* 1 *Reg.* 18. *v.* 18. *Eliſæi* 2 *Regum* 13. *v.* 3.
Adhæc ſi vaſallo licet, objicere & exprobrare Domino ſuo injuriam, eum- 114.
q́ue deferre & accuſare maleficii, ſi id juris ſui defendendi causâ, vel ut
ſuam ſuorumq́ue injuriam proſequatur, faciat: *VVeſenbecius conſil.* 43. *n.* 126.
per gloſſ. in c. 1. *§. item ſi delator. quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi. &*
per l. qui cum major. verſ. ignoſcendum. D. de bonis libertor. Hanc enim magis
eſſe defenſionis, quàm offenſionis ſpeciem, ait ibidem VVeſ. n. 127. *ſic gloſſam &*
omnes Dd dicit limitare in d. c. & §. Zaſius in tractatu feudal. part. 10. *n.* 43.
ibi. tertio, ſi vaſallus ſuam, vel ſuorum injuriam proſequatur. Franciſchin. Cur-
tius eod. tractat. part. 4. *n.* 65. *§. quarto. etiam limitat*, nobis profectò veti-
tum non erit, propugnando Principem noſtrum adverſariorum, incuſare
& coarguere crimina & malefacta; Denique injuria ex animo & adfectu fa- 115.
cientis pendet. *l.* 3. *§* 1. *D. de injur. ubi gloſſa cum aliis concordant. quæ alle-*
gat, ad verbum ex affectu, ſicut refert VVeſenbec. conſil. 22. *de injuriis & famoſo*
libello,

libello, n 3, 4. & n. 7. citans Angelum in l. ſi non convitii. n. 3, 4 C. de injur.
116. unde injuria non fit, niſi animo injuriandi, & dolo malo. *l. illud relatum,*
3. ibi. injuria ex affectu facientis. & l. lex Cornelia. 5. §. ſi quis librum ad infa-
miam dolo malo fecerit. D. de injur. Roman. conſil. 96. per totum. Cravetta con-
ſil. 13. Baldus conſil. 230. omne factum. in fin. vol. 3. & conſil 443. coram. in fin.
volum. 4. & conſil. 277. in cauſas. volum. 5. Hieronym. Schurph. conſ. 48. n. 5.
117. *Gail. 2. obſervat. 106. n. 4.* In nobis certè nullus animus, mens aut propo-
ſitum injuriandi, nullum etiam indicium alicujus doli, deprehendi & præ-
ſumi poteſt: ſiquidem unicus noſter ſcopus, & prora ac puppis hujus ſcri-
ptionis, in eo verſatur, ut intendamus & annitamur aſſerere, probare &
evincere, Electoratum & Principatum Palatinicum Carolo Ludovico Se-
ptemviro, jure ſucceſſionis proprio, & à majoribus ſacroſanctâ legis & ſti-
pulationis proviſione quæſito, & in manus tradito, competere & devolu-
tum eſſe, illumque nec ei, nec cæteris ejus fratribus & agnatis, hoc jus
conſecutis, eripi, auferri, adimi ullo prætextu, pacto, modo, & facto po-
118. tuiſſe, ac proinde omnia illa decreta, reſcripta, ſententias, executiones,
conventiones, uno verbo, omnes actus, per quos ab Electoratûs iſtius ſuc-
ceſſione, poſſeſſione, apprehenſione & jure excluduntur & ſemoventur,
nullos, irritos, violentos & injuſtos eſſe, non tantùm propterea, quod jus
ex contractu quæſitum, & lege debitum contra omnem injuſtitiam & æqui-
tatem innocentibus auferant & præripiant. *l. id quod noſtrum. D. de regul.*
juris. Tiraquell. de retract. convent. §. 1. gloſ. 2. n. 39. VVeſenbec. conſil. 2. n. 94.
ante finem. & conſil. 41. n. 124. l. final. D. de pactis. Iaſon, & Dd. in l. ult. n. 2.
& 3. C. ſi contra jus vel utilit. public. Ægidius Boſſius in tract. de Principe. n. 21.
Vult. de feud. c. 3. n. 105. ante finem, ubi probat ſupremum Principem non
poſſe ſive Vaſallo, ſive alii, cui ex inveſtiturâ primâ jus quæſitum eſt, præ-
judicare. *Baldum citans in l. 1. verſu. ſed quid ſi dominus. C. quando non peten-*
tium partes petentibus accreſc. & conſil. 323. vol. 1. item Gozadin. conſil. 26. &
Decium conſil. 185. & Socinum conſil. 38. n. 2. vol. 4. Cephalum. conſil. 3. n. 8.
Decianum conſil. 24. n. 13. adde Nevizanum in conſil. 12. n. 132. inter conſil.
Brun. tom. 1. citantem Bald. in l. imperium. D. de juriſdict. & Curtium conſil.
83. col. 29. in fine. qui dicat, Principem auferendo jus quæſitum ſine cauſâ, ty-
rannum eſſe. Sonsbekius de feudis part. 9. n. 141. Io. Iacob. de Leonardis inter
conſil. Bruni. tom. 1. conſil. 118. n. 109. ubi dicit ex Cardinale Pariſio, quod jus
quæſitum ex contractu, in feudo Princeps alicui auferre non poſſit, etiam
ex plenitudine poteſtatis. *Bartolomæus Socinus inter eadem conſil. conſil. 10.*
119. *n. 27.* in tantum, ut jus ſpe alicui dumtaxat competens, non poſſit citra
injuriam à ſummo Principe auferri. *Vaſquius. de ſucceſſ. part. 1. lib. 1. §. 1.*
n. 30. & ſequent. Decius conſil. 193. n. 4. Roland. à Valle. conſil. 67. n. 6. vol. 1.
Menoch. conſil. 103. n. 56. & ſeq. volum. 1. & conſil. 181. n. 42. vol. 2. & con-
ſil. 307. n. 44. vol. 4. ubi dicit, hanc eſſe unam omnium ſententiam. Gozadin.
conſil. 26. n. 40. & ſeq. ſicut eos & plures refert Vult. d. cap. 7. in fine numero 105.
120. Sed etiam ideò, quia ſententiæ & executiones iſtæ contra minores inde-
fenſos diriguntur & intenduntur. *Rubrica Salyceti, qua ait. ſententia vel*
alius actus contra minores indefenſos factus, eſt ipſo jure nullus. ad. l. ſi præſes. 6.
C. quomodo & quando judex ſentent. ubi dicitur, non debere adultis nocere,
quidquid eo tempore ſtatutum eſt, quo defenſione juſta & Curatoris auxi-
lio fuerant deſtituti. *l. acta apud ſe habita. 45. §. 2. ibi.* contra indefenſos
minores tutorem, vel Curatorem non habentes, nulla ſententia proferen-
da eſt. *D. de re judicata. & eod. tit. l.* contra pupillum indefenſum, vel mi-
norem viginti quinque annis propoſitum peremtorium, nihil momenti
habet. *eſt l. 54. plures textus vide alibi.*
121. Alium ſcopum, propoſitum & finem, præter eum quem diximus, nec

mens,

mens, nec calamus, in toto hoc noſtro opere habuit, quod & evidentia rei, materiæ & orationis demonſtrat, & ego jurejurando affirmo, teſtem appellans eum, qui eſt τῶν νεφρῶν μάρτυς, καὶ τῆς καρδίας ἐπίσκοπος ἀληθὴς, καὶ τῆς γλώσσης ἀκουστής. *lib. ſapient. cap. 1. v. 6.*

Atque ex his, quæ dicta & deducta hactenus ſunt, perſpicere & animadvertere poteſtis, candidi & benevoli Lectores, tum quæ mea in hoc pio & laudabili ac neceſſario negotio intentio; mens & meta, quò collimarim, fuerit; tum me non illotis ad illud manibus, ut proverbio dicitur, ſed ſonticis & graviſſimis cauſſis motum, acceſſiſſe. Poſſum optimo meritoque jure illud, quod quondam Cicero de ſe dixit, hic uſurpare & repetere: Adductus ſum, *inquit ille, & inquam ego*, officii, fide, miſericordiâ, multorum bonorum exemplo, veteri conſuetudine, inſtitutoque majorum, ut onus hoc laboris atque officii non ex meo; ſed ex meorum Principum tempore mihi ſuſcipiendum putarem. *Oratione in Q. Cæcilium de conſtituendo accuſatore in Verrem, quæ divinatio dicitur. ſection. 5. in princip.* 122.

Jam in ipſam cauſæ arcem aſcendere tempus eſt: prius tamen, in gratiam juniorum & exterorum, quaſdam voces, phraſes, & allegationes, quibus utimur, & quæ primo intuitu non uſque adeò cognitæ, poſſunt remoram in legendo ignoranti afferre, paucis explicare, & in ſuperpondium parva quædam ad meliorem intellectum, & ad introductionem in ſequentia, prælibare, operæ compendium duximus. Subinde enim mentionem facimus Aureæ Bullæ, Capitulationis, Conſtitutionum & legum Imperialium, Feudorum, Regalium, Inveſtituræ, Juris acquiſiti, Electorum & Electoratuum, Banni, Hæredis, Succeſſionis, Domini, Vaſalli, Parium Curiæ: neceſſe eſt, ut quid iſta propriè ſint prius intelligatur. Ideò ut meliùs attingamus veritatem, terminorum neceſſariorum, præmittimus declarationem in principio, *ait Chaſſaneus in præfat. ad lib. Catalogi gloriæ mundi paulò ante finem, juxta l. 1. in initio. D. de juſtit. & jure. & lib. 1. ab initio. D. de rebus creditis & ſi certum petat.* 123. 124.

Aurea Bulla eſt lex fundamentalis Imperii Romano-Germanici à Carolo IV. Imperatore, cum Septemvirorum, Procerum & Ordinum conſenſu, adſtipulatione & comprobatione, rogata & promulgata, IV. Idus Januarii anno Chriſti CIϽ CCC LVI. dicta ab aureo ſigillo Imperatorio: bulla enim ſigillum ſignificat, quod appenſum libro, cui inſcripta eſt lex illa quæ continet pleraque ad ſtatum Imperii pertinentia. In augurattione ſua Imperatores ſe eam ſervaturos ſolemni & ſacroſancto juramento promittunt: mutari & abrogari ab Imperatore, ne cum Electorum conſenſu poteſt. Auctoritas enim hujus conſtitutionis inviolata eſſe debet. *Aurea Bulla in præfat. Gregor. Tholoſan. lib. 7. de Republ. Iohan. Trithem. in Chronic. Hirſchavienſ. anno* CIϽ CCC XXXVI. *vide eos qui in Auream Bullam commentati ſunt, Buxtorffium, Arumæum, Rumelinum, Limnéum, Goldaſtum & alios. Albertus Crantzius, Metropol. Saxon. lib. 9. cap. 29. Hiſtorici ferè omnes antiqui & moderni mentionem faciunt.* 125. 126.

Capitulatio, eſt alia lex fundamentalis Imperii, quâ continentur capita ſeu capitula: (inde nomen ſortita eſt capitulatio:) hoc eſt, conditiones & pacta quæ Electores per formam contractûs, cum novo Imperatore, ineunt, & hic ad ea obſervanda, ſolemni jurejurando, conceptis verbis præſtito, ſe adſtringit: quibus præſcribitur, qualem Imperator habeat poteſtatem, & quomodo Imperii res adminiſtrare, Ordines & ſubjectos regere, & cauſas dijudicare debeat. *vide diverſarum capitulationum formas apud Goldaſtum in Conſtitut. Imperii. Benedictum Carpzovium de capitulatione, integro tractatu. Arumæ tom. 5. diſcurſum Academic. 17. cap. 10. membr. 4. & ad auream bullam theſ. 7. VVaremundum ab Erenberg* 127.

de fæderib. lib. 2. cap. 1. n. 160. vide eos qui ſcripſerunt de Repub. German. & hiſtoricos.

128. Intet illas pactiones νομικὰς, quarum plutimæ, nempè quadtaginta & una, in moderni Impetatotis capitulatione; hæ, quæ ad noſtrum ptopoſitum faciunt, leguntut. In VII. capitulo ptomittit & ſpondet Imperator, *Se, ſi quid bonorum alicui Principum & Ordinum per vim, & contra fas & jus, ademtum, operam daturum, ut ómne id, ſicut jure cautum eſt, reddatur.* In
129. XXV. & XXVI. capitibus hæc ſtipulatut: *Se nulli ex Ordinibus vim illaturum: ſed ſi quam ipſe, vel alius, actionem contra aliquem habeat, lege acturum, & nequaquam permiſſurum, ut is, qui ſe cognitioni legitimæ ſiſtere paratus eſt, violen-*
130. *tiâ & damno afficiatur, aut bello, ferro, & flamma petatur. Se neminem ex Electoribus, Principibus & Ordinibus ſine juſtiſſimâ causâ & inauditum proſcripturum, ſed, ut in eo juris ordo, ſecundum ordinationem Cameræ de anno* CIↃ IↃ LV. *ſancitam, & ſecundum ſecutos Receſſus, obſervetur, accuraturum.* O ſactoſancta capitulatio, liceat hoc pace tuâ dixiſſe, ſi fortè audis, & ſenſus aliquis eſt ſoporanti, videtis altum ſtettuiſſe, quando Palatinatus Electoralis, contra exptesſam tuam diſpoſitionem, fuit per arma invaſus, tranſlatus & donatus, vel venditus, extraneis, fruſtrà Friderico Rege, qui te toties è ſomno in quo jacuiſti ſepulta, excitare conatus eſt, reclamante, & ad tribunal tuum, vel aliud quodvis non ſuſpectum ptóvocante. Si vel tum, vel poſteà, vel maximè nuper, quando pacificatio Pragenſis inita fuit, evigilaſſes, proculdubio Electoralis Palatinatus non fuiſſet, per armorum violentiam, in Ducem Bavariæ, in hujus poſteros, & totam familiam, ſeu lineam Guilelmianam ttanſlatus, & perpetuo poſſidendus traditus. Quando tandem expergiſcêre? quando è ſopóre conſutges? ſempetnè tibi conſopitæ & dotmienti, atque oſcitanti, verba profundemus; nunquam experrectæ & vigilanti colloquemur? ſed ad rem.

131. CONSTITUTIONES, ſeu leges Imperii: (quas vulgò Receſſus, quia concluduntur & ſubſcribuntur, quando Ordines ex Comitiis recedunt domum, appellant:) ſunt decreta in comitiis condita, hoc eſt, communes Reipublicæ univerſæ, nimirum Imperatoris cum Ordinibus initæ ſponſiones, perpetuæ vim legis, quæ omnes ligat, habentes, & ad ipſam Impetii adminiſtrationem, diverſis in Comitiis, rogatæ, ſancitæ & promulgatæ. *Vide librum conſtitutionum, ſeu receſſuum Imperii. Bodinus lib. 2. de Republ. cap. 6. Thuanus hiſtor. lib. 2. Pauermeiſter de juriſdictione lib. 2. cap. 2. Arumæ lib. de Comitiis. Carpzovius de Capitulatione cap. 3.*

132. Inter illos receſſus & leges Imperii, præcipuæ ſunt, Primò otdinatio Cameræ, quæ eſt ſanctio Ptagmatica, formam juris in Imperio dicundi, & juſtitiam pto tribunali, quod Camera vulgò vocatur, adminiſtrandi, ptæſcribens. *Matthias Steph. de juriſdictione l. 2 part. 1. cap. 3 Denaiſius in jure Ca-*
133. *merali.* Secundò conſtitutio Religionis, anno CIↃ IↃ LV. in comitiis Ordinum communi conſenſu promulgata, quâ ſancitut, neminem in Imperio Religionis inruitu, turbari, aut moleſtari debete: eum, qui auſus id fuerit, per mandata Cameræ conſtringendum eſſe. Per illam conſtitutionem tranſactio Paſſavienſis, quæ Paſſavii, anno CIↃ IↃ LII. inter Impetatorem & Otdines facta eſt, & tranquillitatem, & jura Religionis, ordinat, confirmata, & in legem fundamentalem Imperii aſſumta fuit. *vide d. conſtitut. & tranſactionem Gail. 1. obſervat. 2. Friderus de proceſſu lib. 1. cap. 27, 28. & ſequent.*

134. Tertiò, Conſtitutio de pace publicâ, quæ eſt, ſanctio ptagmatica prohibens & puniens, pœnâ banni Imperialis, ſeu proſctiptionis, omnem violentiam, dolo malo, & malitiosè, armatâ manu, coactis hominibus, commiſſam & perpetratam. *In receſſu Imperii Auguſtano anno* CIↃ IↃ, *in VVormatienſi anno* CIↃ IↃ XXI, *Norinbergenſi* CIↃ IↃ XXII. *Auguſtano*

CIↃ

CIƆ IƆ LI, CIƆ IƆ LV, CIƆ IƆ LXVI, *Ratisbonenſi* CIƆ IƆ LVII, *&*
CIƆ IƆ LIX, *&* CIƆ IƆ LXXVI, *&* CIƆ IƆ XC IV. *Gail. in hanc Conſtitu-*
tionem de pace publicâ duos libros ſcripſit. Huic conſtitutioni adjunguntur, 135.
tum conſtitutio ſuper litigioſâ, ſive momentaneâ poſſeſſione, in Comitiis
VVormatientibus & Auguſtanis, anno CIƆ IƆ XXI, CIƆ IƆ LXVIII,
& CIƆ IƆ LV, promulgata, reviſa & ampliata: quâ cautum, ut ſupremus
Judex, quando inter Ordines, ob contentioſam & controverſam poſſeſſio-
nem alicujus rei, aut juriſdictionis, aut ſervitutis, præſens periculum ar-
morum ſubeſt, poſſit utrique parti ex officio, vel alterutrâ poſtulante, cùm
inhibere, ut poſſeſſione abſtineant, túm loco inhibitionis poſſeſſionem
ſequeſtrare tantiſper, donec ſummariè cognoſcatur, utri momentanea poſ-
ſeſſio adjudicanda ſit. *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 21. Gailius, unde iſta trans-*
ſumpta. 1. obſervat. 5. & 6. per totum. Friderus de proceſſ. lib. 2. cap. 43, 44,
45. Mynſing. centuria 2. obſervat. 11. in fine. & obſervat. 96. Noe Meucrus
in locis communibus receſſuum Imperii Germanicis. part. 3. tit. ultimo. tum con- 136.
ſtitutio pignorationis, quâ pignorationes in Imperio inter Ordines inhi-
bentur per mandatum, ſeu præceptum, de relaxandis perſonis abductis,
& pignoribus ablatis reſtituendis: fiunt enim pignorationes quando ali-
quis Ordinum, alterius Ordinis, vel ſubditos, aut eorum bona mobilia,
ob contentioſam juriſdictionem, vel poſſeſſionem, alicujus juris, quod eo
loci, ubi fit pignoratio, prætenditur, capit, & pignori accipit, quando
unus pro alio, & res unius pro re alterius, apprehenditur, ſic alius pro
alio gravatur. *ut Gail. ait. in libro ſingulari, quem ad illam conſtitutionem*
ſcripſit. cap. 1. n. 3. & c. 13. n. 1. & 1. obſervat. 8. per totum. Friderus Mind. de
proceſſ. lib. 1. cap. 34, 35, 36, 37. Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 22.

Tum conſtitutio arreſtorum, in Comitiis Spirenſibus anno CIƆ IƆ 137.
LXX rogata, quâ, per mandata de relaxando arreſto, obviam itur arreſta-
tionibus & impedimentis, quæ fiunt, quando ſtatus bona alterius pro-
pria, vel ejus ſubditos, viâ facti non juris, impedit, detinet, vel manus inje-
ctione moleſtiam affert. *Gail: qui in hanc conſtitut. librum ſingularem con-*
ſcripſit, cap. 2. in princip. & cap. 3. in princip. adde Receſſum de anno CIƆ IƆ
LXX. *Friderus Mind de proceſſ. lib. 1. cap. 46.*

Tum conſtitutio ex l. diffamati, quâ in gravioribus diffamationibus, 138.
quarum exitus ad turbationem pacis publicæ, & ſcandalum ſpectat, diffa-
matori terminus agendi in judicio ſtatuitur, qui, cognitione de veritate
traductionis & diffamationis habitâ, vel abſolvitur, vel ad perpetuum
ſilentium condemnatur. *Ordin. Cameræ. part. 2. cap. 25. Gail. 1. obſervat. 9,*
10, 11, 12. Myuſing. cent. 6. obſervat. 90. & cent. 5. obſerv. 81. & cent. 4. ob-
ſerv. 26. & cent. 3. obſerv. 86.

Hîc, velut in tranſcurſu animadvertendum eſt, leges & conſtitutiones 139.
iſtas Imperii, per viam & modum contractûs & ſtipulationis, inter Impe-
ratorem & Ordines, rogari & ſanciri, eum nimirum in finem, ut firmiores
& ſtabiliores permaneant, & Imperatori integrum non ſit, eis contrave-
nire, aut quidquam in contrarium reſcribere, præcipere, ſtatuere, vel de-
cernere. Hac enim ratione & pacto, exceptiones, diſputationes, & effu- 140.
gia, quibus aſſeritur Imperatorem, non minùs ac alium Principem ſupre-
mum & abſolutæ poteſtatis, legibus eſſe ſolutum, nec eis ligari. *per l. digna*
vox. C. de legibus l. Princeps D. eodem Dd. in l. final. C. de conſtitut. Princip. Gail.
2. obſervat. 127. n. 7. ubi Iaſonem, Baldum & Decium adducit. Albertus Bru-
nius in conſil. feud. lib. . conſ. 19. n. 8. & conſ. 21. n. 10. occupantur & præci-
duntur, quia hoc indubium eſt, & in jure naturæ, & gentiu, mac in ſynte-
reſi fundatum, Principem ligari lege conventionis & contractûs irrevoca-
biliter, non ſecùs ac privatum. *cap. 1. de probation. & c. 1. tit. de natura feudi.*

c.1.extra. de pact. l.1. & l.juriſgentium §.prætor ait. D. eodem. Ioan. Nevi-
zanus inter conſil. Bruni feudalia tom.1. conſil.12.n.23. ubi multa accumulat.
& n.25. dicit ex Baldo in l.ſi aquam. C. de ſervit. & aqua. & ex Stephano Au-
141. *ferio in repet. Clement.1. de offici. ordin. chart.15. col.1.* quod licet Princeps
ſit Dominus legum, non ſit tamen morum, nec ſupra legem contractûs:
addit. Nevizanus Decium, conſil. 88. colum.3. & in c.1. de conſtit. colum. 8. &
142. *in c.1, de probat. col.1. dicere poſt Paulum de Caſtro in l. digna vox,* quod Prin-
ceps contractui ſuo non poteſt contravenire, etiam de plenitudine pote-
ſtatis. *Canoniſtæ in C. novit. de judiciis. Albertus Brunus conſil.1.n.61. ex*
Bartolo. Socin. inter conſil. Bruni. conſil.10.n.21. Io. Iacob. de Leonardis inter
eadem conſil. conſil.117.n.89.n.99. Ripa in reſponſ.28. quod perfecta.col.4.
quod hoc procedat, etiamſi contrahat cum ſubdito, ut refert de Leonard. n.100.
alios addens n.101,102,103. Gail.2. obſerv.55.n.7. ubi etiam ex Decio conſil.
151. n.11. refert, nec plenitudinem poteſtatis, nec ullam aliam urgentem clauſu-
lam eum eximere.

143. Feudum quid ſit, vulgò quidem notum eſt, tametſi de definitione, quæ-
nam vera & integra dari queat, inter J. C. magna ſit diſputatio. *Mozzius*
de origine feudi n.5. Iacobus de Bellviſo in apparatu familiari ſuper conſtitut.
feudal. in præfat. §. Primo ergo. ubi dupliciter deſcribit feudum. Claud. Seyſſe-
lius in ſpeculo feudorum in tit. de definitione & inventione feud. ubi varias alio-
rum definitiones ponit. Oberti. Ioan. Rayn. Odofredi, Hoſtienſis, quas omnes im-
perfectas dicit, tandem ſuam ponit. Vultejus de feud. lib.1. cap.2. n.5,6. ſeq.
ubi etiam Cujacii & Hottomanni definitionem reprehendit. Borchold. de feud.
c.1.n.13. Bocerus in diſputat. part.2. diſputat.12.n.10,11,12. examinat & re-
futat Oberti, Gofredi, Antonii Contii & Vultei quoq; definitiones. Clarus in §.
144. *feud. q.4.* Apud antiquiores feudiſtas definitio, ſeu potiùs deſcriptio O-
berti communi fuit calculo approbata & recepta: (*ea extat in lib.2. feud.*
§. final. tit. in quibus cauſis feud. amittatur 23.) *Franciſchin. Curt in tractat.*
feudal. part.1. quæſt.6. ubi eam à Baldo, Alvaroto, Hoſtienſi, Iacobo Ardi-
zono, à Cardinali, ab Immola & Alexand. approbatam dicit: quanquam & de-
finitionem Ioh. Raynal. non improbet. Clarus d. §. feudum. & q.4. Roſenthal.
in cap.1. concluſ.1. in prima editione. Vult d.c.n.4. Martinus de Caratis Lau-
denſis eam ſequitur in opere feud. tit.1.n.8.9. & ſeq. Hodie moderni Juriſ-
145. conſulti alias definitiones magis logicas, & naturæ feudorum convenien-
tes afferunt, inter quas hæ duæ videntur præcipuæ. Una, quâ feudum de-
finitur, quod ſit uſus fructus quidam rei immobilis, ſeu æquipollentis, ex
benevolentiâ Domini, ſub conditione fidei & ſervitiorum, conſtitutus.
Vult. d. cap.4. n.9. Gœddæus in diſputat. feud. theſ.1. eam ſequitur & Schonborn.
in diſputat. feud. theſ.1. Ioan. Niell. in diſput feud. theſ.6. & alii recentiores poſt
Vultejum. Hanc definitionem ſibi omnium perfectiſſimam videri ac præ aliis re-
ſpiciendam, ait Hunnius in tractat. feudali cap.3. §. Nona & ultima. Altera:
feudum eſſe jus in re quadam, quod quis ab alio, fidelitatis mutuò præſtan-
dæ causâ, conſtitutum habet. *Hanc definitionem tradit Bocer. in d. diſput.*
12. theſ.9. & in tractat. de feudi qualitat. cap.1.n.1. eamq; firmat. Sed nobis
non multùm eſt de eo laborandum, neque etiam de derivatione nominis,
quia in rem noſtram nihil faciunt: ſufficit ſcire generaliter & communiter,
146. quid ſit feudum. Variæ autem ſunt diviſiones & ſpecies feudorum. *Franciſ.*
Curtius junior. in d. part.1. in quæſt.8.n.1. ubi dicit, quot capita, tot fermè eſſe
ſententias circa diviſiones has. Vultej. cap.8.n.1. Mozz. de diviſion. feud. in
princip. Schrader. in tractat. feud part.2. c.3.4. Schardius in lexico, voce feu-
dum: Sed nos tantùm eas attingemus, de quibus mentionem facimus: nimi-
rum de feudo hæreditario, tum pactionato, quod eſt ex pacto & providen-
tiâ, tum de regali, ſeu dignitatis, tum de antiquo & paterno, deniq; de novo.

Hære-

Hæreditarium eſt conceſſum cum mentione hæredum, hoc eſt, quan- 147.
do conceditur accipienti pro ſe & hæredibus: ut ait Curtius d. part. 1. n. 19.
Schrader. d. tractat. feud. part. 2. cap. 3. n. 19. Petrus de Gregorio in tractat. de
conceſſ. feudi. part. 2. quæſt. 8. n. 4. ubi dicit, feuda hæreditaria eſſe, quæ quis
ſibi & hæredibus conſtituit. Iſern. in cap. 1. §. & olim. de ſucceſſ. feudi. Fran-
ciſch. Curt. in d. quæſt. 8. n. 19. Clarus in d. §. feudum. quæſt. 9. n. 2. Roſen-
thal. cap 2. concluſ. 23. &. 24. Borcholt. in comment. ad conſuet. feudal. cap. 4.
n. 16. Barthol. Camerar. in repetit. ad legem imperialem. §. præterea Ducatus,
ubi dicit, ab hac ſententiâ in judicando Iudices non aberrare. Vultej. d. cap 8.
n. 62. ubi dicit feudum illud eſſe hæreditarium, in quo ſuccedituur jure hæ- 148.
reditario, non ex providentia juris feudalis; ſed ex juris communis diſpo-
ſitione. Gail 2. obſervat. 154. n. 7. Mynſing. Cent. 4. obſerv. 2. ubi dicunt feu-
dum hæreditarium eſſe, quod conceſſum ſit pro ſe & hæredibus. Dividunt feudi- 149.
ſtæ hæreditarium in ſimpliciter, ſeu merè hæreditarium, & in mixtum: illud
eſſe, quando conceſſum ſit pro ſe, & filiis, & hæredibus quibuscunque; hoc,
quando conceſſum ſit pro ſe, & filiis, & hæredibus, vel liberis hæredibus.
Clarus d. quæſt. n. 2. & n. 4. Roſenthal. d. concluſ. 23. & 24. & concluſ. 26. Gai-
lius d. obſervat. 154. n. 6. & 19. Vultejus d. cap. 8. n. 30. in fine ubi ait ex Hart-
man. Piſtore de quæſt. jur. quæſt. 1. n. 47. non eſſe admodùm laborandum, 150.
utrum feudum dicatur mixtum, an verò merè hæreditarium, eò quod
feudum mixtum dicatur tantùm ob id, quod non perinde, ut merè
hæreditarium ad hæredes etiam extraneos; ſed ad deſcendentes, tantùm
maſculos tamen, tranſeat, in cæteris autem feudi hæreditarii naturam ob-
tineat. allegat Gratum conſil. 4. vol. 1. Cravett. conſil. 256. n. 31. Covarruviam
2. reſol. cap. 18. jam ſciendum de feudo hæreditario judicandum eſſe, ſicut 151.
de aliis rebus hæreditariis. ita dicit ex Decio conſ. 395. n. 5. Gail. d. obſervat.
154. n. 13. Vultejus d. cap. 8. n. 114 in medio: feudum hoc obvenire ſucceden-
ti, ut hæredi, nimirum cum qualitate hæreditariâ, haud ſecùs ac cætera bona,
quæ ſunt allodialia. ac proinde alienari, teſtamento relinqui, oppignerari,
confiſcari poſſunt: veniunt in petitione hæreditatis, devolvuntur etiam
ad hæredes extraneos, veniunt in publicatione bonorum. Curtius d. part. 1.
& quæſt. 8. n. 19. Gail. d. obſervat. 154. n. 10. & ſeq. Mynſing. cent. 3. obſerv.
67. n. 1. In Galliâ, Angliâ, Hiſpaniâ, in regno Siciliæ & Neapolitano, in 152.
Burgundiâ, & plurimis aliis locis, ubi feuda ſunt inſtar patrimonialium, &
à bonis hæreditatiis, quò ad ſucceſſionem & jus fruendi, nihil ferè diffe-
runt, hoc indubium eſt, & clarum. Molinæus in conſuet. Pariſienſ. §. 13.
gloſ. 5. tit. 1. Claudius Seyſſelius Sabaudus in ſpeculo feudor. in rubrica de origin.
& cauſ. libr. feudor. dicit: Francos, Hiſpanos, & alios populos, qui non re-
cognoſcunt Imperatorem, licet jura Romanorum acceptaverint, tan-
quam rationabilia: tamen legibus & conſuetudinibus feudorum non liga-
ri, & ideò, ſi quæſtio feudalis emergat, eam decidi, aut ſecundùm con-
ſuetudinem ſpecialem regionis, vel generalem regni, vel ſecundùm jus ca-
nonicum & civile. Thomas Minadous Patricius Neapolit. conſil. feud. x. n. 1.
ex conſuetudin. Neapolit. libro, dicit ex communi forma feuda in eo regno
hæreditaria eſſe. Boërius in deciſionum lib. 1. quæſt. 202. n. 3. Sic ſunt, ait,
omnia feuda regni Franciæ, quæ de conſuetudine ſunt redacta ad inſtar Pa-
trimoniorum, quò ad jus diſponendi tam inter vivos, quàm ultimâ volun-
tate, & in deciſiòn. 114. ubi ait. in Franciâ non ſolùm feudum Francum, ſed
alia feuda eſſe redacta ad inſtar Patrimoniorum, quæ vendi, alienari, ac do-
nari poſſint, irrequiſito Domino & invito. allegat Fabrum in authent. in-
greſſi. col. ult. C. de Sacroſanct. & multos alioſ. vide & Codicem Henrici: tit. de
feud. idem Boërius lib. 2. quæſt. ſeu deciſion. 268. n. 7. ubi per allegata dicit.
feudalia, & emphyteuticaria, de jure non tranſire in fiſcum, nec in extra-

neos hæredes; tamen iſtud de conſuetudine Franciæ non ſervari, quia ad inſtar patrimoniorum redacta ſint, & tranſeant ad extraneos, & confiſcentur. *Guido Papa deciſ. 59. n. 2. & deciſ. 297. n. 2. Cujacius ad librum 1. feudor. tit. 2. quibus modis feud. amittat. poſt medium, ubi dicit*, moribus Galliæ receptum, ut etiam ſine voluntate Domini, Vaſallus feudum cedere & vendere poſſit, quâ ratione vulgò dicatur feuda patrimonii jure cenſeri. *idem Cujacius ad lib. 2. feud. ad. 2. titul. ubi ait, vulgò dici*, le vaſſal ſe peut jouyr de ſon fief, jusques à mettre la main au baſton. *Vaſallus feudi ſui liberam adminiſtrationem habet, modò ſi non ſe in alterius Domini fidem clientelamque conferat, nimirum ab alio accepto ſcipione.* Apud Anglos feuda, lege Normanniæ, parùm ab aliis bonis hæreditariis & patrimonialibus differunt: *ſicut videre eſt in Cuſtom. cap. 25, 26. cap. 101. & paſſim, & apud Rich. Zouchium ICtum Profeſſorem regium Oxonia, in deſcriptione juris & judicii feudalis ſect. 1. 2. & variè.* Hinc ſucceſſio in feudis apud Anglos, quæ eſt ex gratiâ: *(hoc eſt, quando Epiſcopus, vel Abbas, in feudo, quod prædeceſſor ejus tenuit, ſuccedit per gratiam in locum defuncti ſuffectus:)* hæreditaria tantùm; nulla autem ex pacto & providentiâ, nec ex inveſtiturâ & ſpeciali lege, *Cuſtom. cap. 25. ſicut*
153. *Zouchi. pluribus refert dictâ deſcriptione, ſect. 2. §. de conſuetudine.* Proinde etiam ſine conſenſu Domini & Agnatorum obligari, oppignerari, vendi, dividi, in dotalitium relinqui & conſtitui poſſunt. *vide eund. Zouch. ſect. 3. ſect. 5, 6. & Cuſtom. cap. 101, 102. & cap. 112. & cap. 114,*
154. *115.* Hinc fit, ut nationes iſtæ, de feudalium bonorum naturâ & ſucceſſione, judicent, ſecundùm ſua jura & conſuetudines, & non rectè intelligant differentiam inter feuda hæreditaria, & ea, quæ antiqua ſunt, & ex pacto & providentiâ, quæque jure ſanguinis, & proprio, obveniunt.

155. Feudum pactionatum, ex pacto & providentiâ, eſt feudum, in quo ſucceditur jure ſanguinis, ſecundùm diſpoſitionem juris feudalis: *ita ait Vult. d. cap. 8. & n. 62. Clarus d. §. quæſt. 9. n. 3. Iſern. in c. 1. n. 3. an agnat. vel filius. Roſenthal d. c. 2. concluſ. 29. ubi dicit eſſe feudum, acceptum pro ſe, & filiis, ſeu liberis, nullâ hæredum mentione factâ. id enim eſſe ex pacto & providentiâ, pro certiſſimâ haberi regulâ, unde inferatur, ejus naturæ eſſe, ut conceſſum ſit in cunctam generationem. Afflictus, Baldus, Prepoſitus, Alvarotus, & communiter Dd. in d. c. 1. an agnatus, vel filius. Bocerus in diſput. 13. lib. 2. n. 21. & in tractatu feudali cap. 5.* ubi feudum ex pacto & providentiâ eſſe dicit, quod ex providentiâ legis feudalis etiam ad primi acquirentis liberos, præcipuè maſculos cujuſque gradûs, ordine ſucceſſivo, jure proprio pertinet, ut illi commodum ejus ad dies vitæ capere, ſucceſſori autem ſuo præjudicare in eo nullâ ratione queant.

156. Feudum receptum pro ſe, & filiis & hæredibus, ſicut vulgò in inveſtituris additur feudalibus; item acceptum pro ſe, & maſculis hæredibus, vel hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, vel pro ſe, & genere & poſteris, eſt feudum ex pacto & providentiâ: *ut Roſenthal. d. concluſ. 21. & Vultej. d. cap. 8. n. 30. & 31. per innumeros probant. Gail. d. obſervat. 154. n. 20. ubi dicit, ſecundum conſuetudinem Germaniæ hoc ita eſſe. & Mynſingerus Cameram Imperialem in judicando ſequi, cent. 4. obſer. 2. Roland. à Valle. conſil.*
157. *67. n. 21, 23, 24 ſeq. in 1. volum. Borcholt. d. cap. 4. n. 16. in fine.* Pactum reſpicit progenitores, ſeu primos acquirentes: providentia, concedentem: ita ut ex ſtipulatione majorum, & ex providentiâ concedentis, tale feudum acquiratur. *Barthol. Camerarius in repetit. l. imperial. §. præterea Ducatus ab initio, ubi dicit, quod etſi ſufficeret dicere nos habere feuda ex pacto Majorum,*

ſorum, vel habere ex providentiâ dantis, nihilominus ut oſtenderetur, ab utro-
que illa nos habere adinventum eſſe, hoc magiſtrale nomen, ut feuda habeamus
ex pacto & providentiâ, quaſi ab utroque ſimul: pactum reſpectu primi acqui-
rentis, ut dicit gloß. in verbo retinere. de his qui feuda dare poſſunt. Iohan.
Thomas de Marinis de generibus & qualitat. feudorum. tit. 1. n. 14. & ſeq. &
Marinus Freccia lib. 3. different. feud. n. 22. Vult. d. cap. 8. n. 27. ubi dicit, quod
pactum accipientem potiſſimùm reſpiciat: providentia dantem, quaſi origo ejus
feudi ſit ab accipiente, ſucceſſio ſit ex providentiâ concedentis. Alii dicunt pa-
ctum reſpicere utrumque, primum acquirentem & Dominum dantem:
providentiam verò conſiderari intuitu legis, quæ ex ſuâ providentiâ neceſ-
ſariò defert feudum. *Iſernias in c. 1. §. hoc quoque de ſucceß. feud. col. 3. An-*
chor. in c. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis. in c. 1. an agnatus, in cap. ſi Vaſallus cul-
pam. ſi de feud. fuerit controverſ. & in cap. 1. ſi Vaſall. feud. privet. & Oldrad.
conſ. 194. col. 3. ſicut citat Camerarius d. loco, ubi addit. Nos autem, *inquit,*
rectiùs jura feudalia vocabulum providentia, tam pro providentiâ Domi-
ni dantis, quam pro providentiâ legis uſurpare. *ſecundum Iſern. in c. 1. §. do-*
nare. colum. 7. qualiter olim feuda alien. potuerint. Talia in Germaniâ ſunt 158.
pleraque feuda nobilia & paterna, ex pacto nimirum & providentiâ: in tan-
tùm, ut in dubio, quando diſceptatur an feudum ſit hæreditarium, vel ex
pacto, præſumatur eſſe ex pacto. *Mynſing. cent. 2. obſervat. 2. ubi in Came-*
râ ita deciſum eſſe dicit, & adducit multos. Matth. de afflictis in d. c. 1. an agnat.
vel filius. Borchold. dict. cap. 4. n. 19. Barthol. Camerar. in repetit. d. l. Imperia-
lem. §. præterea Ducatus, ubi dicit concludendo. Itaque intellige tu omnia dicta
Iſern. & aliorum dicentium, quod in dubio quis cenſetur capere feudum 159.
pro ſe & hæredibus, non tamen, ut in dubio ſit hæreditarium, uti inſipien-
tes feudiſtæ dicunt, ſed quod cogitaverit habere hæredes, hoc eſt, ſucceſ-
ſores in feudo. Uno verbo, dico cum Vultejo *d. cap. 8. n. 31. in fine*, feudum 160.
ex pacto & providentia nullam habere qualitatem hæreditatiam; feudum
hæreditarium merè & abſolutè habere omnem qualitatem hæreditariam.
Quod mixtum appellatur, habere eam dumtaxat qualitatem hæredita-
riam, ut ſucceſſor qui id vult obtinere, ſit hæres defuncti, in cæteris autem
retinere naturam feudi, jure feudali tributam. Iam ſciendum quod ejuſ- 161.
modi feudum non poteſt alienari, legari, vendi, confiſcari, teſtamento re-
linqui, aut alio modo ejus natura & forma mutari, vel poſſeſſio transferri
in præjudicium filiorum & agnatorum jus adeptorum. Longum eſſet, &
infiniti laboris, leges, autores, & teſtimonia in eam rem congerere. Pauca
dumtaxar hic referemus, cætera quando ad ipſam materiam perveneri-
mus, attingemus. *Iſern. in c. 1. §. donare. Qualit. olim. feud. alien. poter. ubi*
dicit non poſſe diſponere nos de feudo in præjudicium illius, qui ex legis, vel homi-
nis providentiâ, feudum capit. Clarus. d. §. feudum quæſt. 40. n. 1. ubi dicit per
text. in c. de ſucceß. feud. diſpoſitionem teſtatoris nullo modo valere, & addit.
n. 4. quod nec poſſit illud legare pro animâ *& q. 84. n. 1. ubi docet & probat.*
publicatis bonis Vaſalli, feudum antiquum ex pacto & providentiâ, etiam
quod Vaſallus delinquat, nunquam venire in confiſcatione bonorum, cu-
juſcunq; generis ſit delictum. *idem Clarus lib 5. ſentent. §. final. quæſt. 78. n. 7.*
Giaccharius & Bajardus, ibi in addit. Rolandus à Valle. conſ. 71. n. 8. & ſeq. vol. 1.
VVeſenb. conſ. 14. n. 95. ubi addit, cum hæc feuda filius non capiat jure hære- 162.
ditario; ſed beneficio primi acquirentis, ideo illa neq; jure, neque nomine
hæreditatis venire. *& conſ. 15. n. 9. & 10. dicit*, hæreditatis nec appellatione,
nec jure bona feudalia *ſcil. quæ debentur ex pacto & providentiâ* venire: eo-
rum naturam ab aliis bonis planè ſeparatam eſſe, itaque nec in generali diſ-
poſitione, nec in alienatione, donatione & renunciatione venire. *Gail. de*
pace publicâ lib. 2. cap. 14. ubi n. 1. dicit. quod ſit communis opinio, feudum 163.

antiquum

antiquum ex pacto & providentiâ in confiſcationem, ſive publicationem bonorum, non venire, nec applicari fiſco. *& n.* 5. eſſe ab ipſâ hæreditate ſeparatum. hæreditatem enim non tribuere ſucceſſionem feudi: ſed ſeparatam & diverſam naturam habere ab ipſo. *Vult. d. c.* 8. *n.* 79. *dicit,* in confeſſo eſſe, quod feudum ex pacto & providentiâ Patet uni filiorum prælegate non poſſit. *Dd. in c.* 1. *in princip. de prohibit. feud. alienat. per Frideric.*
164. *Petrus de Gregorio de conceſſion. feud. part.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 18. *dicit.* tot eſſe in feudo ex pacto conceſſiones, quot perſonæ, quod ſecùs in feudo hæreditario: *allegans Paul. Caſtrenſ. in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. D. de legat.* 1.
165. *& addit. n.* 59. feudum ex pacto eſſe feudatarii dum vivit, ſicut uſum fructum; eo mortuo extingui, & jus reſolvi, & caducum effici. *per Iacob. de S. Georgio, in tractat. de feudo in verbo: & cum pacto, quod de feudo. in ult.*
166. *colum. in fine. addit denique n.* 60. *&* 61. *inquiens.* Jus feudi ex pacto & providentiâ in perſona feudatarii perſonale, & tot ſunt conceſſiones, quot ſunt perſonæ, & aliud eſt feudum in perſonâ feudatarii, & aliud in perſonâ ſucceſſoris. Feudum verò hæreditarium habet in ſe jus reale, & idem eſt in perſonâ defuncti, & ejus hærede. *Bartholom. Camerarius in d. §. præterea ducatus, ubi docet,* quod quando Dominus feudum dat accipienti, & ejus ſucceſſoribus, itidemque primus acquirens ita accipiat in infinitum. *c.* 1. *ſi vaſallus feudo privat. & c.* 1. *§. hoc quoque de his qui feuda dare.* minime tunc dicere debeamus, ut una ſit donatio pro primo, & omnibus ſequentibus in infinitum, quin potiùs ut totidem
167. cenſeantur donationes, quot ſunt perſonæ ad tempus, & poſt tempus factæ, hoc eſt, unicuique ad vitam, quæ tempore finiuntur, & poſt tempus, id eſt, poſt uniuſcujuſque mortem, pro ſequenti incipiat ſimiliter ad vitam: *Secundum Iſern. in c.* 1. *§. hoc quoq. colum.* 3. *de ſucceſſ. feud. & in c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohibit. feud. alienat. & in c.* 1. *§. quid ergo. de inveſtit. de re alien. fact. colum.* 2. *ut in ſimili declarat. Bartol. in l. ſi mihi &*
168. *Titio. D. de verbor. oblig. col.* 2. Ita ut unusquisque ad vitam ex propriâ do-
169. natione feudum capiat. *argument. l.* 2. *&* 3. *de donat. quæ ſub modo.* Notandum etiam hoc, quod non nulli feudum antiquum ex pacto & providentiâ, dividant in hæreditarium, vel non hæreditarium, *quod Barthol. Camerarius docet in d. repetitione. & §. Ducatus,* ubi etiam reprehendit eos, qui hoc non animadverterint: dicit præterea feuda ex pacto & providentiâ non hæreditaria eſſe omnia, quæ pro liberis, aut alio modo conceduntur, in quibus de hæredibus non fit mentio: hæreditaria verò eſſe omnia in quibus de hæredibus mentio eſt. *Borcholt. d. cap.* 8. *n.* 94. *& alii.*
170. Feudum vetus ſeu paternum, & antiquum, vel avitum, (*nam in effectu eadem ſunt. & nulla eſt jure feudali nova diſtinctio paterni & antiqui. Vult. d. c.* 8. *n.* 5. *in fine. Martinus Laudenſis lib.* 1. *lit.* 8. *de feudi ſucceſſ. in §. hoc quoque obſervatur. n.* 5, 6. *& ſeq. Alexand. conſil.* 2. *colum.* 2. *in* 5. *volum.*) eſt, quod à Patre, vel alio aliquo aſcendente, ſive avo, ſive proavo, ſive abavo, ſive alio majorum iſtius agnationis, communi ſtipiti acquiſitum eſt. *c. & §.* 1. *de ſucceſſ. feud. ubi Baldus & Alvarot. & Eguinarius Baro. c.* 1. *§. paternum. de natur. ſucceſſ. feud. cum ſimilibus. Roſenthal. cap.* 2. *concluſ.* 15. *Vult. d. n.* 5. *Sonesbecius de feud. part.* 3. *n.* 4.
171. Feudum novum, eſt, quod nullâ ſucceſſione acquiſitum eſt, ſed cujus cauſam habet acquirens à ſe, & à Domino concedente, in quo collaterales ſibi invicem non ſuccedunt, quodque ex quolibet delicto apertum Domino, non agnatis defertur: prælegati & conſentiente Domino alienari poteſt. *Vult. d. c.* 8. *n.* 4. *Roſenthal. d. c.* 2. *concluſ.* 14. *& concluſ.* 22. *c.* 1. *verſ. novum. qui teſtes ſunt neceſſ. d. c.* 1. *de ſucceſſ. feud. Borcholt. de feud. c.* 8. *n.* 57.
172. *& n.* 145. quando verò dubitatur, an feudum ſit novum, vel vetus, præſumitur

ſumitur potiùs antiquum & paternum. *§. final. de ſucceſſ. fratern. & in c. in principio. ſi de feudo defuncti controverſia fuerit. Menoch. arbitrar. Iud. quæſt. caſu 191. Alciatus de præſumt. regul. 3. præſumt. 28. n. 1.*

Jam hoc non prætereundum, quod in feudo ex pacto filius repudiare 173. poteſt hæreditatem Patris, & amplecti feudum: ſecus eſt in hæreditario. *Andr. Iſern. in d. c. an Agnatus. Mynſing. cent. 3. obſerv. 67. n. 5. ubi in 6. & 7. dicit,* quod filius in tali feudo ſuccedat ex contractu, & ei liberum ſit 174. ſtare contractui, & repudiare hæreditatem. *& cent. 4. obſervat. 2. Bald. in rubricâ an Agnatus vel filius poſſit retinere feudum repudiatâ hæreditate. ubi n. 7. refert ex Iaſon. in ſumm. tit. quo modo & ex quibus cauſ. feud. amittat,* quod filius non deterioris ſit conditionis, quàm Agnati in feudo paterno, ideò poſſit feudum acceptare, & repudiare hæreditatem. *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud part. 2. quæſt. 10. n. 57. Borcholt. de feud. cap. 7. n. 94.* ideò filius, vel Agnatus, æs alienum Vaſalli defuncti, ſi hæres non ſit, ſolvere non 175. tenetur, quia poteſt creditoribus dicere, vobis non competit actio, contra me, quia non ſum hæres hæreditatis, ſed ſanguinis, non venio ad feudum jure hæreditario, ſed proprio, ideò ſolutio æris alieni mihi non incumbit. *ſicut Gail. d. obſervat. 154. n. 4. ubi ita judicatum fuiſſe dicit. & refert idem Borcholt. d. n. 94. Mynſing. d. obſerv. 67.*

Ex his paucis apparet, quanta ſit differentia inter feuda hæreditaria, 176. qualia pleraque ſunt in regnis exteris, & ea, quæ ex pacto & providentiâ veniunt. *vide Hartmann. Piſtor. lib. 2. quæſt. jur. part. 1. Cacheran. deciſion. 161. Freceiam de ſub infeudat. lib. 3. ubi refert triginta duas differentias. Menoch. conſil. 507. n. 11. vol. 6. Thomam de Marinis de genere & qualitate feud. rubric. de feud. ex pacto & providentiâ antiquo, ſive paterno. Petrum de Gregor. de conceſſ. feud. d. p. 2. quæſt. 10. ponit ſeptendecim differentias: quas omnes confirmat, & per concordantes ſtabilit. Garſiam Maſtrillum in addition.*

Feudum regale & dignitatis, eſt feudum nobile, ſupremi Principis, au- 177. ctoritate conceſſum cum dignitate regali, *ait Vultejus. d. cap. 8. n. 10. adducens Mozz. de diviſion. feud. n. 42.* cujuſmodi dignitas eſt, vel Regnum, vel Electoratus, vel Ducatus. *& c. unico ibi. De aliquâ regali dignitate, de feudo Marchiæ, Ducatus, vel Comitatûs c. unico. ibi. de beneficio regali de capitulis Conradi. Hottoman in diſput. feudali, c. 28. & in comment. feudal. ad tit. 1. lib. 1. §. 1. ad verba Regis, vel regni Valvaſores; & ad tit. 10. lib. 2. quis dicatur dux. Rebuff. in declarat. diviſion. 2. Zaſius in part. 5. n. 1. ad tit. Qui feud. dare, vel accipere. Martinus Laudenſis l. 1. ſuper tit. 1. n. 30. ubi ait.* feudum dignitatis eſſe, quando ei annexa ſit dignitas. *Franciſchin. Curt. in tractat. feud. primâ part. quæſt. 8. n. 4. ubi dicit,* duobus concurrentibus dici regale, ſeu dignitatis. Primò, ut aliqua dignitas concedatur; ſecundò, ut concedatur ab Imperatore, Rege, vel alio Principe. *idem Curt. part. 4. Ex quibus cauſ. feud. amitt. n. 121. Hottoman. de feud. diſputat. cap. 4. §. primum. Schrad. tract. feud. part. 2. cap. 3. n. 6. Barthol. Camerarius in repetitione l. imperialem part. 2. ad §. præterea ducatus. de prohibit. feud. alien. per Frid. Borcholt. in cap. 4. n. 12. ubi dicit,* Regale nominari, quod dignitatem annexam habet, *& in* 178. *fine addit,* quod regalia feuda ſint omnia feuda, quæ Principes Germaniæ habeant, non ſolum illa, quæ ſeculares Principes; ſed etiam quæ Eccleſiaſtici tenent. *Aurea Bull. cap. 1. §. 8. ibi. Princeps Elector, aliuſve Princeps feudum, vel feuda, à ſacro tenens Imperio. & cap. 29. in Principio. ibi, Electores Eccleſiaſtici & ſeculares, dum feuda ſua, ſive regalia ab Imperatore recipiunt. Vult. d. cap. 8. n. 10. & n. 36. ibi,* ſunt feuda dignitatum regalium, puta regni, Electoratus, Ducatus. *Henricus Bocerus diſput. part. 2. diſputat. 13. theſ. 10. ibi,* dignitatis feudum non tantùm Regnum, ſed & Electoratus, Ducatus; *c. 1. de feudo Marchiæ, vel Ducatus, vel Comitatus. tit. 14. lib. 1. feud. ibi Cujac.*

Bald. Iacobus de Belviſo, & Dd. c. 1. Quis dicatur Dux. tit. 10. lib. 2. d. c.
imperialem. §. praterea Ducatus. de prohibit. feud. alienat. per Frid. Roſenthal.
in ſynopſ. cap. 2. concluſ. 2. Hæc feuda regalia ſunt, vel ſæcularia, in re pro-
179. fanâ conſtituta, & dicuntur vulgò vexillifera. Fanlehen / eò quod Prin-
cipibus conferuntur ab Imperatore per vexillum. *Aurea Bulla. cap. 5. ibi.*
Principum dumtaxat exceptis, & illis quæ Fanlehen vulgariter appellantur.
Schneid. de feudis part. 1. n. 30. Schrad. in tractat. feudali part. 2. cap. 3. n. 6.
180. *Vultej. d. c. 8. n. 10. & 19. Bocer. de inveſtitura cap. 3. n. 129.* vel Eccleſiaſtica,
quæ perſona Eccleſiaſtica ſuſcipit, in re Eccleſiaſticâ conſtituta, vulgò
Sceptrigera, Scepterlehen / quia Vaſallis cum Sceptro, ſcipione & annu-
lo tradi ſolent. *Bocer. d. cap. 3. & 12. & Schneidevvin. d. part. 1. n. 30.* Regu-
181. lariter feuda dignitatum regalium, puta, regni, Electoratûs, Ducatûs, in-
dividua ſunt, & prohibentur dividi. *l. Imperialem. §. praterea Ducatûs. de*
prohibit. feud. alienat. ibi. Dd. c. licet ad finem. extra de voto & voti redemt. ibi
gloſſ. & Abbas. Socinus in reg. 189. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. de feud. Ru-
bric. 3. §. 6. n. 7. ubi dicit, neminem in eo diſcrepare. *Iacob. de Bellviſo in*
182. *diviſ. feud. in 8. diviſione.* Hodie multis in locis, etiam in Italiâ & Germa-
niâ per conſuetudinem dividuntur, non ſolùm ratione juriſdictionis & ad-
miniſtrationis; ſed etiam ratione bonorum & utilis dominii. *experientia*
hoc teſtatur. Borcholt. d. cap. 7. in ſecundo modo acquirend. feud. n. 39. poſt me-
dium. Schurff. conſil. 17. n. 15. in 1. centur. & in 2. centur. conſil. 32. n. 1. Gail.
2. obſervat. 153. n. 2. Vultej. d. cap. 8. n. 36. circa finem, ubi addit. Verum,
183. *inquit,* ut maximè Marchionatus, Ducatus & Comitatus ex conſuetudine
hodiernâ ſunt dividui, ſecùs tamen eſt in regno, quod, ſicut & Electoratus,
ratione diviſionis manſit in diſpoſitione. *d. §. praterea Ducatus. Hart. Hartm.*
2. obſervat. 20. Gail. d. obſervat. 153. n. 2. in fin. ubi dicit. Electorálem di-
gnitatem eſſe individuam, & jus primogenituræ in eâ locum habere; Et
ſanè ita eſt, ſecundùm Auream Bullam, ut infra audiemus pluribus.

184. Ex his jam facile eſt ſcire, quid ſit Electoratus, nimirum, feudum rega-
le antiquum, individuum, ex pacto & providentiâ, conceſſum & acqui-
ſitum generi & familiæ, connexam habens principatui & territorio ſuo
dignitatem Electoralem, hoc eſt, jus & poteſtatem, cum ſuis coëlectori-
bus eligendi & creandi Cæſaris, & proſpiciendi ne quod res Imperii da-
mnum accipiat, in quo non ſucceditur jure hæreditario; ſed jure primo-
genituræ, proprio & acquiſito, virtute primæ & ſimultaneæ inveſtituræ,
& ex proviſione legis, quodque ſucceſſor non à Patre, & ultimo poſſeſſore;
ſed à primo acquirente, cui ſuccedit, & à primo concedente, à quo jus tra-
185. ditum habet, conſequitur. Ejuſmodi Electoratus, ſive præcipua regalia
feuda dignitatum, ſeptem ſunt in Imperio, quorum tres ſæculares, Palati-
nicus, Saxonicus, & Brandenburgicus, hanc naturam & formam, quam
186. jam diximus habent; tres Eccleſiaſtici, Moguntinus, Trevirenſis, & Colo-
nienſis, in Archiepiſcopatibus, quibus annexa eſt dignitas electoralis, con-
187. ſiſtunt. Regnum Bohemiæ, feudum quidem eſt Imperii, & Electoratus le-
gitimus: ſed, quoad ſucceſſionem, differt à reliquis tribus Electoratibus
ſæcularibus, ſicut notatur, & excipitur in Aureâ Bullâ *cap. 7. Rubricâ, de*
188. *ſucceſſione Principum. in §. 3. in fine.* Elector ergo eſt is, qui Electorarum legi-
timo titulo & jure, ſive per ſucceſſionem feudalem, ex pacto & providen-
tiâ, jure ſanguinis & primogenituræ; ſicut tres illi ſæculares, Palatinus,
Saxo, & Brandenburgicus: ſive per electionem capituli, & confirmatio-
nem Cæſaris, prout Eccleſiaſtici, conſecutus eſt & poſſidet. *Aurea Bulla,*
& conſtitut. Imperii paſſim. adde Fulvi. Pacianum. lib. 2. c. 35. n. 25. & ſequent.
de probat. Bodin. lib. 6. de Republ. c. 5. Thuan. lib. 2. Hiſtor. Heig. lib. 1. quaſt. 3.
Schardium de orig. Elect. lib. ſingulari, & alios complures. de horum Electorum

(quos

(quos Septemviros & Heptarchas, Ephoroſque Romano-Germanici 189.
Imperii rectè appellare licet. *Althuſ. in Polit. c. 17. §. Ephori ſunt, inquit, generales ephori Imperii Germanici. & §. unde ephororum. & in §. generales ſunt. Alſted. in Encyclopæd. lib. 23. Politiea cap. 3. n. 52.*) poteſtate, auctoritate & præeminentiâ (quæ certè maxima eſt. *Aurea Bulla c. 3. c. 12. c. 24. c. 26.* columnæ & baſes Imperii vocantur. *Heig. d. q. 3. n. 2.* 190.
& n. 37. Sebrad. d. lib. Lupoldus de juribus Romani Imperii lib. 1. cap. 6. Mollerus in lib. 1. Semeſtrium cap. 4. in fine. Alſtedius d. loco:) alibi dicendi erit locus. Nunc hîc quaſi per tranſennam attingo & dico, quod licet in 191.
Aureâ Bullâ dicatur, illum Electorem eſſe, & pro Electore habendum, qui in poſſeſſione ſit Electoratûs, ſeu Principatûs, Electoriam dignitatem annexam habentis; illud tamen non eſſe extendendum in præjudicium illius, qui vi expulſus eſt: hic enim retinet dignitatem, & civilem poſſeſſionem, & legitimus eſt & manet Elector, licet expellens & ſpolians, ejus nomen, officium, & ditiones poſſeſſione naturali, & per violentiam, uſurpet & detineat. *Chaſſan. in Catalogo gloriæ mundi in 5. part. in 49. conſiderat. ubi dicit per Bald. Cardinal. & Alexand. in c. 1. quis dicatur Dux, Marchio*, quod Dux, Marchio, & Comes, expulſus à Ducatu, Marchionatu, retineat dignitatem, ita ut ſedere debeat in loco Ducum, Marchionum, & Comitum. Quoniam ex quo inveſtiti fuerunt de Ducatu, Marchionatu, vel Comitatu, retinent dignitatem, *ut tenet Iacobinus de S. Georgio in tract. feud. in verbo Comes. facit textus in C. Nabuchodonoſor. 23. q. 4. ibi, regnum quod perdiderat rurſus accipit. & facit Clement. 1. de foro competent. Hæc Chaſſanæus. adde Franciſchin. Curtium in tractat. feud. 2. parte. in 3. quæſt. n. 10. ubi ait*, quod per reſcripta Principis, Imperatoris, aut Papæ, vio- 192.
lenta poſſeſſio non confirmetur. *per text. in l. 2. C. de fundis & ſaltibus rei dominicæ lib. XI. & ibi gloſſ. Bald. in cap. 1. n. 3. in fine. Dd. in leg. auctor item. C. unde vi. Bartol. in tractat. de tyranno column. 3.*

Regalia, ſunt jura ſoli Imperatori, aut Regi, cuive Imperator, vel Rex 193.
ea expreſſè, vel tacitè habenda dedit, in ſignum præeminentiæ, ad Imperii dignitatem & utilitatem conſervandam pertinentia. *ita definit Vultej. lib. 1. de feud. c. 5. n. 6. Roſenthal. c. 5. concluſ. 2. 3. adde textum, ubi enumerantur præcipua regalia, in c. 1. quæ ſunt regalia.* Dicta ita, quia Imperatori, qui in libris feudorum Rex appellatur, vel, quod & Regibus in aliis regnis, competunt. *Roſenthal. ibid. per d. c. 1. quæ ſunt regalia, & per Dd. in illud capit. Bocerus in 2. part. diſput. XI. theſ. 1. Bald. in c. 1. n. 1. Quis dicatur Dux. Bruckman. de Regal. c. 1. n. 16.* Præcipua regalia, quæ Electoribus, Duci- 194.
bus & Ordinibus in Germaniâ competunt, & ipſorum dignitatibus & Principatibus inhærent & connexa ſunt, hæc ferè enumerari poſſunt. Poteſtas judicandi in civilibus & criminalibus ſine appellatione, jus territoriale, ſeu ſuperioritatis, merum & mixtum Imperium, jus vitæ & necis; cudendæ, appretiandæ, mutandæ & tollendæ monetæ; metallifodinas habendi, mulcandi, puniendi, bona vacantia & damnatorum, & proſcriptorum, & crimen læſæ Majeſtatis committentium, capiendi & confiſcandi: onera tam realia, quàm perſonalia, collectas, tributa, portoria, & ſimiles fructus fiſcales indicendi & exigendi: palatia inhabitandi; piſcationum reditus, ſalinarum vectigal, theſauri inventi participatio, jus condendi & muniendi civitates, Caſtella & arces: Scholas publicas erigendi, leges & ſtatuta promulgandi, dicaſteria, armamentaria, & tribunalia habendi, militem colligendi, ſubditos ad arma evocandi, dilectus & diribitoria inſtituendi: jus Archivi & Cancellariæ, poteſtas Conſiliarios & officiales Eccleſiaſticos & ſæculares conſtituendi, fœdera publicæ pacis & ſecuritatis causâ percutiendi, & matrimonium cum exteris Regibus & Principibus,

inconſulto & nolente Imperatore, incundi jus rerum ſacrarum, jus fiſci, poteſtas immunitatem concedendi, Judæos recipiendi & protegendi, conducendi per vias publicas euntes & redeuntes, venationem & piſcationem prohibendi, jus mittendæ & recipiendæ legationis, juramenta fidelitatis à ſubditis, Vaſallis, & familiaribus recipiendi, nobilitandi: (*quod peculiariter Comiti Palatino competit, qui poteſtatem habet non ſolùm creandi Nobiles, ſed etiam Comites. Marquard. Freher. ad Petr. de Andlo lib. 2. de Imperio Romano. cap. 11. Cluten in ſylloge rerum quotidian. concluſ. 24. Lit. c.*) ſpurios legitimandi, à jurejurando abſolvendi, *& ſimilia id genus.*

Atque hæc jura Electores, & majorum gentium Duces, Principes in
Germaniâ & Italiâ, qui Vaſalli ſunt Imperii, & Principatus ac territoria,
dignitateſque ſuas in feuda ab imperio accipiunt & agnoſcunt, habent, &
cottidiè, nemine contradicente, exercent, ſicut experientia teſtatur, &
innumeris autoribus & allegationibus probare poſſemus, & nos alibi plu-
195. ribus, & de induſtriâ tractavimus & deduximus. Hinc fit ut in diplomati-
& literis, & in edictis ſuis, ſe tales, & tales, DEI GRATIA ſcribant, & titulis
præfigant; ideoque Regibus comparantur. *Aurea Bulla. c. 24. & alibi. Si-
mon. Schrad. in d tractat. de Origin. Electorum, in proœmio. Petrus Heig. part.
1. q. 4. n. 15. Peregrin. de jure fiſci. lib. 1. tit. 2. n. 75, 76. Arumaus ad Auream
bull. diſcurſ. 3. ad caput. IV. bulla. Bald. in l. final. C. de teſtament. milit. ubi*
196. *dicit.* Duces Germaniæ pro Regibus haberi. Quapropter Maximilianus I.
gloriabatur ſe Regem Regum eſſe, ſicut alii eſſent Reges hominum & ſub-
197. ditorum: Et Carolus V. dicere ſolebat, ſe in aliis regnis ſuis, ſubditis & ſervis,
in Germaniâ verò Regibus imperitare. *Goldaſt. in præfat. tom. 1. conſtit. Im-
perialium. Ioachimus Cluten in ſylloge rerum quotidianarum. concl. 26. inter au-
ctores juris publici. tom. 2.* In effectu, *inquit, Knichen. in comment. ad jus Saxon.
litis provocat. neſcium. verb. Ducum Saxon. c. 1.* Principes Imperii juribus
regalibus, eodem modo, quo ſuperiorem non recognoſcentes, omnimodè utuntur, ſiquidem eo ipſo, quo ducalis titulus illis confertur, tribuitur regalis & omnigena poteſtas. *paulo ante*, Germaniæ, *inquit*, Principes, quia decorati ſunt titulo de dignitate perpetuâ, exercent omnem omninò juriſdictionem in ſubditos, quam Imper. in toto Orbe, idcirco quilibet perhibetur Imperator in ſuo territorio. *Menoch. conſ. 75. n. 36. Cravetta. conſ. 983. n. 1.* Imò plus poteſtatis in principatu ſuo habent, quàm Imper. in Imperio. An in Angliâ, Galliâ, Hiſpaniâ, & aliis regnis, tam præpotentes ſint Principes & Dynaſtæ, tantiſque privilegiis & libertate præditi, & quibus permiſſum, ſub regibus tantam potentiam & libertatem, taliaque jura & privilegia oſtendere & exercere, alii judicent.

198. Nemini igitur mirum videri debet, ſi Imperatori, quem ejuſmodi Principes eligunt, creant, & per pacta jurata, ne potentiâ & poteſtate, quam ipſi tribuunt, abuti queat, obligant, non licet tam abſolutam poteſtatem, juriſdictionem & Imperium, (quale alii Reges, *αὐτοτελεῖς καὶ ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίμως*, ſui juris & ab omni legum neceſſitate ſoluti, in ſuos optimates & regulos, quos pro lubitu, & uno halituoris, ut quidam dicere ſolebat, condunt, horumque in bona & prædia, habent & exercent,) in Electores, Duces, Principes & Ephoros Imperii, & in horum Principatus & territoria ampliſſima, innumeris oppidis & caſtellis, & Urbibus conde-
199. corata, uſurpare & exercere. Hinc Zaſius Conſiliarius & Vice-Cancellarius
Imperatoris Caroli v. Rex, inquit, in regno plus juris habet, quàm Imperator in Imperio. Ille enim regnum ad hæredes proprios tranſmittit; huic verò in Imperio non niſi electione ſucceditur. *in 5. part. de feud. n. 5. citans c. venerabilem. de elect.*

200. Inter iſtos verò Dynaſtas Imperii, Elector Palatinus, maximè omnium conſpi-

conſpicuus, præter commemorata jura & dignitates ac privilegia, alia
etiam habet majora & ſublimiora. Quorum è numero hæc ſunt: primò, 201.
quod mortuo Imperatore Vicarius ſit & proviſor Imperii, hoc eſt, vices
Imperatoris ſuſtineat, eandemque, quam hic poteſtatem habeat, in partibus nimirum Rheni, Sueviæ, & jure Franconico, ſicut Elector Saxoniæ in
terris, ubi vivitur jure Saxonico. *Aurea Bulla. c. 5.*

Deinde in cauſis contra Imperatorem inſtitutis competens judex eſt. 202.
*Aurea Bull. cap. 12. & omnes qui in eam commentati ſunt. Ioachimus à Beuſt. ad
l. admonendi. 31. D. de jurejurando. n. 194. in medio. §. ſic Imperator.* Hinc
κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur Comes Palatinus, quod longè plus eſt, quàm Dux &
Princeps, ideoque in titulo ſuo præponit nomen Comitis, titulo Ducis. 203.
Eſt quippe nomen officii & dignitatis perpetuæ & hæreditariæ. Nam
idem eſt ac ſi diceres Judex ſacri Palatii, Comitis videlicet vox pro Præſide, vel Præfecto, vel Judice olim accipiebatur. *Cujacius in paratit. lib. 1.
tit. 32. & ad. c. 1. de his qui feudum dare, ita in c. 1. ſi de inveſtitur. inter Domin.
& Vaſall. lis oriatur, accipitur, ibi à Comite, id eſt, a Iudice, jurare compellantur.
Paul. Diaconus lib. 5. hiſtor. Longobard. ubi dicit, quod Gravio idem ſit, quod Iudex. Conſtitut. Friderici de pace tuendâ.* Hinc fit, ut poſt Pfaltzgravios, ſeu
Comites Palatinos, poſt Duces; poſt Marckgravios, ſeu Marchiones, &
poſt Landgravios demum Principes, (quorum præter Anhaltinos, qui
hunc titulum ſoli hodie in Imperio ferunt, nullus eſt) gradum habeant, &
in comitiis & conventibus publicis ſedeant.

Tertiò, Imperatore abſente, & ultra montes digreſſo, per totam Ger- 204.
maniam, Galliam, & regnum Arelatenſe, Vicarius eſt Imperii. *vide conſtitut vicariatus talis in Ludovico Barbato Palatino, ubi hæc leguntur.* Præcipuè
etiam animadvertentes, à Divis Romanis Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris hactenus exſtitiſſe obſervatum, ac etiam de jure Comitatûs Palatinatûs Rheni fuiſſe & eſſe, ut quando Romanus Imperator, vel
Rex, ultra montes Italiam ingreſſus fuerit, in ipſius abſentiâ vicariatus Imperii in Germaniâ, Galliâ & regno Arelatenſi, ad Comitem Palatinum
Rheni pertinuerit, & pertineat. Hoc privilegium ab omnibus fermè Imperatoribus confirmatum reperitur. à Carolo V. Wormatiæ, Anno CIↃ IↃ
XXI. ubi legitur, quod Imperatore Alpes transgreſſo, vel extra Imperium,
tum Comiti Palatino, qui Elector eſt, competat Imperii adminiſtratio &
gubernatio, quam prærogativam & privilegium ſe quoque confirmare Carolus, *ibi ait. Idem fecit Maximilianus II. anno* CIↃ IↃLIX *&* CIↃIↃLXVI.
Rodolphus II. anno CIↃ IↃ LXXV. CIↃ IↃ LXXVIII. CIↃ IↃ LXXXV. *&*
CIↃ IↃXCIV.

Quartò copiarum omnium & exercituum, ſi qui in Imperio Germanico 205.
eriguntur & ducuntur, Imperator & ſupremus belli Dux eſt propter officium: ſicut hiſtoriæ ſuperioris ætatis exemplis comprobarunt quàm plurimis, & nuper in Comitiis Ratisbonenſibus CIↃ IↃC XXX. aſſertum & evictum fuit, etiam per Bavarum, cujus intererat propter recens adeptam dignitatem, nimirum ad Comitem Palatinum Electorem pertinere, ut alius
præter ipſum nullus ſit exercitus Imperialis ductor & belli director.

Quintò ei liberum eſt oppida, dominia, & bona Imperii ab Imperatoribus quondam oppignerata, eodem pretio atque iiſdem conditionibus,
quibus pignori tradita fuerunt, redimere, & tamdiu poſſidere, donec reluantur ab Imperatore. *Marq. Freh. in originib. Palatin. cap. 15. §. & de vicariatu. verſ. denique ad hoc. Zacharias Victor de cauſis exemtionum. concluſ. 35.*

Denique ut alia plura ſpecialia privilegia ſilentio involvam & præter- 206.
eam, in collegio ſeptemvirali, & inter ordines proteſtantes, conſiliorum
Director, arbiter & promicondus eſt: eorum etiam, qui per vim oppri-

muntur,&vel in religione,vel in jure ſuo fruendo,contra fas &æquum tur-
207. bantur,defenſor &Protector honorarius: Quo ſalvo &incolumi,tota Reſp.
δυνάμεως ἀντιϐεϐηκυίας καὶ ἰσοταλάντῳ, potentiâ æquali librata, & paribus inter ſe
partium ponderibus ſuſtentata, manet ſalva: eo autem remoto, & ex alte-
râ, ut ita dicam, Reipubl. lance ſublato, neceſſe eſt, ut prægravata deor-
ſum, levior ſurſum eat, atque ita libra & harmonia Imperii protſus vorſus
vertatur,ſicut lamentabili experientiâ & eventu, ſtolidorum magiſtro, to-
tus Orbis Chriſtianus, eâ de causâ concuſſus & bellis agitatus,continen-
ter docetur & admonetur.
208. Inveſtitura, ſeu inveſtitio, ab inveſtiendo, *hoc eſt*, poſſeſſionem conce-
dendo, *gloſ. in princip. inſtit. de verbor. obligat. in verbo firmum. And. Kni-
chen in tractat. de inveſtiturarum pactionibus. part. 1. c. 1. n. 1. eſt ſolemnis feu-
di ceſſio. ut definit Cujac. ad tit. 1. lib. 1. feud. de his qui feuda dare. §. ſi vero
Archiepiſcopus. & ad tit. 2. lib. 2. de inveſtit. feud. vel, ut Bocerus in tractat.
de inveſtitura. cap. 1. n. 1.* eſt actus ſolemnis,quo Dominus Vaſallo,fidelita-
209. tem promittenti, feudum cedit, *hoc eſt*, vel tradit, vel poſſeſſionem illius
acquiſitam confirmat. *Arnold. de Reyger in diſput. feudal. 3. theſ. 3. Vulte-
jus cap. 7. n. 17.* eſt ſignum, *inquit*, neceſſarium feudi, & ſine eâ feudum
nequaquam conſtitui poteſt. *c. unico. in princip. Quibus modis feud. conſtitui
poteſt. Roland. à Valle. conſil. 50. n. 9. in tertio volum. & conſil. 5. n. 9. & 49.
& conſil. 90. n. 24. in 4. volum. ſicut citat Borcholt d. cap. 7. n. 2. Bald. in præ-
lud. ad feud. n. 27. ubi dicit*, feudi realitatis ſubſtantiam eſſe inveſtituram.
210. Dividitur in novi & veteris feudi, ſeu beneficii, inveſtituram, *tit. 3. in princ.
& tit. 32. lib. 2. feud. tit. 91. in extraordin. capit.* illa eſt,quâ Vaſallus feudum
primo acquirit. *dict. tit. 32. verſ. novam inveſtit. dico. ibi Iſernias, ut notat
Bocerus d. c. 2. n. 2.* hæc; quâ ceditur, vel confirmatur Vaſallo juſta poſſeſ-
ſio feudi, prius ſucceſſione, vel præſcriptione acquiſiti. *d. tit. 3. in princip. 2.
211. feud Bocer. d. cap. 2, n. 61. & d. tit. 32 §. ult. lib. 2. feud.* Non verè autem vocatur
inveſtitura, ſed impropriè: eſt enim potiùs renovatio inveſtituræ, quæ in
primo acquirente eſt facta. *Bocer. d. c. 2. n. 64. allegans Cephal. conſil. 27. n.
ult. lib. 1. & in alt. part. diſput. 16. theſ. 7.* Renovativam *vocat* inveſtituram.
212. *Menoch. conſil. 66. n. 40. lib. 1.* & eſt tantummodo quædam redintegra-
tio, & confirmatio inveſtituræ novæ, primitùs de feudo factæ, *ut per Gloſ.
ad d. tit. 3 in princip. in verbo à minore. ibi, majorum ſuorum feudum confirmat.
lib. 1. feud. ait Bocer. d. c. 2. n. 66. Roſenthal. cap. 6. de forma feud. concluſ. 46.
213. & concluſ. 14. ubi dicit*, hanc renovationem inveſtituræ juris novi nihil tri-
buere, ſed ſaltem fovere, & confirmare id quod invenit. *Vultej. d. c. 7. n. 59.
Hieron. Schurpf. cent. 2. conſil. 74. n. 4. ubi dicit*, inveſtituram feudi antiqui,
214. non dici propriè inveſtituram, ſed inveſtituræ confirmationem. Tenetur
autem Vaſallus hanc inveſtituræ renovationem petere toties, quoties aut
Dominus, aut Vaſallus, mutatur. *tit. 22. lib. 1. feud. & d. tit. 32. §. de veteri.
& tit. 40. lib. 2. feud. tit. 24. in princip verſu è converſo.* & hoc omnes, qui de
feudis ſcripſerunt, ipſa quoque experientia comprobant. *Roſenthal. d. c. 6.
215. concluſ. 46.* Debet autem peti intra annum & diem decenti modo, hoc eſt,
reverenter & obſequiosè, juxta ritus patriæ, offerendo ſe ad præſtationem
præſtandorum. *dict. tit. 24. in princ. d. tit. 40. in princ. tit. 52. §. ult. & tit. 55. in
verſic. præterea ſi quis. lib. 2. feudor. ut refert. Bocer. de inveſtit. cap. ult. n. 6.
216. Vult. cap. 7. n 60, 61. & n. 12. Roſenth. d. c. 6. concl. 14. Zaſ. part. 7. n. 13.* Si
omiſerit hoc tempus præfinitum & præſcriptum, amittit feudum & jus
ſuum. *text. expreſ. in d. 24. tit. in princ. & d. tit. 40. & 52. tit. 21. §. 2. lib. 1.
& nemo dubitat. Gunther. Poëta de geſtis Friderici lib.* 8.

Succeſſor feudi, totum ſi forte per annum
Atq; diem, tacto primæ jam tempore pubis,

Sive

Sive dolo, ſeu deſidiâ, ſeu mente ſuperbâ,
Spreverit à Domino feudalia poſcere jura,
Perdat, & hæc Dominus proprios aſſumat in uſus.

Hottoman. in diſp. feud. cap. 21. Bocerus d. cap. ult. n. 10. Petrus de Gregorio
de conceſſione feud. part. 8. quæſt. 16. n. 2. Schurpf. d. conſil. 74. n. 1. niſi eum 217.
juſta cauſa tueatur; inter illas cauſas, ob quas à caducitate, ob non peri-
tam inveſtituram tempore debito, Vaſallus excuſatur; non ultima eſt, ætas
pupillaris, in quâ hactenus fuit Sereniſſimus Elector Carolus Ludovicus
Palatinus. Pupillus enim excuſatur; quia tempus ei non currit, etiamſi
tutorem habeat, & is omittat petere renovationem. *Zaſius de feud. part. 7.*
n. 8. per Bald. & gloſ. in c. 1. Quo tempore miles, & per arg. l. final. D rem pu-
pilli ſalvam fore, & per l. in negotiis D. de reg. juris. addit Zaſius. Adulto ta- 218.
men, *inquit*, qui minor eſt natu, niſi inveſtituram petat, tempora currunt:
ſed ſi læſus fuerit in integrum reſtituitur. *argum. c. ſi minori. ſi de feud. con-*
troverſ. fuerit inter domin. & Agnat. & Præpoſit. d. c. 1. Quo tempore miles.
qui allegat. gloſſ. & Baldum in c. 1. de prohib. feud. alienat. per Fridericum. Ro-
ſenthal. d. c. 6. concluſ. 70. qui Clarum Borcholten, & alios citat. Vultej. d. c. 7.
n. 64. & ſeq. ubi diſtinguit & dicit. Impuberem non teneri illo tempore:
puberi verò, ſive minori, nempe egreſſo decimum quartum annum, ſive
majori viginti quinque annis, tempus illud ipſo jure competere obſervan-
dum: ſub hac tamen diſtinctione, quod minor habet regulariter adver-
ſus lapſum temporis beneficium reſtitutionis in integrum, uſque ad annum
XXV. *& hanc communem eſſe per Dd. & gloſ. in d. c. 1. in §. præterea ſi quis.*
de prohibit. feud. alien. per Frideric. Animadvertendum autem eſt & hoc, 219.
quod Dominus jus ſuum in feudo perdat, ſi intra legitimum tempus pe-
tentem Vaſallum inveſtire malitioſè differat. *Bocer. d. c. ult. n. 11. ubi alle-*
gat. Schrader. part. 6. cap. 2. n. 7. & probat, dominum proprietatem feudi 220.
amittere, ſi Vaſallum inveſtituram petentem, intra annum & diem, non
inveſtierit, *per. gloſſ. in cap. unico §. final. per quos inveſtitura fiat. & ibi Bald.*
Iacob. de Belviſo, Alvarot. & Dd. & permultos alios, quos Borcholt. congerit.
Petrus Iacobi. in practica de cauſis ex quibus Dominus debet amittere proprieta-
tem. Sonesbecius parte 12. n. 4. Eſt autem inveſtitura, vel propria, vel abu- 221.
ſiva: illa eſt, quæ fit reali, ſive corporali in poſſeſſionem rei inductione:
communiter Dd. interpretantur corporalem feudi poſſeſſionis traditio-
nem & apprehenſionem. *Obert. in d. c. 1. in princip. Quid ſit inveſtitura.*
Borcholt. d. c. 7. n. 5. Roſenthal c. 6. concluſ. 6. in veteri & prima editione. VVe-
ſenbec. de feud. cap. 8. n. 11. Abuſiva inveſtitura, quæ fit porrectione ſigni 222.
alicujus, quod rem feudalem repræſentet, & verborum in feudum conce-
ptorum expreſſione. *Vultej. d. c. 7. n. 17. Roſenthal. d. c. 6. concluſ. 42. Bald.*
in c. in princip. de nova forma fidelit. Borcholt. de feud. cap. 7. n. 6, 7. & commu-
niter omnes qui de feud. ſcripſerunt. Et quanquam per abuſivam, poſſeſſio, 223.
& utile dominium, non transferatur & tradatur realiter Vaſallo. *Bald. &*
alii in c. unico. Quid ſit inveſtitura. Borcholt. d. c. 7. n. 7. in fine. Roſenthal. d.
cap. 6. concluſio. 11. Mynſing. cent. 1. obſerv. 61. VVeſenbec. de feud. cap. 8. n. 18.
licet Duarenus in commentar. ad conſuetud. feudal. cap. 7. n. 6. & Iohan. Niel-
lius in diſput. feud. 4. theſ. 3. in litera G. contrarium tenent. tamen eam nactus, 224.
poteſt propriâ auctoritate poſſeſſionem apprehendere, *ita Alvarotum &*
Præpoſitum in c. 1. quid ſit inveſtitur. ſentire, & textum eſſe in c. 1. verſic. unde
in poſſeſſionem. De conſuetud. recti feudi, ait Sonesbecius in commentar. ad uſus
feud. part. 9. n. 30. Vultej. cap. 10. n. 11. ubi multos idem dicentes congerit. Bor-
cholt. cap. 7. n. 10. Ad hæc per hanc abuſivam inveſtituram fides Domini 225.
obſtringitur Vaſallo, ut rem ipſam de quâ facta eſt inveſtitura præciſè atque
neceſſariò tradere ac transferre cogatur: *ut ait Frideric. Schenck ad tit. 4.*
lib. 1.

226. *lib.* 1. *feud. ad cap.* 1. *n.* 7. ſi non faciat, & moras nectat tradendæ poſſeſſio-
nis, cogitur Vaſallo refundere omnem eam commoditatem, quam hic ex
re feudali protinus traditâ conſequi potuiſſet. *c. unico in fin. de novâ formâ*
227. *fidel.* Si pæniteat, & Vaſallo offerat recompenſam, non liberatur; ſed ip-
ſam feudi poſſeſſionem, de quo inveſtituram fecit, tradere compellendus
eſt. *ut idem Frideric. Baro dicit n.* 6. *per c. facta. ſi de feud. defunct. controverſ.*
228. *ſit inter Domin. & Agnat. Vult. d. c.* 10. *n.* 11. *ubi dicit,* inveſtientem obli-
gatum ad traditionem vacuæ poſſeſſionis, de quâ abuſivè inveſtitus eſt. *ad-
dit,* hoc intelligi, ſi penes inveſtientem ſit poſſeſſio: ſin apud alium, tum in-
veſtientem teneri juvare inveſtitum, ut poſſeſſionem nanciſcatur, adeò ut
non liberetur præſtatione ejus, quod intereſt. *Schurpf.* 2. *cent. conſil.* 74. *n.* 8.
229. Eſt & alia ſpecies inveſtituræ, quæ vocatur ſimultanea, & eſt, quando
plures, de uno eodemque feudo, ſimul & communiter inveſtiuntur, ut ita
ſimul inveſtiti, ſibi mutuò in feudo ſuccedant. *tit.* 8. *§. ult. in fin. & tit.* 14.
§. ult. lib. 1. *feud. tit.* 1. *§.* 2. *verſic. quod etſi communiter. eod. lib.* 1. *& tit.*
230. 12. *in princ. ibi. ſimul inveſtiti.* qui ita inveſtiti ſunt, dicuntur vulgò habere
jus manus conjunctæ, & ſimultatem, geſambte handt. *Hieron. Schurpf. conſil.*
231. 4. *& in primis conſ.* 16. *per totum in prima cent.* in eum autem finem hæc ſimul-
tanea inveſtitura tendit, ut feudum in familiâ, & apud Agnatos, perpetuò
maneat: renovanda quoque eſt, quotieſcunque caſus contingit, quo pe-
tenda eſt inveſtitura. *Bocerus de inveſtit. d. cap.* 2. *n.* 87. *Schurpf. d. conſil.* 16.
cent. 1. *Modeſtin. Piſtoris conſil.* 40. *vol.* 2. *n.* 20. in inſtrumento inveſtitu-
rarum Palatinicarum dicitur: promiſſionem futuræ ſucceſſionis, & ſimul-
taneam inveſtituram, cum conſilio & conſenſu Electorum, Principum,
Comitum, & aliorum fidelium Imperii Vaſallorum, & vigore pactionum
gentilitiarum Domûs Palatinæ, quibus ordo & modus ſuccedendi in Ele-
ctoratu præſcribitur, factam eſſe.

232. Duo in hac materiâ inveſtituræ notanda: unum, inveſtituram primam
ſemper, & in omni caſu, in renovatione etiam inveſtituræ, eſſe ſpectan-
dam, & ſecundùm eam renovationem conformandam. *Bald. in c.* 1. *§. final.
verſ. quæro quis dicatur. de feud. guardia, à Vultejo, qui alios multos accumulat, ci-*
233. *tatus in d. c.* 7. *n.* 105. cenſentur enim in feudali renovatione repetitæ
omnes qualitates inveſtituræ primæ. *Bald. in l. unica n* 31. *C. quando non
petentibus partes petent. Menoch. lib.* 3. *præſumt.* 92. *n.* 5. *& conſil.* 104. *n.* 44.
volum. 1. *Roſenthal. cap.* 6. *conſil.* 123. *Franciſ. Curtius in tract. feud. part.* 2.
234. *membr.* 2. *de feud. laicorum.* eſt enim inveſtitura prima, radix & fundamen-
tum omnium ſubſequentium. *Schrad. de feud. part.* 6. *cap.* 2. *n.* 31. *Borcholt. in*
235. *comment. ad feud. cap.* 1. *n.* 25. *Sonesbecius part.* 9. *n.* 25. Et generaliter in ma-
teriâ feudali tenor inveſtituræ, qui derogat omni naturæ feudorum inſpi-
ciendus, ſervandus, & ſequendus eſt. *c.* 1. *de duob. fratrib. à capit. de bene-
fic. inveſtit. Martin. Laudenſis lib.* 1. *ſuper tit.* 1. *feudor. ad §. quia de feudis. n.*
5. *in fine ubi dicit,* eſſe unam maximam in feudis. *& ad tit.* 9. *lib.* 2. *ad §. porrò
ſive bona. n.* 10. *& ad tit.* 1. *lib.* 2. *feud. ad rubric. n.* 9. *ubi dicit,* in decidendis
cauſis feudalibus, primò inſpiciendum eſſe tenorem inveſtituræ, qui de-
236. roget conſuetudini & juri feudali. *Bald. in prælud. in* 4. *diviſ. n.* 46. ad te-
237. norem inveſtituræ ſemper eſſe recurrendum, quia vim contractûs oſten-
dat, *& in c. unico verſic. porrò ſi Dominus. de feudo guardia Borcholt. d. cap. &*
238. *num. ubi addit. per Bald. in conſil.* 251. *lib.* 2. quod tenor inveſtituræ potior
ſit omni naturâ feudorum, eumque non reſtringere; ſed indefinitè inter-
pretari debeamus. *plures ibi citat Roſenthal in ſynopſ. cap.* 1. *concluſ.* 1.

239. Deinde mente tenendum, inveſtituram contractum eſſe, & contracti-
bus connumerandam, quia in eâ pactiones interveniunt & conſtituuntur,
quod proprium eſt contractûs. *Bocerus d. cap.* 2. *n.* 34. *ubi latè diſputat in*

utram-

utramq́ partem, an contractus ſit nominatus, vel innominatus. & an ſtricti ju-
ris, quod pleriq́ interpretes volunt. an bonæ fidei, ſicut Duarenus in comment.
in uſus feud. cap. 19. n. 4. & Iohannes Niellius in diſput. feud. 4. theſ. 2. defen-
dunt. Cacheran. deciſ. Pedemont. 23. n. 14. Franciſchin. Curt. part. 1. quæſt. 9.
n. 3. Vult. d. c. 7 n. 56. circa finem. Etſi inveſtitura, *inquit*, ſive contractus, 240.
quo feudum conſtituitur, ex communi ſententiâ doctorum ſit ſtricti juris:
recipit tamen interpretationem latam, ex æquo & bono, *ut docet Iaſon. in*
præludi. feud. n. 26. Sylvan. de feud. recogniti. quæſt. 4. Bartol. in l. 1. in fin. C. de
juris & facti ignorantia. Roſenthal. d. c. 6. concluſ. 37. ubi dicit, in feudis la- 241.
tam ex æquo & bono interpretationem eſſe faciendam pro Vaſallo. Eſt
enim, *inquit*, beneficium, quod latè explicatur contra concedentem, etiam
alium quàm Principem. *Borcholt. in d. cap. 6. in fin. arg. l. in contrahendâ.*
137. de regul. juris. Zaſius de feud. part. 7. n. 3. extant c. 1. verſ. ſi quis enim. Qui-
bus cauſis feud. amittat.

Hæredis nomen quid vulgò, & in jure civili, ſignificet & denotet, lip- 242.
pis & tonſoribus notum eſt: hoc tantùm in materiâ & jure feudali memo-
riâ tenendum, quod hæredis vocabulum, maximè in feudorum conceſ-
ſione & inveſtituris, plerumq́ue pro ſucceſſore feudali, ſive hærede ſangui-
nis, & de filio, ſive maſculo tantùm intelligatur, non de hærede hæredita-
tis, ſive jure hæreditario ſuccedente. *c. 1. §. hoc autem. 3. de his qui feuda dare*
poſſunt. c. 1. §. ſimiliter. 2. verſ. profecto hæredibus, quod debet intelligi de ſolis
maſculis. de lege Conradi c. 1. §. filia. de feud. ſucceſſ. c. 1. §. final. ſi de feudo. Bal-
dus in prælud. ſuper feud. n. 25. ubi dicit, nomen hæredis appoſitum in feu-
dis intelligi pro deſcendente, ex eo quod eſt ſtipes agnationis communis.
in c. 5. de eo qui ſibi & hæredibus. n. 7. ubi diſtinguit inter hæredem hæredita- 243.
tis, & hæredem ſanguinis, & dicit, quod hunc non vocat ad ſucceſſionem
hæreditas, ſed natura. *& in C. 1. de alienat. feud. n. 6. ubi & rationem addit.*
Mynſing. cent. 5. obſerv. 72. n. 6. ubi per multa allegata dicit, nomen hæredis,
tantùm pro maſculis poni in feudis, id eſt, qui à Vaſallo maſculinâ lineâ
deſcendunt. *Vultej. d. c. 8. n. 61. Gail. d. obſervat. 154. n. 20. ubi dicit*, ſecun- 244.
dùm conſuetudinem verba in inveſtiturâ pro hæredibus maſculis feudali-
bus, & feudum ita receptum non eſſe hæreditarium; ſed antiquum, ex pa-
cto & providentiâ. *Ita Bartholom. Camerarius. in rep. ad l. Imperialem, mul-*
tis demonſtrat, in feudo antiquo, hæredum appellatione, intelligi omnem 245.
maſculum filium, fratrem & patruum, qui tamen deſcendant à primo ac-
quirente: *& ibidem, poſtquam Baldum erroris arguerat, quod dixerit in l.*
qui ſe Patris. C. unde liberi col. 7. agnatum capere feudum ex contractu, filium
autem non, omnes ex primi acquirentis pacto, & dantis proviſione, feu- 246.
dum habere, & ſi qua hæreditatis qualitas in filio conſideretur, extra feu- 247.
dum eſſe.

Jus acquiſitum dicitur, quod quis in feudo, ex lege ſingulari, vel ex con- 248.
ſuetudine, vel ex jure contractûs, vel ex inveſtiturâ, conſecutus eſt. Dicitur
autem jus fuiſſe quæſitum filiis in tribus. Primò, *ſicut inquit Petrus de Gre-* 249.
gorio de conceſſ. feud. part. 3. quæſt. 4. n. 5. quia in perſonâ patris & filii ſuc-
ceſſoris, eſt idem ferè feudum numero. Secundò, quia eſt eadem utilis 250.
proprietas, quantitate & qualitate, & continuatur dominium utile in fi-
lium ſucceſſorem. Tertiò, quia eſt eadem poſſeſſio juris fictione *Quæ tria* 251.
jura quæſita vocatis ad ſucceſſionem feudi ponere Baldum in authentic. defuncto.
in 2. colum. verſ. quæro nunquid in perſona Patris. C. ad Tertull. ait idem Petrus
d. n. 5. in feudis certè jus ſucceſſoribus acquiritur ex lege contractûs, & 252.
ex conceſſione, ſeu inveſtiturâ. *Bald. in c. 1. n. 3. de eo qui ſibi & hæredibus*
maſculis. ubi dicit, quando quis feudum ſibi, & hæredibus, ſtipulatus ſit, tunc
hæredes habere feudum jure expreſſæ conventionis, & ſic, non dici

habere jure ſucceſſionis. *Brun. conſil. 1. volum. 1. n. 25. ubi adducit l. jurisjuran-*
di. §. ſi liberi. D. de oper. libert. & c. 1. an Agnatus vel filius defuncti. & Bal-
253. *dum in l. qui ſe Patris. in penulti. colum. C. unde liberi.* Ubi verò hoc modo,
per formam nimirum conceſſionis feudi, & per ſtipulationem primi ac-
quirentis, jus irrevocabiliter quæſitum eſt perſonis, nominatis in conceſ-
ſione, tam natis, quàm naſcituris, in quos collata fuit executio obligatio-
nis circa ſucceſſionem feudi, *per text. in l. eum qui ita. §. qui ſibi & filio. D. de*
verbor. oblig. ut dicit Pet. de Gregor. d. q. 4. n. 4. citans inſuper Bartolum in l.
quod dicitur. ad fin. eod. tit. & in l. ſi Titius. D. de ſuis & legit. & Andream de
254. *Iſernia in. d. c. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud.* tunc illud non poteſt auferri
& mutari: ideoque hæc regula, tum in civili, tum in jure feudali traditur,
quod nec ſummus Princeps poſſit jus, ſive in feudo, ſive aliâ in re alteri
quæſitum, maximè ſi per contractum acquiſitum ſit, ſine causâ & facto ac-
quirentis, tollere, auferre, labefactare, immutare, vel in illius præjudicium,
cui ex primâ inveſtiturâ jus quæſitum eſt, feudi conditiones alterare, ne ex
plenitudine quidem poteſtatis. *l. ſi partem. §. 1. D. quemadmodum ſervitus*
conſtit. l. ſi arrogator. D. de adoption. c. 1. de feudo ſine culpâ non amittend. c. 1.
de natur. feud. Bartholom. Socinus inter conſilia Bruni vol. 1. conſil. 10. n. 27.
ubi infert, quod illi, cui eſt quæſitum jus in feudo, mediante contractu, non
poteſt ſine causâ per Principem præjudicari. *Bald. in l. Imperium 3. D. de ju-*
riſdict. & in l. 1. verſ. Sed quid ſi Dominus. C. quando non petenti pars. Cardinal.
Pariſius conſil. 5. vol. 1. n. 201. quod jus acquiſitum ex primâ inveſtiturâ
255. non poſſit auferri per inveſtituras ſequentes: imò ne jus quidem, quod
alicui in ſpe dumtaxat competit, Princeps adimere & convellere poteſt:
ſicut ſupra demonſtravimus per allegata. quibus adde, quod ſcribit Carolus V. Im-
perator in reſcripto ad Clementis VII. Papæ criminationes anno CIↃ IↃ XXVI.
Ipſe Divus, *inquit*, Cæſar Maximilianus putabat, jus nobis ex inveſtiturâ
prædictâ quæſitum, ſalvum eſſe, nullumque præjudicium nobis tunc poſſe
afferri, qui in pupillari ætate conſtituti ſub illius tutelâ regebamur, jus illud
quod nobis competebat, nec tacitè, nec expreſſè remittere poterat.
256. Succeſſio in genere eſt, *inquit Vultej. d. c. 8. n. 23.* alicujus in locum alte-
rius conceſſio: in ſpecie autem, eſt conceſſio in jus, quod defunctus habuit,
257. quod jus eſt alicujus univerſitatis, vel rerum ſingularium. Alia autem eſt
ſucceſſio ex jure feudali, alia ex jure communi, ut *idem Vultejus d. c. 8. n. 62.*
258. *docet.* & hæc ex jure hæreditario, illa eſt ex jure ſanguinis: jus ſanguinis
259. eum, qui primò feudum acquiſivit, reſpicit: jus hæreditarium eum qui pro-
ximè defunctus eſt: & jus hoc hæreditarium, eſt jus, quo ſucceditur in uni-
verſum jus defuncti; jus ſanguinis, eſt jus, quo propterea ſucceditur, quod
ſuccedens ſit de primi acquirentis ſanguine. Feudorum igitur ſucceſſio, *ut*
idem eod. loco n. 85. ita comparata, ut non tam ſpectemus, cui ſuccedatur,
260. quàm quis ſuccedat. Is autem, qui ſuccedit, omne ſuum jus ex primâ inve-
ſtiturâ reperit. Jus enim ſuccedendi in feudo qui habet, is illud habet ex
inveſtiturâ: & ex inveſtiturâ quidem habet, quod vel natura ejus, utpotè
contractus, deſiderat, vel in inveſtiturâ, pacto ita cautum ſit. *adde in eod.*
261. *cap. n. 102. in fin. ubi dicit*, quod ſucceſſio in feudo ita comparata ſit, ut æſti-
metur ex primo acquirente, non ex proximo defuncto, atque adeò non
proximè defuncto, ſed primo acquirenti ſuccedi dicatur. *Gail. 2. obſerv.*
149. n. 1. ubi ait, quod in feudis ſemper ſucceſſio ſuum ſtipitem aſpiciat, nec
alium, qui non ſit ſtipes communis agnationis, ſequatur. *ubi refert Alvarot.*
in c. 1. §. his verò. de ſucceſſ. fratrum, vel graduum ſucceſſ. n. 2. Hinc Bartholom.
Camerarius in d. repetit. ad l. Imperialem §. præterea Ducatus, poſt princip. di-
262. *cit.* ex primi, *inquit*, acquirentis ſtipulatione & pacto, feudum deinde omnes
ſucceſſores capere. *ideoque Socinum in conſil. 19. in primo volum. dixiſſe*, Fi-
lios

lios maſculos, non jure ſucceſſorio, & univerſali, aut pro hærede; ſed pro- 263.
prio jure, beneficio dantis, in feudo, quod à cæteris bonis ſeparatur, ſuc-
cedere; Quoniam ſi ex propriâ donatione feudum acquiro, Dominus qui 264.
dedit, & primus acquirens, fuerunt in causâ, non Pater qui moritur nunc.
addit deinde, legem unicuiq; ex feudarariis conſuluiſſe, ut nullum præjudi-
cium illis generari poſſit, dum ſtatuit, ut ex propriâ donatione feudum 265.
Succeſſores omnes vendicarent, non conſideratâ perſonâ morientis, etſi
eidem in cæteris immediatè ſuccedant. *c. 1. §. & quia. de his qui feuda dare
poſſunt. & c. 1. de ſucceſſion. feud. paulo poſt idem Camerarius jubet obſervare* 266.
*duo ſingularia legis providentis myſteria, ne præjudicium aliquod ſucceſſuris in-
ferri poſſit.* Principiò namque ipſam perſonam Domini excludit, ne ſi ipſe 267.
poſt mortem unius feudum vendicaret, ut ſequenti daret, mutatâ volun-
tate, ſequentibus nocere poſſet, *ſecundum An. in c. 1. §. quid ergò. de inveſt.
de re alien.* deinde verò ita conjunxiſſe has donationes, ut inter eos non ſit 268.
acceſſio de uno ad alium, ut unus ab alio capiat, quin potiùs omnes à pri-
mo, *ut declarat Iſern. in d. §. quid ergo.* ne inter ipſos unus noceat alteri, &
nihilo tamen ſeciùs dicatur ſucceſſio. *c. 1. de ſucceſſ. feud. & c. 1. §. & quia.
de his qui feuda dare poſſunt. hoc certe illud eſt quod dicit Bald. in c. 5. de ſucceſſ.
feud.* feudum non deberi nobis ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſed jure ſuc- 269.
ceſſorio feudali, quia perſona morientis non eſt in conſideratione, niſi pro-
pter illam conjunctionem unius donationis ad aliam, propter quam largo
modo dicitur ſucceſſio. *ſecundum Alvarot. in c. 1. de conſuet. recti feud. Hæc
Camerarius.* Obſervanda hîc eſt regula iſta: in feudi ſucceſſione primam
cauſam eſſe liberorum, & aliorum deſcendentium. *c. 1. in princ. de grad. ſuc-* 270.
*ceſſ. in feud c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. Petrus de Gregor. de conceſſ. feud. part. 6.
quæſt. 3. n. 7. ubi addit:* ut filii, *inquit*, & hæredes tantùm primo loco ad-
mittantur ad ſucceſſionem feudi. *c. 1. §. etſi clientulus. de alien. feud. c. 1. §.
profecto. de lege Conradi. Bocerus in diſput. volum. 2. de acquiſitione feudi. theſ. 5.*

Quid nunc ſit Dominus & Vaſallus, cognitu planum eſt, nempe ille eſt 271.
is, qui feudum dedit, ſeu conſtituit, beneficii feudalis auctor, qui & ſenior
vocatur, & feudalis Patronus, cui clientes ſubſunt. *Hottom. in diſput. feud.
cap. 3. in princip. in formula juramenti libr. feud. 2. tit. 5. & in verbis feudal.
voce Patronus. c. 1. quibus modis feud. amitt. c. 1. apud quem, vel apud quos.* Qui 272.
verò feudum ab aliquo accepit, qui beneficio feudali obſtrictus eſt, voca-
tur vaſſus, & ὑποχειρικῶς vaſallus, valvaſor, valvaſinus, beneficiarius, in-
feudatus, inveſtitus, feudatarius, fidelis, cliens & clientulus. *Hottoman. d.
c. 3. paulo ante finem, & in verbis feudalibus, voce Vaſallus Vultej. lib. 1. cap. 3.
n. 12. c. 1. de alienat. feudi. Iacobus Spigelius in lexico, voce Vaſallus. Schardius
in voce clientem.* Vaſalli majores, qui ab Imperatore feuda recipiunt, ut Re- 273.
ges, electores, Duces, Marchiones. *tit. 10. in princip. lib. 2. feud. & tit. 12.
in princ. lib. 1.* appellantur in libris feudorum Capitanei regni, vel regis,
Regis & Regni Valvaſores, & Valvaſores majores. *tit. 1. §. 1. verſ. Dux,
Marchio. & verſ. ſunt & alii. 1. feud. tit. 7. verſ. idem eſt. & tit. 17. lib. 1. Bo-
cerus de inveſtit. cap. 3. n. 129.*

Notandum autem hîc eſt, primò inter Dominum & Vaſallum eſſe mu- 274.
tuam obligationem, & judicari utrumque ad paria. *c. un. in fin. de forma fi-
del. & ibi omnes Dd. c unico. qualiter Dominus proprietate feudi privetur. Za-
ſius de feud. part. 10. de feud. amiſſ. n 81. & part. 11. n. 15. Myns. 4. cent. obſer.
91. n. 3. Vultej. cap 10. n. 37. lib. 1. Borcholt. cap. 8. n. 133, 134. ubi dicit Domi-
num & Vaſallum relativa & correlativa, in tantum, ut Dominus in omnibus vi-
cem fideli ſuo reddere debeat, ſi non fecerit, meritò cenſeatur malefidus, ut dicit d.
cap. unicum. §. final. de forma fidel. ad quod Baro à Tautenberg, hic §. inquit, ſan-
ctam continet juris diſpoſitionem, ſecundum Alvarotum, ſed Dominis feudi*

terribilem. ut hic inquit Bal. Zaſius in part. 7. n. 56. idem repetit Gail ob-
ſerv. 158. n. 3. lib. 2. quod Dominus & Vaſallus pari jure cenſeantur. Cujac. ad lib.
2. feud. tit. 7. ex tit. 68. lib. 4. feud. Dominum eſſe Vaſallo conjugem. c. de forma.
275. *22. quaſt. 5.* ideò etiam ex iiſdem cauſis proprietate privatur feudi. *Bor-*
cholt. d. n. 134. per Hippolytum in l. ſi quis viduam. D. de quaſtion. colum. 5. verſ.
& dixit. Antonium Gabriel. Romanum addit lib. 6. concluſionum, titul. de legi-
276. *bus & conſtit. concluſ. 3. n. 34. Sonesbecius part. 10. n. 2. & part. 13. n. 179.* Ex
his apparet magnam eſſe differentiam inter Vaſallum & ſubditum: hic ma-
277. gis obligatur, quàm ille: hic, ſi ſervitia, & ea quæ promiſit in inveſtiturâ &
juramento fidelitatis, præſtitit, in cætero liber eſt, & ſui juris: ſubditus ad
perpetuam & omnimodam obedientiam adſtrictus manet. *Roſenthal. c. 6.*
concluſ. 85. n. 7. in ulti. editio. Knichen. de jure territoriali. c. 3. n. 162. Alberi-
278. *cus Gentilis de jure belli lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 138. dicit*, longè plus eſſe, ſub-
ditum eſſe quàm Vaſallum: hunc certis tantùm ſervitiorum oneribus, iſtum
279. adſtrictum ad omnia, quæ Princeps imperat: unde laxior ſit poteſtas Princi-
pum in ſubditos, quàm Dominorum in Vaſallos. *Victor de cauſis exempt. con-*
cluſ. 22. inter auctores juris publici. lib. 3. Schneid in Inſtit. § prajudicium. n. 23. de
280. *actionibus.* Vaſallus, *inquit Gail. de pace publica. lib. 2 cap. 13. n. 20.* ratio-
281. ne feudi, non eſt propriè ſubditus, quia feudum non dat Imperium & juriſ-
dictionem. *& clariùs ac copioſiùs de pignorat. obſerv. 15. n. 3.* licet ſortiatur,
inquit, forum ratione feudi coram Domino feudi. *c. caterum. de jud. c. ex*
tranſmiſſa. & in c. verum. de foro compet. attamen non eſt ſubditus ejus, ſi ſub
Domino domicilium non habeat. Nam feudum non dat Imperium Domi-
no feudi in Vaſallum, ſi ſub eo non habeat domicilium: conceſſio feudi, eſt
contractus reciprocus inter Dominum & Vaſallum. *text. in c. 1. de formâ fi-*
delit. ex æquo contractu nullum reſultat Imperium in Vaſallum. *text. in*
Clement. paſtoralis. de re judicat. ibid. Dd. in d. c. ex tranſmiſſa. d. c. verum. ad-
dit deinde Innocentium in c. caterum. in fin. de judic. quem omnes ſequi dicit, &
282. *alios plures.* Hinc ex communi & in Camerâ approbatâ opinione, & ex
conſuetudine Germaniæ Vaſallus Dominum ſine veniâ in jus vocare po-
teſt, cum non ſit ſubditus Domini: *ut idem Gail. d. obſerv. 15. n. 4. notat. &*
MyNſing. 4. cent. obſerv. 92. Schrader. part. 10. ſect. 8. n. 78. & ſequ. & part. 6.
283. *cap. 7. n. 19.* Notandum igitur, quod aliud ſit, eſſe Vaſallum Imperii, aliud
ſubditum Imperatoris: aliud habere feudum in Imperio, aliud ſub Impe-
ratore, & ab Imperatore; aliud habere domicilium in Imperio, aliud ſub
Imperatore.
284. Pares Curiæ, qui & pares domûs, vel pares de domo Domini. *tit. 11. lib. 1.*
feud. tit. 16. in princip. lib. 2. & tit. 26. §. ſi quis ſe. lib. 1. tit. 32. lib. 2. Item,
Convaſalli, ſive compares dicuntur, qui ab eodem patrono feudum recepe-
runt, quaſi ejuſdem patroni conclientes, qui in pari ac ſimili jure & Impe-
285. perio ſunt. *ita Hottoman. de verbis feudal. in voce Pares:* ſunt Judices ſuper
controverſiis, quæ oriuntur inter Dominum & Vaſallum, occaſione feu-
di, *ut definit Arnold. Reyger. in addit. ad Mynſ. obſervat. 99. cent. 1. Bor-*
cholt. c. 10. n. 5. Bocerus part. 2. diſput. 21. theſ. 21. Canoniſtæ putant dictos,
quod paria vel conſimilia feuda habeant, quos refutat *Sonesbecius part. 14. n.*
2. & pares Curiæ, *ait eſſe*, qui ex eodem territorio, ab eodem univerſalis Cu-
riæ Domino feudum teneant. *ita & Bocerus de inveſtit. cap. 4. n. 52. & Mynſ.*
cent. 4. obſervat. 91. n. 12. Vultej. lib. 1. cap. 7. n. 25. ubi ex VVeſenbecio addit
dictos eſſe, quia pariter, ac aquali jure, feuda à Domino teneant in eadem Cu-
286. *ria.* In Imperio ex receptâ, & à Majoribus traditâ conſuetudine requiri-
tur, ut Pares Curiæ ſint comparis dignitatis cum Vaſallo, de quo judicium
eſt ferèndum: & hinc vocantur merito Pares. Caverunt hactenus Im-
perii Principes quàm ſedulò, ne in cauſis, quæ Principatus, vitam &
exiſti-

exiſtimationem ſuam ſpectarent, judices inferioris ordinis, & imparis
conditionis haberent. Hoc enim peculiare jus & privilegium obtinuiſ-
ſe, ut ab ordinariis judiciis exemti, non niſi ab his, qui æqualis & pa-
ris ſecum dignitatis, ſtatus & cōnditionis eſſent, judicari poſſent. Ju- 287.
dicium tale vocatur vulgò Furſtenrecht / jus Principum, vel tribunal Prin-
cipum : ſicut alibi pluribus deduximus. *vide informat. Principum in
causâ Iuliacenſi.* Notanda jam hîc eſt regula, *quam ponit Sonesbecius, d. part.* 288.
14. *n.* 30. quando controverſia eſt de feudo inter Dominum & Vaſallum,
illo caſu Pares Curiæ judices ſunt. *per c. Imperialem. §. final. præterea duca-
tus. de prohibit. feud. alien. per Fridericum. c. 1. verſic. ſi autem inter. de alienat.
feudi paterni. & c. 1. de controverſ. feud. apud pares termin. c. 1, de controverſ.
inter Epiſcop. & Vaſallum. & cap. 1. §. illud tamen, de inveſtit. in marit. facta;
tandem n. 32. Sonesb. concludendo ait*, ergò ſi inter Dominum & Vaſallum,
ſive de inveſtiturâ, ſive amiſſione, ſive aliis ſimilibus, ſuper feudo, quæ-
ſtio ſit, ſecundùm prædictam regulam Pares cognoſcent. *Mynſing. 4. cent.
obſerv. 89. n. 1. dicens*, notum eſt, exortam inter Dominum & Vaſallum 289.
de feudo controverſiam, per illius Curiæ Pares dirimendam eſſe, quos ſci-
licet unanimi conſenſu, & Dominus & Vaſallus, ſimul elegerint. *idem. cent.
1. obſerv. 99. & obſerv. 75. cent. 5. Gail. 1. obſerv. 1. n. 54. 55. Borcholt. cap. 10.
n. 5. n. 6. Bocerus d. theſ. 21. ubi in lit. 6. addendo*, ſive ergò, *inquit*, Domi- 290.
nus ſit Imperator, aut Rex, ſive litigans clericus exiſtat, coram Paribus Cu-
riæ, ſive curtis, laicis comparere, & eorum ſententiæ ſtare tenetur. *adde
c. 1. de feudo, ſine culpâ non admittit. c unico, ubi dicitur*, Dominum, ſi Vaſal- 291.
lum in culpam incidiſſe dicat, per quam feudum amittere debeat, debere
eum ad curiam, *hoc eſt, ut ibi Cujacius ait*, ad judicium Parium vocare. *Ro-
ſenthal. cap. 12. concluſ. 16. ubi ait*, quod Dominus Pares ſuos habebit judi-
ces, licet ipſe ſuperiorem non recognoſcat, vel etiam Imperator ipſe. *Bor-
cholt. d. n. 6. qui & Menochium in tertio remedio retinend. poſſeſſ. n.* 438. *&
Alciatum atque alios adducit.* Feudorum ſanè regalium in Imperio nulli alii
ſunt Pares & Judices, quàm ipſimet Principes & Status Imperii: nequa-
quam verò Imperator ſolus, & ejus Conſilium domeſticum aulicum, vulgò
Reichshofrath / contra quod Principes Imperii ſemper conqueſti ſunt, &
proceſſibus in eo decretis ſeſe oppoſuerunt, ſicut innumeris exemplis ſub
Auſtriacis Imperatoribus, qui primi hoc judicium formarunt, probari
poteſt. Imò inter Imperii gravamina non ultimo loco hæc, de Aulæ Cæ-
ſareæ judicio & proceſſibus, querela, relata eſt. *Vide in cauſa Meichſelrein,
contra Fugger. 9. Ianuar.* 1588. *in cauſis de quatuor Monaſteriis, de ſucceſſione
Iuliacenſi, de Donavvertha civitatis condemnatione.* Liceat hîc quærere, ubi 292.
Parium judicium manſerit, quando Fridericus Rex proſcriptus, &
condemnatus, & feudo boniſque omnibus privatus fuerit: ubi Pa-
res convocari, electi, & adunari fuerint, quando ejus liberi exclude-
bantur & arcebantur à jure ſuo quæſito, & ab omni ſucceſſione & poſ-
ſeſſione?

Bannum, generaliter eſt edictio, proſcriptio, denunciatio quælibet, *ut* 293.
ait Cujac. in commentariis ad feuda lib. 1. *tit.* 20. *& Hottoman. de verbis feuda-
libus*, dicit ſignificare tum edictum ad evocandos Vaſallos, tum ſanctio-
nem, *hoc eſt*, mulctam edicto non parentis. Sed in præſenti materiâ Bannum
Imperiale dicimus & intelligimus, cenſuram judicialem: quâ violatoribus
pacis publicæ, aqua & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem
& amicitiam recipi, ab omnibus verò impunè tam in perſonâ quàm re-
bus offendi poſſint: *ſicuti definit Gailius de pace publicâ lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 20. &
hæc pœna ordinaria eſt, & conſtituta in eos, qui pacem publicam in Im-
perio violarunt. *vid. conſtitut. de pac. publica. tit.* 4. *& ordinat. Cameræ*

Imperialis. part. 2. titul. 9. ubi pacitupis pœna proſcriptionis, ſeu ban-
294. num Imperii, irrogatur, his verbis: quod aqua & igni ipſis interdictum ſit, & ab omnibus impunè offendi poſſint. Etiam ex verbis in Aureâ Bullâ præſcriptis, ſatis id intelligi poteſt. *Nam cap. 1. §. 2. hæc leguntur:* univerſis ſuis juribus, libertatibus, privilegiis & gratiis, à ſacro obtentis Imperio, ſint omnes privati, & cum ſuis perſonis & bonis omnibus bannum & proſcriptionem imperialem incurrant: & eoſdem, quos ipſo facto ex nunc, prout ex tunc, jure privamus, deinceps cuilibet hominum, auctoritate propriâ, & ſine judicio, ſeu invocatione Magiſtratûs cujuſlibet, impunè licebit invadere, nullamque pœnam propter hoc, invadens ipſos, debebit ab Imperio, aut quovis alio, formidare. *& eod. cap. §. 22. in fin. ubi iſta continentur,* omnia jura ſua, libertates, privilegia, gratias & indulta, quæ à ſacro obtinere noſcuntur Imperio, omninò amittant: bannum quoque Imperiale cum perſonis & bonis ſuis omnibus incidant. Et liceat ex tunc, omni homini, auctoritate propriâ, ac ſine judicio eoſdem, quos eo caſu ex nunc, prout ex tunc, omni jure privamus, tanquam proditores, infideles & rebelles Imperii, impunè invadere, ita quod invadentes hujuſmodi, pœnam quamcunque à ſacro Imperio, vel quovis alio, nequaquam debeant for-
295. midare. Hâc ſeverâ pœnâ, omni tempore, præpotentes in Imperio Dynaſtæ in ordinem coacti fuerunt: & nihil illis magis obfuit, eorumque potentiam & audaciam adeò fregit, quàm hujus proſcriptionis & cenſuræ
296. Imperialis, tum metus, tum conſecutio & executio. Banniti propter rebellionem, ſive perduellionem, ſive pacis publicæ turbationem, amittunt hodiè ex conſtitutione illâ, & per ſententiam proſcriptionis, omnia humanitatis jura, *ut notat Gail. d. c. 1. n. 25. & Schardius ex Oldendorpio in lexico, voce bannum.* Officiorumque viciſſitudines, & commercia, ſunt extra protectionem, clientelam, & fidem Imperii, pro hoſtibus, transfugis, & rebellibus habentur, quos nemo Urbe, domo, hoſpitio, menſâvè recipere poteſt, quibus tellus pontuſque negatur, qui numero, *ſicut Iulius Cæſar loquitur lib. 7. commentar. qui hanc pœnam apud Hæduos in uſu fuiſſe teſtatur,* impiorum ac ſceleratorum habentur, à quibus omnes diſcedunt, quorum aditum ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione commodi accipiant, quibus neque petentibus jus redditur, neque locus ullus communicatur: quorum obligationes, *hæc addit explicando Gail. d. c.*
297. *n. 23.* contractus, pacta, teſtamenta, juramenta, & actiones, ipſo jure irrita & nulla ſunt. *ita in ordinat. Cameræ. part. 2. tit. 9. §. 2. & in con-*
298. *ſtitut. anno* CIƆ IƆ XLVIII. *d. cap. 4. ibi dicitur,* adhæc omnes literarum obligationes, pacta, aut fœdera ipſos ſpectantia, quorum nomine
299. actionem habere poruerint erga obligatos, caſſa, & in nihilum redacta ſint, feuda quoque Domino cedant, nec eadem, aut partem eorum, quoad pacifragus vixerit, neque ipſi, neque aliis Succeſſoribus concedat, ſeu de ipſis infeudet, inveſtiatvè. *additur deinde in §. 2.* Si bannitus duran-
300. te banno moriatur, & ſui hæredes feudorum capaces, cum læſo ſe concordarint, ſeque infeudari petierint, ei petitioni locum dabit Dominus, eoſque infeudare, juxta loci cujuſque morem, tenebitur: Agna-
301. torum verò, in hoc caſu, jure ſuo ſalvo. Si verò in Dominum feudi pax fracta eſſet, ex jure feudali, juxta conſuetudinem, agatur. *Hieronym. Schurpf. cent. 3. conſil. 98. num. 8. Gail. d. libr. 2. cap. 12. ubi n. 1. ait,* indubitati juris eſſe, bannitum Imperii actionem inſtituere non poſſe, & judicio experiri volentem non audiendum; ſed à limine judicii repellendum eſſe.

302. Atque de his etiam ſatis: ſufflaminandus jam calamus, ut receptâ, liceat mihi ſic loqui, animâ, ad reliquum curſum conficiendum paratior ſit, &

perdu-

perduret; Vos verò, candidi Lectores, qui perſpicitis, quò hæc tam longè
repetita principia ſpectent, ignoſcetis, amabo, humaniter, tum ſi paulò
prolixior in præfatione, & exordio hujus mei opuſculi, fuerim, tum ſi in ſe-
quenti ſcriptione me eâdem ſæpiùs chordâ oberrare, eandemque cantile-
nam iterare, animadverteritis. Interdum de induſtriâ quædam repetere, *καὶ
τὴν βλαςολογίαν ἐπαναλαμβάνειν*, reſumere pampinationem, ut proverbiali
ſchemate dicam, volui, & è re eſſe duxi, quod & in ſequentibus faciam, ni-
mirum, ut ea altiùs animis lectorum imprimerem & inculcarem. Habet 303.
hoc *διπλασιολογία*, ut, quamvis ingrata, tamen ad penetrandum & permo-
vendum, & ad inſtruendum & informandum, neceſſaria & perutilis ſit.
Tum illud Platonis, dicentis lib. 6. de legibus, δὶς τόγε καλῶς ῥηθὲν, οὐδὲν βλάπτει, 304.
quod bene dicitur, repetere non nocet, cogitavi: Sed haud ſcio an ad ru-
des & inconditas meas lucubrationes, & in iis repetitos logos, chriam il-
lam applicare auſim. Alia quoque cauſa, cur copioſior eſſe, & majorem
laborem & operam, in hoc procemio compilando, ponere voluerim, hæc
fuit, quod conſiderabam veteri verbo dici, *ἀρχὴν εἶναι ἥμισυ παντὸς ἔργου*:
(principium eſſe totius operis dimidium. *Suidas in proverb. cent. 3. n. 64.* 305.
*Diogenianus cent. 2. proverb. 97. Eraſmus in Chiliadibus. Plato in legibus d.
lib. 6.*) *καὶ τὸ μέγιςον ἐν παντί*. præcipuum in omni re. *Plutarch. in lib. de for-
tuna Roman.* Et certè, *inquit Gajus lib. 1. D. de origine juris*, cujuſque rei po-
tiſſima pars principium. Deniq; inconveniens duxi protinùs ad ipſam rem 306.
progredi, nullâ præfatione factâ; namque niſi fallor, *ut cum eodem Gajo,
libr. 1. D. de origine juris, loquar*, iſtæ præfationes, & libentiùs nos ad lectio-
nem propoſitæ materiæ perducunt, & cum ibi venerimus, evidentiorem
præſtant intellectum.

JUS LEGITIMÆ SUCCESSIONIS IN ELECTORATU PALATINO.

CAPUT I.

ARGUMENTUM.

Vulgò, & exteros extra Imperium Romano-Germanicum, non tam bene intelligere, quomodo Principes iſtius Imperii, in ſuos Principatus ſuccedant? In aliis regnis feuda redacta ad inſtar patrimoniorum, & jure hæreditario venire: ſecùs in Germaniâ, ubi Principes ſuos Principatus & dignitates, ad certam duntaxat familiam, & perſonas, adſtrictas, conſequantur jure primogenituræ, proprio & acquiſito, ex proviſione legis, & ex pacto majorum, primâq; inveſtiturâ; quod jus nullo facto prædeceſſoris, neq; ob crimen Patris, filiis auferri, & confiſcari queat; quia illud noceat tantùm in his, quæ deſcendant ex perſonâ Patris; ſecùs in feudis, quæ filii ex contractu habeant, tanquam munus generis, non donum Patris, ſintq; hæredes non defuncti, ſed primi acquirentis, jure ſanguinis, non ſucceſſionis, ideò delictum, aut bannum Patris, quod cum perſonâ exſtinguatur, eis nihil præjudicare.

CONSPECTUS.

1. VUlgò non ſatis intelligi, quali modo & jure Electores, & Principes Imperii, in Electoratus & Principatus ſuos ſuccedant.

2. Peregrinos, & in aliis regnis degentes, jus ſucceſſionis Principum in Germaniâ, ſecundum civiles, vel ſuas leges judicare.

3. Electoratus & Principatus in Imperio, feuda eſſe regalia dignitatum.

4. Feuda in Galliâ, Angliâ, Hiſpaniâ & alibi extra Imperium, redacta ad inſtar patrimoniorum, & jure hæreditario venire.

5. Hinc ea, etiam in Germaniâ, non ſecus ac alia bona allodialia & hæreditaria, confiſcari poſſe, vulgus autumare.

6. In eo quoque Iuriſconſultos doctiſſimos errare, ac proptereà non immeritò ab aliis reprehendi.

7. Malo fundamento niti, qui putent Palatinatum Electoralem ad Cæſarem jure confiſcationis devolutum, ideoq́ue, propter crimen ultimi poſſeſſoris, liberos ejus à ſucceſſione, & apprehenſione poſſeſſionis, excludi.

8. Electores & Principes Imperii non hæreditario; ſed primogenituræ, acquiſito, & proprio jure ſuccedere.

9. Neq́ue beneficio Patris; ſed proviſione legis, & ex pacto Majorum, & virtute primævæ inveſtituræ, Principatus conſequi.

10. Electoratus & Principatus feuda eſſe pactionata, ad certam familiam, & ad certas perſonas, adſtricta.

11. Ideò filiis, & agnatis, jus ſucceſſionis nullo modo, nulloque facto prædeceſſoris, neque ob crimen Patris, auferri & confiſcari poſſe.

12. Quia jus illud in lumbis Parentum per conventionem, lege fundamentali confirmatam, acquiſitum ſit.

13. Succeſſionem in primogenitis perpetuis temporibus obſervandam, ex conſtitutione Aureæ Bullæ.

14. In feudis dignitatum non eſſe ſucceſſionem ſecundum vulgarem uſum.

15. Et in pleriſque à civili diſcrepare.

16. Quæ non à Patre; ſed à Genere veniant,

niant, manete filiis incolumia, Patre condemnato.

17. Jus formale eſſe quæſitum filio, beneficio Domini, non facto Patris.

18. Jus ſanguinis, quo filius ad feudum venit, immutabile.

19. Et haberi jure expreſſæ conventionis.

20. Non hæreditatem; ſed naturam vocate Vaſallum ad ſucceſſionem feudi.

21. Filios ex proprio quodam ordine mortalitatis, non per viam hæreditatis, feuda habere.

22. Et jure geniture, beneficio Domini, expreſsâ formâ inveſtituræ, ad ea pervenire.

23. Ideò culpam unius alteri non nocere, quia unuſquiſque per ſe cenſeatur, & independens ab alio.

24. Primogenitos habere feudum à concedente, ex pacto & providentiâ.

25. Feudum ex pacto munus generis, non donum Patris.

26. Filium vocari non tantùm, ut filium, citra jus & nomen hæredis; ſed etiam, ut primogenitum.

27. Feuda dignitatum, & antiqua, haberi ex providentiâ legali.

28. Magis beneficio dantis; quàm Patris.

29. Maſculos, non jure ſucceſſionis, aut pro hærede; ſed proprio, beneficio dantis, in feuda, quæ à cæteris bonis ſeparentur, ſuccedere.

30. Et virtute primæ inveſtituræ, in quâ fuerint vocati.

31. Ideò jus inde quæſitum non poſſe tolli.

32. Opinionem, quæ excludat filios propter crimen Patris, diſplicere Iulio Claro magno J. C. & aliis.

33. Publicatis bonis Vaſalli, feuda tamen non confiſcari.

34. Iniquum & abſurdum, ſtatuere, poſſe Vaſallum delinquendo præjudicare, cui non poſſit alienando.

35. Legem Majeſt. non habere locum in natis, & conceptis ante delictum Patris:

36. Quia hoc noceat tantùm in his, quæ deſcendant ex perſonâ Patris; ſecùs in feudis.

37. Filiis qui orti ſint, dum Parentes clientes libertate potirentur, delicta horum non nocere.

38. Qui feudum primus conceſſerit, conſideraſſe perſonam Patris per ſe, & perſonam filii per ſe: ideò delictum unius nequaquam damno eſſe alteri.

39. In feudo, conceſſo generi, delictum unius non præjudicare eis, qui non hæreditario, ſed potiùs geniture jure, & ex tenore inveſtituræ, ſuccedant.

40. Feudum regulariter, ſuâ naturâ, progredi ad deſcendentes, ex proviſione legali, vel conſuetudinariâ, non ut hæreditarium.

41. Feuda neque jure, neque nomine hæreditatis venire.

42. Feudalium bonorum naturam ab aliis planè ſeparatam eſſe.

43. Filium habere feudum ex contractu, ideò poſſe repudiare hæreditatem Patris, & feudum amplecti.

44. In dubio feudum præſumi pactionatum, non hæreditarium.

45. Filium, ſecundum formam primæ inveſtituræ, jus ſuccedendi habere.

46. Filios etiam in vita Patris cum ipſo convaſallos eſſe, & ſimul dominii jus habere.

47. Atque venire ad poſſeſſionem magis continuativè, quàm ad novæ poſſeſſionis adeptionem, ideoque eſſe vivo Patre feudatarios, nec poſt mortem acquirere feudum, ſed acquiſitum retinere.

48. Quod Pater jus habeat, ipſos quoque idem habere.

49. Succeſſorem venire ex propriâ perſonâ, conſideratâ origine, jure contractus.

50. Ultimum Agnatum ſemper eſſe primi acquirentis ſucceſſorem, etiamſi feudum per mille manus ambulaverit.

51. Proximitatem conſiderari, non reſpectu ultimi, ſed primi Vaſalli, à quo feudum originem habuerit.

52. Primum ſtipitem deferre feudum ad poſteros, ſicut fontem aquam ad rivulos.

53. Succeſſorem non de inveſtiturâ Prædeceſſoris: ſed de ſuâ agere, ſi ſuccedit.

54. In feudo, conceſſo generi, unius delictum non nocere alteri, maximè ſi ſint regalia conceſſa, quæ ſint nobilia & pretioſa: nec venire jure ſucceſſionis, ſed ſanguinis & gentilitaris.

55. Quando jus quæſitum eſt filiis, tunc delictum Patris ipſis, & familiæ, non nocere.

56. Feudum eſſe munus generis, non donum Patris.

57. Filios in feudo non eſſe hæredes banniti, ſed primi acquirentis, jure ſanguinis, non ſucceſſionis.

58. Bannum eſſe perſonale, & cum perſonâ exſtingui.

59. Bona feudalia, bannito mortuo, filiis, Agnatiſve, reſtitui debere, quia delictum Patris non poteſt in feudo ex pacto & providentiâ, præjudicare filiis.

60. Defuncto bannito, feudum gentilitium ad hæredes ſanguinis, quibus ex pacto & providentiâ jus quæſitum ſit, reverti, quibus regulariter delictum Patris,

vel Agnati, impedimento eſſe non queat.
61. Si conſter, filiis acquiſitum feudum, tum Patrem, etiamſi in perſonam Domini delinquat, directò non præjudicare illis.
62. Feudum receptum pro ſe, & filiis, Patre delinquente, ſtatim his aperiri.
63. Crimen Patris non nocere filio, etiam in læſæ Majeſtatis maleficio, ſi feudum alicui, & ejus generi ſit conceſſum.
64. In feudo antiquo pactionato, per delictum in ipſum dominum commiſſum, non præjudicari filio.
65. Excuſatur ejuſdem rei frequens repetitio, quia jure permiſſa ſit.
66. Superflua non eſſe, quæ ad tollendam dubitationem amplificantur.

1. CUm quotidie animadvertamus & deprehendamus, vulgo, & communiter, homines, non ſolùm plebejos; ſed etiam eos, qui aliquid in jure, & rerum cognitione, ſe ſcire arbitrantur; præſertim, qui peregrini ſunt, & ſub Im-
2. perio & dirione monarchica vivunt, longè aliter, quàm jus & fas eſt, veritaſque & juſtitia, leges denique & conſuetudines feudales, & Germanicæ, docent, de Electo-
3. rum, Principum, & Optimatum Imperii Romano-Germanici, in Electoratus, Principatus, in feuda, & dignitates, atque regalia ſucceſſionis jure, ſentiant & judicent: dum illud communi & civili jure, vel conſuetudine, & ex ſtatutis municipalibuſque apud ipſos uſitaris legibus metiuntur, & ejuſmodi feuda regalia dignitatum, qualia ſunt Electoratus & Principatus iſti, hæreditario & patrimoniali obvenire & deferri jure, ac proinde a Domino, tùm propter feloniam, ſeu crimen, Vaſalli, tùm aliam ob cauſam, non ſecùs ac bona allodialia, & feuda communia, & hæreditaria, ſicut pro-
4. miſcuè feuda ſunt in Galliâ, Hiſpaniâ, Angliâ, Burgundiâ, in regno Siciliæ
5. & Neapolitano, quemadmodum ſupra in Præfatione pluribus probavimus, auferri, fiſco addici, & in alium quemcunque transferri poſſe ſtatuunt; quod non ſolùm magnam, auſim dicere, majorem partem hominum & Juriſperitorum, hodierno tempore, multùm ſanè in dijudicandis & definiendis cauſis feudalibus à tramite recti deviantes; ſed antiquiores
6. quoque Doctores pariter per errorem lapſos, facere animadvertimus: *uſq; adeò, ut Bartholomæus Camerarius, Beneventanus, exercitus Pontificii quondam generalis Commiſſarius, in l. Imperialem. de prohibit. feud. alienat per Frider. in §. ducatus, hæc ſcribat: Iam apertè vides, inquit, nonnullos doctiſſimos Iuriſconſultos, plerumque juris feudorum ita eſſe expertes, ut delirent. Et paulo poſt, Taceo, ait, in quantis hac ratione, ſummi Iuriſconſulti hac noſtrâ ætate, erraverint: Conſilia Alexandri, Decii, & aliorum legito, & innumeros illorum*
7. *errores apertiſſimè cernes*: Atque ex hoc falſo & lubrico fundamento opinari & inferre, Imperatorem modernum, non illegitimè & indebitè proceſſiſſe, neque ulli injuriam feciſſe, quod Sereniſſimum Regem & Electorem Fridericum, τ̃ μακαρίτην, (poſtquam eum criminis læſæ Majeſtatis condemnaſſet, & promulgatâ banni ſententiâ proſcripſiſſet) dignitatibus, feudis, regalibus, ditionibus, Electoratu, & Principatu Palatinico, omnibus denique fortunis & bonis, jure videlicet confiſcationis, ad eum devolutis & apertis, privârit & exuerit, eorundem jure ac poſſeſſione aliis collatâ & traditâ, præteritis & excluſis, tùm liberis, tùm proximioribus Friderici agnatis: Operæ pretium nos facturos autumamus, ſi adductis in medium legibus, rationibus, & auctoritatibus, probare, aſſerere, & planum facere enitimur, Electores, Principes, & Proceres Imperii, non hæreditario vul-
8. gari; ſed primogenituræ, in lege Divinâ, humanâ & civili fundato, & proprio acquiſito jure; non beneficio Patris & ultimi poſſidentis, ſed proviſione legis fundamentalis, & conſuetudinis perpetuæ obſervantiâ, ex ſtipulatu & contractu primi acquiſitoris, & ex providentiâ Principis concedentis, ſuccedere, intrare, & ſurrogari, in Electoratus & Principatus ſuos, hoc

hoc eſt, in feuda regalia dignitatum pactionata, ad certam familiam, cer-
taſque perſonas, in inveſtituris expreſſas, & velut digito demonſtraras, ita
adſtricta & alligata, ut nullâ ratione & modo, nulloque prætextu & ritulo, 11.
neque ullo prædeceſſoris ultimi facto, ſive ex contractu, ſive ex maleficio
deſcendente, jus ſucceſſionis liberis, & Agnatis, competens, & in lumbis 12.
parenrum, per conventionem & obligationem utrinque inviolabilem, &
lege fundamentali confirmatum, & per ptimam inveſtituram acquiſitum
& approptiatum, auferri, adimi, confiſcari, & in alium transferri poſſit.
Aurea Bulla. cap. 3. ibi. jus, vox & poteſtas electionis hujusmodi ad filium 13.
ſuum ptimogenitum, & ad ejuſdem primogeniti primogenitum, liberè, &
ſine contradictione cujuſpiam, devolvatur. *& ibi.* Talis ſucceſſio in pri-
mogenitis, & hæredibus Principum eorundem, perpetuis temporibus ob-
ſervetur. *& cap. 25. §. 2, ibi.* Primogenitus filius ſuccedat in eis, ſibique ſoli
jus & dominium competat. *c. unic. de alienat. feud. in fine. ibi.* in feudo di- 14.
gnitatum non eſt ſucceſſio ſecundum rationabilem uſum. *c. 1. de ſucceſſ. feud.
tit. 8. lib. 1. ibi.* ſuccedunt tantùm filii æqualiter, vel nepotes ex filio, *loco
ſui Patris*, nullâ ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente. *c. 1. §.
donare. 1. tit. 9. lib. 2. qualiter pater olim feud. aliena. poterit. c. unico. tit. de
naturâ ſucceſſ. feud. 50. lib. 2. c. imperialem. de alienat. feud. per Frider. tit. 55.
lib. 1. c. 1. per ſucceſſionem tit. x 1. lib. 2. feud. de gradibus ſuccedend. in feud. ubi
Baro Fridericus Schenck. ad §. 1. n. 1. ibi*, conſtat tamen feudalem ſucceſſio- 15.
nem in pleriſque à civili diſcrepare. *& ad §. 2. his verò deficientibus. n. 3. in
fin. C. unico. tit. 78. lib. 4. Rubric.* culpam unius ex cohæredibus, cæteris non
præjudicare. *& c. unic. lib. 4. tit. 98. Ex delicto Vaſalli ad Dominum feudum
redire. Notabilis l. 3. D. de interdictis & vulgatis & deportatis.* Quæ verò, *in-* 16.
quit, non à Patre, ſed à genere, à Civitate, à rerum naturâ tribuerentur, ea
manete liberis incolumia, Patre relegato. *Baldus ſuper feudis, ad rubricam,
de ſucceſſion. feud. ad. §. Hoc quoque. n. 4. ibi*, jus formale eſt quæſitum filio 17.
beneficio Domini magis, quàm facto patris. *& ibi.* filius non venit, ut qui- 18.
libet hæres, ſed jure ſanguinis, quod eſt immutabile. *& ad. c. 1. de eo qui ſibi
& hæredibus. tit. 17. 2. feud. n. 3. ibi:* habere feudum jure expreſſæ conven- 19.
tionis, & ſic non dicitur habere jure ſucceſſionis. *& n. 6. ibi.* hæredibus ſan- 20.
guinis, quos ad ſucceſſionem feudi non vocat hæteditas, ſed natura. *& in
c. 1. §. final. denique. n. 1. Quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. ibi.* quod ex pro- 21.
prio jure habeat, quodam ordine mortalitaris, non per viam hæreditatis.
& paulo poſt. ibi. jure genituræ, beneficio Domini, expreſsâ formâ inveſti- 22.
turæ, à cujus tenore non eſt recedendum. *Et idem Baldus in c. 1. n. 3. & 6. ad
titul ſi Vaſall. feudo privatur, cui deferatur. ibi.* non puto quod culpa unius 23.
alteri noceat, quia unuſquisque per ſe cenſetur, & tanquam independens
ab alio. *in cap. 1. §. inſuper. n. 5. de prohibitâ feud. alienat. per Frider. dicit ſin-
gulariter*, feudum antiquum ex pacto & providentiâ, eſſe munus generis, 24.
non donum Patris vel Agnati. *per text. in d. l. 3. D. de interd. & relegat. Pe-
trus de Gregorio de conceſſion. feud. quæſt. 8. n 8. & ſeq. ibi*, filii primogeniti 25.
magis dicuntur habere feudum à concedente, ex pacto & ejus providen-
tiâ, quàm ab ultimo moriente. *& hoc expreſſe gloſſam in c. 1. § cum verò Con-
radus, in verbo, frater. lib. 1. de feud. tit. 1. de his qui feud. dare poſſ. & etiam
gloſſ. in c. 1. in princip. in verbo retinere. Rubrica, An Agnat. vel filius poſſit re-
tinere feudum repudiatâ hæreditat. affirmare dicit. & idem Petrus de Gregorio d.
loco n. 4. ibi.* vocantur filii & deſcendentes, à primo acquiſitore, non ſo- 26.
lùm, ut filius & deſcendens, citra jus & nomen hæredis; ſed etiam ut pri-
mogenitus. *Martinus de Caratis Laudenſis. in lecturâ feudorum. ad tit. 1. lib.
1. feud. n. 24. & ad tit. 14. lib. eodem. n. 6. ibi.* in feudis dignitatum non eſt 27.
propriè ſucceſſio; ſed habetur ex providentiâ legali. *Barthol. Camerarius*

in d. repetit. l. Imperialem. in 2. part. ad §. Præterea Ducatus, ibi, feuda habe-
mus ex pacto & providentiâ majorum. *& ibidem*, à legis providentiâ pri-
28. mogenitum ad feudum vocari. *& paulò poſt ex Iſernia.* magis beneficio
dantis, quàm Patris', feuda antiqua habemus. *iterùm poſteà ex Socini con-*
29. *ſil. 19. in 1. volum.* maſculos non jure ſucceſſionis, vel univerſali, aut
pro hærede; ſed proprio jure, beneficio dantis, in feudo quod à cæ-
teris bonis ſeparatur, ſuccedere. *Iulius Clarus Regis Hiſpaniæ Conſiliarius*
ſupremus, & Regens in Provinciâ Mediolanenſi, lib. 4. ſentent. §. feudum,
30. *quæſt. 9. n. 5. ibi,* ſuccedunt in ipſo feudo, virtute primæ inveſtituræ, in quâ
31. fuerunt vocati. *& quæſt. 40. n. 1. ibi,* cum ſit jus quæſitum deſcendentibus
ex tenore primæ inveſtituræ, meritò non poteſt tolli: *& paulo poſt*, ad feu-
da ipſi veniunt, non ex facto ipſius Patris, ſed ex antiquorum ſuorum pro-
32. viſione. *& quæſt. 66. n. 3. & ſeq. ubi dicit*, opinionem doctorum, qui dicunt,
quod etiam in feudo antiquo propter crimen Patris & Vaſalli, filii & Agna-
ti excludantur, ſibi nunquam placuiſſe. *& n. 7.* quod Vaſallus in feudo an-
tiquo non poteſt præjudicare agnatis alienando aut delinquendo. *item*
33. *quæſt. 84. n. 1. ubi ait per multos*, quod publicatis bonis Vaſallis feudum
34. tamen non confiſcatur: *& paulo poſt*, iniquum & abſurdum, quod Vaſal-
lus poſſit delinquendo præjudicare domino aut Agnatis, quibus non poſ-
ſet præjudicare alienando. *Idem Clarus lib. 5. ſent. §. læſæ Majeſtatis n. 10. do-*
cet per Cynum, Alciatum, & Boſſum, pænas *l. quiſquis. C. ad l. Iuliam.* Majeſtatis
35. non habere locum in natis, vel conceptis ante delictum Patris. *Iohannes*
36. *Baptiſta Bajardus in addition. ad Clar. §. læſæ Majeſtatis. n. 24. ibi,* pæna Patris
nocet filiis tantùm in his, quæ deſcendunt ex perſonâ Patris, ſecùs in aliis.
allegans Grammat. deciſion. 6. n. 14. Benon. conſil. 65. n. 155. volum. 1. & idem
Bajard. n. 25. ibi: tamen in feudis antiquis, propter crimen læſæ Majeſta-
tis commiſſum per Agnatum, non privatur ſucceſſione feudi immediatè
ſucceſſurus. *&c. adde Boër. in deciſion. Burdegal. part. 1. quæſt. 1. n. 6. quod*
pæna *l. quiſquis* non habeat locum in filiis jam natis, ſed poſt delictum.
per Pet. Cyn. Ioan. Fab. & Angel. adde Covarruviam. lib. 2. variar. reſolution.
cap. 8. n. 5. Salicet. in l. 2. n. 5. C. de libertis, & eor. liberis. inprimis vero ipſam
legem 2. quæ ſanè inſignis eſt, in dicto titulo. C. de libertis & eorum liberis: his
37. *verbis formal.* filiis etiam, qui poſteà nati fuerint, ſervituris, quoniam il-
lis delicta parentum non nocent, quos tunc eſſe ortos conſtiterit, dum li-
bertate illi potirentur. *Franciſchinus Curtius junior, de feud. in 5. parte, in ru-*
38. *brica, feudum amiſſum cui deferat. n. 3, 4. & ſeq. ibi,* quod concedens videtur
conſideraſſe perſonam Patris per ſe, & perſonam filiorum per ſe, & ideò
delictum unius non debet nocere alteri, tanquam in perſonâ uniuſcujuſ-
39. que ſit facta nova conceſſio. *& paulo poſt.* cum feudum eſt conceſſum ge-
neri, delictum unius non habet præjudicare cæteris, qui non veniunt jure
hæreditario; ſed potiùs genituræ, & ex tenore inveſtituræ. *referens Baldum*
ad ſupra allegatum c. 1. §. fin. & ad c. 1. Si Vaſallus feud. privat. & c. 1. de Va-
ſallo qui contra conſtitut. Lothari. item Bartolum in l. cum qui. D. de interdict.
& relegat. & Cynum in d. l. 2. C. de libertis & eorum liberis. & Alvarotum in
c. 1 §. final. in 8. concluſ. tit. quæ fuerit prima cauſ. benefic. amitt. Modeſtinus
Piſtoris conſil. 53. tom. 1. n. 16. ibi, filii obtinent feuda antiqua non ex perſo-
nâ patris; ſed ex proviſione legis, vel primi acquirentis. *& tom. 2. conſ. 45.*
n. 10. & conſil. 50. n. 11. ubi dicit, Præpoſitum in c. 1. § hoc quoque. poſt gloſſ.
40. *ibi. in verbo, inveſtiri. tit. de ſucceſſ. feud. dicere,* feudum regulariter, ſuâ na-
turâ, progredi ad deſcendentes, non ut hæreditarium, ſed ex providentiâ
legali, vel conſuetudinariâ. *per textum. c. 1. §. & quia vidimus. de his qui*
41. *feuda dare poſſunt. VVeſenbecius. conſil. 14. n. 95.* Filius, *inquit*, feuda non ca-
pit jure hæreditario; ſed beneficio primi acquirentis, ideoque nec jure,
neque

neque nomine hæreditatis, veniunt. *per c. 1. de eo qui finem fecit agnato. & per c. generali. ſi de feud. controverſ. & cum ſimilibus allegatis, quæ concumulat. & conſil. 11. n. 9. idem repetit, & quod feudalium bonorum natura ab aliis planè ſit ſeparata. & n. 16. ibi*, filius ſuo jure, non Patris venit, quoniam non venit ex 42.
ſucceſſione Patris; ſed jure inveſtituræ antiquæ: *ibi plures adducit, ſicut etiam in conſil. 41. n. 9. ubi ait*, feudum, *præſertim maſculinum & nobile*, non eſſe hæreditatem, nec rem hæreditariam, neque jure, aut nomine hæreditario, venire. *Ioachimus Mynſingerus. obſerv. cent. 3. obſervat. 67. n. 6. dicit*, filium 43.
feudum habere jure contractus, ideoque poſſe repudiare hæreditatem Patris, & amplecti feudum. *& centur. 4. obſerv. 2. ubi differentiam explicat inter feudum hæreditarium, & ex pacto & providentiâ, quodq;* in dubio feu- 44.
dum, de cujus qualitate non conſtet, præſumatur pactionatum, & non hæreditarium. *& cent. 2. obſerv. 94. n. 2. ibi*, ſecundum formam primæ in- 45.
veſtituræ jus ſuccedendi habent. *& n. 6. feudum antiquum à ſtirpe procedit. & conſil. 66. n. 21. ubi probat*, filium habere jus in feudo, etiam vivente Pa- 46.
tre. *allegans Schurf. conſ. 27. n. 8. cent. 1. & conſil. 83. n. 8. ubi adſtruit*, filios etiam in vitâ Patris cum ipſo convaſallos eſſe, & ſimul dominii jus habere. *per gloſſ. in cap. 1. §. ultim. de feud. cognat. addens ex Baldo*, filium magis ve- 47.
nire ad poſſeſſionem feudi continuativè, quàm ad novæ poſſeſſionis adeptionem, atque eſſe vivo Patre feudatarium, nec poſt mortem acquirere feudum, ſed acquiſitum retinere. *& n. 11. dicit*, extra controverſiam eſſe, quod jus in feudo filii habeant, vivente etiam Patre, adeò quod Pater habet, 48.
ipſi habere cenſeantur. *per Bald. l ultim. in fine. C. de impuber. ſubſtitut. & per Tiraquell. tractat. primogenit. quæſt. 4. n. 96.* Injuſtum igitur auferre filio hoc jus ſuum, ſine ſuâ culpâ. *Andreas Gailius 2. obſervation. 154. n. 2. ibi*, bona feudalia protſùs ab ipſâ hæreditate ſeparata ſunt. *& paulò poſt, ex Pariſ. conſil. 65. n. 26. & ſequent. vol 3.* quod in feudo antiquo ſucceſſor ve- 49.
niat ex propriâ perſonâ, conſiderato principio, origine, & ſtipite, jure contractûs. *& n. 4. ibi*, ultimum agnatum ſemper eſſe primi acquirentis 50.
ſucceſſorem, etiamſi feudum per mille manus ambulaverit. *& ibi*. Non ſum hæres hæreditatis, ſed ſanguinis: non venio jure hæreditario, ſed proprio. *Idem 2. obſervat. 149. n. 3. ibi*, proximitas in ſucceſſione feudi non 51.
conſideratur reſpectu ultimi Vaſalli, ſed reſpectu ejus perſonæ, à quâ feudum originem habet. *& n. 4. ibi*, Agnati veniunt & ſuccedunt proprio ju- 52.
re, ex providentiâ legis, & ex pacto primi acquirentis; primus enim ſtipes defert feudum ad poſteros, ſicut fons aquam ad rivulos. *idem in eod. 2. lib. obſ. 50. n. 10. ibi*, Vaſalli ſucceſſor non venit ex perſonâ defuncti Vaſalli, ſed jure proprio, ex proviſione primi acquirentis, unde de ſuâ inveſtiturâ agit, & 53.
non de inveſtiturâ prædeceſſoris. *& obſerv. 116. n. 11. ibi*, feudum non à Patre, ſed primo concedente habeant, poſteaquam in inveſtiturâ expreſſè nominati fuerunt. *Idem lib. 2. de pace publicâ obſ. 13. n. 17. ibi*, ſi feudum ge- 54.
neri conceſſum ſit, eo caſu delictum unius non nocet alteri, maximè ſi ſint regalia conceſſa in feudum, quia cum ſint nobilia & pretioſa feuda, non veniunt neque debentur jure ſucceſſionis, ſed jure ſanguinis, gentilitatis, & familiæ, quia eò reſpexiſſe videtur primus concedens. *& obſerv. 14. n. 7. ibi*, jus quæſitum ſit, ut filiis, & jure proprio ſuccedant, proinde delictum 55.
Patris meritò ipſis non nocet. *& ſtatim addens ex Bald.* feudum eſſe munus 56.
generis, non donum Patris: *poſteà hanc rationem affert*, quia non hæredes 57.
Vaſalli banniti, ſed primi acquirentis, jure ſanguinis, non jure ſucceſſionis. *& obſerv. 15. n. 9.* quia Bannum, *inquit*, eſt perſonale, & cum perſonâ 58.
extinguitur. *per l. crimen. 2. D. de pænis. & per l. defuncto 6. D. de public. judic. & per l. 1. & final. C. ſi reus, vel accuſator mort. fuerit. & obſervat. ultim. n. 32. ibi*, quia Bannum morte banniti exſpirat. *& n. 33. ibi*, ſed bona feu-

 dalia,

59. dalia, mortuo bannito, filiis, aliiſque Agnatis reſtitui debent, quia delictum Patris, vel Agnati, non poteſt, in feudo antiquo, ex pacto & providentiâ,
60. præjudicare filiis & Agnatis. *& n.* 34. *ibi*, defuncto bannito feudum antiquum & gentilitium ad hæredes ſanguinis, quibus ex pacto & providentiâ primi acquirentis jus quæſitum eſt, revertitur, quibus regulariter delictum Patris, vel Agnati, impedimento eſſe non poteſt. *Roſenthalius in Synopſi*
61. *juris feudalis in primâ editione cap.* XI. *concluſ.* 3. *ibi*, ſi conſtare poſſit, æquè principaliter filiis partem acquiſitam, tum etiamſi Pater in perſonam Domini delinquat directò, tamen filiis non præjudicabit, *per multos quos allegat. & vide plures etiam in concluſ.* 29. *cap.* 9. *in lit. a. b. Item in concluſ.* 5.
62. *ibi*, in feudo pro ſe & filiis, ſeu pro ſe & liberis recepto, delictum Patris non nocet filiis, minùs cæteris Agnatis, quin imò id iis ſtatim aperitur: nam in eo tot dicuntur donationes, quot ſunt perſonæ. *Item concluſ.* 7. *ibi*, delictum Patris filiis & proximioribus Agnatis, etiamſi in perſonam Domini ſit perpetratum, non præjudicat, ſi inveſtitura ita concepta ſit, ut in perſonâ unius cujuſque videatur quodammodo nova conceſſio. *allegans Ardizonum, Iſerniam, Matth. de afflictis, Præpoſitum, & alios. & concl.* 8.
63. crimen Patris non nocere filio etiam in læſæ Majeſtatis maleficio, ſi feudum alicui & ejus generi ſit conceſſum. *Adde jam Brunum conſil. feudal. tom.* I. *conſil.* 8. *n.* 14, 15. *Cardinal. Pariſi. conſil.* 23. *n.* 135. *vol.* 1. *& in* 3. *volum. conſil.* 65. *n.* 24. *&* 27. *Andream de Iſern. ſummum, ſicut vocant, Feudiſtam & Arrigam, in d. c.* 1. *§. final. n.* 49. *Quæ fuit prima cauſa feud. amitt. & in c.* 1. *n.* 4. *ſi vaſallus feud. privat. & in c.* 1. *§. firmiter. n.* 3. *de prohibit. feud. alienat. per Fridericum Aymonem Cravettam. conſil.* 304. *n.* 35. *& conſil.* 859. *n.* 12. *& ſequent. Menochium conſil.* 305. *n.* 12. *Matthæum de afflictis in d. c.* 1. *n.* 6. *ſi Vaſallus feudo privatur, cui deferat. Caſtrenſem conſ.* 311. *n.* 3. *volum.* 1. *Dynum in cap. non debet aliquis. de Regul. in* 6. *Burſatum conſil.* 225. *n.* 187. *inprimis Rolandum à Valle conſil.* 28. *& conſil.* 29. *n.* 33. *volum.* 3. *& conſil.* 74. *eodem volumine, ubi fusè admodum, Salicetum in d. l.* 2. *C. de libert. & eorum liber.*
64. *& multos alios infra commemorandos, qui tenent*, in feudo antiquo ex pacto & providentiâ generi & familiæ, atque unicuique ſucceſſuro deſtinato, & conceſſo, per delictum, etiam in ipſum Dominum commiſſum, non præjudicari liberis.

Antequam ad ulteriora progrediamur, benevolos Lectores rogatos volumus, ne nobis ſuccenſeant; ſed benignè ignoſcant, quod eadem ſubinde repetita & inculcata legant & deprehendant. Conſideraturos eos confidimus, hoc non ſine ratione à nobis fieri, qui ſcimus, ſuperfluitatem hanc,
65. & ejuſdem rei repetitionem in jure permiſſam eſſe, & tolerandam: quando præſertim fiat, ut id, quod anteà dictum fuit, dilucidius & clarius, atque enodatius, denarretur & deducatur. *gloſ. in c.* 1. *in verbo. & filio. De ſumma Trinitate & fide Catholica. gloſ.* 2. *in c. licet canon. ibi Doctores. de Elect. & elect.*
66. Imo ſuperfluum id non dicitur, quod ad tollendam dubitationem amplificatur & exprimitur. *per Roland. à Valle conſil.* 56. *n.* 28. *vol.* 3. *ex Ruin. conſil.* 19. *n.* 17. *vol.* 3.

CAPUT

Caput II.

ARGUMENTUM.

Cum omnium Electorum & Principum injuriâ, Electoralem Palatinam dignitatem, à terris connexis avulſam fuiſſe, per alienationem & diſtractionem ψωμιώδεα ſeu fruſtulentam: liberos Regis Friderici non potuiſſe jure quæſito privari, ideoque Bavarum illegitime conſecutum Palatinatum & Electoratum. Succeſſionem individuam in Electoratu primogenito, ex ſanctione Aureæ Bullæ, competere: ita Ludovicum Palatinum, ejuſque poſteros, in Electoratu olim ſucceſſiſſe, & confirmatos fuiſſe per Imperatores & Electores. Septemvirale munus annexum eſſe, inſeparabili vinculo, cum territorio, ideoque omnem diviſionem & partitionem, in ſpecie in Electoratu Palatinico, prohibitam. Bavaros quidem prætendere Electoratum Ducatui Bavariæ potiùs annexum eſſe, quàm Palatinatui, & pactum alternationis Papienſe in ſuam defenſionem allegare: ſed opinionem iſtam vanam eſſe, & confutatam dudum.

CONSPECTUS.

1. NOn ſine cæterorum Electorum & Principum præjudicio, Electoralem dignitatem ſeparari à ditionibus illi annexis.

2. In Electoralia jura & ditiones, fiſco Cæſaris non eſſe locum.

3. Friderici Regis filios non potuiſſe privari jure ſuo quæſito.

4. Bavaro dignitatem ſeptemviralem, & partem ditionum illi connexarum, nulliter collatam.

5. Bavarum conſecutum eſſe Palatinatum illegitimo titulo.

6. Scribenti de ejuſmodi arduis rebus, & ex conflictu variarum opinionum veritatem eruenti, & quando judicium curiæ refutandum eſt, magnas difficultates & hæſitationes offundi.

7. Proinde non mirum, ſi non omnia exactè, aptè, & integrè, exſequatur auctor, aut interdum labatur memoriâ, vel judicio.

8. Veniam dandam, ſi quid feſtinando, vel aliter, neglectum, aut erratum.

9. Pium conatum potiùs laudem, quàm vituperationem & pœnam mereri.

10. In elaboratis operibus judicationem reſtrictiorem, in ſubitariis veniam prolixiorem, eſſe debere.

11. In ſeptemviratu Palatinico jus primogenituræ conſtitutum eſſe.

12. Succeſſionem individuam in Electoratibus deberi primogenito.

13. Auream bullam, lege perpetuò valiturâ, ſanxiſſe, ut jus, vox & poteſtas electionis ad primogenitum legitimum, vel hujus primogenitum, pertineat.

14. Primogenito ſine hæredibus, & illius fratribus mortuis, patruum ſuccedere.

15. Primogenito fatuo, vel notabili affectu notato, ſecundogenitum ſuccedere.

16. In Electoratu Palatinico olim Rupertum, natu maximum, declaratum hæredem, ſeu ſucceſſorem.

17. In Bullâ Sigiſmundi Imperatoris, cum ſingulari efficaciâ & ἐνεργείᾳ, jus ſucceſſionis primogeniti in domo Palatinâ confirmari.

18. Ita vocatos & inveſtitos primogenitos, ac ſi nomine proprio eſſent compellati & demonſtrati.

19. Palatinorum Electorum juſtam & legitimam ſucceſſionem, de primogenito & ſeniore, in alium primogenitum & ſeniorem ire.

20. Ludovicum Palatinum juſto ſucceſſionis titulo ad Electoratum perveniſſe, ac propterea de Principatu & comitatu Palatino ac Archidapiferiâ ſolemniter infeudatum & inveſtitum fuiſſe.

21. Ei ejuſque hæredibus & ſucceſſoribus, jus, vocem, dignitatem & poteſtatem ſeptemviralem, in perpetuum competere debere, expreſsè ſancitum fuiſſe.

22. Succeſſionis ordinem in Electoratu Palatino eum eſſe, ut primogenitus, & poſt primogeniti obitum, ejuſdem primogeniti ſenior filius, ex ordine genituræ, & ſic deinceps deſcendentes, ſemper ſenior, ſuccedat.

23. Succeſſionis ordinem in Electoratu, quo ad fratres & collaterales, eodem modo fieri, ut nempe ſenior & primogenitus, hujuſque filius, in directâ lineâ genituræ ſuccedant.

24. Sicut Ludovicus Palatinus, & ejus primo-

primogeniti, deſcendentes, declarati fuerint hæredes & Electores Palatinatûs per Imperatorem Sigiſmundum: ita etiam per cæteros Electores, tunc viventes, ſingularibus diplomatibus eoſdem tales fuiſſe denunciatos & confirmatos.

25. Electoratus omnes, & in ſpecie Palatinicum, eſſe regalia feuda Imperii, ex pacto & providentiâ majorum, quæ ſcindi, & dividi, & alienari nequeant.

26. Ex ſanctione Aureæ Bullæ, poteſtatem & officium Electorale, ditionibus annexum & unitum eſſe, & manere debere in æternum.

27. Alterum ab altero, cum ſint, & eſſe debeant inſeparabilia, dividi, ſeparari ve nullo tempore, neque in judicio, neque extra judicium poſſe.

28. Secùs ſi factum fuerit, irritum haberi.

29. Alio loco ex Aureâ Bullâ idem decerni & ſanciri, & quamvis diviſionem, ſciſſionem, dimembrationem, interdici.

30. Virtute Principatuum ſuorum Electores habere jus, vocem, & poteſtatem Electoralem.

31. Sicut Archiepiſcopatibus, ita & ſecularibus Electoratibus, annexum & alligatum eſſe officium Electorale.

32. Prohibitam omnem diviſionem & alienationem in iis.

33. In ſpecie de Palatinico Electoratu hoc verum eſſe.

34. Electoralem dignitatem in ditione Palatinatus ita fundatam, ut illa ſine hac conſiſtere nequeat.

35. Idem atteſtatos eſſe olim omnes Electores, binis diplomatibus quemlibet.

36. Hanc indiviſibilem juris Electorii cum Principatibus connexionem, ante Auream Bullam, etiam viguiſſe.

37. Cum Bavari per tranſactionem Papienſem contrarium extorquere tentarent, Carolum Cæſarem & Electores obviam iviſſe, & indiviſibilem illum connexum ſanxiſſe lege Pragmaticâ.

38. Translationem Papienſem nunquam obſervatam; ipſo etiam jure nullam, propter multiplices cauſas.

39. Pacta privatorum non poſſe derogare juri publico.

40. Gewoldi & Bavarorum opinionem, qui ſomniarunt dignitatem Electoralem annexam Ducatui Bavariæ, falſam & refutatam fuiſſe dudum.

Atque hæc cuncta, quæ priori capite, uno velut faſce, comprehenſa, & minori pomœrio finita, generatim, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, prælibavimus & in anteceſſum dedimus, nunc in ſequentibus diducemus, & dilatato ſtylo explicatiora & confirmatiora reddemus; tùm ut diſtenſa & ampliata meliùs & perfectiùs intelligantur & cognoſcantur, deque illis rectius & æquius judicium ac ſententia pronunciari & ferri queat: tùm ut in primis, qui præcipuus noſtræ advocationis ſcopus
1. eſt, manifeſtum faciamus: Primò, novo & inaudito exemplo, nec ſine reliquorum Electorum & Principum, quorum permagni refert, ipſorum jura, & privilegia, atque ſucceſſiones, illæſas & ſartas tectas permanere, præjudicio & injuriâ, Electoralem Comitis Palatini dignitatem & poteſtatem, à ditionibus Palatinicis, quibus ea, non ſecùs ac anima corpori, indivulsè cohærens & conjuncta eſt, avulſam & ſeparatam fuiſſe, per fruſtulentam, & in membra diſcerptam, diviſionem, diſtractionem, conceſſionem,
2. atque traditionem. Deinde nullâ juris liquidâ ordinatione & adprobatione defendi, probati, & confirmari poſſe, dignitatem iſtam & officium, cum cohærentibus terris, in commiſſum cecidiſſe, & ad Imperatorem, ejuſque fiſcum, tùm propter crimen, quod ultimum poſſeſſorem perpetraſſe prætendunt; tùm propter condemnationem ac proſcriptionem, quæ in eum
3. promulgata fuit, devolutam eſſe. Porrò liberos Friderici Regis, præſertim eos, qui ante prætenſam banni ſententiam nati ſunt, minimè, ullove prætextu, aut ſpecie juſtitiæ, potuiſſe jure ſuo proprio, quod ex contractu majorum, atque diſpoſitione legis acquiſitum eis fuit, privari, neque dejici & ſpoliari poſſeſſione Electoratûs, & feudorum regalium, paternorum, antiquorum, quæ illis tùm jure ſanguinis, & ex ſtipulatu, primævâque, ſæpiùs repetitâ, ac per jugem obſervantiam confirmatâ, inveſtiturâ, tùm propter
4. ſpem, à lege in jus animatam & formatam, competunt & debentur. Adhæc apparere faciemus, tam ſeptemviralem dignitatem, quàm majorem illi

illi connexatum ditionum partem, illegitimè & nulliter, in Bavarum divi-
ſim & membratim, alia donationis, alia venditionis & emtionis, alia com-
penſationis titulo ttanſlata fuiſſe: Deniqùe è documentis publicis comme- 5.
morabimus, & alienis verbis, ne pet calotem & adfectum, aliquid dutius
& ptotervius, dixiſſe arguamur; demonſtrabimus, quibus artibus, quo ſtu-
ſtio & induſtriâ, ne dicamus pet obteptionem & vim, Bavariæ Dux con-
ſecutus ſit & apptehendetit, tùm dignitatem & munus, tùm Palatinatûs
utriuſque tettitotium, horumque ſe poſſeſſorem, καὶ διακάτοχον, detento-
rem conſtituetit, vel conſtitui procuratit, quibus deniqùe perſuatricibus
rationibus, blanditiis & promiſſis in collegium ſeptemvirale inttoductus &
intruſus fuerit.

Veniam autem nobis dari petimus, ſi interdum, vel extta oleas ſaltare, 6.
vel cramben recoquere, & eâdem chotdâ oberrare, hoc eſt, repetere ſæ-
piùs, quæ dixerimus, vel nonnunquam in ſuperfluis & quotidianis inhæte-
re, vel quædam prætermittere, vel defunctoriè tractare, vel in citationibus
errare & falli, aut mentem & ſcopum ſctiptoris adlati non admodùm benè
aſſequi, aut exptimere deprehendimut & animadvertimut. Fieri enim ne-
quaquam poteſt, quin in ejuſmodi arduis & cauſidicis, quæſtionem ſtatûs
concernentibus ſcripris; quæ non ſponte, ſed hortaru & juſſu ſuperiorum,
& ad teſtificandam fidem & obſequium, ſcribi ſuſcipiuntur; & quando ex
conflictu, invicem diſputantium, Doctorum, & ex concumulatione diver-
ſorum argumentorum, & legum ἀντινομία, veriras eruenda, & aliis certiori-
bus rationibus, exemplis & auctoritatibus adſtruenda eſt; quando præ-
terea de ſupremæ poteſtatis & magnorum nominum factis, judiciis, pro-
ceſſibus conquerendum, & Cæſar malè infotmatus, meliùs infotmandus
eſt; quando denique libertati & vetitati litandum, & ſcapha ſcapha ap-
pellanda: magnæ & pergraves ſcribenti & patrocinanti difficultates, con- 7.
fuſiones, pertutbationes, hæſitationes & tenebræ oboriantut, quæ eum
perplexum & dubium nonnihil reddunt, intetdum etiam in devia, & extra
orbitam ferunt, & in ettorem perducunt: præſertim cum ſcriptio & opus,
quemadmodum ſanè nobis accidit, deptopetandum, & inter publicas mul-
tipliceſq; occupationes curaſque, & quod pejus adhuc eſt, in exilio, & per-
egtino ſolo, ubi non omnium, ad materiam ſuſceptam neceſſariotum, li-
brotum copia habeti potuit, conſarcinandum fuit. Quaptopter ſpero & 8.
confido, me candidis, & ſincerè atque æquanimitet judicantibus, excuſa-
tum fore, eoſque pium hoc, & in nullius injuriam, offenſionem & contem-
tum, quod iterum, Deo in teſtem vocato, aſſeveramus & proteſtamur, dire- 9.
ctum propoſitum, & conatum defendendi innocentes, fortunis omnibus
evolutos, & jure quæſito, ſine culpâ & facto ſuo privatos Adoleſcentes &
Orphanos Ptincipes; potiùs commendaturos, quam reprehenſuros &
damnaturos. Adhæc cogitatutos, apud vitos prudentes adſolens eſſe, ut in 10.
operibus elabotatis judicatio reſtrictior, in ſubitariis venia ptolixiot eſſe
debeat, *ſicut Apulejus ait*.

Ac principiò quidem demonſtratum ibimus, in omnibus Electotatibus, 11.
& in ſpecie in Palatino Septemviratu, jus primogenituræ (hoc eſt, ſuc-
ceſſionem individuam, quæ ratione ſanguinis, non lege hæreditatis, nec
ex jure defuncti fit, & dijudicanda eſt. *Tiraquell. de jure primogen. & Molin.
eodem*:) conſtitutum, ſimulque dignitatem, vocem, & jus Electorale con-
nexa eſſe vinculo æterno, & nodo, ut ita dicam, Gordio, ſeu inſolubili,
cum ditionibus & terris Palatinis. His adſertis & probatis, cuivis facilè
etit judicatu, an juſtè & validè factum, quod alterum ab altero fuetit avul-
ſum, & legitimis ſucceſſoribus ademtum, ac tandem Bavato partim do-
natum, pattim divenditum.

12. Quod ſucceſſio in Electoratibus ſæcularibus, & expreſſim in Palatino quoque, ſoli primogenito debeatur, hoc quidem vulgò, & experientiâ quotidianâ, atque tot ſæculorum ſacroſanctâ obſervatione comprobatâ, no-
13. tum eſt. Ex Aureâ etiam Bullâ, lege perpetuò valiturâ, & inconcuſſe ſervandâ, id planum eſt. In hunc enim modum Imperator Carolus IV, cum omnium totius Imperii ordinum conſenſu & adſtipulatione, ſanxit, edixit, & per viam æterni contractûs conſtituit: Ne inter, *inquit*, eorundem Principum Electorum filios, ſuper jure, voce, & poteſtate præfatâ, futuris temporibus, ſcandalorum & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari, & ſic bonum commune periculoſis dilationibus impediri, futuris, auctore Deo, cupientes periculis ſalubriter obviare, ſtatuimus, & Imperiali auctoritate, præſenti lege, perpetuis temporibus valiturâ, decernimus: ut poſtquam iidem Principes Electores ſeculares, & eorum quilibet, eſſe deſierit; jus, vox, & poteſtas electionis hujuſmodi, ad filium ſuum primogenitum legitimum laicum; illo verò non extante, ad ejuſdem primogeniti primogenitum ſimiliter laicum, liberè, & ſine ullâ contradictione cujuſquam de-
14. volvatur; Si verò, Primogenitus hujuſmodi, abſque hæredibus legitimis laicis, ab hac luce migraret, virtute præſentis Imperialis edicti, jus, vox & poteſtas Electionis prædictæ, ad ſeniorem fratrem laicum, per veram paternalem lineam deſcendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur. Et talis ſucceſſio in primogenitis, & hæredibus Principum eorundem, in jure, voce, & poteſtate præmiſſis, perpetuis tempori-
15. bus obſervetur. *Aurea Bulla cap.* 7. Illud ipſum paulò ante finem eâdem Aureâ Bullâ ſtatuitur, ut primogenitus filius ſuccedat in iis, ſibique ſoli jus & dominium competat: niſi forſitan mente captus, fatuus, ſeu alterius famoſi & notabilis affectûs exiſtat, propter quem non deberet, ſeu poſſet, hominibus principari; In quo caſu inhibita ſibi ſucceſſione, ſecundogenitum, ſi fuerit in eâ progenie, ſeu alium ſeniorem fratrem, vel conſanguineum laicum, qui paterno ſtipiti in deſcendente rectâ lineâ proxi-
16. mior fuerit, volumus ſucceſſurum. *Aurea Bulla tit.* 24. *ante finem.* Idem Carolus Imperator, in diplomate Columbariæ exarato, Anno CIↃ CCC-LIV. Ille autem, *inquit*, Rupertus ſenior natu maximus eſt, inter omnes Palatinatûs hæredes, Rudolphi prædicti frater & hæres, ejuſque ditiones,
17. dominia, & populi, in ipſum reciderunt, unà cum Electoratu. Operæ pretium fuerit aſcribere verba ampliora Bullæ Sigiſmundi Imperatoris, quâ iſta omnia pleniùs declarantur & confirmantur, ut inde appareat, cum quantâ proſpicientiâ, ardore & contentione animi, καὶ ἐνεργείᾳ, jus primogenituræ, & ſucceſſionis unius primogeniti poſt alterum, ſancitum, ſtabilitum, & confirmatum ſit in inclytâ Domo Palatinâ; tum, quod hoc unicè actum, proviſum, ac cautum, ut nulla unquam mutatio, & interruptio ordinis ſuccedendi, fieri, neque liberi, & Agnati jure quæſito, quod eſſent conſecuti, privari & orbari poſſent; tum, quod primogeniti & liberi ita
18. vocati, inveſtiti, & demonſtrati ſint, ac ſi nomine proprio eſſent appellati, & unus poſt alterum ſelectus, & velut digito demonſtratus. Audiamus
19. Imperatorem. Sanè cum alias, *inquit* §. 2. per literas omnium Principum Electorum, & nominatim divæ recordationis Sereniſſimi Principis & Domini, Domini Caroli Quarti, Romanorum Imperatoris, & Bohemiæ Regis, Genitoris noſtri cariſſimi, velut Regis Bohemiæ; Venerabilium, Gerlaci Moguntini, per Alemaniam, Boemundi Trevirenſis, per Galliam, & regnum Arelatenſe, Wilhelmi Colonienſis, per Italiam, Sacri Romani Imperii Archicancellariorum Archiepiſcoporum; Rudolphi Ducis Saxoniæ, Sacri Imperii Archimarſchalli; & Ludovici, dicti Römer, quondam Imperatoris Ludovici filii, Marchionis Brandenburgenſis, ſacri Imperii

Archi-

Archicamerarii : ac etiam à Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobili-
bus, Proceribus, ac multis aliis noſtris, & Imperii Sacri fidelibus, informa-
tionem certiſſimam, & luce teſtimonia clariora, noſtra ſuſcepit Imperia-
lis Celſitudo, qualiter, fœlicis memoriæ, illuſtris Rupertus præſenior,
quondam Comes Palatinus Rheni, ſacri Romani Imperii Archidapifer,
& Bavariæ Dux, Patruus illuſtris Ludovici Comitis Palatini Rheni, ſacri
Romani Imperii Archidapiferi, Principis Electoris, nec non Bavariæ Du-
cis, Avunculi noſtri cariſſimi; & poſt prædictum Rupertum præſeniorem,
Rupertus ſenior, avus jam dicti Avunculi noſtri Ludovici; & poſt eundem
Rupertum Seniorem, Rupertus, Pater jam dicti Avunculi noſtri Ludo-
vici, ſucceſſivè, tanquam Archidapiferi ejuſdem Imperii, & veri Prin-
cipes Electores, ab omnibus aliis eorum Conelectoribus ſemper habiti
& reputati fuerunt : ac etiam voluntate, conſenſu, & votis, aliorum ſuo-
rum Conelectorum Principum, unanimiter accedentibus, claræ me-
moriæ Sereniſſimos quondam Romanorum Reges, prædeceſſores no-
ſtros, temporibus ſuis, & rationabiliter, juxta Sacri Romani Imperii ob-
ſervantiam, in Romanorum Reges elegerunt, ad Imperatoriam celſitu-
dinem promovendos; ac ſubſequenter idem modernus Ludovicus, cum
aliis Conelectoribus ſuis modernis, retroactis temporibus, nos in Re-
gem Romanorum elegit, qui diſponente eo, à quo bona cuncta proce-
dunt, Rege Regum, & Domino dominantium, coronam Imperialem
ſuſcepimus : Quodque prædicti, Rupertus præſenior patruus, ac Ru-
pertus pater dicti Ludovici, quondam Comites Palatini Rheni, diutur-
nâ temporum præſcriptione, inconcuſſè habuerunt & poſſederunt legi-
timè, prout etiam ipſe Ludovicus, inpræſentiarum, ad inſtar illorum, ex
ſucceſſione paternâ & hæreditariâ, dignoſcitur juſto titulo poſſidere jus,
vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, in Im-
peratorem promovendum : quemadmodum in noſtris literis declaratio-
nis, ſub Regali Romanorum titulo deſuper editis ac promulgatis, pleniùs
continetur : Et quod longinquitate ſæpe fit temporis, quod res clara præ-
ſentibus, redditur per oblivionem obſcura futuris, prudentum cautela pro-
vidit, ea quæ adduntur, ſcripturæ teſtimonio commendari, ut amplioris
auctoritatis robore poſteritati innoteſcant; Habet interdum noſtræ pro-
viſionis induſtria, ut illa innovatione confirmet, & auctoritate fulciat in-
novata.

3. Unde ſanè tam Eccleſiaſticorum quàm ſecularium Principum, Sacri 20.
Romani Imperii Electorum, conſilio & conſenſu accedente, non impro-
vidè, neque per errorem, ſed animo deliberato, aliorum etiam Principum
plurimorum Eccleſiaſticorum & Secularium, Baronum, Nobilium, &
Procerum noſtrorum, ac Imperii Sacri fidelium, maturè communicato
conſilio, cupientes auctore Domino futuris obviare periculis, & materiam
omnium ſuccidere dubiorum; de certâ noſtrâ ſcientiâ, & de plenitudine
Imperialis poteſtatis, in his ſcriptis pronunciamus, decernimus, ſtatui-
mus, declaramus, & etiam hoc Imperiali perpetuò valituro ſancimus edi-
cto : quod jus, vox, dignitas & poteſtas eligendi Romanorum Regem, in
Imperatorem promovendum, eidem Ludovico Comiti Palatino Rheni,
tanquam Imperii Sacri Archidapifero, ac Principi Electori, hæredibus &
ſucceſſoribus ſuis legitimis, laicis duntaxat, ab eo deſcendentibus, quo-
ties caſus hujuſmodi electionis emerſerit, in perpetuum debeat competere;
ſicut & ritè ſibi tanquam Comiti Palatino Rheni, ac Sacri Romani Impe-
rii Archidapifero, competit manifeſtè : ac ipſe, velut Comes Palatinus
Rheni, ejuſdem Romani Imperii Archidapifer, verus & legitimus Prin-
ceps Elector, & poſt obitum ejus hæredes & Succeſſores ſui legitimi, modo

& formâ ſubmiſſis, Principatum & Comitatum Palatinum ac Archidapiferiam dicti Imperii Sacri, de quibus ipſum, die noſtræ creationis, in Aquiſgrano ſolenniter infeudavimus & inveſtivimus, ac tenore præſentium infeudatum & inveſtitum profitemur, cum omnibus & ſingulis eorum terris, dominiis, proprietatibus, Vaſallagiis, libertatibus, honoribus, & pertinentiis, in quibuſcunque rebus conſiſtant, & quibuſcunque ſpecialibus poſſint vocabulis deſignari, nec non jus, vocem, dignitatem & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, ſine impedimento quolibet, debeant obtinere.

21. 4. Et ne inter hæredes & Succeſſores ipſius, eo defuncto, ſuper hujuſmodi jure, futuris temporibus dubitationum, quæſtionum, ſeu litium, quævis materia oriatur; decernimus, ſtatuimus, & præſenti Imperiali ſancimus edicto, in perpetuum valituro, (prout hoc idem, per præfatum Dominum Carolum Quartum Romanorum Imperatorem, Genitorem noſtrum cariſſimum, omnium ac ſingulorum Principum Electorum, & multorum ſacri Romani Imperii Principum, Comitum, Nobilium ac fidelium, conſilio, & unanimi conſenſu accedente, lege & Imperiali edicto in Aureâ
22. Bullâ publicè ſancitum eſſe dignoſcitur:) quod poſt obitum dicti Ludovici Comitis Palatini Rheni, & Bavariæ Ducis, primogenitus ejus filius, & poſt primogeniti obitum ejuſdem primogeniti ſenior filius, ex ordine geniture, & ſic deinceps à ſeniori filio deſcendentes, ex ordine geniture ſemper ſenior; ſi verò primogenitus præfati Ludovici deceſſerit maſculini ſexûs, laicis duntaxat, legitimis hæredibus non relictis, extunc ſecundogenitus filius Ludovici Ducis prædicti, & poſt obitum ejus ſecundogeniti filius ſenior laicus; & ſi ſecundogenitus, ſine hæredibus legitimis maſculini ſexûs, laicis duntaxat, deceſſerit, tertiogenitus dicti Ludovici, & ſenior ejus filius laicus, poſt mortem ipſius; & deinceps per talem modum directâ lineâ geniture deſcendentes ab eo, laici duntaxat, jus, vocem, dignitatem & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, promovendum in Imperatorem, & officium Archidapiferi, cum omnibus & ſingulis dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus & pertinentiis, in perpetuis temporibus, obtinebunt, per ſucceſſionem hæreditariam & paternalem: (ut præmittitur) ex ordine geniture.

23. 5. Si verò præfatum Ludovicum modernum Comitem Palatinum Rheni & Bavariæ Ducem, ſine legitimis maſculini ſexûs hæredibus laicis, de lumbis ejus directâ lineâ geniture deſcendentibus, mori contigerit; extunc Principatus & Comitatus Palatinus Rheni, nec non Archidapiferia Sacri Imperii, & jus, vox, dignitas, & poteſtas eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, ad ſeniorem fratrem præfati Ludovici, per veram paternalem lineam deſcendentem, & ad legitimos ejus hæredes maſculini ſexûs, laicos duntaxat, devolvantur: ita videlicet, quod poſt obitum ejuſdem fratris ſenioris primogenitus ejus filius, & poſt primogeniti obitum, ejuſdem primogeniti ſenior ex ordine geniture; & ſic deinceps ex ſeniore filio deſcendentes, ex ordine geniture, ſemper ſenior: ſi verò primogenitus ſenioris fratris (: ut præfertur:) deceſſerit, maſculini ſexûs, laicis duntaxat, hæredibus non relictis; extunc ſecundogenitus prædicti fratris ſenioris, & poſt obitum ejus ſecundogeniti filius ſenior laicus; & ſi ſecundogenitus ſine hæredibus legitimis maſculini ſexûs laicis deceſſerit, tertiogenitus dicti fratris, ſenior ejus filius laicus poſt mortem ipſius; & deinceps per talem modum directâ lineâ geniture deſcendentes ab eo laici duntaxat, jus, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, & officium Archidapiferi, cum omnibus & ſingulis dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, digni-

dignitatibus,& pertinentiis,perpetuis temporibus obtinebunt,per ſucceſſionem hæreditariam & paternalem (ut præmittitur) ex ordine genitutæ.

6. Quibus omnibus non extantibus, ad proximiorem hæredem, ſecundum lineam paternalem, duntaxat laicum, ſeniorem Comitem Palatinum Rheni pro tempore, ac ejus hæredes, ſecundum eundem modum ſuperiùs expreſſum, in perpetuum legitimè devolventur. *Addit quoq; hoc:* Talis ſucceſſio, *inquit*, & devolutio, ne in his committantur errores, futuris temporibus debet, ut præmittitur,in omnibus præſcriptis & ſingulis,ſine innovatione, perpetuò, infallibiliter obſervari. Cæteri Electores in ſuis diploma- 24.
tibus, quibus ſinguli hanc Bullam Sigiſmundi Cæſaris cum conſenſu comprobatuut & confirmarunr, hæc ſtatuunt: Cum ex jure Cæſareo, *inquiunt*, & præſertim Aureâ Bullâ à Carolo IV. piæ memoriæ, conſilio & conſenſu omnium Electorum promulgatâ, optimè & ſufficientiſſimè informari ſimus,ſemper in familiâ Palatinâ ita ſervari, quod primogenitus, non tantùm Principatum Palatinum, ſed etiam vocem in electione Romani Regis, obtineat; ideò nos dictum Ludovicum, utpote primogenitum, futurum proveto & legitimo Electore, qualis à Sereniſſimo Rege Sigiſmundo eſt declaratus, habemus & habituri ſumus. Diploma Iohannis Electoris Moguntini Anno CIↃ CCCC XVIII. Heidelbergæ datum. Theodorici Colonienſis, Bacharici CIↃ CCCC XVIII. Werneri Trevirenſis, eodem anno & loco. Rudolphi Saxoniæ Electoris, Conſtantiæ, Anno CIↃ CCCC XV. Friderici Marchionis Brandenburgici, Heidelbergæ Anno CIↃ CCCC XVII. *Freherus in oratione 2. de aſſertione propria gubernationis Friderici IV.*

Quod autem Electoratus omnes, & inprimis Palatinicus, prænobilia 25.
feuda ſint Imperii, in quibus certus ſuccedendi ordo, lege & pacto majorum,ſecundum jus & conſuetudinem primogenitorum,ſicut dictum,conſtitutus ſit, quæque dividi, ſcindi, ſeparari, avelli, alienari, legari, vendi, nequeant, quodque dignitas, poteſtas, jus, officium, & munus ſeptemviralis purpuræ, cum principatibus ac ditionibus,tam arctè connexa ſint, ut alterum ab altero, citra ſummum nefas, ſeparari & avelli nequeat: hoc non tam ex inviolabili iu tertium uſque ſæculum & ulteriùs religiosè cultâ obſervantiâ, in Palatinicâ præſertim familiâ, quàm ex eâdem Aureâ Bullâ, aliiſque conſtitutionibus Imperialibus, & ex inveſtiturâ, cognitum eſt atque perſpectum. *In Aureâ Bullâ tit.* XX. *ita diſponitur*; Cum univerſi, *inquit*, & ſinguli Principatus,quorum virtute ſeculares Principes Electores, 26.
jus & vocem in electione Romani Regis, in Cæſarem promovendi, obtinere noſcuntur, cum jure hujuſmodi, nec non officiis, dignitatibus & juribus aliis, eis & cuilibet eorum annexis & dependentibus ab eiſdem, adeò conjuncti, & inſeparabiliter ſint uniti, quod jus, vox, officium & dignitas, alia quoque jura, ad quemlibet principatuum eorundem ſpectantia,cadere non poſſint in alium, præter illum, qui principatum ipſum cum terrâ, vaſallagiis, feudis, & dominio,ac ejus pertinentiis univerſis, dignoſcitur poſſidere: præſenti edicto imperiali perpetuò valituro ſancimus,unumquemque Principatuum prædictorum, cum jure & voce electionis ac officio,cæteriſque omnibus dignitatibus, juribus, & pertinentiis ad ipſum ſpectantibus, ita perſeverare, & eſſe debere unitum, perpetuis temporibus, indiviſibiliter & conjunctim, quod Poſſeſſor Principatûs cujuslibet, etiam juris, vocis, officii, dignitatis, & pertinentiarùm omnium ad illum ſpectantium, quietâ debeat & liberâ poſſeſſione gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari,ipſeque & nemo alius, per cæteros Principes Electores, ad electionem, & omnes actus alios, pro ſacti Imperii honore & opportunitate gerendos, omni tempore aſſumi, ſine contradictione quâlibet, & admitti, nec aliquid præmiſſorum ab altero, cum ſint & eſſe debeant inſe- 27.

 parabilia,

parabilia, dividi, vel ullo tempore debeat ſeparari, aut in judicio vel extra, diviſim repeti valeat, aut evinci, vel etiam per ſententiam ſeparari, nec aliquis unum, ſine alio, impetens audiatur.

28. Quod ſi per errorem, vel aliter, auditus quis fuerit, aut proceſſus, judicium, ſententia vel aliquid hujuſmodi contra præſentem diſpoſitionem noſtram emanaverit, ſeu quomodolibet attemtari contigerit, hoc totum, & omnia ex his, & quælibet eorum ſequentia, eo ipſo juribus non ſubſiſtant. *Idem ſole meridiano clariùs apparet ex tit. XXIV. Aureæ Bullæ, ubi ita le-*
29. *gitur*: Si cæteros Principatus congruit in ſuâ integritate ſervari, ut corroborentur juſtitiâ, & ſubjecti & fideles pace gaudeant, & quiete; multò magis magnifici Principatus, dominia, honores, & jura Electorum Principum, debent illæſa ſervari: Nam ubi majus incumbit periculum, majus debet remedium adhiberi, ne columnis ruentibus, baſis totius ædificii collidatur. Decernimus igitur, & hoc, perpetuis temporibus valituro, ſancimus edicto, quod & nunc, ut inantea, perpetuis temporibus, inſignes & magnifici Principatus, videlicet Regnum Boëmiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgenſis, terræ, diſtrictus, homagia, vaſallagia, & alia quævis ad ipſa ſpectantia, ſcindi, dividi, ſeu quavis conditione dimembrari, non debeant, ſed in ſuâ perfectâ integritate perpetuò maneant. *& paulo poſt*: diviſione, ſciſſione, ſeu dimembratione Principatûs, & pertinentiarum ejus, ſibi modis omnibus inter-
30. dictâ. *Tit.* VII. *eadem in Bullâ dicitur*: Generaliter longè lateque eſſe publicum, & quaſi per totum orbem notoriè manifeſtum, Illuſtres Regem Bohemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ & Marchionem Brandenburgenſem, virtute Regni, & Principatuum ſuorum, in Electione Regis Romani, in Cæſarem promovendi, cum Cæteris Principibus Eccleſiaſticis ſuis Coëlectoribus, vocem & locum habere.

31. Et ſanè in iſtis tribus Archiepiſcopatibus, Moguntinenſi, Trevirenſi, & Colonienſi, jus, vox, munus, & poteſtas Electoralis ita inhæret, ut inde avelli, ſeparari, imminui nequeat, & alius, quàm in Archiepiſcopum à Capitulo Electus, & Archiepiſcopatum poſſidens, Elector eſſe nequeat. idem obtinet, & potiori jure, in Electoratibus ſecularibus, annexis Principatibus, in feuda individua dignitatum individuarum conceſſis, eâ lege, ut alterum cum altero perpetuò, & in omne ævum maneat conjunctum & col-
32. ligatum; omni diviſione, alienatione, ſciſſione, ſub quovis titulo, aut prætextu ea fieri queat, prorſùs prohibitâ, ſicut ex adductis Aureæ Bullæ locis
33. evidentiſſimè demonſtratum eſt. Et in ſpecie, ac ſigillatim, de Electorali Palatinatu idem etiam alibi, quàm in Aureâ Bullâ, conſtitutum reperitur. Nam Carolus IV. in diplomate ſingulari, ante conditam Bullam, teſtatus eſt ſolemniter, ſe vidiſſe literas Parentis ſui Ioannis Bohemiæ Regis, & ex iis edoctum eſſe, Rodolphum Comitem Palatinum Rheni, verum Electorem fuiſſe, & hoc jus ſolius Palatinatûs ratione habuiſſe. In alio diplomate edito eodem anno & loco, quo Aurea Bulla promulgata fuit, conſtituendo Rupertum Palatinum ſeniorem in legitimum Electorem ita ſanxit; Quia, *inquit*, in poſſeſſione vocis, & electionis Romani Regis, atque etiam in poſſeſſione Principatûs Palatini, Archidapiferiæ, territorii, vaſallagiorum, & omnium pertinentiarum, in quibus jus ſuffragii Electoris fundatum eſt, prout nobis, & Principibus cæteris omnibus, probè notum, & extra omne
34. dubium, eſt. *Paulo poſt addit*: Ita ſiquidem jure obtinere comperimus, quod vox, jus, & electio in ditione Palatinatûs, & Archidapiferiæ officio, ita fundatum ſit, ut neutrum ſine altero ullo modo conſiſtere poſſit, ſed, in omnem judicii eventum, individuo vinculo ſibi cohæreant. Idem Imperator in hoc, vel ſimili diplomate, Norinbergæ, anno M. CCC LVI, quintâ feriâ poſt

Epiphanias

Epiphanias Domini ita reſcribit: Rupertus ſenior Comes Palatinus Rheni, ſacri Romani Imperii Archidapifer, Dux Bavariæ, eſt in poſſeſſione vocis & electionis, in electione Romanorum Regis, futuri Imperatoris, etiam in poſſeſſione & dominio, ſeu uſu, habet Principatum Palatinatûs, Archidapiferiam, terras, vaſallagia, cum omnibus pertinentiis, ſuper quibus electio, & vox Comitatûs Palatini Rheni fundata eſt, ſicut hoc nobis, & omnibus Principibus præfatis, & cuilibet liquidum eſt, & notum, ſine hæſitatione quacunque. *& circa finem.* Quia nos cum jure, & per ſententiam invenimus, quod Electio & vox ſuper Principatum, & ſuper terras Palatinatûs, & ſuper Archidapiferiam, taliter fundatæ ſunt, quod unum ſine alio perſiſtere non poteſt, ſed oportet ea ſimul in omni impetitione, tam in damno, quàm in lucro, inſeparabiliter permanere.

Hoc ipſum cæteri omnes Electores, binis quilibet, ut moris eſt, diplomatibus totidem, iiſdemq; penitùs verbis, eodem loco & anno editis & ſignatis, confirmarunt. I. Gerlacus Moguntinus, II. Boamundus Trevirenſis. III. Gulielmus Colonienſis, tanquam Archi-Cancellarii. IV. Idem Carolus, tanquam Rex & Elector Bohemiæ. V. Rodolphus Junior nomine Rodolphi Senioris, Patris ſui, tanquam Ducis Saxoniæ. VI. Ludovicus Romanus, Marchio Brandenburgicus. *Freherus in dicta oratione* II. Hæc 35. 36.
indiviſibilis & inſeparabilis juris Electoralis & Principatuum connexitas, ante Auream Bullam etiam viguit, ſicut intelleximus, ac propterea Otto, Dux Bavariæ, Comes in Schiern, ductâ Henrici Comitis Palatini, Henrici Superbi filii unicâ filiâ, Agnete, titulo Comitis Palatini Elector habitus fuit. *Leodius in annal. lib. I. circa finem.* Ottonem III. Imperatorem officia Electorum temporaria, feciſſe perpetua, & ut penes eoſdem, & ſolos illos eſſet jus & poteſtas eligendi Romanum Imperatorem, ita ut officia illa, & ſuffragii jus, adamantino nexu, jungerentur, conſtituiſſe, *ſcribit Freher. in orig. cap.* 15. Bavari inter alia quandam tranſactionem Papien- 37.
ſem, quæ inter Ludovicum Imperatorem, & Rudolphi Palatini liberos, Anno CIↃ CCC XXIX inita fuerit, adducunt, & in eâ jus, alternis vicibus cum Palatinis exercendi & gerendi officii ſeptemviralis, fundant. Et fieri potuit, ut vigore, & prætextu illius pacti ad ſeptemviralem dignitatem Bavari adſpirare, & gentilibus ſuis jus perpetuæ ſucceſſionis in Electoratu controverſum reddere, & rem novam, conſuetudini, legibus, & rationi contrariam inducere tentarint: Sed ea fuit Caroli IV. & Sigiſmundi Imperatorum, & reliquorum Electorum, prudentia, cautio, & proviſio, ut indignitate & ambitione, atque injuſtitia Bavarorum moti, remque peſſimi exempli & præjudicii rati ſi non obviam irent, ſanctione pragmaticâ & ſacroſanctâ, atque inviolabili, præcavere & occupare neceſſe duxerint, ne aliqua talis diſputatio & lis, ſaluti & quieti Reipublicæ exitioſiſſima, & Imperio ruinam allatura, in poſterum, ullo unquam tempore, concitati, aut diſſenſionum materia oriri poſſet. deliberato animo, communi ſententiâ, adhibitâ pleniſſimâ cauſæ cognitione, obſcuritate omni ſuccisâ, & jure cujuſlibet dilucidè declarato, pronunciarunt, judicarunt, ſanxerunt, declararunt, & edixerunt, ſeptemviralem dignitatem annexam eſſe Palatinatui Rheni, & hujus virtute Comitem Palatinum in electione Imperatoris jus, vocem, & locum habere. *Aurea Bulla in proœm. & paſſim. & quantum ad hanc quæſtionem, tit. 7. & tit. 5.* Diffidia certè & factiones, quæ in Electione Regis Romanorum ante Caroli IV. tempora, & ante Aureæ Bullæ promulgationem inter Principes diſcordantes, inter Electores, & ſpeciatim inter Palatinos Bavaroſque gliſcere ſolebant, occaſionem dediſſe ſanciendæ & concedendæ Aureæ Bullæ, liquet ex his Caroli IV. graviſſimis verbis: Sanè, *ait*, cum ex officio, quo Cæſareâ dignitate potimur, futuris

divi-

diviſionum & diſſenſionum periculis, inter Electores ipſos, occurrere teneamur, infra ſcriptas leges, ad unitatem inter Electores fovendam, & Electionem unanimem inducendam: ac deteſtandæ diviſioni prædictæ, variiſque periculis ex eâ ſequentibus, aditum præcludendum: in ſolemni Curiâ noſtrâ Norinbergenſi, aſſidentibus nobis omnibus Principibus, Electoribus, Eccleſiaſticis & ſæcularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum Nobilium, & civitatum, multitudine numeroſâ, in ſolio Majeſtatis Cæſareæ, Imperialibus Infulis, Inſigniis & Diademate decorati, maturâ deliberatione prævia, de Imperialis poteſtatis plenitudine edidimus, ſtatuimus, & duximus ſanciendas. *In cap. 7. ubi legem de ſucceſſione & connexione Electoratûs cum Principatu & terris fixit.* Ad hoc, *inquit*, præcipuè meditatio noſtra dirigitur, qualiter deſiderata & ſalubris ſemper unio, inter ſacri Imperii Principes Electores, jugiter vigeat, & eorum corda in ſincerâ concordiâ conſerventur, quorum providentiâ ſuo tempore, Orbi fluctuanti tantò celeriùs, tantoque facilius ſubvenitur, quantò inter eos nullus error ſubrepſerit, & purior fuerit charitas cuſtodita, obſcuritate ſuccisâ, & jure cujuſlibet dilucidè declarato. *Addit deniq.:* Ne inter eorundem Principum ſæcularium Electorum filios, ſuper jure, voce, & poteſtate præfatâ, futuris temporibus ſcandalorum & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari: & ſic bonum commune, periculoſis dilationibus, impediri, futuris, Auctore Deo, cupientes periculis obviare, ſtatuimus, & Imperiali auctoritate, præſenti lege, perpetuis temporibus valiturâ, decernimus. Hinc idem Carolus Imperator & omnes tum temporis viventes Electores, Rudolphum Comitem Palatinum, & Rupertum ejus fratrem, cum quibus nihilominùs tranſactio illa inita fuerat, nequaquam verò ullum Ludovici Bavari filiorum & nepotum, pro veris legitimis Electoribus agnoverunt & declararunt, non obſtante illâ tranſactione. Sic Sigiſmundus quoque Imperator, & coætanei Electores. Ne, *inquiunt*, inter hæredes, & ſucceſſores Ludovici Comitis Palatini Rheni, eo defuncto, ſuper jure Electoratûs, futuris temporibus, dubitationum ſeu litium quævis materia oriatur, decernimus, ſtatuimus, & præſenti Imperiali ſancimus edicto, in perpetuum valituro: *& mox clariùs:* Ne ſuper jure, *ajunt*, voce, dignitate, & poteſtate electionis hujuſmodi, nec non Principatibus, & officio Archidapiferiæ, & aliis prædictis, ullo unquam tempore, contingat ſcandala ſuſcitari, vel attentari; valeant novitates de Regiæ plenitudine poteſtatis. Quis jam non videt, quid de tranſactione illâ Papienſi judicandum ſit? Ipſo jure nulla eſt, & invalida protſùs ob multiplices cauſas, quas omnes adducere & recenſere longum & tædioſum eſſet. Nemo verò ignorare poteſt, cui hiſtoria illa lecta, tranſactionem iſtam à Tutore cum Pupillis initam, & in eorum præjudicium, damnum, & imminurionem factam, deinde per metum, vim, & potentiam extortam, cogente atque præcipiente Imperatore, rerum potiente, qui pupillorum ſuorum Genitorem proſcripſerat, & in exilium depulerat. Quid autem de ejuſmodi contractibus & pactionibus jura & leges ſtatuant, *videndum in l. interpoſitus metus 13. C. de tranſact. l. ult. D. eodem l. 1. D. quod metus cauſa. l. ſi donationis. 7. &. l. ult. C. de his quæ vi metuſq; cauſa geſta ſunt. l. 1. C. de reſcind. vendit. & in l. in Principalibus. D. ſi certum petatur. Bald. de pace conſtantiæ. in verſ. pactiones. & verſ. pro infectis*, quod tales contractus celebrati cum ſuperiore, ſint nulli, adeò ut non ſit neceſſe, intentare actionem quod metus causâ ad reſcindendum, quia habentur pro infectis. *Robert. Marant. conſ. 75. n. 17. ubi per Bald. in l. decernimus. C. de ſ. S. Eccleſ. dicit*, hoc ipſo præſumi contractum celebratum per impreſſionem, quando ſubditus læditur enormiter. *Alex. in l. ſi per impreſſionem. C. quod met. cauſ. Paris de Puteo. de Syndicat. verbo.*

Indices.

Iudices. cap. 7. n. 11.13.19. Præterea nunquam effectum ſortita eſt illa tranſ-
actio, tùm quia contra jus publicum & conſuetudinem, lege fundamen-
tali comprobatam, quibus privatorum pacta derogare non poſſunt. *l. juſ-* 39.
publicum, id eſt, κοινωφελὲς, privatorum pactis mutari non poteſt. 38. *D. de*
pactis. l. Neratius. 20. *ibi,* pacto hoc publicum jus infringi non poſſit. *D. de*
religioſ. & ſumt. l. 1. *§. ſi inter Magiſtratus.* 9. *ibi,* conventione jus publicum
mutari non poteſt. *D. de Magiſtratib. convenien. l. quod bonis* 15. *§.* 1. *ibi,*
privatorum cautione legibus non eſſe refragandum. *D. de ad l. Falcidiam. l.*
2. *§. Ius Reipublicæ pacto mutari non poteſt. & D. de adminiſt. rerum ad civit.*
l. nec ex prætorio, nec ex ſolemni jure privatorum conventione quicquam immu-
tandum eſt. & l. neq; pignus 45. *§. privatorum conventio juri publico non dero-*
gat. 1. *D. de regul. juris. l. final. in fin. privatorum cautionem legum auctoritate*
non cenſeri. D. de ſuis & legitim. hæred. l. teſtandi cauſa. 13. *ibi. non juriſdictionis*
mutare formam, vel juri publico derogare, cuiquam permiſſum. Sonsbec. in tra-
ctat. feudal. part. 2. *n.* 33. *Gail. obſervat.* 40. *n.* 8. *lib.* 1. *Borcholt. de pactis cap.*
5. *n.* 1. *& n.* 52. *Prukman. conſil.* 28. *n.* 33. *& conſil.* 32. *n.* 83. *Del Rio in tit.*
tranſigere. n. 18. *C. de tranſaction.* tum quia per ſubſecutam Aureæ Bullæ
ordinationem planè ſublata & everſa fuerat, in quâ *tit.* 7. *& cap.* 28. lege
publicâ, & edicto perpetuis temporibus valituro, cum omnium Electorum,
Principum & Ordinum Imperii conſenſu, expreſſis verbis ſancitur, ſtatui-
tur, & definitur, univerſos ac ſingulos Principatus, quorum virtute ſæcula-
res Principes Electores, jus & vocem in electione Regis Romanorum obti-
nent, cum jure hujuſmodi, nec non officiis, dignitaribus, & juribus aliis,
eis, & cuilibet eorum annexis, eſſe & perſeverare debere unitos & conjun-
ctos, perpetuis tenporibus inſeparabiliter. Hujus rei obſervantiam ſanctio
illa ab omnibus exigit, & ſine contradictione, & ſine innnovatione, invio-
labiliter hanc ordinationem obſervati præcipit, ſub prohibitione pœnali,
additâ clauſulâ caſſatoriâ & annullatoriâ, tum decreto revocatorio & irri-
tante omnia privilegia, literas, pacta, proceſſus, judicium, ſententias, vel
aliquid hujuſmodi, quod contra diſpoſitionem iſtam fecerit, & ema-
naverit. *Hinc Hubertus Thomas Leodius in ſuis annalibus lib.* 1. *ante octua-*
ginta plus minus annos ita ſcribit: Ludovicus, *inquit,* cum duos haberet filios,
Rudolphum, & Ludovicum, huic Bavariam, illi verò Palatinatum, cum E-
lectoriâ dignitate, & parte Ducatûs Bavariæ donare voluit, hac adjectâ
condirione, ut viciſſitudinario jure eandem electoriam dignitatem poſſi-
derent, quod obtinere non potuit. Neque enim Impetii Principes & ſub-
ſequenres Imperarores ferre voluerunt, tantam dignitatem & auctorita-
tem, quæ ſolis Comitibus Palatinis debebatur, & ad eos pertinebat, à quo-
piam, quàm qui Palatinus Comes, Palatinatumque poſſideret, uſurpari aut
vindicari. Quod ipſum Carolus IV. Imperator poſtmodum Norimbergæ,
publico judicio, aſſidentibus omnibus Electoribus, declaravit, & edicto
cavit, ne quis ad electoriam, & Archidapiferi dignitatem, jus ſibi vindi-
care præſumeret, niſi qui prius Palatinatum ipſum jure obtinuïſſet. Et hinc
factum, ut Comites Palatini continuâ ſerie novem Reges Romanorum,
ſive Imperatores, ſine Ducum Bavariæ, aut quorumcunque aliorum con-
tradictione, elegerint, & ſuis ſuffragiis ad imperiale culmen promoverint.
Licet enim ipſe Rudolphus, per fratrem Ludovicum & Ducem Bavariæ,
à Palatinatu pulſus, omnibus bonis ſpoliatus & dignitate privatus fuerit, eo,
quod ei ſuffragium ſuum in electione denegarit, & Friderico Auſtriaco
dare maluerit, & in exilio in Angliâ mortuus ſit; filii tamen ejus ſpoliati
non remanſerunt, ſed in omne jus paternum, & dignitatem, ſucceſſerunt,
videlicet Rudolphus, Adolphus & Rupertus. *Hæc Leodius.*

Ex his ſatis luculenter apparet, quid ſentiendum de Chriſtophori 40.

Gewoldi, & aliorum Bavaricorum conſiliariorum ἀλλοδοξία, quâ, vel errore manifeſto, vel adfectu, & gratiâ ſeducti, aſſerere audent, dignitatem, jus & officium electorale, quod in Aureâ Bullâ Comiti Palatino Rheni, propter Comitatum Palatinum, perpetuo ſucceſſionis ordine, adſcribitur, Ducacatui Bavariæ, non Palatinico Principatui ad Rhenum, connexum eſſe, ac idcircò ad Bavaricam ſtirpem, jure antiquo pertinere; hactenus verò à Comitibus Palatinis, lineæ Rupertianæ, illegitimè & de facto uſurpatum, & Bavariæ Duces inde, per injuriam temporum, excluſos fuiſſe. *vide Chriſtophorum Gevvoldum in libro de Septemviratu cap.* 10. *& Nicolaum Burgundum de Electoratu Bavarico, & Anonymum quendam, qui hoc argumentum de induſtriâ plenè tractarunt.* Sed κακοδοξία iſtorum hominum jamdudum à Marquardo Frehero, & à quodam Conſiliario Principis Neoburgici, in diſcurſu de Septemviratu Anno CIϽ IϽC XXI. edito, & ab aliis etiam refutata fuit. Per Auream Bullam, quæ lex eſt Catholica, & ſanctio pragmatica, jus, officium, & dignitas electoralis, Comiti Palatino Rheni, propter Palatinatum, ſeu Principatum Palatinicum ad Rhenum, perpetuo & indiviſibili jure ſucceſſionis, aſſignatur, appropriatur, & attribuitur, ſicut audivimus. Quid ergò volumus amplius? Cum igitur jus, dignitas, & poteſtas electoria, terræ & ditioni Palatinatûs ita connexa & conglutinata ſit, ut invicem ſeparari, aut altera ab alterâ divelli, ſcindi, dividi, minùs primogenito in illa jus quæſitum nacto auferri queat, manifeſtum ſit, non modò Bavarum, omnium Agnatorum remotiſſimum, injuſtè, & ſine titulo, & abſque prætextu juris, alterum poſt alterum, diviſim & fruſtratim, eſſe conſecutum; Sed nec Cæſarem jus Septemviralis dignitatis, cum inſeparabiliter connexis ditionibus, ad ſe trahere, & fiſco ſuo adjudicare potuiſſe: ſicut hoc, ut & reliqua, quæ intendimus, pluribus jam deducemus, ſermone altiùs repetito, & argumentorum explicationumque ſtrue congeſtâ.

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Materies de alternatione Electoralis muneris altiùs repetitur: Bavaros lubrico fundamento niti, leges fundamentales ſuis opinionibus & novitatibus labefactare: Ipſum tranſactionis Papienſis de alternatione auctorem Ludovicum Imperatorem ab eâ, tanquam injuſtâ & nullâ, receſſiſſe: Ejus quoq; filium eandem improbaſſe. Pro Palatinis Auream Bullam ſtare, eam eſſe inſtar omnium. Bavaros unicos repertos qui auſi fuerint illius autoritatem diſputare: Fruſtrà metum, vim, & obreptionem allegare. Controverſiam de Electoratu motam à Bavaris cum maximâ Reipublica pernicie: Horum ambitionem præcipuam cauſam continuationis belli civilis. Electoratûs uſurpationem æquilibrium ex Imperio ſuſtuliſſe, & omnia prorſus verſus conturbaſſe.

CONSPECTUS.

1. BAvaros in re dubiâ & nullâ fundamentum alternationis ponere.

2. Ex ſuprà adductis Aureæ Bullæ, & aliarum conſtitutionum locis, ſatis probari, Electoratum annexum eſſe Palatinatui Rheni, non Bavariæ.

3. Qui contrarium perſuadere conentur, evertere inſtituta Majorum, & jura ſucceſſionum.

4. Ἄλογον & abſurdum eſſe, ut privatis hominibus, & Patronis cauſarum, plus credatur, quàm Aureæ Bullæ, legibus fundamentalibus, & Imperatoribus atque Electoribus.

5. Nihil firmum in Rep., ſi ambitio privati hominis, & mercede conductorum Cauſidicorum apologiæ, auſint ſanctiones Pragmaticas impugnare & evertere.

6. Ba-

6. Bavaros dicere, per ſub; & obreptionem Caroli IV. & Sigiſmundi, Electorumque, & ex odio in ipſos, reſcripta elicita.

7. Id probare per conjecturas, ex dubiis Monachorum relationibus & rapſodiis.

8. Quod Imperatores & Electores reſcripſerunt & atteſtati ſunt, id in publicâ hominum luce in Comitiis calatis, præſentibus omnibus claſſibus Ordinum, causâ cognitâ feciſſe.

9. Id ipſum conſequentes Imperatores & Electores, de ſucceſſione in ſucceſſionem, confirmaſſe.

10. Abſurdum, uni Gewuldo, & Burgundo, hominibus novis, de rebus antiquiſſimis opinantibus, majorem fidem dare, quàm Imperatoribus & Electoribus, qui trecentis plùs minus annis vetuſtiores ſint.

11. Si pro Palatinis non exſtarent ulla Cæſarum & Electorum reſcripta & atteſtationes: ex ſolâ Aureâ Bullâ ſatis abundè jus eorum probari poſſe.

12. Auream Bullam lapidem terminum eſſe, quem movere ſit nefas.

13. Publicæ tranquillitatis in Imperio ſtabilimentum.

14. In quam omnes Imperatores in augurationibus ſuis jurent.

15. Sacrilegium eſſe, innovare & violare leges fundamentales.

16. Pæna, quæ in Aureæ Bullæ tranſgreſſores conſtituta.

17. Experientiam eviciſſe, ſalutem & pacem Imperii in obſervantiâ Aureæ Bullæ hactenùs conſtitiſſe.

18. Nam verum Palladium Germaniæ fuiſſe.

19. Neminem hactenùs inventum, qui Aureæ Bullæ autoritatem & fidem in dubium vocare auſus fuerit, quàm ſolos Bavaros; quorum nova, in ſcenam producta, prætenſio primos cuniculos & ſemina belli civilis egerit & produxerit.

20. Etiamſi concedatur alternationem aliquando in quæſtione fuiſſe: illud tamen ante Auream Bullam, & antequam certus in ſucceſſione Electoratuum ordo conſtitueretur, fuiſſe.

21. Scopum unicum fuiſſe Carolo, & Electoribus, Auream Bullam ſancientibus, prævenire & cavere, ne inter Principes Agnatos & ſucceſſores materies litium & motuum exoriri poſſet.

22. Ideò certum ſuccedendi & ſuffragia dicendi ordinem & modum, in Electoralibus familiis, conſtituiſſe.

23. Ludovicum Imperatorem ſponte à tranſactione Papienſi, cujus tamen ipſe auctor fuerit, receſſiſſe. Ejus quoque filium Ludovicum Romanum, quem æquè pactum alternationis tangebat, declaraſſe, & ſtatuiſſe, Electoratum annexum Palatinatui, & ſoli primogenito deberi.

24. Acceſſiſſe poſteà cæterorum ducum Bavariæ ducentorum annorum patientiam.

25. In jura primogenituræ Bavaros involare, eaque è medio tollere conari.

26. Omnium ferè gentium moribus receptum, & naturali rationi conſentiens eſſe, ut primogenito ſucceſſio in regno, Electoratu, & Principatu, & dignitate deferatur.

27. Abſurdum, ut remotior magis ametur, quàm proximior, & magis ipſa naturâ dilectus.

28. Primogenitum magis amari, quàm poſtgenitum.

29. Fruſtrà Bavarorum Patronos prætexere metum, vim & arma; quod probare nequeant, neque veroſimile ſit.

30. Controverſiam de alternatione per Auream Bullam & deſuetudinem ſublatam.

31. A Bavaris ſuſcitatam, in maximam Reip. perniciem & exitium.

32. Nihil ſtabile in Imperio, ſi Majorum inſtituta & leges licet ſubvertere.

33. Interdum etiam ea, quæ non ita benè conſtituta fuerunt ab antiquis, tolerare ſatiùs eſſe, quàm cum diſcrimine Reip. movere & mutare.

34. Bavaros ſibi potiùs, quàm Imperii ſaluti voluiſſe conſulere.

35. Stante Rep. & Aureâ Bullâ, ſe commodè ſtare non poſſe, niſi inter Electores ſolium haberent, judicaſſe.

36. Perturbatâ Rep. perfacile eſſe aſſequi Magiſtratum.

37. Bavarorum prætenſionem & ambitionem, primam & præcipuam hujus tam diu continuati belli cauſam eſſe.

38. Imperatorem ante cladem Pragenſem Electoratum conſtituiſſe Bavaris dare.

39. Regem Fridericum, ab initio ſtatim, in abdicationem & renunciationem Regni conſenſiſſe.

40. Sed à Bavaro ne tantum impetrari potuit, ut Fridericum in gerendo Electoratu ſocium admitteret.

41. Et vel hinc apparere, veram cauſam continuatorum motuum eſſe Electoratus tranſlationem in Bavaros, & deſtinatam Palatinis internecionem.

42. Innumera mala Electoratûs invaſionem conſecuta eſſe.

43. Per Electorii muneris uſurpationem, ſublatam fuiſſe ex Imperio ἀντιῤῥοπον, ſeu æquipondium.

44. Electore Palatino, velut lapide angulari remoto, totius Imperii molem cœpiſſe labaſcere.

45. Bavaro in collegium ſeptemvirale

 recepto

recepto ſtatim edictum de ſacris bonis reddendis; quod Imperium rurſum deorſum evertit, promulgatum fuiſſe.

46. Mala, quæ inde in Germaniam fluxerint, infinita eſſe, nec tamen adhuc eorum finem adeſſe.

47. Electores Saxoniæ & Brandeburgi, prædixiſſe publicè, tranſlationem Electoratûs Palatini in Bavarum, cauſam & materiem fore diuturni belli, atque univerſo Imperio ruinam allaturam.

48. Ideò tranſlationem illam confidentiſſimè diſſuaſiſſe.

49. Poſteà etiam ſæpè conqueſtos eſſe, quod ipſorum pacifica conſilia non fuerint auſcultata, ſed deteriora, & Imperii deſtructionem accelerentia, prælata.

50. Omnes Electores unanimi voce atteſtatos fuiſſe, Fridericum Regem non eſſe ἀρχηγὸν, ſive auctorem turbarum, & belli, in Imperio.

VErùm enimverò, ne quæſtionem de alternatione Electo-
ralis functionis & muneris, deque pacto Papienſi, nimium
ſicco pede tranſire videamur, nos etiam de eâ, hoc in lo-
co, aliquid proloqui & proferre, compendium operæ du-
ximus. Integram autem confutationem librorum Ge-
woldi, Burgundi, & aliorum non ſuſcipimus: nos officio
noſtro ſatis defunctos eſſe arbitrabimur, ſi demonſtrave-
1. rimus, Bavaros in re dubiâ, nullâ, invalidâ, abſurdâ, ἀνόμῳ καὶ ἀλόγῳ, fun-
damentum prætenſi ſui ad Electoratum, ſibi propter Bavariam debitum,
2. juris ponere & collocare. Et principiò quidem ex ſuprà adductis Aureæ
Bullæ, aliarumque conſtitutionum, & atteſtationum exceptis locis, ſatis
evidenter, καὶ ὀφθαλμοφανῶς, probatur, electoralem dignitatem, & pote-
ſtatem ferendi in Comitiis ſuffragii, ſedendique inter Septemviros, inſepa-
rabili vinculo alligatam eſſe Palatinatui Rheni: nequaquam verò Ducatui
3. Bavariæ. Hinc oportet ut ii, qui contrarium ſtatuunt & pertendunt, eâ-
dem operâ, leges Imperii ſubverſas, majorum inſtituta abrogata, ſucceſ-
ſionum jura abolita: ſummâ, omnia in Repub. vorſus prorſus mutata cu-
4. piant. Si enim Aureæ Bullæ, ſanctionis Pragmaticæ & legis fundamenta-
lis ordinatio: Si Imperatorum Caroli IV. & Sigiſmundi, re maturè delibe-
ratâ, & causâ cognitâ, factæ deciſiones & conſtitutiones: Si cæterorum
omnium ſubſecutorum Cæſarum confirmationes, conceſſiones & inveſti-
5. turæ Palatinis datæ: Si Electorum ſolemnes diplomatibus deſcriptæ, &
impreſſis ſigillis conſignatæ atteſtationes: Si tot ætatum & ſæculorum uſu,
jugi obſervantiâ & conſuetudine, totque exemplis comprabati actus, nul-
lam fidem, nullam autoritatem, nullam certitudinem promereri, & unius
aut alterius Conſiliarii Bavarici opiniones, in conjectutis & argumentis
non uſq; adeò validis, ſed ex indigeſtis, confuſis, & dubiis veterum Mona-
chorum, & id genus Scriptorum, relationibus, & rudi ex hiſtoriâ deſum-
tis, conſiſtentes, præferri, & majorem perſuaſionem & pondus invenire
debeant: Si privatorum hominum æmulationes, invidia, ambitio: Si mer-
cede conductorum Patronorum & cauſidicorum exceptiones, defenſio-
nes, ſacroſanctam authoritatem legum, juris & juſtitiæ impugnare, Majo-
rum inſtituta refellere, ipſa Reip. fundamenta aggredi & movere auſint:
Quid ſanctum, quid firmum, quid tutum, verum, juſtumque in communi
hominum ſocietate, in ſucceſſionibus & poſſeſſionibus bonorum, hono-
rum, dignitatum, jurium & officiorum eſſe amplius poterit? Ex Evenio Pa-
rio apud Suidam.

Πολλοῖς ἀντιλέγειν μὲν ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως,
Ὀρθῶς δ' ἀντιλέγειν οὐκέτι τοῦτ' ἐν ἔθει.

6. Sed dicunt & probare conantur, Carolum IV. & Sigiſmundum, tùm etiam Electores, qui pronunciarint & atteſtati ſint, Electoratum ab antiquo annexum fuiſſe Palatinatui Rheni, à Palatinis circumventos, & falſò informatos, odio & invidiâ erga Bavaros, ſententiam, decreta, & diplo-

mata

mata ſua, in gratiam & favorem Palatinorum, direxiſſe & extuliſſe. Ve- 7.
rùm quomodo probant, obreptum fuiſſe Imperatori Carolo & Sigiſmun-
do, & Electoribus? quomodo horum in Bavaros ſimultatem & odia, & in
Palatinos gratiam & favorem? aberrantibus nimirum conjecturis, ambi-
guis argumentis, dubiis præſumptionibus, è Monachorum fabulis & rap-
ſodiis, eque uno aut altero obſcuro, perplexo, & carioſo inſtrumento. At
dubia & incerta non probantur per dubia. Quod Imperatores iſti & Ele- 8.
ctores judicarunt, reſcripſerunt, & atteſtati ſunt; non clanculum, non ſe-
paratim, non impetu; ſed in publicâ hominum luce, in Comitiis centuria-
tis, omnibus Ordinibus præſentibus, in ſolemni conſeſſu & judicio, causâ
cognitâ, & adhibitis in conſilium Proceribus Imperii, & Paribus Curiæ, id
fecerunt & ſanxerunt: idem etiam ſæpiùs, ad perpetuam rei memoriam,
& ad omnem dubitationem & ſcrupulum, ad litem tollendam & præve-
niendam, pluribus & geminatis diplomatibus, & literis & reſcriptis repe-
tierunt: addentes, ſe benè informatos, & certâ cognitione inſtructos, aſſe-
verare, ab antiquo in uſu & conſtitutum fuiſſe, ut Electoria dignitas con-
nexa eſſet indivulſè & inſeparabiliter cum Principatu & Palatinatu Rhe-
ni, Comitemq; Palatinum, illius virtute, Electorem & Vicarium Imperii eſ-
ſe. Idem illud non ſolùm in Aureâ Bullâ lege perpetuò valiturâ, inſertum &
conſtabilitum atque communitum legitur. *Aurea Bull. d. c. 7. & 20.* ubi ex-
preſsè ſancitum lege perpetuâ repetitur, ut officium, vox, & dignitas Electo-
ratûs non eſſet, niſi penes eum ſolum, qui terras Palatinas, quibus ea con-
nexa ſit, poſſideret. Longè enim lateque eſſe publicum, & quaſi per totum
orbem notoriè manifeſtum, Comitem Palatinum Rheni, cum cæteris Prin-
cipibus Electoribus, virtute Principatuum ſuorum, jus, vocem & locum ha-
bere. *& in c. 5. planis verbis præſcribitur*, quod illuſtris Comes Palatinus Rhe-
ni, ſacri Romani Imperii Archidapifer, ratione Principatûs, ſeu Comitatûs
Palatini, privilegio debeat eſſe Proviſor Imperii. Sed etiam ab omnibus ſe- 9.
quentibus Imperatoribus, hæc connexitas & cohærentia, per inveſtituras
& privilegia Palatinis data, comprobata, & trecentis abhinc annis con-
firmata, uſu quoque & obſervantiâ, tum per agnitionem continuam E-
lectorum, & Ordinum omnium Imperii (qui nunquam aliter perſuaſi fue-
runt, nec aliud audiverunt, ac proinde Palatinum Comitem, ita *κατ' ἐξο-
χὴν* vocatur primogenitus familiæ Septemviralis, pro Electore agnove-
runt, eique munus Electorale, propter ditiones Palatinas, competere ju-
dicarunt) conſtabilita fuit. *ſupra allegat. diplomat. Caroli, Sigiſmundi, &
omnium Electorum. ubi notanda hæc prægnantiſſima verba:* Imperatorem Ca-
rolum cum omnibus Principibus, Electoribus Eccleſiaſticis & ſæculari-
bus, & ipſos cum Imperatore, voluntate communi, & unanimiter, in Im-
periali Curiâ Norimbergæ deliberaſſe & concordaſſe, & cum jure & ſen-
tentiâ inveniſſe, invenire & declarare, & pronunciare pro jure, Ruper-
tum Palatinum legitimum Electorem, quia in poſſeſſione & dominio, ſeu
uſu, habeat Principatum Palatinatûs, Archidapiferiam, terras, vaſalla-
gia, cum omnibus pertinentiis, ſuper quibus electio & vox Comitatûs Pa-
latini fundata ſit, ſicut hoc Cæſari & omnibus Principibus præfatis, & cui-
libet, liquidum & notum ſit, ſine hæſitatione. Quia nos, *inquit Imperator*,
cum jure, & per ſententiam invenimus, quod electio & vox ſuper Princi-
patum, & ſuper terras Palatinatûs, & ſuper Archidapiferiam, taliter fun-
datæ ſunt, quod unum ſine alio perſiſtere non poteſt; ſed oportet ea ſimul,
in omni impetitione, tam in damno, quàm in lucro, inſeparabiliter ma-
nere. Simili per omnia tenore, & iiſdem ferè verbis Electores, qui tunc
rerum potiebantur, diplomata ſua ediderunt & conjunxerunt. Jam verò 10.
uni Chriſtophoro Gewoldo, aut Nicolao Burgundo, aut cuiquam alii ho-

mini privato, novo in theatrum ſchemate prodeunti, magis credendum? major etiam auctoritas & fides tribuenda? illorúmne rationes, præſumtiones, & probatiunculæ, in conjecturis, in inventis, interpretationibus & ſelectionibus, in depravatis auctorum ſenſibus, in contortis allegationibus fundatæ præferendæ? An verſimile eſt, novatores καὶ καινοδίξους, qui tribus plus minus ſæculis Aureæ Bullæ conditoribus & legiſlatoribus juniores ſunt, de veritate & obſervatione antiquæ rei, deque conſuetudine & more ante quadringentos annos uſitato, meliùs judicare, atteſtari, & ſtatuere, quàm illos priſcos, qui tot ætatibus anteceſſerunt, qui Judices, Cognitores, qui teſtes oculati fuerunt, quibus conſuetudinem, & inſtitutum Parentum & Majorum ſuorum, confirmare, ſtabilire, & approbare fas & jus fuit?

11. Si Palatini Principes Caroli IV. & Sigiſmundi, aliorumque Imperatorum & Electorum peculiares, & ſcripto comprehenſas atteſtationes, confirmationes, deciſiones, decreta, ſtatuta, reſcripta, diplomata inveſtiturarum & privilegiorum (quæ omnia luculenter aſſeverant, probant, & determinant, Electoralem dignitatem Palatinatui annexam & alligatam eſſe) non haberent: Si ipſis à Bavaris ſuperiori ætate, & poſtquam certus in Electoratus ſuccedendi ordo conſtitutus fuit, controverſia mota: Si præſcriptio trecentorum Annorum interrupta: ſi è poſſeſſione, in quâ per tantum temporis ſpatium, quietè, nemine prætendente, aut contradicente, Palatini manſerunt, dejecti & expulſi vel ſemel fuiſſent: jus attamen hoc ſuum, & inſtitutum connexi cum Palatino territorio Electoralis officii, in Aureâ Bullâ, in quâ illud ἐναργῶς fundatum, ſancitum & confirmatum, non uno quidem in loco reperitur, pluſquam ſatis probari, nemo, qui ratione utitur, &

12. judicio præditus, à motu animi liber eſt, ambigere poteſt. Aurea Bullam, legem Imperii fundamentalem & ſacroſanctam pragmaticam, & velut lapidem terminum eſſe, quem movere & ſollicitare nefas ſit, quis ignorat? Ea in tertium jam uſq; ſæculum magno cum Reipublicæ Germanicæ incremento, & religioſo obſervantiæ ſtudio cuſtodita, *conſ. Neoburg. de Septemv. Plat.*

13. perpetuum concordiæ, & publicæ tranquillitatis in Romano Imperio ſtabi-

14. limentum & fundamentum fuit. *Fridenrich. de tutel. Elect. Pal.* Ideò omnes & ſinguli Imperatores, Carolum Nomothetam ſecuti, eam in ipſis coronationis ſuæ auſpiciis, non per ſatyram, & generali quâdam clauſulâ, ſed peculiari & expreſſiſſimâ formulâ, *ſunt verba Freheri in oratione pro gubernatione propria Frederici Electoris*, primo inter reliquas omnes juris partes loco, ſolemniter renovare & confirmare, idque ipſum encauſto perſcribere, ſigillo Cæſareo roborare, corporali denique jurejurando, conceptis verbis palam ſancire, in hanc uſque diem conſueverunt. Poſſumus dicere, *inquit Petr. Gregor. Tholoſ. de Rep. lib. 7. cap. 19.* hanc legem de Electione Imperatoris, aut Regis Romanorum, nunc eſſe fundamentum, ut ab eâ temerè non ſit recedendum: Quidquid prætendere poſſint innovatores & turbatores pacis Reipublicæ; qui forſan levi prætextu perſuadere conarentur, & hanc legem uſurpatam, & non poſſe videri æquam. Quorum ſententia ſtatim explodenda, tanquam ad perniciem pacatæ Reipublicæ perducens. Nec poſſunt leges illæ fundamentales regnorum, quæ jam coaluerunt, & radices cum longi temporis approbatione egerunt, ſine ſubverſione & clade populorum convelli. Et facile quidem eſt in omnibus non ſolum regnis, ſed etiam quibuſcunque rebus, aliquem defectum & vitium, aut abuſum, aut incommoditatem annotare: verùm non facile eſt meliorem ſtatum, illo ſubverſo replantare. *Hæc ille:* quæ Bavari ſibi dicta eſſe patiantur, meminerintque violatæ legis reum haberi eum, qui contra legem id audet ſperare, vel ambire, quod non licet. *ut ait l. 1. c. de petitionibus bonorum ſublatis lib. 10.* imò planè ſacrilegum eſſe, qui in leges com-

15. mittit,

mittit, eaſve negligit. *l.* 1. *C. ut dignitat. ordo ſervet. lib.* 12. Atque ſacrilegii pœnam, divalium ſcitorum violatores, palàm inſequi. *ait l. lege repetita.* 13. *C. de erogatio. militar. annon.* Quæ autem pœna in eos, qui Aureæ Bullæ conſtitutiones & leges adimplere noluerint, aut eis contraire præſumpſerint, conſtituta ſit, habetur *cap.* 1. Nimirum, ut omnes Principes, Comites, Barones, Nobiles, milites, clientes, ac univerſi nobiles contrarium facientes reatum perjurii, & privationem omnium feudorum, quæ à Sacro Romano Imperio, & à quibuſcunque aliis obtinent, & etiam omnium poſſeſſionum ſuarum, à quocunque habitarum, incurrant, propterea quod contra Rempublicam, & ſacri Imperii ſtatum & dignitatem, ac etiam contra honorem proprium & ſalutem, tantæ rei temerarii neglectores, tanquam rebelles, inobedientes, & perfidi, infideliter & perverſe agere convincantur. Et ſanè ipſe eventus & experientia manifeſtè declaravit & evicit, ſacri Romani Imperii ſalutem, incolumitatem, quietem, ſecuritatem, majeſtatem, ſplendorem, & perpetuitatem, ſecundum Deum, in perpetuâ & conſtante Aureæ Bullæ obſervantiâ & tuitione unicè ſubſtitiſſe. Quamprimum autem illa in quæſtionem & litem protracta fuit, ipſe pariter Imperii ſtatus confeſtim labefactatus, concuſſus, & de gradu ſuo dejectus fuit. *Quod ſanè Arnoldus Engelbrecht, in quaſt. ad tit.* VII. *Aurea Bulla, de ſucceſſionibus ex jure primogenituræ in Electoratibus, jam ante viginti ſex plus minus annos prævidit & prædixit, ita ſcribens*; Credat ſera poſteritas, credat etiam tantiſper ſeculo noſtro, quietem & Orbi pacem affore, quàm diu Germania, Palladium hoc intactum habebit: ſin fruſtrà vetera illa mala ſuſtulit & tollere conatus eſt prudentiſſimus ille Patriæ Senatus, & quid tum aliud nobis expectandum, quàm antiqua illa Saturni ſæcula? Nemo hactenùs mortalium tam audax & impetuoſus repertus fuit, qui Aureæ Bullæ auctoritatem, ſanctionem, ordinationem, tot ſæculorum & ætatum religioſâ obſervantiâ comprobatam, & inconcuſſè atque inviolatè cultam, in dubium vocare, & alicujus injuſtitiæ, nullitatis vel pravitatis accuſare auſus fuerit. Soli Bavari hodiè, & horum Patroni, inter mortales præfidentiſſimi, prodeunt, eam aggrediuntur, impugnant, erroris & prævaricationis, atque mendacii, & injuſtitiæ inſimulant. Quid hoc aliud eſt, quam ipſam Rempublicam adoriri, formam & harmoniam Imperii diſſolvere, concordiam & conſenſionem inter ordines labefactare, odia, bella, & tumultus concitare, Gentiles & Agnatos inter ſe collidere? Quomodo reliquas Aureæ Bullæ, & ſanctionum publicarum, leges, ſperare inconcuſſas poſſumus, ſi hanc de Electorali dignitate, territorio Palatinico Rheni inſeparabili ligamine connexâ, & ſoli Principi primogenito in familiâ Palatinâ, tanquam Comiti Palatino, non ut Duci Bavariæ, competente, tam apertis & luculentis verbis deſcriptam, cum ſingulari attentione & deliberato ſtudio compoſitam, & ad omnem dubitationis & diſſidiorum fomitem extinguendum inſtitutam, everti patimur? Nonne experientia ſatis evidenter commonſtravit, per prætenſionem illam Bavarorum, primos civilis belli cuniculos actos, & hoc unicè quæſitum fuiſſe, quomodo cum aliquo colore, & titulo ſpecioſo, Electoria dignitas Palatinis Principibus adimeretur, & ad Bavaros transferretur? Idcircò omnes occaſiones ad conſequendum optata circumſpiciendæ, cauſæ & prætextus anquirendæ, cuncta, quæ propoſito ſervire poſſent, movenda & amplectenda erant. Nimirum Fridericus proſcribendus erat, crimen læſæ Majeſtatis & fractæ pacis ei imputandum, bona ejus publicanda, & fiſco addicenda, ditiones, officium & dignitas auferendæ: Bavariæ Duci executio armis facienda committenda, mox dignitas, poſteà major pars ditionum tradenda, vendenda & appropriandа erat. Nonne per latus legis de perpetuâ officii ſeptem-

16. 17. 18. 19.

ſeptemviralis cum Principatu Palatinatûs connexione, reliquarum legum jugulum, inprimis illatum, quæ in capitulatione regiâ, & in conſtitutionibus Imperii de juribus & poteſtate Imperatoris, Electorum, Principum, & Ordinum, de pace religionis ſervandâ, de bonorum Eccleſiaſticorum
20. poſſeſſione, præſcriptæ & ſancitæ leguntur, petitum fuit? Eſto ſanè, fuerit Electoratus ab antiquo, & ante Carolum IV. Imperatorem, connexus Bavariæ Ducatui, & non Palatinatui Rheni, fuerit etiam aliquando alternatio inter Palatinos & Bavaros pacta & uſitata; quid tum? Nonne utrumque fuit rudi illâ ætate, quando Septemvirorum officia, dignitates & functiones; quando eorum ſucceſſiones, gradus, prærogativæ, ordo, regalia, aſſignati & in feudum conceſſi Principatus, nondum legibus & certis præſcriptionibus erant diſtincti, diſtributi, & conſtabiliti? Poſtea per Auream Bullam Imperatores & Ordines illius ævi, experti, quantum Reipublicæ noceret, tum diviſio & diſſenſio inter eos, quibus creandi Cæſarem, & Imperii ſaluti conſulendi, poteſtas eſſet; tum incerta & controverſa, exercendi munus atque functionem Electoriam, poſſeſſio & prætenſio: communi conſenſu, certum ordinem in ſucceſſione & poſſeſſione præſcripſerunt, cuilibet Electori ſuum gradum, jus & munus aſſignando; & lege perpetuo valitura declarando & ſanciendo, quibus Electoralem dignitatem terris annexam eſſe oporteat, & uſu receptum ſit, prout ſuperiori capite pluribus deduximus, eum nempe in finem, ne futuris temporibus eâ de re, dubitationum, quæſtionum, litium, motuum, atque prætextuum in Imperio materies, & inter Principes Electores conſanguineos & ſucceſſores colliſio & diſſenſio oriri & ſuſcitari poſſet, ſed deſiderata & ſalubris ſemper unio inter eos jugiter vigeret, & eorum corda in ſincerâ concordiâ conſervarentur; quorum providentiâ Orbi fluctuanti tanto celeriùs, tantoque faciliùs ſubvenitur, quanto inter eos nullus error ſubrepſerit, & purior fuerit charitas cuſtodita; obſcuritate ſuccisâ, & jure cujuſlibet di-
21. lucide declarato. *Aurea Bulla cap.* 7. Atque hic præcipuus Aureæ Bullæ, tum Caroli & Sigiſmundi Imperatorum, tum Electorum & Ordinum ſcopus fuit. Et ſanè repetat quis, *inquit Engelbrechtus allegato loco*, funeſtas illas in Electionibus Imperatorum confuſiones, quas à tempore primæ illius ab Ottone III. factæ conſtitutionis, hiſtoriæ loquuntur, reperiet, non tantùm plures ſæpe ejuſdem familiæ, illud ſibi jus arrogaſſe, ſed etiam in primogenituræ jura impunè ſæpiùs involaſſe. Tempus itaque erat huic rei poſt lugubre illud interregnum à morte Ludovici Bavari tandem obviam iri; Et obviam ivit Carolus IV. omnium Principum & Procerum imperii aſſenſu & conſilio, dum quid in electionibus & ſucceſſionibus, perpetuis temporibus obſervari deberet, lege apertiſſimâ ſanxit. *Idem Engelbrechtus*, poſtquam demonſtrârat, miſeras, incertas, & dubias antiquioribus temporibus ſucceſſiones in electorali dignitate, in Palatinâ præſertim familiâ exſtitiſſe, & modò in hac, modò in alterâ ſtirpe, viciſſitudinarias alternationes fuiſſe, quæ cum jam ſatis diu tranquillitatem publicam
22. exercitam habuiſſent, Carolum tandem IV. conſenſu & auctoritate omnium Procerum eas tollere ſtuduiſſe, ſcribit: Illud ut fieret, ante omnia certo ſuffragio in Electorum collegio opus erat: Atque ideò contra Stephanum, & Ludovici IV. familiam, pro Ruperto, eo quod in poſſeſſione Palatinatûs & Electoralis faſtigii eſſet, anno MCCCLVI. decretum datum.

Atque hunc præcipuum Aureæ Bullæ, tollendæ nempe diſſenſionis in ſucceſſione Electorum & electione Imperatoris ſcopum fuiſſe, ipſa ex Aureâ Bullâ jam relata verba teſtantur. ubi etiam hoc additur: Ne inter eorundem Principum ſæcularium filios ſuper jure, voce, & poteſtate præ-
ſata

factâ, futuris temporibus ſcandalorum & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari. Sigiſmundus in ſuis declarationibus, Ne inter hæredes, *inquit*, & ſucceſſores ipſius (*Ludovici Comitis Palatini Rheni*) eo defuncto, ſuper jure Electoratûs, futuris temporibus dubitationum, quæſtionum, ſeu litium materies oriatur, decernimus. *Et iterum*, Ne ſuper jure, voce, dignitate & poteſtate Electionis hujuſmodi, nec non Principatibus & officio Archidapiferiæ, & aliis prædictis, ullo unquam tempore contingat, ſcandala ſuſcitari, vel attentari; valeant novitates de regiæ plenitudine poteſtatis. Ex his, & eis præſertim, quæ precedente capite de electorali dignitate, inſeparabili vinculo, Comitatui, ſive Principatui, & territorio Palatinico, nequaquam Ducatui Bavarico, affixâ & annexâ diximus, planum & manifeſtum ſit, pactum Papienſe, & alternis vicibus reciprocandæ ſucceſſionis prætenſionem, tanquam rem Imperio pernicioſam & exitioſam, perpetuumque diſcordiarum ſemen futuram, penitus ſublatam, proſtratam, & antiquatam fuiſſe, ipſâ etiam morâ, & ſilentio Bavarorum, obſoleviſſe & evanuiſſe.

Quin & hoc notandum, Ludovicum Imperatorem, auctorem & conditorem tranſactionis illius, aliud paucis Annis, decem nempe poſt initam illam tranſactionem, per publicum Imperii edictum, conſentientibus & adſtipulantibus Electoribus Imperii, anno CIↃ CCC XXXIX. Francofurthi in Comitiis ſolemnibus reſcripſiſſe, & teſtatum eſſe, longâ & inveteratâ (*approbatâ*) conſuetudine, inconcuſſe à Majorum ordinatione hactenus obſervatâ, vacante Imperio, jus adminiſtrandi Imperii jura, feuda conferendi, & negotia cætera diſponendi, Palatino Rheni deberi. *Vide Cuſpinian. in Ludovic. Freher. de Vicariatu. ipſum edictum apud Goldaſt. in conſtit. Avent. lib. 7. editionis latinæ, qui ita Ludovicum reſcripſiſſe memorat.* Quia Papa Johannes XXII. noſter hoſtis & ſuſpectus eſt, & nullum ordinem judicii obſervat, judex eſſe non poteſt: ad hoc, Imperio vacante, prætendit ſe eſſe illius Vicarium, cum tamen iſta poteſtas Comiti Palatino Rheni, ab antiquo & de jure competat. Animadvertit proculdubio optimus Princeps, ſe non ſolùm magnâ injuriâ affeciſſe Nepotes & pupillos ſuos, in dubium ipſorum jura vocando; ſed etiam pactum contra legem, & jus publicum, quod privatis conventionibus mutari non poſſit, contraque inveteratos & receptos mores extorſiſſe, ac propterea nullum, & invalidum, injuſtumque eſſe. *l. nec ex Pratorio 27. D. de reg. l. non dubium 5. verſ. nullum enim. C. de legi. l. neq; pignus 45. §. 1. D. de regul. l. contra 28. in pr. D. de pactis. l. 2. non utique. §. jus Reipublicæ pacto mutari non poteſt. 8. D. de adminiſtrat. rerum ad civit. pertinent. l. 5. §. Iulianus 7. verſ. nemo. D. de adminiſtrat. & pericul. tutor. l. 7. §. 16. l. contra. in princ. l. jus publicum 38. D. de pactis. l. 13. C. de teſta. l. 54. D. de legatis.* Idcircò ab eo ſponte recedere & deſiſtere, judicavit, ut videtur, juri & æquitati conveniens. Si enim vel legibus, vel aliquâ rationabili conventione, jus adminiſtrandi imperii, & Vicariatûs, quæ ſupremæ in Imperio dignitatis ſequela eſt, & apex Electoriæ dignitatis, & officii Archidapiferiæ, Bavaris, vel ratione Ducatûs Bavariæ, vel aliâ probabili prætenſione, competiiſſet, veroſimile nequaquam eſt, eum tantam injuriam & præjudicium ſuæ familiæ & poſteritati facturum fuiſſe, ut tam eminentem prærogativam & jus, quo nihil dignius & auguſtius eſſe poteſt, illi abjudicaret & detraheret. Præterea Ludovicus Romanus ejus filius, cujus vel maximè intererat, pactum illud fratribus ſuis ſartum tectum ſervari & illæſum, in literis ſuis, de quibus ſupra mentionem fecimus, & quarum exemplum etiam Gewoldus exhibet, teſtatur planiſſimè, ſub manu & ſigillo ſuo, jus electionis & officium ſeptemvirale ad Rupertum Seniorem Comitem Palatinum Rheni, ratione & virtu-

virtute Comitatûs Palatini ad Rhenum, quem in poſſeſſione & dominio, ſeu uſu, ille haberet, pertinere, & hoc ſibi & omnibus Electoribus, & cuilibet, liquidum & notum eſſe dicit, ſine hæſitatione quacunque hæc verba ſubjungens: Quia nos cum jure, & per ſententiam invenimus, quod Electio & vox, ſuper Principatum & ſuper terras Palatinatûs, & ſuper Archidapiferiam, taliter fundatæ ſunt, quod unum ſine alio perſiſtere non poteſt; ſed oportet ea ſimul in omni impetitione, tam in damno, quàm in lucro, inſeparabiliter permanere. Idem cæteri tum ſuperſtites Electores, iiſdem verbis, in diſtinctis diplomatibus affirmarunt, ſicut ſæpiùs inculcavimus. Ludovicus ſanè Romanus nunquam certè talem declarationem & ſententiam pronunciaſſet, ſi tranſactio illa Papienſis robur aliquod habuiſſet, & Ducatui Bavariæ jus illud alternatim, & tranſactione, vel jure etiam proprio, competiiſſet. Eoque firmior eſt, *inquit Conſiliarius Neoburgicus in libello de Septemviratu Electorali Palatino*, hæc confeſſio, quod non modò ab eo profecta eſt, qui Ludovici Cæſaris filius fuit, & tum temporis Marchio Brandenburgenſis, ſed & Cæſaris Caroli IV. tanquam Regis Bohemiæ, aliorumque cùm Eccleſiaſticorum, tùm Laicorum Coëlectorum, unanimi conſenſu & teſtimonio comprobata. Quippe qui omnes uno ore tum faſſi ſunt, ſic in Curiâ Imperiali, Norimbergæ pro more habitâ, præſentibus Imperii Principibus, & Statibus penè univerſis, cum ſufficienti cauſæ cognitione, eſſe judicatum. Ut temeritatis notam vix effugiat, qui tot Procerum definitionem & ſententiam convellere, & in dubium vocare, quocunque ſub prætextu auſit. *Hæc ille*; An Bavari hos domeſticos ſuos, & omni exceptione majores teſtes, de certâ ſcientiâ teſtificantes, rejicere & confutare ullo modo poſſunt? Dicant contra Auream Bullam quidquid velint, quiritentur de Caroli IV & Sigiſmundi Imperatorum propenſiore in Palatinos ſtudio, in ſe verò acerbiore odio; accuſent cæteros Electores corruptionis, ignorantiæ, erroris, & quod decepti fuerint: Quid contra Ludovicum familiæ conditorem, & tranſactionis Papienſis architectum? quid
24. contra ejus filium Ludovicum Romanum? quid denique contra tot ſuccedentes Bavariæ Duces, ipſorum Prædeceſſores, qui ducentos plus minùs Annos conticuerunt, injuſtum reputantes, ſi tale quid contra ipſorum conſcientiam, & contra antiquos mores, & leges publicas, moverent & ambi-
25. rent, objicere & excipere valebunt? Quomodo verò excuſabunt, quod in jura primogenituræ involare, eaque vel uſurpare, & ad ſe per vim trahere,
26. vel penitùs tollere, & è medio ſubmovere, atque delere audent? An non certum, & indubium, & fere omnium gentium moribus receptum, tùm lege Imperii ſancitum, ipſâque ratione & æquitate naturali comprobatum, & antiquo Francorum jure ſtabilitum eſt, ut primogenito, columini familiæ, ejuſque gradui, ſtirpi, geniculo, & deſcendentibus, ſucceſſio in regno, in Electoratu & Principatu, in dignitate, in feudis regalibus, & bonis individuis, generi conſervando deſtinatis, deferantur, iſque, tanquam prior à lege vocatus, & prærogativâ naturæ prælatus, ceteris ex eâdem Proſapiâ & genere oriundis, in jure quoque præferatur potiorque habeatur? Si verò Bavari, qui non à primogeniti & ſenioris, ſed à ſecundogeniti ſtirpe deſcendunt, ad ſe Electoralem dignitatem ratione Ducatûs Bavariæ ſpectare contendunt, jus primogenituræ certè locum in Electoratu habere negent oportet, tum etiam ordinem genituræ, gradum & naſcendi prærogativam, nullius in ſucceſſionibus regiis, & in illuſtrium familiatum hæreditatibus, feudiſque dignitatum, conſiderationis eſſe, imò ſecundogenitum & minorem natu fratrem, ejuſque deſcendentes primogenito & ſeniori, ejuſque liberis præferendum, ei jura ſucceſſionis aſſignando. Atqui hoc eſſet κνήμη τὸ κέρας, καὶ περὶ τῇ κεφαλῇ τὰς κνημῖδας ἐνδεῖν. *Lucian. tibiæ caſſidem*

dem & capiti ocream aptare. Abſurdum & injuſtum quoque in jure, & per 27.
communem rationem, contraque naturam, ut remotior præferatur, plus
conſequatur, magiſque diligatur, quàm proximior & magis dilectus. *Cravett. conſil. 62. n. 7. & 8. Roland. à Valle. conſ. 82. n. 30. & ſeq. volum. 3. ubi dicit*, pro abſurdo reputari, quod remotior & minus dilectus ſit melioris
conditionis, quàm proximior & magis dilectus. *per l. Publius. §. fin. D. de condit. & demonſtr. l. Lucius. circa finem. D. de hæred. inſtitut. l. quotiens. D. de uſufruct. l. cum Pater. § à te peto. D. de legatis. in 2. l. heredes mei. §. peto. D. ad Trebellian. Abbas conſil. 78. lib. 2. Alexand. conſil. 93. n. 7. & ſeq. lib. 3. Cardinalis Tuſchus concluſ. 65. n. 17. & concluſ. 234. tom. 1.* Primogenitus autem 28.
magis amari ſolet & debet, quàm ſecundogenitus. *Chryſoſtom. homil. in Geneſ. 51. Tiraquell. in præfatione de jure primogenituræ n. 39.*

Eant nunc, prætexant Bavarorum Patroni, metum, violentiam, vim, ar- 29.
ma, dolum, fraudem; prætexant præſcriptionis interruptionem, & omnem
aliam exceptionem: quomodo contra tam ſanctos & graviſſimos, ſummâ
majeſtate & integritate conſpicuos Reipubl. conditores & defenſores,
criſtas attollere audebunt? Et licet fortaſſe aliquos incautos & credulos,
quique rerum in Germaniâ ſtatum, & Principum jura ignorant, abripiant
& in errorem inducant: num propterea ſtatim leges fundamentales &
baſis Imperii evertendæ, concordia & pax communis turbanda, Reſpub.
factionibus & diſſidiis complenda, bella pluſquam civilia concitanda,
omnia ſurſùm deorſùm vertenda erant?

Quid multis? Sole meridiano clarius & evidentius eſt, ipſaque experien- 30.
tia atteſtatur & demonſtrat, controverſiam illam jam dudum quidem
ſublatam, & velut ante trecentos annos ſepultam, nuper verò à Bavaris ex- 31.
citatam, & in theatrum productam, principium extitiſſe malorum & motuum, qui Germaniam afflixerunt & peſſundederunt. Invaſerunt quidem
& occuparunt, atque conſecuti ſunt Bavari, tàm per vim, dolos, & artes,
quàm per Cæſaris conceſſionem & confirmationem, id, quod exambierunt
& prætenderunt: interim Reipub. Chriſtianæ concordia, in qua nobis
omnia eſſe, quamque Bavari, ſi pietatis in patriam, ſi juſtitiæ, ſi tranquillitatis communis, ſi charitatis erga Gentiles, rationem habere voluiſſent,
privatis ſuis commodis & cupiditatibus præferre debebant, labefactata,
Imperium ad exitium adductum, Ordines inter ſe commiſſi, Patria bellis,
ſtragibus, incendiis, vaſtitatibus, impleta & everſa fuerunt.

Sed quænam tandem firmandi ſtatûs, non jam dicam fiducia, ſed ſpes 32.
eſt reliqua, ſi ad conſequendum & obtinendum prætenſum ſuum jus, cuique ambitioſiſſimo, & quæſtionem ſtatûs ſuis Agnatis moventi, leges atq;
Majorum inſtituta, in diſceptationem vocare, fundamenta & ſummam
Reipub. aggredi & concutere licet? Si ſatius eſſe ſtatuitur, interdum aliquid 33.
à Majoribus non omninò optimè conſtitutum tolerare, quàm id multarum
ætatum uſu receptum & comprobatum, dum quaſi iniquum tollere volumus, univerſæ Civitatis & Reipubl. otium atque pacem perturbare, aut
etiam in aliquod ſeditionis crimen eam adducere: *Longolius in oratione contra Lutheranos:* (Satiùs eſt cum aliquâ jam conſuetâ incommoditate & carie, colere & conſervare annoſam arborem fructum ferentem, quàm ex
eradicatâ & novâ plantatâ nullos, vel malos, expectare & percipere fructus,
inquit Petrus Gregorius Tholoſanus de Rep. lib. 19. cap. 19.) quantò magis Bavari id, quod à Majoribus rectè, optimè, & ſecundum leges atq; jura, introductum, ordinatum & præſcriptum fuit, intactum, & ſartum tectum relinquere & tueri debuiſſent? Sed maluerunt jus omne & fas exſtinguere, ad ſe 34.
rapiendo alienos honores & fortunas; maluerunt domum ſuam, novis &
ſibi non debitis dignitatibus, opibus & bonis, amplificare & extollere:

quàm Reipubl. & Patriæ, cujus oppreſſionem & proculcationem, præ privatis ſuis emolumentis, ſuſque deque habebant, conſulere. Vaſto, & impotenti ambitionis impetu elati, ſe plus, quàm vniverſam Rempubl. æſtimari volebant, nullum laborem & periculum defugientes, quo conturbatâ & oppreſſâ Reipubl. ipſi majorem potentiam, cupitos honores, titulos, Provincias, & id genus commoda adipiſcerentur, nomenque ſuum im-
35. mortalitati commendarent, & novum decus ſuæ familiæ inferrent. Cum enim ſtante Republ., ſe commode ſtare, niſi in primo ordine, hoc eſt, inter Electores ſtarent, haud poſſe judicarent; non aliud occurrebat remedium, quàm conculcatâ & in dubium vocatâ, legum fundamentalium, Au-
36. reæ Bullæ, aliarumq; conſtitutionum auctoritate, tum ſtatu Reip. perturbato & everſo, ad deſtinatum propoſitum graſſari & pervenire, & ex ruinâ atq; excidio meliorum, res ſuas amplificare & augere.

Μισῶ πολίτην, ὅστις ὠφελεῖν πάτραν
Βραδὺς πέφυκε, μάλα δέ γε βλάπτειν ταχύς.
Καὶ πόριμον αὐτῷ, τῇ πόλει δ' ἀμήχανον.
Civem exſecror, qui Patriam tarde juvat,
In opprimenda Patria cum ſit celer,
Sibiq; quidvis expedit, non Patriæ. Euripides.

37. Si quis cum judicio & diligentiâ, ſine adfectu & perturbatione, in veras hujus exitioſiſſimi, & per tot annos continuati belli, cauſas inquirere volet, inveniet, primam & potiſſimam fuiſſe, hanc Bavarorum prætenſionem, ambitionem, avaritiam, & odium in gentiles, ingenio, moribus & religione diverſos. Verè miſera in Germaniâ plebs cum illo *apud Virgilium* canere poteſt.

Scilicet ut Bavaro contingat regia Conjunx,
Nos animæ viles inhumata infletaque turba
Sternamur campis.

38. Imperator jam dudum, antequam victoriam Pragenſem obtineret, ſe cogitaſſe, Electoralem dignitatem Bavaro, ex certis cauſis, quæ ſuo loco memorabuntur, conferre, in ſuis ad Hiſpanum literis confitetur. Bavarus quoque minimè quievit, ſed extrema omnia tentavit, ut eam conſequeretur; quam nunc mordicus, & cum tanto fervore & contentione, defendit, ut malit totam Germaniam funditùs everſam & deletam videre, quàm, vel
39. latum unguem, ab obtento & uſurpato Electoratu cedere. Rex Fridericus ſtatim poſt acceptam cladem, & quia tranquillitatem publicam volebat promotam, ſe ad abdicationem & renunciationem regni Bohemiæ lubens, tum ad alias etiam, quæ à ſe deſiderari poſſent, conditiones obtulit, neque dubium erat, quin, ſi acceptæ fuiſſent, orti in Bohemiâ motus confeſtim
40. conquieviſſent, neque ulteriorem progreſſum feciſſent: Bavarus autem toto hoc tempore, nullis perſuaſionibus, nullis minis, nullâ Patriæ Germaniæ commiſeratione, nullo pacis amore, eò adduci potuit, ut, non dicam, in abdicationem Electoralis purpuræ, & occupati Palatinatûs conſentiret; ſed ſaltem Fridericum, in exercendâ alternatim electoriâ functione, ſocium admitteret: Sibi & ſuæ familiæ in perpetuum, & abſque omni contradictione, Electoratum pleno jure relinquendum, & omnem ad eum conſequendum ſpem, Palatinis præſcindendam eſſe prætendit. An nunc moderatiorem ſe præbiturum ſit, ſicut videri vult, tempus docebit.
41. Et vel hinc apparet, *ἀφορμὴν, καὶ πρόφασιν* primam hujus belli, eſſe Regni Bohemici motus, & diadematis à Friderico accepti culpam: verum verò *αἴτιον*, & cauſam redintegrati & continuati belli, Electoralis dignitatis in Bavarum tranſlationem, & Palatinorum, qui libertatis & priſcæ dignitatis Imperii tenaciores ſemper erant, oppreſſionem, novæque dominationis conſtitu-

conſtitutionem. Emittet quis oculos ſuos ſpectatum, contemplando præſentem in Germaniâ & Republ. Chriſtianâ ſtatum: quantæ ubique perturbationes, motus, incendia, colliſiones, bella, excidia, ruinæ, vaſtitates, ſolitudines, cædes? *Tantum* nempè *potuit ſuadere malorum* ambitio, effrenataque alieni Principatûs appetentia: quæ quidem ad tempus, legum terrore velut vincta infrenataque fuit, ruptis poſtremò repagulis furere ac bacchari, & in ſummâ confuſione, ſummam licentiam nacta, divina humanaque omnia cædibus & incendiis miſcere cæpit. *Muretus in oratione* 22. Quid aliud Electoratûs invaſionem & uſurpationem conſecutum eſt, 42. quàm funeſtiſſimum bellum, & funeſtiſſima belli mala? Per illam certè 43. concordia, harmonia, & æquilibrium coæquatum partium, (quod unicum erat inſtrumentum continendorum in ordine & pace Bavarorum, & res novas molientium) ex Imperio penitùs ſubmota; Principes & Optimates inter ſe commiſſi, & ad internecina odia & arma compulſi, Reſpublica eò extremitatis adacta, ut triumphante ſceleratorum de legum auctoritate audaciâ, & inſultante proſtratæ Religioni Victrici impietate, illius reſtituendæ nulla ampliùs ſpes ſuperſit. Ædificiotum, *inquit quidam Conſiliarius*, hæc eſt ratio, ut ſi quod ſaxum inſigne in fundamentis loco ſuo moveatur; compages & coagmentatio vicinorum primò lapidum, deinde trabium & contignationum, labefactetur, & diſſolvatur: donec tandem, ſubſidente pondere ſuo machinâ, columniſque concedentibus, nulla ampliùs fulcimenta ſuſtinere poſſunt cum impetu ruentem molem. Idem in 44. hac Imperii ſtructurâ contigiſſe videmus, quæ, Comite Palatino Electore, velut angulari illius lapide in fundamentis, loco moto, paulatim labaſcere & corruere cæpit, donec in hanc, in quâ nunc fœdè jacere conſpicitur, confuſionem, & ruderum acervum, redacta fuit.

Horret ac refugit animus commemore ea mala, quæ ab eo tempore, quo Bavarus Electoratum occupavit & uſurpavit, ſe in alieni muneris officium intrudendo, & in Collegio Septemvirali, conſiliorum adminiſtrandæ & ordinandæ Reipublicæ directorem, cum bonâ Cæſaris gratiâ, & Collegarum aſſenſu, gerendo, contigerunt, & quotidie adhuc contingunt. Ipſo 45. auctore & ſuaſore ac defenſore, Edictum illud, quod ſacroſanctam de libertate Religionis, & poſſeſſione bonorum ſacrorum, conſtitutionem, à quâ ſalus & incolumitas atque tranquillitas Reipublicæ unicè dependebat, penitùs ſuſtulit & evertit, totamque Germaniam ſurſum ac deorſum movit, conſcriptum & promulgatum fuit. Quæ bona inde? profanata, 46. everſa, incenſa fuerunt templa, direptæ bonorum fortunæ, ipſi incolæ, aut expulſi, aut occiſi, Urbes florentiſſimæ dirutæ & exuſtæ, integra regna, Principatus, provinciæ & regiones exciſæ, deſolatæ, & in cinerem atque favillas redactæ, plurimi opulentiſſimi & Potentiſſimi Principes, ad paupertatem & inopiam, præcipites & extorres acti, totæ ſtirpes Illuſtrium familiarum abſumtæ & exiliis diſſipatæ: infinitæ hominum myriades ferro, fame, lue, mærore, frigore, ſqualore, fugâ, rapinis, ſuppliciis, exactionibus, ſpoliationibus, deletæ & enecatæ fuerunt. Et tamen adhuc nullus eſt finis, nulla tam gravium & diuturnarum calamitatum pauſa & induciæ: exitus unius cladis, gradus & principium eſt futuræ. *Seneca tragicus.* Sed his Deo, *τῷ ποιῦντι κρίμα τοῖς ἀδικυμένοις, Pſalm. 146. v. 7. καὶ ἀφαιρυμένῳ πνεύματα ἀρχόντων, φοβερῷ παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Pſal. 76. v. 15. τῷ διασκορπίζοντι ἔθνη, τὰ τὺς πολέμυς θέλοντα, Pſal. 68. v. 31.* commiſſis, noſtra eò, unde divertit, redeat Oratio.

Prius tamen producemus unum & alterum graviſſimum & omni exceptione majorem tum teſtem, tum vatem, ut id quod affirmavimus de Palatini Electoratûs in Ducem Bavariæ tranſlatione, tanquam præcipuâ,

maximâ, & verâ harum in Imperio & Repûblicâ diſtractionum, calamita-
tum & excidiorum cauſâ & fomite, eò manifeſtius fiat, & fides noſtra, quam
nihilominùs ipſa comptobat experientia, à nemine ſuggillari & calumniæ
47. argui poſſit. Sereniſſimi illi, & toto terrarum orbe ſpectatiſſimi Electotes
Saxoniæ & Brandenburgi, ſtatim ab initio, cum intellexiſſent Imperatotem
conſtituiſſe, Fridericum Septemvirum electorali dignitate, munere, &
connexis provinciis penitùs privare, & Maximilianum Bavarum in ejus
locum, jus, & ſucceſſionem ſurrogare, conteſtati & obteſtati ſunt Cæſa-
48. tem, ne id faceret. *Se enim, inquiebant, tranſlationem Electoratûs nequa-*
quam pro inſtrumento pacis & concordiæ judicare & æſtimare: ſed ſemen & fo-
mitem perpetui belli fore, materiemque & cauſam, quæ majores turbas, pernicio-
ſiores animorum ſciſſuras & diſſidia inter Ordines, acerbiora & internecina odia
& inimicitias, ſummâ, univerſi Imperii diſſolutionem, diſtractionem & ruinam
ſit fotura & promotura: quapropter reſtitutionem Friderici, vel ideò facien-
dam, quia ſine hac Reſpublica quiete & pace firmâ frui nequeat. Deinde ob
eam etiam cauſam Electoratum non eſſe auferendum à familiâ archipalatinâ, &
in aliam transferendum, quia liberi Comitis Palatini, etiamſi Pater meruiſſet
eo privari, propter decantatam & notoriam ſuam innocentiam, non poſſint
ullo prætextu juris, à ſucceſſione dignitatum & ditionum avitarum, depelli &
removeri, præſertim illi, quibus per providentiam Majorum, & naſcendi præ-
rogativâ, jus ante prætenſum Patris crimen quæſitum fuiſſet: adhac Agnatos
proximiores quidvis potiùs auſuros, quàm permiſſuros, ut ſibi jus, quod ex ſi-
49. *multaneâ inveſtiturâ conſecuti ſint, indictâ cauſâ, auferatur.* Idem illi Sere-
niſſimi Principes ſæpè posteà publicè conqueſti ſunt, *quod optimis & paci-*
ficis ſuis conſiliis rejectis & exploſis, ea fuerint apprehenſa, quæ reverâ majo-
rum motuum, certaminum & excidiorum cauſa exſtiterint. Experientiam et-
iam palàm feciſſe, res in Imperio ab eo tempore, quo Electoratus Bavaro fuerit
collatus, in pejus recidiſſe, & belli incendium invaluiſſe, quia eæ rationes & viæ,
quas ipſi, tanquam pernicioſas & concordiæ adverſantes, omni cum contentio-
ne diſſuaſerint, nihilominùs fuerint ſuſceptæ, & ſingulari cum ardore execu-
tioni mandatæ. Prætetea, quod nos ſuprà diximus, πρόφασιν καὶ ἀφορμὴν, ἢ
γὰρ αἴτιον, horum in Europâ tumultuum, regni Bohemiæ à Friderico ac-
cepti præfeſtinationem eſſe, & quod falſum ſit, eum facem & auctotem
50. funeſtiſſimi in Imperio belli fuiſſe; id ipſum non ſolùm iidem ambo Ele-
ctores per Legatos ſuos, ſed etiam cæteri eotum collegæ, qui Ratiſbonæ
Annno CIƆIƆC XXIII, cum Palatini Electoratûs jus & poſſeſſio in
Bavarum à Cæſare transferretut, cotàm aderant, teſtati ſunt, dum ſolem-
ni ad Imperatotem ſcripto, unanimi voce & conſenſu, *Comitem Palatinum,*
inquiebant, *Principem Iuvenem fuiſſe, qui ab aliis ſeductus, ſibi ipſe conſu-*
lere neſciverit: adhac auctorem & inceptorem motuum Bohemicorum non exſti-
tiſſe: hos dudum, antequam is acceſſiſſet, concitatos in progreſſione fuiſſe.

CAPUT

CAPUT IV.

ARGUMENTUM.

Quæ in Aureâ Bullâ, & legibus fundamentalibus imperii, de jure primogenituræ conſtituta ſunt, ea etiam Sacræ ſcripturæ conſentanea eſſe probantur: deinde, quid jus primogenituræ apud Hebræos, & in lege divinâ, & in quanto honore & exiſtimatione ſemper fuerit, docetur: Hocq́ nemini ſine propriâ culpâ auferri potuiſſe, aut unquam alicui, niſi promerenti & delinquenti, ademptum, & in alium tranſlatum fuiſſe, demonſtratur: Denique oſtenditur, illos, qui Fridericum Regem proſcribere, & ejus Liberos innocentes, jure quæſito, privare auſi ſint, non habuiſſe in conſideratione jus primogenituræ, in lege divinâ, in jure naturæ & gentium, in Aureâ Bullâ, & conſuetudine univerſali, fundatum.

CONSPECTUS.

1. QUæ in Aureâ Bullâ, & legibus Imperii, de jure primogenituræ ſancita ſunt, ea cum jure divino, gentium, & Civili convenire.

2. Jus illud competere natu maximo inter liberos & Agnatos in familiâ:

3. Ad quem ſucceſſio bonorum gentilitiorum devolvatur.

4. Habere fundamentum, partim in naturâ, partim in lege, ab ipſo Deo confirmatum:

5. Id exemplis ex Sacrâ ſcripturâ probari.

6. Jus primogenituræ nemini, ſine facto ſuo, auferri potuiſſe,

7. Nec ex ullâ cauſâ privatâ corrumpi,

8. Neque ex inhabilitate ſuperveniente adimi.

9. In aureâ autem Bullâ inhabilem excludi, & ſecundogenitum ſuccedere.

10. Quod etiam de inhabili per delictum intelligendum.

11. Eſavum jus ſuum primogenituræ vendidiſſe, & renunciaſſe Jacobo, nec ampliùs ad illud regreſſum habuiſſe.

12. Rubenem primogenitum, & Simonem & Levin, proximiores fratres, per crimen excidiſſe jure ſuo:

13. Ideò Patrem eos illo privaſſe.

14. Hinc illud ad Iudam quartogenitum devolutum eſſe, qui præcipuam ejus partem, hoc eſt, regnum obtinuerit:

15. Alteram partem, hoc eſt, ſacerdotium, relictam fuiſſe Levi.

16. Singulari providentiâ divinâ factum, ut jus primogenituræ ſartum tectum fuerit conſervatum ei, cui illud competebat.

17. Hinc more, & lege receptum, ut in regnis, & feudis regalibus filius primogeniti excludat Patruum.

18. Jus primogenituræ, quatenus à naturâ obvenit, auferri non poſſe:

19. Quatenus autem à Patre procedit, poſſe alienari.

20. Sic Jacobum jus quæſitum Iudæ non abſtuliſſe, quamvis de duplâ portione aliter diſpoſuerit.

21. Clementiam DEI in relicto ſacerdotio Levi; ejus verò juſtitiam in adſignato Judæ regno ſpectari.

22. Cainum primogenitum propter fratricidium perdidiſſe jus ſuum:

23. Sic Adoniam, propter affectatum regnum.

24. In utroque exemplo nullam ulli, cui jus quæſitum eſſet, factam injuriam, quia non legantur habuiſſe liberos tempore illo, quo ceciderunt jure ſuo.

25. Filium non debere luere pœnam iniquitatis Patris:

26. Quia ea non debeat egredi perſonam auctoris ſceleris.

27. Jus primogenituræ apud Hebræos tria complexum eſſe; primatum, duplam in hæreditate portionem, & prærogativam ſacerdotii.

28. Primogenitos, ante inſtitutum cultum Leviticum, adminiſtraſſe ſacra.

29. Honoratiores etiam ſemper habitos.

30. Qui Regem Fridericum proſcripſerint, non habuiſſe in conſideratione jus primogenituræ,

31. Aliâs non privaturos fuiſſe ejus Liberos jure ſuo jam quæſito.

32. Quo facto, Remp. Chriſtianam tantis calamitatibus immerſam fuiſſe.

33. Regis Friderici Filiis, nihil niſi Patris adverſam fortunam, objici poſſe, ideò innocentes ſævitiâ & odio potentiorum premi.

HÆC

1. HÆc, quæ de jure primogenituræ à Majoribus noſtris ſtatuta, & conſuetudine perpetuâ recepta, & legibus fundamentalibus confirmata & ſtabilita, ſupra demonſtravimus, cum jure divino, gentium, & civili, optimè conſentiunt, & ab eis robur, lucem, & interpretationem accipiunt, ſicut tum ex eis, quæ ſupra diximus, tùm quæ in eandem ſententiam modò dicemus, manifeſtum eſt. Primogenitura, ſeu jus primogeniorum, Hebræis בכורה *Bechora*, in ſingulari
2. numero *Geneſ. 25. v. 31. & 32. Deut. 21. v. 17.* à בכר *Bachar*, primogenitum facere, jus primogenituræ conſtituere, *Levit. 27. v. 26. Deut. 21. 16. Ezechiel 47. v. 12.* בכור *Bechor*, filius primogenitus. Græcis πρωτοτόκια ἢ πρεσβεῖα, vulgò jus præcipui, ſeu majoratûs, quod competit primogenito, vel ſeniori, & natu maximo inter liberos & Agnatos, in familiâ & gente:
3. qui ſicut ordine naſcendi & jure genituræ præfertur cæteris; ita etiam in ſucceſſione & poſſeſſione bonorum gentilitiorum, quæ ad eum, vel integra & indiviſa, vel major eorum pars, cum juribus & dignitatibus annexis, devolvitur, ſive ex lege, ſive conſuetudine, ſive ex pacto & contractu.
4. Hoc jus primogenituræ fundamentum habet in naturâ partim, partim in lege, & gaudet prærogativâ utriuſque, in tantum, ut nemini ſine ipſius conſenſu, aut delicto, auferri & adimi queat, ab ipſo quippe rerum condi-
5. tore, & conſtitutum, & approbatum, atque confirmatum fuit. *Gen. 25. v. 30. & ſequent. ubi Iacobus ſupplantator ab Eſau emit jus primogenituræ,* ἀπόδου μοι, *inquit*, σήμερον τὰ πρωτοτόκια. *v. 32.* ἀπέδοτο δὲ Ἡσαῦ τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. *dicens v. 31.* ἰδοὺ ἐγὼ πορεύομαι τελευτᾶν, καὶ ἵνα τί μοι ταῦτα τὰ πρωτοτόκια; *v. 33.* καὶ ἐφαύλισεν Ἡσαῦ τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. vende mihi hodiè primogenita tua: vendidit autem Eſau primogenita ſua: Ecce ego vado mori, & ad quid mihi iſta primogenita? & vilipendit Eſau primogenita ſua. Hîc nota, quod Eſauus volens vendidit jus primogenituræ, non ei fuit per vim ademtum & ereptum. *Gen. 48. v. 18. ubi Ioſephus ad Patrem ait:* οὐχ οὕτως, πάτερ, οὗτος γὰρ ὁ πρωτότοκος. ἐπίθες τὴν δεξιάν σου ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Non ſic, Pater; hic enim primogenitus: impone dexteram tuam ſuper caput ejus. *Gen. 49. v. 3.* Ῥουβὴν πρωτότοκός μου, σὺ ἰσχύς μου, καὶ ἀρχὴ τῶν τέκνων μου, σκληρὸς φέρεσθαι, καὶ σκληρὸς αὐθάδης ἐξύβρισας, ὡς ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς, ἀνέβης γὰρ ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου, τότε ἐμίανας τὴν στρωμνήν, οὗ ἀνέβης. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium filiorum meorum; durus ad ferendum, & durus contumax, injuriam feciſti: ſicut aqua non efferveas, aſcendiſti enim ſuper cubile Patris tui, tunc maculaſti ſtratum, quod aſcendiſti. *In verſione Hieronymi, ſecundum hebraicam veritatem, ita legitur:* Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, major in imperio, effuſus es ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile Patris tui, & maculaſti ſtratum ejus. *in verſione Chaldaica ita habetur:* Ruben primogenitus meus es, tu robur meum & principium fortitudinis meæ, tu acceptutus eras partes tres, primogenituram ſcilicet, & ſacerdotium, & regnum, ſed quare ſecutus es voluntatem tuam? ſicut aqua effuſa non perficies, neque accipies portionem ſuperexcreſcentem, quoniam aſcendiſti cubile Patris tui: tunc, fili mi, violaſti, cum aſcendiſti ſtratum. Hîc nota quod Ruben propter crimen inceſtûs fuit privatus jure primogenituræ. *Gen. 43. v. 33.* ἐκάθισαν δὲ ἐναντίον αὐτοῦ ὁ πρωτότοκος κατὰ τὰ πρεσβεῖα αὐτοῦ, καὶ ὁ νεώτερος κατὰ τὴν νεότητα αὐτοῦ. Sederunt autem coram eo primogenitus, ſecundum antiquitatem ſuam, & junior ſecundum juventutem ſuam. *ita eſt in verſione interlineari, in Bibliis Complutenſibus. In verſione Hieronymi ita:* Sederunt coram eo primogenitus juxta primogenita ſua, & minimus juxta ætatem ſuam. *In Chaldaica verſione.* Et diſcubuerunt

coram

coram eo, major juxta majoritatem ſuam, & minor juxta minoritatem ſuam.

Hoc autem jus primogenituræ, quia ab ipſâ rerum parente Naturâ, cujus ordo immutari non poteſt, confertur, & à Deo, ſupremo legiſlatore, accedente conſuetudine, confirmatum & ſuffultum eſt, nemini de facto auferri, & alteri dari poteſt, potuitvé, niſi primogenitus illud, vel vendidiſſet, vel per crimen & ſcelus amiſiſſet, prout utrumque ex ſacris literis, & in exemplis adductis clarum eſt. *Petrus Gregorius Tholoſ. de Repub. l. 7. c. 10. n. 13.* Non revocatur, *inquit*, in dubium, quin primogenitus poſſit renuntiare juri ex primogenitura debito, & futuræ ſucceſſioni, acceptâ portione, adhibito jure jurando. De jure primogenituræ ex nullâ privatâ cauſâ corrumpendo ſancitur *Deut. 21. ubi v. 15. 16. 17.* Patri non licet primogenito jus ſuum eripere, & alteri dare. ita ipſe Deus edicit: *οὐ δυνήσεται πρωτοτοκεῦσαι τὸν υἱὸν τῆς ἠγαπημένης, ὑπεριδὼν τὸν υἱὸν τῆς μισουμένης τὸν πρωτότοκον, ἀλλὰ τὸν πρωτότοκον υἱὸν τῆς μισουμένης ἐπιγνώσεται δοῦναι αὐτῷ διπλᾶ ἀπὸ πάντων, ὧν ἂν εὑρεθῇ αὐτῷ, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀρχὴ τέκνων αὐτοῦ, καὶ τούτῳ καθήκει τὰ πρωτοτοκεῖα*: non poterit primogenitum facere filium dilectæ, contemnens filium odioſæ primogenitum; ſed primogenitum filium odioſæ agnoſcet, ut det ei duplicia de omnibus, quæ inventa fuerint ei, quoniam hic eſt principium liberorum ejus, & huic debentur primogenita. *Ita habent Biblia Complutenſia. In Chaldaica paraphraſi:* Non habebit poteſtatem, ut filium dilectum faciat primogenitum, vivente filio odioſæ primogenito: ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, ut ei det duplicem portionem in omnibus quæ inventa fuerint apud eum, quoniam ipſe eſt principium fortitudinis ejus, & ei pertinet primogenitura. *Ioſephus lib. antiquit. 4. c. 6. ἄδικον γὰρ, inquit, τὸν πρεσβύτερον τῇ γενέσει στερῆσαι τῶν ὀφειλομένων αὐτῷ, παρὰ τῇ διαθέσει τοῦ πατρὸς, ὅτι ἥττονα αὐτῷ τὰ τῆς μητρός.* Quàm hæc ſanctè! quàm juſtè! quia jus quæſitum, & velut naturâ ſtipulante & contrahente datum, nemini auferri poteſt, niſi qui eo, facto ſuo, ſe indignum reddit & privat. Hinc fit, ut nulla etiam inhabilitas, vel defectus, jus primogenituræ adimere poſſit. *Alſtedius in Encyclopæd. lib. 23. Politicæ cap. 3. ſection. 44. ubi dicit,* inhabilitatem primogeniti, non adimere ei jus ſucceſſionis, quia hoc patrimonium, quod nulli poſſit eripi. tametſi vero ipſe non poſſit per ſe adminiſtrare Rempublicam, poteſt tamen per Curatores: ſic quando ob ætatem, vel mentis vitium inhabilis, aut in utero adhuc eſt, aut ſi caſus ſupervenit, ut captivus ſit, tum adminiſtratio committitur Tutori, vel Curatori, qui eſt proximus Agnatus, vel alius. *ut idem Alſtedius d. l. ſect. 47. docet. Gregor. Tholoſan. de Republ. lib. 7. c. 6. ubi hanc quæſtionem plene tractat, & exemplis illuſtrat. inter quæ memorabilia inprimis* Oziæ in ſacrâ Scripturâ, & Caroli VI. in Galliâ. ille, quamvis leproſus à regno non fuit remotus, ſed ejus nomine filius ejus illud adminiſtravit. *4. Regum. 15. & 2. Paralip. 26. v. 21.* hic amens effectus Rex tamen manſit, Patruis commiſſâ regni adminiſtratione. *Paul. Æmil. l. 10. Hiſtor.* In Aureâ Bullâ verò fatuus, mente captus, ſeu alterius famoſi & notabilis defectûs exiſtens, propter quem non deberet ſeu poſſet hominibus principari, ſicut ibi verba ſonant, à ſucceſſione removetur, & ſecundogenitus, ſi fuerit in eâ progenie, ſeu alius ſenior frater, ſeu conſanguineus laicus, qui paterno ſtipiti in deſcendenti rectâ lineâ proximior fuerit, ſuccedere debet in Principatu. *arg. l. cum Prætor. 12. §. Non autem 2. D. de judiciis. & ubi quiſq. Lancellot. in ſpecul. omnium judicum. lib. 1. cap. 2. de Rege. n. 15. dicit & probat*, primogenitum, ſi naſcatur mutus, demens, & perpetuò inhabilis, excludi, & ſecundogenitum ſuccedere. *per Bald. & Martinum Laudenſ. & alios.* quod etiam locum habeat in inhabili per delictum, propter quod privatur jure primogenituræ, & ſucceſſione regni, & ad

 ſequen-

ſequentem hæc transfertur. *ut notare dicit c. licet de voto. ubi Dd. præſertim Innoc. & Baldus in margarita ſua, in verb. regnum. & ita Bertachin. in Repert. verb. regnum. Zoannet. de primatu Prioris geniti. cap.* 10. *ubi dicit*, Primogenitum ſucceſſione regni, vel alterius cujuſque regalis dignitatis individuæ excludi, quando amentia, vel furore perpetuo tenetur: ubi verò amentia, aut gravis languor corporis, ſuperveniret, poſtquam Primogenitus regnum iniiſſet, non ob id regno eſſe dejiciendum, verùm Curatorem, ſeu adjutorem illi adjungendum. *c. grandi. de ſupplend. negligent. Prælat. l. 6. Baldus in c. 1. de ſucceſſione feudi. l. judex 46. l. cum furioſus judex. 29. D. de judiciis. & ubi quisq. Lancell. d. loco. & ita intelligendus eſt Alſtedius, nimirum de*
11. *inhabilitate ex accidenti ſuperveniente.* Eſauus quidem jus Primogenituræ vendidiſſe legitur, pro pulmento, ſeu juſculo è lentibus, edulio lentis. *ut Hieronymus interpretatur.* ἕψημα φακοῦ, coctio lentis, in græco; in hebraico נזיד *Nazid.* pulmentum. *Gen.* 25. *v.* 29. *v.* 34. *ad Heb.* 12. *v.* 16. *ubi dicitur*; ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. Ac propterea ſemet ipſum privavit excellentiâ illâ juris primogenitorum; nec ultra ad eam redire potuit. Quilibet enim juri ſuo, hoc eſt, emolumento, quod in rem aliquam habet, renuntiare poteſt; modò id non fiat in præjudicium tertii, & contra publicam utilitatem, contraque expreſſam legis prohibitionem. *l. ſi quis in conſcribendo.* 29. *C. de pactis. c. ſi diligenti. de foro competente. ibi gloſſ. Hoſtienſ. & Joan. Andreas. Socinus regul.* 329. Jus verò ſuum remittens, & renuntians, ad illud non amplius habet regreſſum. *l. quæritur* 14. *§. ſi venditor* 9. *ibi*, remittentibus actiones ſuas, non eſt regreſſus dandus. *l. poſtquam liti. C. de pactis. Hinc Cyprianus in Epiſtola ad Jubajanum.* Quam periculoſum, *ait*, ſit in divinis rebus, ut quis cedat jure ſuo & poteſtate, ſcriptura ſancta declarat, cum in Geneſi Eſau primatus ſuos inde perdiderit, nec recipere poſtmodum potuerit, quod ſemel ceſſit. Notandum autem quod tunc Eſauus non habuerit filium, nec alium proximiorem fratrem, cui jus eſſet jam quæſitum: ideò nec ipſe, nec Jacob quemquam privavit jure ſuo, neque injuriam feciſſe dici poteſt.

12. Ruben primogenitus erat Iacobi; ἐν δὲ τῷ βεβηλῶσαι τὴν στρωμνὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐδόθη τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ υἱοῖς Ἰωσὴφ, υἱοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἐγενεαλογήθη εἰς πρωτοτόκια Ῥουβὴν. cum autem violaſſet torum Patris ſui, data ſunt primogenita ejus filius Ioſeph. filii Iſrael, & non eſt reputatus in primogenita Ruben. 1. *Paral. cap.* 5. *v.* 1. Excidit ergò jure ſuo Ruben propter crimen & flagitium inceſtûs; Si filium tum habuiſſet, nullum dubium fuiſſet, quin illi jus quæſitum manſiſſet ſalvum, nec auferri & alteri tradi potuiſſet. Simeon & Levi erant quidem ſecundogeniti proximiores Rubenis, ſed quia & ipſi per fraudem & dolum atque perfidiam in Urbe Schecemo ἀπέκτειναν πᾶν ἀρσενικὸν καὶ διήρπασαν τὴν πόλιν ἐν ᾗ ἐμίαναν τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν, occiderunt omnem maſculum, & depopulari ſunt Urbem, in quâ violaverant ſororem ſuam, *Geneſ.* 34.
13. *v.* 25, 27. *ſequent.* ideò ſe indignos quoque jure primogenituræ reddidiſſe cenſendi ſunt. idcircò Pater eos damnavit & execravit, inſtrumenta violentiæ vocans eorum conventiones. εἰς βουλὴν αὐτῶν, *inquit*, μὴ ἔλθῃ ψυχή μου, καὶ ἐπὶ τῇ συστάσει αὐτῶν, μὴ ἐρίσαι τὰ ἥπατά μου, ὅτι ἐν τῷ θυμῷ αὐτῶν ἀπέκτειναν ἀνθρώπους, καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν ἐνευροκόπησαν ταῦρον. In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non contendant jecora mea; quia in furore ſuo interfecerunt homines, in concupiſcentiâ ſubnervaverunt taurum, *ut eſt in interlineari græco textu. Geneſ.* 49. *v.* 5, 6, 7. *In tranſlatione Chaldaica:* In ſecreto eorum non fuit anima mea, & in congregatione eorum non conveniat gloria mea, quoniam in furore ſuo occiderunt occiſionem, & in voluntate ſuâ ſuffoderunt murum inimicorum. Judas igitur
14. quartogenitus, ad quem devolutum fuit jus primogenituræ, ſupererat.

Huic

Huic igitur illud, quoad præcipuam ejus partem, manſit illæſum, ac proptereà ab eo incipit ſacra Scriptura recenſionem generis Patriarcharum, propter regiam ſucceſſionem, & Chriſti originem, poſtpoſitâ genealogiâ Rubenis, & adultiorum fratrum. 1. *Chronic.* 2. *v.* 3. *Iunius & Tremell. ibid. Gen.* 49. *v.* 8. *Hinc* 1. *Chron. c.* 5. *v.* 2. Nam Iehuda, *dicitur*, prævaluit fratribus ſuis, & anteceſſor eſt ex eo, reliqua verò primogenita fuerunt Ioſephi; prævaluit, *inquit ibi Iunius*, dignitate Principali ſupra fratres divinitùs per Patrem donatus eſt; reliqua primogenita, hoc eſt, duplum hæreditatis præ cæteris fratribus, quod alterum & primogenituræ jus; *Geneſ.* 48. *v.* 5. *&* 49. *v.* 22. Sciendum verò, quod filiis Ioſephi non datum eſt jus primogenituræ, quoad dignitatem, hoc eſt, regnum & ſucceſſionem in regno, ſed quoad fructum illius, videlicet, duplicem portionem, *ut annotatur in Bibliis trilinguibus Hamburgicis Davidis VValderi. ad verſ.* 1. *c.* 5. 1. *Chron.* Quapropter Iudas jus primogenituræ, hoc eſt, præcipuam ejus partem, quæ ei debebatur jure acquiſito, & lege naſcendi, tanquam proximo & adultiori poſt fratres Rubenem, Simeonem, & Levin, qui omnes tres jure ſuo exciderant propter crimen admiſſum, retinuit. Filii Ioſephi eam partem, quæ per hæreditatem, & ex jure Patris obveniebat, habuerunt. *Petrus Gregor. dict. lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 14. Iacob, *inquit*, Patriarcha moriturus, poſtquam ademit benedictionem filio primogenito Ruben, ob inceſtum, & Simeoni & Levi, propter iram illorum pertinacem, Regiam poteſtatem reliquit ſequenti Iudæ, & proli ejus. Et quamvis Iacobus valde Ioſephum filium diligeret, & Benjamin, filios noviſſimos, tamen principatum illis non reliquit, ſed Iudæ, qui ſublatis anterioribus fratribus de medio, propter crimina, & veluti redditis incapacibus ad imperandum legitimè, primum locum tenebat. *Cornelius de Lapide comment. in c.* 49. *Gen.* Rubeno, *inquit*, primogeniturâ ſpoliato, in eam ſuccedere debuiſſet Simeon ſecundogenitus, ſed quia hic impius fuit in Ioſeph, & quia ejus tribus cum ſuo Duce adoravit Beelphegor, *Num.* 25. 14. hinc in tertiogenitum, nempe Levi, nobilior 15.
primogenituræ dignitas, ſacerdotium, & in quartogenitum, ſcilicet Iudam, alterum primogenituræ jus, putà regnum, tranſlatum eſt. Hinc ſcriptum eſt: *Ἰούδα, σὲ αἰνέσουσιν οἱ ἀδελφοί σου, προσκυνήσουσί σε οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου, οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν.* Iuda, te laudabunt fratres tui, adorabunt te filii Patris tui: Non deficiet Princeps ex Iudâ, & Dux de femoribus ejus, donec veniant repoſita ejus, & ipſe expectatio gentium. *in Hieronymi, ſeu vulgari verſione eſt,* Non auferetur Sceptrum de Iudâ, & Dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus eſt. *In Chaldaicâ interpretatione verò:* Iuda, laudabo te, & non eſt confuſus, te laudabunt fratres tui, & prævenient ſalutantes te filii Patris tui. Neque erit regnum, quod commoveat eum. Non auferetur habens principatum à Domo Iudâ, neque ſcriba à filiis filiorum ejus, donec veniat Meſſias, cujus eſt regnum, & ei obedient populi. *Gen.* 49. *v.* 8. *&* 10. *Matth.* 2. *v.* 6.

Hæc ideò pluribus deduximus, ut appareat, ſingulari providentiâ, ordinatione, juſtitiâ, & directione DEI ordinatum & conſtitutum, ut jus primogenituræ, lege genituræ & ſanguinis debitum, & jure proprio acquiſitum, ſartum tectum unicuique, cui illud competit, & qui à lege, vel naturâ, vel conſuetudine, id adeptus eſt, conſervari, nec ullo pacto, aut modo, auferri debeat, niſi qui proprio ſuo facto illo ſe privet, & abdicet, aut per crimen excidat: quod ubi contingit, tunc ſequenti in ordine, ſive fratri, ſive filio, ſive Agnato, jus quæſitum jam eſt, & lege naturæ debetur, ideoque ille ſuccedit, & primogenitus habetur, ſicut experientia, lex, conſuetudo, jura id docent & demonſtrant, in primis Aurea Bulla *cap.* 7. *de ſucceſſione* 16.

17. *Principum in primogenitis & hæredibus eorum.* Propterea etiam filius primo-
geniti excludit patruum, filium ſecundogenitum Patris. *Aurea Bulla tit.* 7.
& hoc mos & praxis in omnibus fermè regnis recepta combtobat. Nam,
tùm diſpoſitione legis, tùm conſuetudine, in tantum radicatum eſt jus pro-
togeniti, ut etiam Patre mortuo, illud ad Nepotes ttanſmittatur, cujus vi-
gore, nempe ttanſmiſſionis, Patruus excluditur, licet Pater, vivo Avo, de-
cedat. *ut per Bald. conſil. 389. n. 8. vol. 2. Cravetſam conſil. 798. n. 17. & per
Burſatum conſil. 67. n. 25. ait Knich. comment. in jus Saxon. cap. 3. Idem Bald.
in l. cum antiquioribus. C. de jure deliberandi. refert, ita judicatum in Angliâ &
Galliâ.* & hoc locum quoque habet in feudis, quæ ad primogenitum tantum
perveniunt. *§. 1. de ſucceſſion. feud. lib. 1. feud. tit. 8. & §. ſi capitanei. de feud.
Marchiæ vel ducat. eodem lib. tit. 14. c. in ſucceſſione fratrum. lib. 2. cap. 11. & §.
de natur. ſucceſſ. feud. eodem libr. tit.* 50. Hinc penitus hodie ſublata eſt gra-
vis illa & exitiabilis controverſia de prælatione Nepotis, excluſo Patruo:
quin enim ille huic præferendus ſit, vix amplius dubitatur. *de eo vide Lan-
cell. Zoanettum. Tiraquell. inprimis, & Ioannem Lecirierum, Iacobum à Saa, de
primogenit. Item Lipſium in monitis. lib. 2. cap. 4. mon. 3. Vaſquium in Illuſtr.
quæſt. Petrum Gregorium Tholoſan. de Rep. lib. 7. cap. 10. ubi plenè hanc mate-
riam diſputat. & argumenta in utramque partem diſcutit. Hottoman. in contro-
verſiâ Nepotis & Patrui, ubi ſolidiſſimas rationes affert, & demonſtrat, quo jure
Nepos præferatur Patruo: de eâdem re tractat etiam Arnoldus Engelbrecht de
ſucceſſione in Electoratibus ex jure primogenituræ. ad tit.* VII. *Aureæ Bullæ.*

Bina autem jura & privilegia juris primogenituræ eſſe, ex ſupra dictis
agnoſcimus: Vnum quod lege naturæ, & jure ſanguinis, atque ordine ac
ſerie naſcendi obvenit; alterum, quod à Patre & jure hæreditario ad nos
18. deſcendit. Sicut illud, neque Patri, neque ulli mortalium, integrum eſt
mutare, infringere, auferre, *§. final. Inſtit. de jure natur. l. 2. D. de uſufructu
ear. rerum quæ uſu conſum. l. jura ſanguinis.* 8. *D. de regul. Authent. ingreſſi.*
19. *C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, ut infra pluribus deducetur; ita hoc Pater, ſi illius
auctor eſt, & bona hæreditaria & patrimonialia poſſidet, pro arbitrio tol-
lere, de eo liberè diſponere, illud vendere, alienare, perdere poteſt: fiſcus
quoque propter crimen eripere & auferre, quidquid hæredes dicant &
quiritentur. *l. in re mandata.* 21. *C. Mandati, vel contra. l. Sed ſi lege. §. con-
ſuluit. D. de petit. hæredit. l. Iudæi.* 8. *C. de Iudæis & cælicolis. l. ultim. D. de an-
nona. §. per traditionem.* 40. *Inſtit. de rerum diviſion. prout in ſequentibus*
20. *apparebit clarius.* Sic Iacobus Patriarcha noluit, nec potuit, auferre Judæ
jus quæſitum, & indulgentiâ matris naturæ datum: de hæreditario & pa-
trimoniali jure, quod adhuc apud ipſum remanſerat, & nondum erat de-
volutum ad liberos, (viventis enim nulla eſt hæreditas. *l. 1. D. de hæreditate
& actione vendita. l. 2. §. interdum. D. de vulgar. l. ſi quis. 25. §. an nomina-
tim. 6. D. de adquiren. vel omitt. hæred. l. 5. C. ſoluto matrim. l. 1. §. 21. de col-
latione bonor.*) liberè, tanquam Dominus, diſponere, illudque ei, cui vole-
bat, aſſignare poterat: Imò etiamſi dupla hæc portio, annexa primogeni-
turæ, debita fuiſſet Iudæ ex legis, aut conſuetudinis, (quæ vim legis obti-
net, *l. de quibus 32. & l. diuturna 33. & l. Immo 36. D. de legibus ſenatuſque Con-
ſultis. Tertull. de corona milit.*) diſputatione; tamen Iacobus ei injuriam fe-
ciſſe dici non potuiſſet, quia Iudas venditionis Ioſephi particeps factus, fla-
gitio ſuo, ac proprio facto, promeruiſſet illo privari; Sed fortaſſis Iacobus in
conſideratione habuit, quod Iudas, quamvis plagii criminis conſcius & con-
victus, moderatior tamen præ reliquis fratribus extiterit, dum Ioſephum,
ne occideretur, Iſmaëlitis venundandum ſuaſit, quem hoc modo vivum
ſervavit, qui aliàs fuiſſet periturus; ac proptereà videtur Iacobus noluiſſe
Iudæ auferre omne jus primogenituræ; ſed præcipuam ejus partem, prin-
cipatum

cipatum & regnum, relinquere. Hæc providentiæ divinæ, & magni illius 21.
myſterii ac typi juſtitiam reddunt manifeſtiorem, & oſtendunt, Deum immortalem ſingularem ſuam, tum miſericordiam & clementiam, tum juſtitiam & æquitatem inſigni cum temperamento in eo declarare voluiſſe, dum aliquam juris primogenituræ partem, hoc eſt, ſacerdotium Levi, qui tamen non minus, ac fratres ejus natu majores, toto privari meruiſſet, ex gratiâ reliquit & aſſignavit: reliquam verò & præcipuam partem, nempe regnum, & regiminis adminiſtrationem, Iudæ, ad quem lege & ordine gradûs illa fuerat devoluta, ex juſtitiâ permitti voluit. Cum Cain jus pri- 22.
mogenituræ, propter fratricidium, perdidiſſet, Seth illud, lege & ordine naſcendi, conſecutus eſt. Hinc Chryſoſtomus *hom.* 20. *in Geneſin*, quærens, cur Caini genealogia prætermiſſa, Sethi natu minoris recenſeretur in ſacrâ ſcripturâ; Quia, *inquit*, primatum ſibi à naturâ datum, id eſt, primogenituræ dignitatem, ſuæ voluntatis malitiâ dehoneſtârat, & ipſe, & qui ex eo nati ſunt, catalogo ejiciuntur; Seth verò, quod ſibi naturâ negatum erat, id mentis dexteritate conſequitur, nempe in ſe transferens jus primogenituræ. Adonias Davidis filius, natu major Salomone, non eſt adeptus re- 23.
gnum jure primogenituræ: quia, *ut ait Pineda de rebus geſtis Salomonis lib* 2. *c.* 1. *v.* 5. inſolentiâ, & more impatientis ingenii, depravatione & culpâ meruit amittere, quod Salomon animi moderatione & ſobrietate obtinere meruit, ad ſe translatâ primogenituræ dignitate & honore. quod eleganter indicavit Ambroſius *apolog.* 1. *de Davide cap.* 6. Eo, *inquit*, uſque præcavit David, ut cum Adoniam filium regnum ſibi uſurpare comperiiſſet, & gerere conventus, non eum qui præripere geſtiebat, ſed eum, qui expectare, eligeret. In tranſitu notandum, quod nec Cain, nec Adonias, cum jure 24.
genituræ, proprio facto, cecidiſſent, ullos liberos, quibus jus quæſitum eſſe prætendi poterat, habuiſſe legantur, ideò nemini injuria facta, nec proximior, & à naturâ vocatus, excluſus dici poteſt. Et aliàs in lege Divinâ 25.
expreſſiſſimis verbis ſancitum & prohibitum, ne filius portet, aut luat, pœnam iniquitatis Patris. *Deut.* 24. *v.* 16. οὐκ ἀποθανοῦνται πατέρες ὑπὲρ τέκνων, καὶ υἱοὶ οὐκ ἀποθανοῦνται ὑπὲρ πατέρων, ἕκαστος τῇ ἑαυτοῦ ἁμαρτίᾳ ἀποθανοῦνται, non occidentur Patres pro filiis, & filii non morientur pro Patribus, unusquisque ſuo peccato morientur. 2. *Regum* 14. *v.*16. 2. *Paralipom.* 25. *v.* 4. *ubi eadem lex repetitur bis. Ezech.* 18. *v.* 20. *ubi dicitur.* ὁ δὲ υἱὸς οὐ λήψεται τὴν ἀδικίαν τοῦ πατρός. *Exod.* 23. *Auguſtin. quæſt.* 8. *ſuper Ioſuam. & in Epiſt. ad Vincent.* 48. *c. Iudæi. c. cum itaque. c.* 1. *&* 2. *q.* 4. Nam pœna debet tantùm criminis aucto- 26.
rem ſequi, & non egredi ejus perſonam. *l.* 22. *ſancimus. C. de pœnis. c.* 2. *de conſtitut. c. Romæ. in fine. de ſentent. excommun. c. quæſivit. de his quæ fiunt à majore parte. capit. l. crimen. l. abſentem. D. de pœnis. l.* 2. *§.* 2. *in filiis. D. de decurionibus. l. lege duodecim tabularum. C. de legat. hæredit.* Quocircà filius innocens, & jus primogenituræ adeptus, per prærogativam naſcendi, & legem, nunquam, propter crimen Patris, primogenituræ jure legitur in ſacro codice exutus & orbatus.

Si quis plura de jure primogenituræ apud Hebræos, & in lege divinâ, deque auctoritate ejus & excellentiâ, & proprietate, noſſe cupiat; oportet, ut adeat interpretes ad locum *Geneſeos cap.* 48. *v.* 18. *& ad alios ſacræ Scripturæ locos, ubi mentio fit primogenitorum. Inter cæteros vide gloſſam Liræ, Cornelium à Lapide, Abulenſem, Benedictum, Pererium, Cajetanum, Dipomanum, Iſtellam, Carolum, Sigonium, Petrum Cunæum de Rep. Iudæorum, & alios; item Auguſtinum Tornielium in annalibus ſacris, in tertia ætate, Anno Mundi* 2223. ubi jus illud apud Hebræos tria in ſe continuiſſe docet. 1. Suc- 27.
ceſſionem in Patris primatu atque honore, ita ut cæteri fratres, mortuo Patre, ipſi primogenito aſſurgere ac miniſtrare, tanquam Patri ac Domino,

 teneren-

tenetentur. 2. Facultatem accipiendi duplicem bonorum Patetnæ hæte-
ditaris portionem. 3. Prætogativam Sacerdotii, propter quam in ſolen-
nitatibus & conviviis publicis ſolebat, ſacerdotali veſte indutus, cæteris
benedicere, ac Deo hoſtias offerte. *Cornelius à Lapide in comment. capitis 26.
Geneſ. v. 31.* Jus ptimogeniti lege naturæ fuiſſe primum, *inquit*, quod etat
Princeps fratrum, eorumque quaſi Pater & Dominus, adeò, ut coram eo
ſe fratres inclinarent. *ut patet c. 27. v. 29. & c. 32. v. 35.* ſuccedebat enim
primogenitus in patriam dignitatem. Et hoc eſt, quod ait Iſidotus Pelu-
ſiota in catenâ, primogenitos ſucceſſiſſe in regnum, & in patriarchalem
dignitatem. Secundum, quod in diviſione hæteditatis paternæ ſinguli
fratres ſingulas partes, primogenitus vero duplices accipiebat, *ut patet
Deut. 21. 17. ita Theodor.* Tertium erat, quod poſt diluvium primogeni-
tus erat ſacerdos familiæ. Unde & in lege Moſi, Levitæ loco omnium pri-
mogenitorum Iſraëlis fuerunt electi ad ſacerdotium. *Num. 3. v. 12. Hac
Cornelius. Piſcator in Bibliis ad cap. Gen. 4. & 48. v. 6. & Exod. 19. v. 22. ubi*
28. *dicit*; Primogenitos ante inſtitutum cultum Leviticum adminiſtraſſe ſa-
cra. *Petrus Martyr. in Geneſ. cap. 25. v. 31. & 32. Ludovicus Lavaterus in
cap. Geneſ. 48. v. 18. Iohan. VVolphius in Deut. cap. 33. ſerm. 17. Hieronymus
in traditionib. Hebraicis in Gen. c. 27. & epiſt. 126. ad Euagrium. Thomas in cap.*
29. *epiſt. ad Hebraos 12. Chryſoſtom. in hom. 5. adverſus Iudaos. ubi*, primogeni-
tos, *ait*, poſtetiùs genitis honorabiliores eſſe oportet. *& Hom. 51. in Ge-
neſin. ubi dicit*, quod apud veteres ſummus honor etat primogeniruræ.
Honoratiotes eſſe & cariores primogenitos, *etiam Philo Iudaus dixit in A-
grippa oratione ad Cajum Caſarem. Plutarch. in vita decem Rhetorum. Ioſe-
phus cap. 6. l. 4. Johan. Andre. Cardinal. Floren. & Panorm. in cap. licet. extra
de voto. Alex. conſil. 162. lib. 2. Tiraquell. in præfat. de jure primogenit. n. 2.
& 12. Iohannes de Pineda de Solomonis Regis geſtis lib. 2. cap. 1. n. 2.* apud He-
btæos ſemper fuiſſe ſuum honotem, ſuumque Principarum primogeni-
turæ, *ait. Gen. 4. v. 7. & 25. v. 31. & 48. v. 3. Deut. 21. v. 17.* in quibus lo-
cis agitur de prætogativâ, & duplâ portione ptimogeniorum. *Pſal. 78.
v. 51. Pſalm. 105. v. 36.* vocatut primogenitus ἀπαρχὴ παντὸς πόνου αὐτῶ. *Exod.
13. v. 12. 13. & ſeq. & cap. 22. v. 29. 30. & cap. 34. v. 19. 20. Num. 3. v. 13.
& cap. 18. v. 15. Deut. 15. v. 19. Levit. 27. v. 26. Nehem. 10. v. 36.* ex iſtis
locis apparet, ptimogenitos tantæ dignitatis habitos, ut ipſi Deo conſe-
crati haberentur. *adde Prophet. Mich. 6. v. 7. Zach. 12. v. 10. Iob. 18. v. 13.
Pſal. 89. v. 28. ubi*, Deus de Davide dicit, κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτὸν, ὑψη-
λὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. *Rom. 8. v. 29. & Coloſſ. 1. v. 15. ubi* Chriſtus
vocatur κατ' ἐξοχὴν, πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Quod quidam interpretanrur,
Dominum & Principem, ut vocabulum iſtud accipitur, *apud Iob. dict. c. 18.
v. 13. quanquam Beza non videatur ſatis expreſſum, in notis majoribus ad d.
verſ. 15.*
30. Si hanc, quam Deus & veteres Patriarchæ, legiſlatorque Moſes, inſti-
tuerunt & approbarunt legem, ſi eam, quam illi obſervarunt, modera-
tionem, circumſpectionem, æquitatem & juſtitiam, in non temere aufe-
rendo, ſed ſatto tecto conſervando jute primogenituræ, his, quibus id jam
quæſitum etat ordine genituræ, in conſideratione & ante oculos habuiſ-
31. ſent Iudices illi, qui Fridericum Regem proſcripſerunt, publicatis ejus bo-
nis; non utique innocentes illius libetos, præſertim eos, qui nati fue-
rant, antequam Patet ipſorum proſcriberetut, aut ullius criminis inſi-
mularetut, per vim & violentiam, uſu juris primogenitutæ jam forma-
ti & radicati privaſſent, neque à ſucceſſione & poſſeſſione electoratûs,
ditionum, dignitatum, feudorum, regalium, quæ ipſis lege Aureæ Bul-
læ, pacto Majotum, inveſtiturâ, ordine naſcendi, jureque ſanguinis
debeban-

debebantur & acquiſita erant, armis infeſtis depuliſſent. Utinam hoc 32.
factum non fuiſſet; Imperium certe & Reſpublica Chriſtiana meliori
nunc loco ſtaret, & antiquâ libertate & quiete frueretur, nec tantis ca-
lamitatibus, rapinis, devaſtationibus, vexata, direpta, immerſa, & op-
preſſa conſpiceretur, tyrannide & injuſtitiâ ubique prævalente, & in-
nocentiam atque juſtitiam undique fugante & conculcante. Sed interfuit
dominationis, ſumma papaverum capita baculo decutere, & obſtantia con-
dendæ novæ formæ imperii impedimenta è medio tollere, exciſis omni-
bus, licet inſontibus, qui non eſſent ſervituti. *In Tacito legimus. an. 16. cap. 29.*
Quid Agrippino objectum, niſi triſtis Patris fortuna? quando & ille
perinde innocens Tiberii ſævitiâ cecidiſſet. Quid liberis Friderici objici 33.
poreſt, niſi fatum Patris? *Alamo Varienti ad cap. 13. Annal. Tacit. lib. 4. ad
verba, claritudine infauſti generis, & paternis adverſis foret abſtractus, in apho-
riſ.* 89. Bene ſpeſſo, *inquit*, auvienne, che la mala fortuna del Padre getto
a terra i figliuoli innocenti, & ſenza proprio delitto gli manda in eſtermi-
nio. *idem in aphoriſmo* 115. *ad Annal.* XVI. *lib.* Dal corſo impetuoſo del odio
del Principe non ſolamente è portato via il principal odiato da lui, ma
ancora tutti coloro, che ſi ſa eſſer ſuoi più dependenti, per innocenti che
ſiano. Sæpè accidere ſolet, ut adverſa Patris fortuna filios innocentes ever-
tat & atterat, atque in exitium, citra ipſorum propriam culpam, rapiat.
Per impetuoſum odii Principis torrentem, non ſolùm ille, quem is ſingu-
lari odio proſequitur, ſed etiam omnes hi, qui ab inviſo homine dependent,
quamvis innocentiſſimi ſint, in exitium abripiuntur. Sed redeamus ad no-
ſtram primogenituram.

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Ius primogenituræ in ipſo conceptionis momento acquiri, nec ullo modo, aut ratione adimi poſſe: illud apud omnes gentes in uſu & pretio fuiſſe, & primogenito regnum & Principatum tribuiſſe: quantum ad dignitatem, in naturâ; quantum verò ad ſucceſſionem individuam, tam in lege divinâ, quàm in jure poſitivo, fundatum eſſe. Primogenitum teneri cæteris Fratribus aliquid aſſignare in alimenta. Filiæ primogenitæ omnes Fratres præferri. Fœminas à feudi ſucceſſione communiter excludi.

CONSPECTUS.

1. Ius primogenituræ infanti, ſtatim in conceptione, acquiri.

2. Nullo tempore, nullâve ratione, per Patrem;

3. Neque per quamcunque poteſtatem, adimi poſſe.

4. Nullo jure induci poſſe privationem juris primogenituræ.

5. Iura naturæ & ſanguinis immutabilia eſſe.

6. Omnium gentium & populorum more receptum, ut primogenitus imperium, regnum, & Principatum habeat.

7. In feudo regali idem obtinere.

8. Sive regnum lege & conſuetudine, ſive per hæreditatem deferatur, utroque modo primogenitum ſuccedere.

9. Ius primogenituræ omnium regnorum, & illuſtrium familiarum, fulcrum habitum.

10. Apud omnes populos in ſucceſſione regni obſervatum.

11. Hodiè quoque ubique uſitatum, ut in iis, quæ ſunt dignitatis, primogenitus præferatur.

12. In regnis univerſi mundi natu majorem ſuccedere.

13. In Germaniâ, inter Electores & Principes, feuda dignitatum primogenito ſoli, & ſolido jure, deberi.

14. Sic

14. Sic in Galliâ inter nobiles primogenitum ſuccedere io Caſtro, qui Fraocorum vivere jure dicatur.

15. Sic io Hiſpaniâ nihil oſitatius majoratu.

16. Ius primogeniruræ, quoad dignitatem & ordinem præcedendi, eſſe juris oaturalis:

17. Quoad ſucceſſionem verò iodividuam, lege divinâ, geotium, & civili regulari.

18. Duo enim ejus fundamenta; naturam, & legem.

19. Prærogarivam naturæ, fulcrum eſſe prærogativæ juris.

20. Haoc prærogativam primogenitum habere jure divino, & gentium, accedente conſuetudine & lege.

21. Priorem tempore, etiam potiorem eſſe jure.

22. Ius ſnccedendi in dignitatibus in ſolidum, jure divino, canonico, & conſuerudinatio introductum.

23. Nefas eſſe dubitare quin juſtiſſimum habeatur.

24. Lege quidem naturæ, & civili, feudalique communi, filios æqualiter ſuccedere:

25. Romanorum certè legibus omoes liberos ex æquo vocari;

26. Nec ullam eſſe differentiam inter fæminas & maſculos, in herciſcundâ hæreditate.

27. Apud Germanos, Gallos, Anglos & Saxones, olim quoque ſucceſſiooem liberorum æqualem fuiſſe.

28. In Galliâ demùm, ſub Hugooe Capeto jus primogenituræ cæpiſſe.

29. Ubi jus hoc introductum, Ibi primogenitum ſuecedere ex aſſe, aſſignatâ cæteris io alimentum aliquâ portione;

30. Quæ in Galliâ Apannagium vocetur.

31. Primogenitum reneri aſſignare fratribus ſuis boneſta alimenta, ſecundum qualitatem perſonarum, & quantitatem bo oorum.

32. Legitimam in totum tolli ooo poſſe, attamen minui.

33. Aqud Langobardos primogenitum Regem, fratres ejus Duces vocatos, tradito in alimentum certo territorio.

34. In Galliâ idem quoque obſervari.

35. Sic in Germaniâ primogenitum Fratribus, & ſororibus ſuis, alimentariam portiooem aſſignare:

36. Et hoc pietati ejus convenire.

37. Io ſucceſſionibus, quæ jure primogeoituræ deferantur, filiæ primogenitæ nullum jos competere; ſed

38. Fratribus licet poſtgenitis extantibus.

39. Io pari enim gradu maſculis potiùs, quàm fæminis, dignitarem deferri.

40. Legem & conſuetudinem de primogeoito loquentem, non intelligi de primogenitâ.

41. Filiam primogenitam oon ſuccedere jnre primogenituræ, niſi id, vel lege, vel conſuetudine, inductum ſit.

42. Io ſucceſſione regni, & dignitatum, ſpectari jus primogenituræ regulariter io filio; irregulariter io filiâ.

43. In ſacrâ ſcripturâ loca de primogenitis intelligi de maribus rantùm.

44. Io feudis regalium dignitatum regulariter exelodi fæminam, ſive extent maſculi, ſive noo.

45. Licet hæredis oomen communiter complectatur etiam fæminas:

46. Tamen io feudali diſciplinâ ſolùm maſculos denotare;

47. Et quidem filios & deſceodeotes mares ex primo acquiſitore;

48. Etiamſi io inveſtiturâ dicatur pro hæredibus quibuſcuuque.

49. Regulam nempe communem eſſe, quod fæminæ feudorum ſint incapaces, & ipſo jure excluſæ.

50. Imò à jure commoni feudorum recedi, quando fæmina admittatur.

51. Tametſi feudum ab initio fæminæ conceſſum ſit, oihilominos, ſi maſculi poſteà nati fuerint, hos fæmiois præferri.

52. Fæminam ſemel excluſam, perpetuò manere excluſam.

53. Caoſæ cur fæminæ à feudis removeantur, apud feudorum commeodatores legi poſſe.

ATque ex his, ut opinamur, ſatis apparet, in quanto pretio
apud Hebræos, & in lege divinâ, jus primogenituræ,
quamque ſacroſanctum & inviolabile habitum fuerit,
quodque nulli, cui illud acquiſitum erat, auferri potuerit;
& optimâ ſanè cum ratione, quia hæc prærogativa & ſucceſſio ordinis, dignitatis, ac præeminentiæ, immutabili
1. decreto naturæ, & lege naſcendi introducta, ſancita &
firmata, infanti primogenito, ſtatim ac in utero conceptus eſt, in proprietatem & peculium traditur, & jure contractûs cum naturâ ſtipulante ut ita dicam initi, acquiritur, ita ut, neque à Patris voluntate, beneficio, & facto,
mille

mille mutationibus obnoxio, neque ab hæreditario ambulatorio, & alienabili, jure dependeat, aut ullo tempore, ullâve ratione, ſive paciſcendo, 2.
ſive teſtando, ſive renunciando, ſive propter crimen Patris, adimi poſſit. *Tiraquell. de jure primogen. quæ. 21. & quæ. 26. n. 5. Bald. conſil. 389. quod incipit, conſuetudo. lib. 2. n. 16. Natta conſil. 501. n. 61. lib. 3. Gomez. ad l. Tauri. 40. n. 81. Menoch. conſ. 599. n. 3. Raudenſis reſponſ. 1. n. 29. Molin. de Hiſpan. primogenit. lib. 1. cap. 8. tex. in c. 1. ibi Bald. de natur. feudi. gloſſ. in l. Barbarius Philippus. D. de officio Prætor. ſicut allegat Iacob. Omphalius lib. 1. Civil. Politiæ cap. 80. n. 7.* dicens, primogenituræ jus per quamcunque poteſta- 3.
tem adimi cuipiam ſine cauſæ cognitione non poſſe; nec Patrem quacunque etiam diſpoſitione debitum filio primogenituræ jus, ſive prærogativam primogenituræ adimere poſſe, etiamſi in ſacris Stipturis non deſint exempla contraria, *per Felin. Ioan. Andr. in c. licet. extr. de voto, & in c. ſi heredes. extr. de teſtam. l. nemo poteſt. D. de legat. 1. ibi Iaſon. Baldum in Auth C. communia de legat & fidei com. qui ſcriptum reliquerit*, nullo jure induci poſſe pri- 4.
vationem juris primogenituræ, *niſi ſecundum C. licet. Lanc. in templo omnium Iudicum l. 1. cap. 1. §. 4. rubrica, primogenituram. n. ultim. ubi Lieirierum ample hanc materiam diſputantem, tandem, diſtinguendo, & adducendo communes opiniones, concludere, ait*, jus primogenituræ non poſſe omni caſu adimi. *Hinc Chryſoſtomus Hom. 20. in Geneſin*, Caino primatum, id eſt, primogenituræ dignitatem, á naturâ datam fuiſſe, *ait, ſicut ſupra intelleximus*: Eandem ab eâdem naturâ Dominâ Eſavo traditam, *alibi ſcribit, Homil. 50.*
At jura naturæ, & ſanguinis, immutabilia ſunt, & tolli vel dirimi nequeunt 5.
ullo alio jure. *§. ſed naturalia 11. Inſtit. de jure naturali gent. l. jura ſanguinis. D. de regul. jur.*

Apud alias nationes, gentes, ac populos, hæc ſucceſſionis prærogativa,
non minùs, quàm apud Hebræos & Judæos, in uſu & æſtimatione fuit. Et 6.
quidem jure omnium gentium primogenitos in regna & principatus ſuccedere, prærogativâ à naturâ ipſâ, & ab ordine naſcendi inſinuatâ, probatur experientiâ, hiſtoriarum monumentis, & Scriptoribus, tam veteribus, quàm recentibus. Hoc *Pater antiquitatis Herodot. l. 7.* omnium populorum æque commune jus appellat, νομιζόμενον πρὸς πάντων ἀνθρώπων, τὸ πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, mos omnium gentium eſt, ut natu maximus Imperium habeat. *Petrus Gregor. de Rep. lib. 7. cap. 5. n. 2.* ex conſuetudine, *inquit*, fere juris gentium univerſa imperia, regna, principatus ad unum devolvuntur: quia & ita experientia docuit, magis Reipublicæ, paci, & tranquillitati ſubditorum expedire; & comprobavit primogenitum, & eo deficiente ſequentem, ſi primus decedat ſine liberis. Hanc ipſam rationem Artabarzanes Darii filius natu maximus, jure ſuo regnum Perſarum ſibi poſtulans, adducit, quia, *ut dictum eſt*, apud univerſos homines inſtitutum ſit, ut maximus natu liberorum obtineat Principatum. *Herodot. lib. 7. Iuſtin. lib. 2. ubi ait.* Artabarzanes, maximus natu, ætatis privilegio regnum ſibi vindicabat, quod jus & ordo naſcendi, & natura ipſa gentibus dedit.
Cujacius in tit. 9. lib. 1. de feudis, dicit, juris gentium eſſe, ut majori natu ce- 7.
dat regnum, & rationem idem exigere in regali feudo, quod ſcilicet à Rege directò proficiſcitur, quodque qui obtinent, ſint veluti reguli quidam. *Gregor d. n. 7.* Conſuetudo jam, *inquit*, regulariter obſervat, ut non tantum regna, ſed etiam ducatus, Marchionatus, ſimileſque dignitates non dividantur, ſed primogenito, vel proximiori deferantur. *c. 1. §. præterea De prohibita feudi alienat. per Frideric. ibi Bald. Afflictus, & alii.* Sic Perſeus, Philippi Macedonum Regis filius, *ait*, jure gentium, & vetuſto Macedonum more, & ordine naturæ, majorem natu filiorum in regno ſuccedere.
Livius lib. 40. cap. 13. Diodor. Siculus lib. 16. Et hoc verum eſt, tam in regno 8.

legitimo,quam hæreditario,tam in ſucceſſione lineali cognaticâ,quàm ag-
naticâ. Peregrinus de jure fiſci lib.1.cap.qui jura fiſcalia habent. n.48. Harprecht.
ad tit. Inſt. de ſucceſſ. ab. inteſt. princip n.102. VVilhelm. Ranchinus tract. de ſuc-
ceſſion. ab inteſtat. §. 10. n. 1. Tiraquel. de jure primogenit. in præfat. n. 35. Bo-
dinus 6. de Rep. cap. 5. Everhardus à VVeihe; de ſucceſſ. prærogat. quæſt. 6. Gre-
gor. d. l. 7. de Repub. c. 5. Chriſtoph. Beſold. de ſucceſſ. Regiâ. lib. 1. diſſertat. 4.
n. 6. Alſted. Encyclop. l. 23. Politica c.3. n. 43. ubi dicit, In regnis hæreditariis
primogenito deberi ſucceſſionem jure gentium : legemq; jure primogeni-
turæ, qnoad ſubſtantiam, eſſe juris gentium. In lib.25. Theol. ſect.3. loco 16. di-
cit, jus primogenituræ faciebat ad axioma familiæ, quod quidem ut conſer-
vetur, jure gentium ſancitur. Arnoldus Engelbr. de ſucceſſione in Electoratibus
9. ex jure primogenituræ, in principio, ſic incipit: Jus primogenituræ, inquit, ab
omni ferè ævo, & apud cultas quaſque gentes unicum fulcrum, aut vincu-
lum, omnium regnorum, & illuſtrium familiarum, habitum. Et ſanè hoc
jus primogenituræ inviolabili & perpetuâ lege legitur obſervatum ab Æ-
gyptiis. Sic Exod. 11. v. 5. ἀπὸ πρωτοτόκου Φαραὼ, ὃς κάθηται ἐπὶ θρόνου. à primoge-
nito Pharaonis, qui ſedet in ſolio ejus. Adde Juſtin. lib. 16. & lib. 34. Pauſan.
10. lib. 1. Non minùs apud Moabitas, apud Græcos, Trojanos, Macedones,
Perſas, Medos, Parthos, Syros, Germanos, Gallos, Hiſpanos, Anglos,
Scotos, Numidas, Pannones, Scythas, Arabes, Siculos, Apulos, Latinos,
Allobroges, Gothas, Vandalos, Cimbros, alioſque Populos primogeni-
turæ jus in ſucceſſione regni & imperii obſervatum legimus. 2. Paralipom.
21. v. 3. 2. Reg. c. 3. v. ultimo. Herodot. in Terpſichore, in Euterpe, & Polymnia.
Plutarch. de charitat. frater. & in vitâ Ageſilai & Artaxerxis. Diodorus Sicu-
lus lib. 1. Virg. lib. 1. Æneid. Procop. de bello Perſico lib. 1. & lib. 3. de bello Van-
dalico. Iornand. in hiſtor. Gothorum. Plinius lib. 5. c. 12. Juſt. Lipſius in monit.
Polit. lib. 2. c. 4. Strabo lib. 15. Choquir. theſaur. Polit. aphoriſ lib. 1. c. 2. Xeno-
phon. lib. 8. Pædia Cyri. ubi Cyrus Cambyſi primogenito regnum dedit. Pine-
da de geſtis Salomonis lib. 2. c. 1. in 2. Barclaius lib. 3. contra Monarchoma-
chos. Ioannes Lecirir. de primogenit. quæſt. 13. lib. 1. Aroſius tom. 11. inſtit. mo-
ral. lib. 2. c. 2. Tiraquell. in præfat. de jure primogenit. n. 23, 24, 25. ſequent.
Ioan. Magius lib. 16. hiſt. cap. 12. Hinc benè Baldus, ſemper par, inquit, fuit,
& ſemper erit, quod primogenitus ſuccedat in regno. in l. ex hoc jure, co-
11. lum. 2. v. 4. quæritur. D. de juſtit. & jure. Et ſanè, ait Tiraquell. d. Præfat. n.35.
noſtris quoque temporibus, apud omnes gentes, conſuetudo eſt, & ea qui-
dem à jure approbata, ut in his quæ ſunt dignitatis, primogenitus cæteris
præferatur, ut not. in cap. licet. ubi gloſſ. Hoſtienſ. Iohan. Andr. Panor. & alii.
de voto. Martin. Lauden. in tractat. de primogen. Tiraquell. d. n.35. innumeros
12. accumulat. Roſenthal. de feud. concluſ. 55. n. 11. Planè, inquit, in regnis mun-
di univerſi, conſuetudine approbatum videmus, ut in iis primogenitus,
aut natu major ſuccedat, ſicut & hiſtoriæ teſtantur, & ex Juris conſultis
multi affirmant. Laud. in cap. mulier. n. 1. & ibi etiam Præpoſitus; ſi de feud.
defunct. controverſ. fuerit. Lælius Zech. de Principat. adminiſtrat. lib. 1. cap. 3.
n. 3. ubi dicit: ex conſuetudine omnium ferè gentium ſervari, ut unus tan-
tum ſit Rex, & is primogenitus. argum. cap. in apibus 7. quæſt. 1. cap. 1. §.
13. Præterea. de prohibit. feud. alien. per. Frider. In Germaniâ Electores, Duces,
& Principes, feuda Imperii, quæ illuſtri & auguſto dominii & dignitatis
titulo agglutinata ſunt, jure primogenituræ, adminiculante inveſtiturâ &
lege, obtinent, ideoque primogenitus ſolus ea poſſidet ſolido & meritiſſi-
mo jure. Aurea Bulla tit. 7. niſi aliud conſuetudo & familiarum inſtitutum,
τὸ εἰθισμένον τῆς γενεᾶς ſuadeat, Knichen. in comment. in jus Saxon. litis provoca-
tor. verbo. Ducem Saxoniæ. cap. 3. Nicolaus Intrigol. de feudis quæſt. 39. n. 2. tex-
tus vulgar. in c. licet. de voto. Borcholt. de feud. cap. 2. n. 43. Arnold Engelbrecht.
de

de ſucceſſione in Electoratibus ex jure primogenituræ ad tit. 7. Aurea Bulla. In 14
Galliâ inter nobiles ſuccedit primogenitus in caſtro, ſeu manſo antiquo,
& in eo ſimul terræ ſpatio, quod circa eandem eſt domum: vocant vulgò,
le principal manoir, & le vol du chappon, quia ejus ambitus volatu caponis
æſtimatur, idque eſt Francorum vivere jure. *Choppin. de legib. Andium lib. 1.
tit. 32. n. 1. Contius de feud. c. de ſucceſſion. feud. Molin. conſuet. Pariſ. §. 1.
gloſ. 4. §. principal manoir. Beſold. de ſucceſſion. reg. lib. 1. diſſert. 4. n. 3. Honorius in relat. de regn. Gall ubi ait;* hic mos non ſolùm in regno Galliæ, ſed
in domibus magnatum receptus eſt, ut primogenitus totam capiat hæreditatem; cæteri verò tantum habeant, quantum vitæ ſuſtentandæ ſatis
ſit. Sic nihil frequentius, crebrius, ac vulgatius apud Hiſpanos, quàm jus 15.
præcipui, quod illi majoratum vocant. *Convarruv. variar. reſolut. l. 3. cap. 5.
Molin. l. 1. de primogen. cap. 3. qui integrum tractatum de Majorat. Hiſpan.
ſcripſit. Melchior Pelaez. in tractat. majorat. Rodericus Suarez in tractat. quæſt.
de majoratu. Burgenſis à pace, in proœmio legum Taurinarum. Roſenth: de feud.
cap. 1. concluſ. 11. n. 2. & in gloſſ. e.* Obiter hîc notandum, jus præcipui ſive
majoratum ita conſtitui poſſe, ut ſemper natu maximus, majorque ætate,
etiam ex geniculo remotiore, ſuccedat; idque eo præcipuè fine, ne unquam tutelæ locus ſit, ſed proprios ſemper Dominos habeat Principatus;
*ut ex Betſio de pactis illuſt. familiar. cap. 8. ait Beſoldus de ſucceſſion. reg. d. D. diſſ.
4. n. 12. Socin. conſil 47. fol. 3. Arius Pinell. in l. 1. de bonis matern. part. 3. n. 95.
96. ſequent.*

Sciendum præterea eſt, jus primogenituræ, quoad dignitatem, & ordi- 16.
nem, ac auctoritatem præcedendi, eſſe juris naturalis; Nam ſtatim ac exiſtere & ſpirare incipit primogenitus, à naturâ ipſâ hunc characterem ſibi
traditum & innatum accipit, ut ſit dignior & prior in ordine & gradu. *arg.
leg. ſemper. D. de jure immun. Tiraquell. de jure primog. quæſt. 30. n. 7, 8. ſequent. Roland. à Valla conſ. 39. n. 49. volum. 4.* Quantum autem ad ſucceſ- 17.
ſionem individuam in Principatus, in Imperia, in feuda, excluſis fratribus
& ſororibus; tunc jus primogenituræ, tam ex lege divinâ, quam humanâ & civili, non autem à jure naturæ deſcendit. Nam duo omninò pri- 18.
mogenituræ fundamenta, Natura & lex, *ait Engelbrecht. de ſucceſſ. in Elect.
in princip.* Natura, quia eo ipſo, quo quis primo loco, primus ætate, primus
ſtirpe, inter fratres conſtituitur, naturæ prærogativam habet. Lex, ſive ſtatutum, ſive conſuetudo, quæ hunc naturæ ductum adeò venerata eſt, ut
eidem illi loco, eidem ætati, eidem ſtirpi omnes quoque prærogativas juris tribuere æquum cenſueverit. Conſequens autem huic fundamento eſt, 19.
quod itaque prærogativa naturæ, unicum & unum ſit fulcrum prærogativæ juris, neque fieri poſſit, ut alius primogenitus juri, alius autem naturæ
cognitus ſit. *Et paulo poſt:* Prærogativa naturæ, *ait*, eſt fundamentum prærogativæ juris, naturæ autem prærogativa eſt immutabilis, ipſo nativitatis momento adquiritur, tempore ſucceſſionis non mutatur, quin imò
nulli competit, nec unquam competere poteſt, niſi qui eum naturæ locum
ſemel occupavit, aut inter deſcendentes ex eo ordine eſt; illo autem deficiente, tum demum natura per fictionem ſuppletur, & ſecundogenitus, aut
ſuo ordine tertiogenitus pro primo habetur. Igitur & prærogativa juris immutabilis ſemper erit, nec itaque in perſonâ Nepotis variabitur. *Hac ille.*
Primogenituræ uſus, *inquit Iacob. Omphalius Civilis Politicæ l. 1. c. 80. n. 1.*
quædam dignitas, ſeu prærogativa, apud veteres fuit introducta jure gentium. *referente Bartol. in l. interdum. D. de conditione indebiti. ibi quoque Angelo, & Fulgoſio in l. ex hoc jure. D. de juſtitia.* & jure divino, hoc eſt, jure teſtamenti veteris. *Gen. 25. & c. 43.* etiamſi ad illud acceſſerit conſuetudo.
Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. in c. licet. extra, de voto. Iaſon. in l. nemo. D.

de legat. 2. Baldus in l. cum in antiquioribus. C. de jure deliberandi. Ioan. Leſi-
rier de primogenit. lib. 1. quæſt. 1. & 16. n. 5. & lib. 2. quæ. 21. Parſius conſil.
20. 72. n. 69. 70. Hinc primogenitus jus habet prærogatum lege divinâ;
Deut. 21. & jure gentium & poſitivo, ut latè probat Oldra. conſil. 94. Duare-
nus ad l. nemo poteſt. D. legat. 1. Ægidius de Roman. de regimin princip. part. 3.
lib. 3. cap. 5. ad finem. Zaſius conſil. 8. n. 11. lib. 1. Ludovicus de Molina. lib. 2.
primogenit. cap. 10. Ioan. de terrâ rubeâ in 1. tractat. in 2. articul. in rubricâ de
21. juribus primogenit. in prin. ubi dicit, in juribus realibus priorem tempore
eſſe potiorem jure, C. qui potiores in pign. hab. in regul. qui prior. l. quoties. de
rei vindic. Sed ſucceſſiones & dominia regnorum eſſe jura realia, igitur
cum primogenitus, ratione primogenituræ, in nativitate mox fiat Domi-
nus, ipſum eſſe, & eſſe debere priorem in jure hoc, cum ſit tempore prior:
& ſic patere, jus primogenituræ fulciri etiam civili ratione, etiam oratione
morali, & ex meliori bono communi. Lancell. in templo omnium Iudic.
22. lib. 1. cap. 1. §. 4. rubr. Primogenituram ſtatuere. n. 4. Tale jus, inquit, & ju-
re divino & canonico, & conſuetudinario, inductum, non ſolùm, quoad
ſucceſſiones regnorum, Ducatuum, Marchionatuum, Comitatuum, quæ
ad dignitatem pertinent, & dividi non poſſunt, ſed etiam quoad alias ſuc-
ceſſiones. Cardi. Tuſchus. concluſ. 151. n. 2. tom. 3. ex Abbate conſ. 3. verſ. ve-
nio ad ſecundum. lib. 2. lege divinâ, inquit, introductum, ut ſuccedat primo-
genitus. item lege canonicâ. c. licet. de voto. item lege feudali. c. imperia-
lem. § præterea. de prohibit. feud. alienat. item jure conſuetudinario. & eſt
bonum publicum. Nicolaus Reuſn. conſ. 8. n. 19. 20. & ſeq. lib. 3. ubi dicit,
jus primogenituræ ab inſtituto divino eſſe, & cum jure naturali, humano,
23. gentium, canonico, congruere, ut nefas ſit dubitare, quin quoad jus poli &
fori, præſertim, ſi ex legis auctoritate introductum ſit, juſtiſſimum habea-
tur. Secundum Soarez. in l. 3. quod ſcitis prioribus. limit. 2. n. 16. C. de inoffi-
cioſ. teſtam. Bart. in l. 2. n. 28. C. quæ ſit longa conſuet. Doctores cum gloſſ. in c.
Quæ in Eccleſiarum. de conſtit. plures accumulat ibid Reuſner. & addit, n. 24.
Publicum bonum & commodum verſari in hoc ipſo jure primogenituræ.
24. Ipſa quidem lege naturæ & civili communi, jure etiam feudali commu-
ni, filii omnes, nullo ætatis diſcrimine, Patri æqualiter ſuccedunt. Ariſt.
in Ethic. l. cum ratio. in pr. D. de bon. dam. l. ſcripto. in fine. D. unde liberi; ibi,
liberos natura ſimul, & parentum commune votum. & l. 1. C. eodem. l. penult.
C. communi dividundo. Inſtit. de hæreditat. quæ ab inteſtato deferuntur. per tot.
l. in ſuis. 11. D. de liberis & poſthumis. l. ut liberis tam maſculini. 17. C. de colla-
tionibus. l. ſi major 4. C. communi dividundo. l. cum oportet. §. non autem. 2. in
fin. C. de bonis quæ liberis in poteſtate. l. cum Pater 77. §. Pater pluribus 21. D. de
legat. 2. ubi notant Dd. rationem, quia nempè pater præſumatur filios ex
æquo diligere. l. inter filios & filias bona inteſtatorum Parentum pro viri-
libus portionibus æquo jure dividi oportere, explorati juris eſt. 11. C. fami-
liæ erciſcundæ. Fœtus ſuos, inquit Seneca lib. 9. c. 67. non diſtinguunt feræ,
25. & ſe in alimentum omnium ſternunt. Aves ex æquo partiuntur cibos. Ro-
manorum certè legibus omnium liberorum partes hereditariæ putantur
æquales, ait Andr. Knichen. comment. in jus & privilegium Saxon. litis pro-
vocatoriæ neſcium. cap. 3. ex Choppino de legibus Andi. in progymnaſm. part. 2.
c. 3. n. 4. Hinc Iuſtinianus in Novella 22. cap. 48. Parentes hortatur, ut in
teſtando æqualitatem inter liberos ſervent; quia lex, mortuis inteſtatis Pa-
26. rentibus, liberos omnes ex æquo vocet. Nec eſt ulla differentia inter fæmi-
nas & maſculos, quando quæſtio eſt de erciſcundâ hereditate paternâ. §. ſed
hæc quidem vetuſtas. Inſtit. de exhær. liber. in Authen. defuncto. C. ad Tertull.
l. maximum vitium. C. de liber. præteri. Authen. in ſucceſſione. C. de ſuis & legi-
timis liberis. l. mulier an maſculus. D. ad Senatuscon. Trebellian. l. penult. C. qui

bonis

bonis cedere poſſ. l. lege XII. *tabularum. C. de Legit. hæredit. libr. feudor.* 1 *tit.* 1.
§. 2. *& tit.* 8. *§.* 1. *de ſucceſſ. feudi. lib.* 2. *t.* 11. *de ſucceſſione fratrum. & tit.* 50.
de naturâ ſucceſſionis feudi. in quibus textibus continetur, quod feudum æqua-
biliter inter fratres dividatur: hoc intelligendum eſt de feudis, in quibus
jure Langobardorum, non Francorum ſucceditur, id eſt, ubi jus primogeni-
turæ, vel præcipui, locum non habet. Sic apud Germanos, antiquiſſimis
temporibus, ſucceſſio liberorum æqualis fuit, etiam apud Gallos, Anglos, 27.
Saxones. *ut apparet ex legibus Aleman. tit.* 88. *Saxonum. tit.* 7. *Anglia. tit.* 6.
imò jure Saxonum, minori etiam electio debetur. *gloſſ.* im Lehenrecht/ *art.* 29.
Apud Francos in tertiâ demùm familiâ, ſub Hugone Capeto, jus primo-
genituræ incepit, & ſub Philippo tertio jura appanagii anteà incognita ori- 28.
ginem habuere. *Ioan. Serr. in Invent. in vitâ Hugon. Capeti. Choppin. de doman.
t.* 3. *lib.* 2. *n.* 2. Hinc factum, ut illis temporibus regna & Principatus ſæpe di-
viderentur, & Patrui Nepotes ſæpè excluderent, vel cum illis ad ſucceſſio-
nem & herciſcunda regna admitterentur, quæ res magnorum motuum,
turbarum, & bellorum cauſa fuit. Tandem jus Francorum, ſeu primoge-
nituræ, introductum & ſtabilitum, inprimis verò in electoratuum ſucceſſio-
nibus, à Carolo IV. confirmatum, declaratum, & roboratum fuit. Ubi au-
tem jus primogenituræ, ſeu ſucceſſio individua primogeniti, lege publicâ, 29.
vel edicto ſucceſſorio, vel pacto, & conſuetudine, ſtabilita & introducta eſt,
tunc primogenitus tantùm ſuccedit, & quidem ex aſſe. *Molin. de primog.
Hiſpan. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 2. *Knichen. d. cap.* 3. & hoc caret omni dubitatione. Cæ-
teris autem liberis, ne careant legitimâ ſuſtentatione & alimentis, aſſigna-
tur aliquid, quod vulgò in Galliâ Apannagium vocatur, veluti pro pane
quotiano, id eſt, pro uſu & alimentis conſtitutum. *Franciſc. Ripa. in repet. l.* 30.
in quarta colum. 25. *n.* 133. *verſ. & licet in regno. D. ad l. Falcid. ſicut tradit Ti-
raquell. de primogenit. quæſt.* 5. *n.* 4. *Prateus & Calvinus in lexicis, ubi ajunt*,
dici quaſi abbannagium, π in β mutato, quaſi quis partem excluſoriam di-
cat, non à pane quotidiano, ut volunt Pragmatici: & hoc congruit cum
voce Germanicâ abbannung. *Alſtedius Encyclop. lib.* 23. *d. cap.* 3. *& n.* 43.
Reliquis tamen, *inquit*, filiis quædam ditio, honeſtave conditio danda, ne
ſortè ſeditionem moveant. Eſt enim juris naturæ, ut fratres hæreditatem
inter ſe partiantur. *Lancell. in templ. omni jud. lib.* 1. *cap.* 1. *§.* 4. *rubric. Pri-
mogenituram ſtatuere. n.* 10. *ubi dicit*, Primogenitum teneri aſſignare aliqua
bona aliis fratribus, ex quibus poſſint honeſtam vitam ducere, inſpectâ 31.
qualitate perſonarum, & quantitate bonorum, ſeu hæreditatum. *& ita con-
cludere Dd. in c. licet. De voto.* Beatum etiam Bernhardum conſultum ſuper
diviſione cujuſdam hæreditatis paternæ in hæc verba reſpondiſſe: Ubi filii
ſint nobiles, melior eſt quandoque aliorum filiorum diſperſio, quàm hære-
ditatis diviſio: Ubi ſint laboratores, faciant ut velint: Ubi ſint mercato-
res, tutior eſt diviſio, quàm communio, ne infortunium unius, alteri im-
putetur. *addit denique ex Leſirier.* alimenta omninò præſtanda eſſe à pri-
mogenito aliis fratribus, atque hoc ſufficere, præcipuè quia communis opi-
nio ſit, ut licet per ſtatutum legitima in totum tolli non poſſit, minui ta- 32.
men poſſit. *c. Raynutius. de teſtament. & ultim. volunt.* Sic Langobardi pri-
mogenitum quidem conſtituerunt Regem, fratres Duces vocarunt, tradi- 33.
to in alimentum certo territorio. *Choppin. de doman. tit.* 1. *lib.* 1. *n.* 74. In
Galliâ ſecundogenitus, & reliqui fratres, fratrumque filii, regiæ dignitatis 34.
& tituli expertes ſunt; & vel Duces, vel Principes, vel Comites, adſigna-
tis certis Provinciis nominantur. *Idem Choppin. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 9. Sic in Ger-
maniâ primogenitus, qui Electoratum & Principatum cum dignitate & 35.
juribus connexis ſolus conſequitur, tenetur fratribus & ſororibus alimen-
tariam portionem adſignare. *c.* 24. *Aurea Bulla. §. decernimus igitur. arg. l. t.*

de tutelis & rationibus diſtrahendis. Deeian. conſ. 9. n. 47. vol. 1. Purpurat. conſil. 317. n. 10. ut citat Kniehen in comment. ad jus Saxonic. litis provocat. ne-
36. *ſcium. verb. Ducum Saxoniæ, c. 3. in medio.* Ad pietatem igitur primogeniti hoc caſu pertinet, *ut ait Iacobus Omphalius civilis Politices lib. 1. cap. 80. n. 17.* ſingulari animi atque naturæ bonitate, providere, ut pro perſonarum & rerum qualitate, omnia ſuis fratribus communicare velit, quæ vel ad vitæ uſum, vel liberalem inſtitutionem, vel ingenii gloriam, etiam laudis dignitatem pertinebunt. *Hoſtienſ. Ioan. Andreas. d. c. licet. extra, de voto. Martin. Laudenſis de primogenitura.*

37. Obſervandum verò eſt hoc loco, quod, ubi bona aliqua, ſive Principatus ſive regnum, ſive feudum & regalia, lege, vel conſuetudine, vel ex pacto & contractu, deferuntur primogenito: filiæ primogenitæ nullum ad ea jus comperat, quando ſecundogenitus, aut ex eo ſucceſſor ſupereſt; imò om-
38. nes fratres poſtgeniti præferuntur ſorori adultiori & natu majori. *Bald. in l. 1. D. de Senator. & in l. in multis. D. de ſtatu homin. Roman. conſil* 89. *Covarruv. dict. lib. 3. variarum reſolut. cap. 5. n. 5. ubi plures allegat. Tiraquell. de jure primogenit. quæſt. 10. n. 15, 16. & quæſt. 11. n. 5. Guid. deciſ.* 485. *Decius conſil.* 15. *& conſil.* 310. *&* 515. *Anton. Rubeus. conſil.* 71. *Petrus Peralta, in l.*
39. *Titia, cum teſtament. de legat. 2. n. 5.* In pari enim gradu potiùs maſculis defertur dignitas, quàm fæminis; adeò ut maſculus, etiam minor, præferatur fæminæ primogenitæ. *Bald. in l. ex hoc jure. Abbas in cap. dilecti. colum. 3. de arbitr. Decius in l. 2. D. de reg. jur. n. 47. Covarruv. dict. n. 5. verſ. ſexto alia*
40. *item. Card. Pariſ. conſ. 72. n. 70. lib.* 4. Imò, lex, ſtatutum, & conſuetudo, loquens de primogenito, non intelligi debet de primogenitâ, quia hæc non poteſt ſuccedere jure primogenituræ, niſi id expreſſis verbis, lege, ſtatuto, & conſuetudine, ſancitum & ordinatum ſit. *Iacob. à ſancto Georg. in l. antiquioribus. colum. penult. verſic. an autem filia. C. de jure deliberandi. Martini Laudenſ. in tractat. de primogenit. lib. 2. quæſt. 20. colum. 2. verſ. certè*
41. *credo. ubi, in variâ Iuriſperitorum opinione, ipſe concludit*, filiam primogenitam, ſive maſculi liberi exſtent, ſive non, in regnum jure primogenituræ non ſuccedere, niſi id, vel privilegio, vel conſuetudine, inductum ſit. *Ioannes Lecirier. l. 2. in 12. articul. tit. 1. Lancellot. in templo omni. Iudic. lib. 1. cap. 2. §. 1. de origine Regum. n. 22, 23. Paul. Pariſ d. conſil. 72. ad veram reſolutionem. n. 168. & ſeq. lib. 4. Tiraquell. dict. quæſt. 10. n. 16. ubi poſt multos relatos,* eſt igitur, *inquit*, firma conſtanſque ſententia, quod conſuetudo, vel ſtatutum, præferens primogenitum in ſucceſſione, non intelligitur in fæmininâ. Quod tamen intelligendum eſt, ſi maſculus exſtat, ut videlicet huic etiam poſtremogenito non præferatur filia primogenita; ſed qui ex maſculis primogenitus eſt, præfertur tam fæminis primogenitis, quàm cæteris maſculis, *ut declarare dicit idem Tiraquell. Iacobum de Arenâ in l. Lucius. §. quæſitum. D. de legat. 3. & Guidonem Papo. deciſ. 506. in contract. matrimon. Abbas in cap. delicti. n. 11. de arbitr. Laudenſ. in tract. de primogenitura.*
42. *quæ. 11. Alſtedius d. cap. 3. n. 47. in fine.* In ſucceſſione regni ſpectatur jus primogenituræ, regulariter in filio, irregulariter in filiâ, apud eos ſcilicet, qui fæminarum imperium ferre didicerunt, linea maſcula deficiente. *Lancell in ſpecul. omn. jud. lib. 1. cap. 2. §. 1. ubi docet,* in dignitate, putà regno, Comitatu, Ducatu, vel ſi quid ſimile, ex conſuetudine communi, jure approbatâ, ſuccedere ſolum primogenitum maſculum, & eo decedente ſine
43. filiis, ſecundogenitum: maſculis autem non extantibus, fæminam. In Sacra Scripturâ loca de primogenitis intelliguntur tantùm de maribus, non autem de fæminis: *ut apparet ex Exod. cap. 13. v. 12, 13, 15. & cap. 34. v. 19. Deuter. 15. v. 19. & Levit. cap. 12. v. 6. & Numer. cap. 8. v. 16. Luc. 2. ubi dicitur*, πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, quæ eſt explicatio illius quod in veteri teſtamento

teſtamento dicitur. *Exodi 13. v. 2.* conſecra mihi omne primogenitum,
quidquid aperit vulvam. *v. 12. ibidem,* reſtringitur expreſſè ad maſculos.
Et hoc maxime verum eſt in feudis, in his præſertim, quæ regalem di- 44.
gnitatem & adminiſtrationem juriſdictionis & imperii conſociatam ha-
bent, in quibus regulariter fæmina excluditur, ſive extent maſculi, ſive non.
*c. 1. §. ad filias. De ſucceſſ. fratr. cap. 7. §. filia vero. de ſucceſſ. feud. cap. 1. §.
& quia vidimus. verſ. hoc autem notandum. de his qui feud. dare poſſunt. l. fæ-
mina. ubi Bart. & Decius de Reg. Alvarot. n. 1. Zaſius in Epitom. feud. part. 8.
n. 36. communem dicit. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 52.* vocat certiſſimum
juris axioma. *Mynſing.* apertam regulam in jure feudali, *cent. 5. obſervat.
73. n. 5. Baldus in l. quoties 12. n. 7. verſ. dic quod mulier. D. de ſuis & legitim.
affert quinq; rationes. earum meminit Curt. Iunior in tractat feudal. part. 3.
memb. 1. n. 1. & eas recenſet & explicat Roſenthal. cap. 7. conſil. 31. n. 2. in
gloſſ. b. c d. e. f. g. h. Menoch. conſ. 331. n. 29. & conſ. 391. n. 7.*
Licet hæredis nomen ab homine prolatum, ampliative veniat maſcu- 45.
los & fæminas complectens: *Mynſing. dict. obſervat. 73. n. 4. per Bald. in l.
liberti*, & appellative deſcendentium hæredumque nomine communiter
omnes ſucceſſores, & ipſæ fæminæ intelligantur. *l. hæredis appellatio. 65.
D. de verborum ſignificat. l. hæredis appellatione 170. D. eodem. Bartolus & Dd.
in l. Gallus §. etſi à Parente. D. de liberis & poſthum.* & maſculinum plerunque
concipiat fæmininum. *l. filii appellatione 84. l. juſta interpretatione 201. l.
quiſquis. 116. l. liberorum appellatione 220. D. eodem. l. ſi ita ſcriptum. 45. D. de
legat. 2. l. qui duos. 62. de legat. 3.* tamen in feudali diſciplinâ diverſum ob- 46.
tinet, & nomen hæredum maſculos tantum denotat, eos nempe, qui à
Vaſallo maſculinâ lineâ deſcendunt. *d. c. 1. §. & quia vidimus. de iis qui feu-
da dare poſſunt. c. 1. de ſucceſſi. fratrum. 11. F. 2. cap. 1. §. filia. de feud. ſucceſſ.
c. 1. §. profecto. de lege Conrad. Mynſing. dict. obſerv. 73. n. 6. ubi ita in Came-
ra deciſum ait. Afflict. in c. 1. n. 3. de gradib. ſucceſſ. in feud. c. 1. §. final. ſi de
feud. fuerit controv. inter domin. gloſſa in l. ex facto. §. ultimo. D. ad Senatus-
conſultum Trebellian. c. 1. §. etſi clientulus. verſu, eo mortuo ſive legitimo hære-
de maſculo. De alienat. feud c. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis. Menoch. conſ. 391.
n. 2. Steph. Forcatulus de feud. c. 5. n. 5. Ioan. Sichardus in conſ. 8. n. 6. volum. 2. ubi,*
Hæredis vocabulum in materiâ feudali intelligi, ſecundum naturam con-
tractûs & rei ſubjectæ, ſcilicet de maſculis tantum, *dicit. per Ioan de Anania
conſ. 84. colum. 3. Alexand. conſ 49. vol. 1. Decius conſ. 208. Pariſius conſil. 23.
n. 115.* hæredum appellatione, *inquit*, in materiâ feudali veniunt hæredes 47.
ſanguinis, & filii & deſcendentes maſculi, ex primo acquiſitore, *per multos
quos ibi adducit. Gabriel. Roman. lib. 6. commun. opinion. tit. verbor. ſignificat.
concluſ. 6. n. 95. nec reperies reſiſtentem, inquit Roſenthal. dict. concluſ. 31. in gloſſ.
m.* etiamſi in libello inveſtituræ dicatur, pro ſe & hæredibus quibuſcunque, 48.
aut pro poſteris, vel pro hæredibus ſuccedentibus. *Menoch. conſ. 331. n.
10. 15. & conſ. 443. num. 26. Knichen. in commen. ad jus Saxonicum litis pro-
voc. neſcium, cap. 8. ex notabil. in l. 1. §. 2. ibi*, ſed & generi poſteriſque datæ
cuſtoditæque immunitates ad eos, qui ex fœminis nati ſunt, non pertinent.
D. de jure Immunit. Ludovic. de Gozad. in conſ. 8. & 26. Locutio ſiquidem
feudiſtica eſt, ſine legitimo hærede, id eſt, ſine filio, & ſynonyma ſunt hæres
& filius, ſeu maſculus, in jure feudorum. *c. 1. §. ultimo. Si de feudo defunct.
content ſit inter Dom. & Agnat. 2. Feud. 26. Schneid. part. 1. Feudor. n. 16.
Ruding. de feud. cap. 9. n. 13.* Regula enim firma & communis, quod fæmi- 49.
næ ſucceſſionis feudorum non exiſtant capaces; ſed ipſo jure & facto ab iis
excluſæ ſint & maneant. *C unico §. 2. filia vero non ſucedit in feudo. 1. Feudtit.
8. de ſucceſſione feudi. dict. cap. 1. §. & quia vidimus. de his qui feuda dare poſ-
ſunt. Mozzius de feud. tit. de ſubſtant. & quomodo acquirat n. 79. ex communi.*

& di-

& dicit, eſſe de naturâ feudi. tit. de natura feud. n. 97. Roſenthal. dict. concluſ. 51. n. 1. Decius in l. 2. n. 54. D. de regul. Iuris. Franciſ. Curtius conſil. 4. Ioan. Fich. in d. conſ. 8. n. 1. adeò feudi incapaces eſſe, ut ad illud, niſi ſpecialiter & expreſſè
50. hoc pactum ſit, non admittantur. Imò conſtitutiones feudales lædi dicuntur, & à jure feudorum communi recedi, quando alicubi fœminæ ex pacto, vel aliâ ratione admitti dicuntur, *ait Referens in vol. 21. n. 4. apud Gylman. in Symphorem. tom. 2. part. 1. & addit n. 6.* Licet verbum hæres, *inquit*, alias ſit commune verbum, & in communi materiâ utriuſque ſexûs comprehenſivum, tamen in hac feudorum maſculinâ & regali materiâ, de ſolis
51. maſculis deſcendentibus accipitur, etiamſi in inveſtiturâ primâ originariâ expreſſe dictum ſit de fœminis, tamen interpretatio fit, ut ſoli maſculi præ fœminis ſuccedant, & pactum de admiſſione fœminarum, ſecundum ſubjectam materiam, & ex natura feudorum regulari accipiatur, conditionaliter ſcilicet, ſi maſculi non exſtiterint, *ut c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. & c. 1. §. filia. cum ibi notatis communiter per Feudiſtas. de ſucceſ. feud.* Et quod plus eſt, etiamſi feudum origine ſuæ primæ acquiſitionis ſit fœmineum, hoc eſt, initio fœminæ conceſſum, vel, ut ob defectum maſculorum evenientem fœmina in feudi ſucceſſione admiſſa ſemel ſit, tamen poſteà maſculi nati & concurrentes cum filiabus & neptibus, fœminis præferuntur, & ſoli ſuccedunt. *per text. & ibi Feudiſtas. in c. 1. in fine. De eo qui liberis hæred. ſuis. Hæc Referens ille. Alexand. conſ. 9. quod incipit, ponderatis his. volum. 5. & conſil. 29. incipit, quoniam abunde. lib. 1. Ioan. Fichard. tom. 2. conſ. 7. n. 3. per text. in c. 1. §. quin etiam. tit. Epiſcop. vel Abbatem feud. dare. Ibi Iſern.*
52. *Bald. & Alvarot. tradunt illam regulam*, Quod fœmina ſemel excluſa à feudo, per exiſtentiam maſculi, perpetuò maneat excluſa, etiamſi copula-
53. tivè fuerit in inveſtiturâ vocata. Cauſſas, cur fœminæ, à feudis removeantur, vide apud feudorum commentatores. *Bald. in l. final. in 4. colum. C. de ſuis & legitimis. & in l. 1. D. de Senatoribus. Forcatul. cap. 5. Hottoman. conſil. 72. n. 8. Tiraquell. de legibus connubial. gloſ. 1. part. 1. n. 74. & part. 12. n. 13. Forſter. de ſucceſſion. lib. 4. cap. 25. n. 48. Baronem Schenck. in c. un. §. hoc autem. de his qui feud. dare poſſ. Schrader. de feud. part. 7. cap. 4. n. 1. Cujacium ad titul. 1. Feud. 1. circa finem: ibi & Calvinum in notis. Iacobinum de Sancto Georgio, de feudis. ad verbum, Marchio in Italia. num. 4. Bologninum in repetition. Authent. habita. c. ne filius pro Patre. Gregorius Tholoſan. plenè de principatu & Imperio fœminarum tractat, & in utramque partem diſputat. l. 7. de Republica. cap. XI.*

CAPUT

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

In dignitatibus & Principatibus fœminas regulariter non ſuccedere: niſi lex, vel conſuetudo, aliud ordinet: Iure enim gentium, & civili, eas à virilibus officiis arceri, ideò pleraſque gentes à Sceptro removiſſe. Admitti tamen, ſi lex, vel conſuetudo, aut inveſtitura, illis ſuccedendi facultatem tribuat. Multa incommoda ſequi, quando regnum & Principatus ad fœminam transeat: extingui enim ſplendorem antiquæ familiæ, & alienigenis regimen ſubjici, ſi extero nubat. Optimam igitur ſucceſſionis formam conſervandi Principatûs, & familiæ, eam eſſe, quæ ad maſculinum genus ejuſdem ſtirpis reſtricta ſit. Hanc etiam in Electoratibus & Ducatibus Imperii, paucis exceptis, ſtabilitam eſſe, & olim apud pleraſque gentes in uſu fuiſſe. Aprobatam etiam jure divino & humano, & expedire, tam Reipublicæ, quàm ipſi Principi. Succeſſionem aliam eſſe patrimonialem, ſeu hæreditariam; aliam vocari ſucceſſivam poſſeſſionem: Ideò aliud eſſe ſuccedere in Principatu jure hæreditario, aliud jure proximitatis, vel primogenituræ.

Antiquitus multa regna fuiſſe hæreditaria & patrimonialia, de quibus libera erat, ſicut de rebus hæreditariis, diſpoſitio. Hodiè omnia regna. Electoratus, & Principatus benè conſtitutos, jure ſanguinis, vi legis, conſuetudinis, vel pacti, deferri, remotâ qualitate hæreditariâ, ideò nullum Regem & Principem poſſe regnum ſuum alienare, legare, vel tradere, cui velit.

CONSPECTUS.

1. Sive dignitates, & Principatus, ſint feudales, ſive non ſint, utroque caſu fœminas regulariter non ſuccedere.
2. Niſi conſuetudo, conventio, vel lex, aut privilegium eas vocet.
3. Iure gentium, & civili, ab officiis publicis & virilibus arceri.
4. Mulierem non fuiſſe admiſſam in Senatum.
5. Nullam ferè nationem libenter & ſponte admiſiſſe ad ſceptra fœminas, etiam gradu propiores.
6. Hebræos, Germanos, Perſas, Græcos, Romanos, & alios populos bellicoſiores, non permiſiſſe fœminis regnandi poteſtatem:
7. Attamen non novum eſſe, fœminas ſceptra tenuiſſe:
8. Imò in quibuſdam regnis & principatibus, legem & conſuetudinem eſſe, ut ſuccedant;
9. Sicut exempla & experientia id demonſtrent;
10. Apud Scotos, Anglos, Hiſpanos, Suecos, Bohemos, & alios.
11. Heroicam virtutem fœminis ſæpè ſceptrum tribuiſſe.
12. Communi jure in ſucceſſionibus regnorum & Principatuum mares præferri;
13. Jure autem locali neceſſitatem limitari & determinari.
14. Ex conſuetudine, vel conventione, vel ex privilegio, & inveſtiturâ fœminas admitti ad Principatus, & feuda.
15. Inveſtituram dare, & præſcribere formam ſuccedendi in feudo.
16. Vbi ſucceſſio lege Salicâ, ſeu jure Francorum ſtabilita ſit, ibi fœminam, & fœminâ natos perpetuò excludi:
17. Nec Patrem, vel teſtamento, vel pacto, contrarium efficere poſſe.
18. Si femina jus ſuccedendi non habeat, multò minus illud competere ejus filio.
19. Regnum Galliæ, vel ideò tam firmum & floridum, quod apud mares in eadem familiâ ſemper maneat, & nullus ad id peregrinus adſpirare poſſit.
20. Ubi fœmina ſuccedat, ubi ejuſdem familiæ nomen, decus & memoriam perennare non poſſe:
21. Quia Agnati excludantur, & liberi è fœminâ nati, Patris ſui nomen, & familiam, aſſumant.
22. Multa incommoda ſequi, ubi fœmina in regno ſuccedens extraneo & alienigenæ nubat.
23. Extingui enim ſplendorem antiquæ familiæ

familiæ & majorum, ſtatum Reipubl. mutari, & alienigenis Magiſtratus & honores ſubjici.

24. Meliorem longè conditionem populorum & imperii, ubi prolis maſculæ ex eodem genere ſucceſſio firmata ſit.

25. Per mares enim familias conſervari.

26. Per fœminas interire.

27. In fœminâ nuptâ exſtingui ſtemma paternum, & agnationis oomeo.

28. Deſcendenres ex fœminâ, non eſſe de familiâ ejus; ſed mariti ſequi genus.

29. Liberos natos ex fœminâ nobili, ouptâ igoobili, oon eſſe nobiles:

30. Nobilitatem enim à Patre æſtimari.

31. In Germaniâ ooo cenſeri verum oobilem, oiſi utroqne Pareore nobili natum.

32. Optimam ſucceſſioois formam cooſervaodi Principatûs, & familiæ, eam eſſe, quæ lege Salicâ funderur.

33. Propter hunc etiam finem, in Germaniâ iſtam ſucceſſioois formam, in Electoratibus, & Ducatibus imperii, paucis exceptis, in quibus maſculis extinctis fœminæ locus ſit, eſſe ſtabilitam.

34. Apud Spartanos feminas non admiſſas ad diadema:

35. Jure divioo à prædiorum poſſeſſione depulſas, quàm diu exſtarent mares.

36. Hoc propter conſervationem & diſtinctiooem familiarum introductum fuiſſe, & ut cooſtaret ex quâ tribu & ſtirpe Chriſtus oaſci deberet.

37. Apud gentes quamplurimas obſervatum, nt ſucceſſio in regna in eodem, & quidem maſculino genere, maneret.

38. Apud Romaoos mulieris à ſucceſſione hæreditatis paternæ ſemotas, exſtantibus maſculis;

39. Lege nimirum Voconiâ.

40. Succeſſionem hanc per genus expedire, & ex populo Reique publicæ, & ipſi Priocipi;

41. Approbatam jure divino & hnmano:

42. Succeſſori propter delictum prædeceſſoris aoferri noo poſſe.

43. Gallos ioptimis teoaces regiminis virilis.

44. Dicere ſolere, lilia non laborare, noo nere.

45. Succeſſionem duplicem eſſe, aliam patrimonialem, ſeu hæreditariam:

46. Aliam ſucceſſiooem io locum alterius, quæ ſit ſucceſſiva poſſeſſio.

47. Et habere locum in digoitatibus, io regnis, & feudis:

48. Hinc aliud eſſe ſuccedere in Principatu jure hæreditario, aliud jure proximitatis, vel primogeoitnræ.

49. De regno & principatu patrimooiali hæreditario jure delato, liberam poſſeſſoris eſſe diſpoſitionem, ſive per teſtameotum, ſive alio modo.

50. Anriquitùs multa regna hæreditaria fuiſſe, quæ hodiè lege, & jure proximitatis, circumſcripta ſinr.

51. Attalum teſtamento regnum Aſiæ populo Romaoo reliquiſſe;

52. Sic Bythiniam Nicomedem;

53. Ægyptum Regem Alexandrum.

54. Pharnacem prætuliſſe filiis fratrem.

55. Alexandrum Magnum hæredem oominaſſe digniſſimum inter ſuos Duces.

56. Apud Romaoos plures per adoptiooem ad Imperium perveniſſe.

57. In Caroli Magni ſtirpe diu hæreditarium fuiſſe imperium.

58. Arragoniæ, Majoricarum, & Portugalliæ Regna hæreditario jure deferri.

59. Edelradum Nepores ex filiâ inſtituiſſe hæredes, exhæredaro filio.

60. Eduardum Gulielmum Nothum teſtamenro hæredem ſcripſiſſe.

61. Hodie omnia regoa, Electoratus, & Principatus ſublimiores, ſpeciali quadam ſucceſſione, jure ſanguinis, vi legis, conſuetudinis, vel primæ conceſſionis, deferri;

62. Remotâ hæreditariâ qualitate.

63. Ideò oulli Regum fas eſſe, de regno ſuo, ſive per teſtamenrum, ſive per cootractum, diſponere, illud dividere, & tradere, cui velir.

64. Nec Regem poſſe primogenitum ſuum teſtamenro hæredem facere.

65. Ædes & agros teſtamento dari: oon regna.

66. Reges Franciæ non poſſe legem condere, nt in regoo ſuccedatur jure hæreditario.

1. Hic obſervatu digna eſt pulchra illa diſtinctio, quam *Imola, & Domin. & Philippus Franc. in cap. Grandi de ſuppl. negligent. prælat. lib. 6. teſtante Tiraquell. de primogenit. quæſt. 9. n.* 8. faciunt: aut enim, *inquiunt*, dignitates ſunt feudales, & non ſuccedunt in eis fœminæ, niſi aliud inducat feudi conventio, regni conſuetudo, aut privilegium. *per cap.* 1. *§. hoc autem notandum, tit. qui feuda dare poſſunt.*
2. aut non ſunt feudales, & tunc quoque de jure non ſuccedunt fœminæ, niſi etiam aliud habeat conſuetudo, aut privilegium. Utroque igitur caſu,

nunquam

nunquam ſuccedunt fœminæ, niſi ex conſuetudine, privilegio, aut conven-
rione, vel ſi diſertè & nominarim vocentur. *c.1.§ filia. D. de ſucc. feud. & c.1.§.*
hoc autem notandum. Qui fenda dare poſſunt. c. 1. quemadmodum filia ad feu-
dum c. 1. Quibus modis feud amittat. c.7. Quid ſit inveſtit. Vincent. in cap. ſigni-
ficavit. de reſcriptis. Tiraq. dict n.8. Cabotius 1, diſput. c.15 Bodinus 6. de Repub.
cap.5 & method. hiſtor. cap.6 circa fin. Reinhard Köning. diſput. de Gynacocratia.
Clarus. §. feudum. quæ 73. Beſold. de ſucceſſ. reg. differt. 11. n. 2. Jure enim 3.
civili, & gentium fœminis officia publica & virilia interdicta ſunt. *l. fœmi-*
næ. D. de regul. jur. c. ſi qua mulier. 30. diſt. C. infamis. §. tria 3. q. 8. c. certis de
cauſis 15. q. 3. Martin. Laudenſ. in tractat. de primogen. colum. 5. verſ. quæro
nunquid fœmina. Bald in d. cap. ſignificavit. ubi dicit: Officia virilis eſſe ani-
mi. *l. cujus bonis D. de curato. furioſi. Lucas de penna in l. penult. C. de profeſ-*
ſor, & medic. lib. 10. Ariſtoteles 1. Politic. cap. 10. τὸ ἄῤῥεν, inquit, ἄρχον. τὸ δὲ
θῆλυ ἀρχόμενον, id eſt, mas regit, fœmina regitur. *Γυναικὶ δ᾽ ἄρχειν οὐ δίδωσι ἡ*
φύσις. fœminæ non dedit natura imperium, Menander. Contta jus com-
mune eſſe, ut fæminæ regalia, honorem, dignitarem, & adminiſtrarionem
cum juriſdictione habeanr, *inquit Knichen in comm. ad jus Saxon. litis pro-*
vocat. neſcium. cap 8. ex Menoch conſ 33. n.19 l.2. D. de regul. l. penultim. de
edendo. l. imperialis. c. de nuptiis. Ac proinde pro monſtro annotarur in an- 4.
nalibus, quod ſub ſolo primum Heliogabalo mulier in Senarum admirre-
batur. *Lamprid. in Heliogab. vita. Dion Caſſius. Herodianus. Capitolinus. A-*
lexand. ab Alexandro Genialium dierum lib. 4. cap. 11. ante finem. ubi dicit.
Heliogabalum ſenaculum mulierum in colle Quirinali conſtituiſſe pri-
mùm; & perfeciſſe, ut præter mores, inſtitutaque majorum, in ordine ſe-
natorio mater admirreretur, ut & Avia Meſa Varia, quæ Patres conſulue-
rir, ſenrenriam dixerir, cæreraque Senaroris munia obierit. Inter rres il-
las leges, quæ à Cecrope Seniore Athenienſibus latæ leguntur, ſancirum
reperitur, ne unquam muliet in Senatum ingrediatur. *Alſted. in Encyclop.*
lib. 26. Iuriſprudentia ſection. 2. cap. 1. & 2. ex Iohanne Azorio lib. 6. Inſtitu-
tion. moralium. idem etiam ſancitum erat apud Romanos, teſte Alexand. ab Alex.
cap. 11. Democritus apud Stobæum, ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, inquit, ὕβρις ἀνδρὶ
ἐσχάτη. à muliere imperari extremum dedecus eſt viro. Hinc, *ait Beſoldus*, nul-
lum unquam populum fuiſſe, qui fœminam, cum libera ſuffragia eſſent, ſi-
bi eligerer. Mulieres, gradu etiam omnibus aliis propiores, ad Imperii 5.
gubernacula nullarenus admitrere voluiſſe gentes ferè omnes, Aſſyrios,
Perſas, Hebræos, Ægyptios, Græcos, Romanos, Abyſſinos, Pænos, Turcas, 6.
Tarraros, Moſcovitas. *de ſucceſſion. regn. dict. differt. 11. n.2.3. idem Bodinus*
method. hiſt. cap. 6. Et ſanè apud omnes iſtos populos quibus addir Bodi-
nus Germanos & Scythas, non legimus, aliquam mulierem Sceprrum te-
nuiſſe. Regnum Iſraëlitarum certe, & Judæ non admiſit fœminas, una tan-
tum Arhalia tyrannicè, occiſâ omni regiâ ſtirpe, excepto uno Joas, regnaſ-
ſe legitur. *2 Regum. 11. 2 Paralipom. 22. Gynacocratejan Bodinus inprimis*
deteſtatur: per eam, *ait*, violari non modò divinas leges, quæ fœminas im-
perio vitorum diſertè ſubjecerunt, ſed eriam ipſius naturæ, quæ maſculis
imperandi, judicandi, concionandi, belligerandi poreſtarem dederit, fœ-
minis ademerit, neque ſolùm naturæ jura convelli, ſed etiam omnium gen-
tium, quæ nunquam fœminas regnare permiſerinr.

Nec tamen novum & inuſitatum eſt fœminas ſceptra tenuiſſe apud plu- 7.
timas nationes. Superiori & noſtrâ ætare mulra hujus rei exempla vidimus.
In quibuſdam enim regnis, & Principaribus, lex & conſuerudo eſt, ut fœ- 8.
minæ, non exſtanribus ex eâdem lineâ maſculis, ſuccedant: Ita Arragonis 9.
Petronilla, Caſtellis Iſabella, Mantuanis, Mathildis, Neapolitanis Joannæ
utraque, Norvegis Margareta, Navarris & Lotharingis fœminæ impera-
runt.

runt. *teſtante eodem Bodino d. cap. 6. Gregor. de Rep. lib. 7. cap. xi. n. 52.* Et hoc ferè, *inquit*, in omnium regnorum conſenſu receptum eſt, in quibus principatus ex ſucceſſionis probatâ à populo lege primùm, vel expreſſè, vel tacito diutino conſenſu, ad proximos defertur, ut fœminæ etiam ſuccedant, in illis potiſſimum deficientibus filiis, ut in Scotiâ, Angliâ, Hiſpaniâ, Americâ, & alibi. Quis ignorat Mariam, defunctô ſine liberis Eduardo fratre Rege, poſteà ejus ſororem Eliſabetham in Angliâ regnaſſe: eodem quoque tempore Mariam Stuartam, Scotorum Reginam, Caledoniæ feliciter oræ, miſſa per innumeros Avos ſceptra, tutatam eſſe, *Camdenus in hiſtoria Eliſabethæ. Buchan. de jure Scotorum. & dedicationis epigrammate præfixo Pſalmis.* Hodiè apud Suecos, gentem bellicoſiſſimam, Regis Adolphi

10\. Guſtavi, illius incomparabilis Herois, filiam unicam puellam duodecim annorum pro Reginâ haberi, & ejus nomine per certos Tutores & Protectores, omnia pacis & belli negotia expediri videmus. Apud antiquos legimus, Tamyrim, Semiramidem, Thaleſtrim, Zenobiam, Irenem, regnaſſe & imperaſſe. *Polyænus. lib. 8. Stratagem. Herodot. lib. 1. fæl. capitol. in Galienio. Sleidan. de IV. ſummis Imperiis. Iuſtin lib. 1. hiſt. c. 2. & 8.* apud Arabes Reginam Sabam, apud Indos Reginam Pandarum, in Ægypto Meroen, apud Æthiopes Caadacen, apud Saracenos Mauviam, apud Danos Hetham, & Margueritam Valdemari III. filiam unicam, apud Bohemos, Lybuſſam & Valaſcam, regna & imperia tenuiſſe, in Aſiâ quoque receptum fuiſſe, ut uxores Regum poſt mortem illorum regnarent, hiſtoriæ memorant. *Pauſanias lib. 8. in Arcadicis. Plin. lib. 6. c. 2. & cap 29. 1 Regum. cap. 10. 2 Paralipom. cap. 9. Acta Apoſtol. cap. 8. v. 27. Arrian. de geſtis Alexandri. lib. 1. Rufin. lib. 2. cap. 6. Theodoretus lib. 4. cap. 23. Socrat. lib. 4. cap. 36. Saxo Gramat. lib. 8. Cranzius lib. 1. Vandal. cap. 12. Æneas Sylvius. & Dubravius Hiſtoriâ Bohemicâ.* Ita Xerxes, cum delectos Perſarum Proceres conſuleret, Artemiſiam ſæpè ad conſultandum adhibuit, ejuſque ſententiam ſecutus fuit. Sic Lacedæmoniis mulieres adhibere publicis conciliis, illaſque frequenti curiâ in exſequendis negotiis ſocias aſſumere uſus erat: Idem apud Germanos olim: apud Celtas & Gallos mulieres etiam judices delectæ fuerunt, *ſicut pluribus refert. Alexand. ab Alexand. d. loco. Hinc Alſtedius in Encyclopæd. lib. 23. Politica cap. 3. n. 47.* totam hanc rem ita definit: Fœmina, *inquit*, conſideratur ordinariè, vel extraordinariè; ordinariè ſexus fœmininus eſt maſculino inferior, & ita fœmina non poteſt gerere magiſtratum. Extraordinariè fœmina prædita eſt virtutibus heroicis & maſculis, adeò ut ſæpè virorum, vel heroicas virtutes, ſuperet. Talis erat Debora in populo

11\. Dei. Talis Eliſabetha Angliæ Regina. Sæpè itaque virtus Heroica fœminis tribuit Sceptrum, videlicet, ſi ſint Sabæ, quæ inſigni ſapientiâ: Corneliæ, quæ multiplici rerum cognitione: Artemeſiæ, quæ rarâ fortitudine ipſos viros ſuperent. Deinde jus eſt, vel commune, vel locale, quod dicitur con-

12\. ſuetudinarium, nationale, provinciale; Jus commune, quod eſt naturæ & gentium, dictat, mares præferendos eſſe fœminis in capeſſendo magiſtratu,

13\. niſi ſpecialis conditio, & neceſſitas regnorum, ita exigat. Jus locale neceſſitatem iſtam & circumſtantiam determinat. Sic in Hiſpaniâ, Scotiâ &

14\. Angliâ Sceptrum ad fœminam devolvi poteſt. *Hæc ille.* Ex conſuetudine igitur, vel ex conventione, vel ex privilegio, & quando diſertis verbis in inveſtiturâ nominantur, fœminæ in dignitatibus & Principatibus ſuccedunt, & ad feuda admittuntur, præſertim maſculis non exſtantibus. *dict. cap. ſignificavit. de reſcript. ibi Hoſtienſ. Panormit. Bald. Ioannes Andr. & cæteri Canoniſtæ. Decius conſ. 85. Cacher. deciſ. 26. n. 9. & 19. & deciſion. ſequent. n. 15. Compeʒ inter conſ. Brun. feudalia. conſ. 2. n. 53. Iacobin. de Sancto Georgio, de feudis. ad verba. & fœminis. Francis. Curtius 3. parte feudor quæſt. 1. gloſſ.*

ad

*ad §. cum vero Conradus, de his, qui feudum dare poſſ. Menoch. conſil. 65. n. 34.
& conſ. 391. n. 12. Tiraquell. dict. quaſt. 50. n. 12. & n. 19. ubi ex Bald. in lege
in multis. in Princip. D. de ſtatu hominis, dicit:* Si fæminæ tantùm, nullus ve-
rò maſculus exſtet, tunc primogenitam ex illis regnum, aut ſucceſſionem
obtinere, quia ſuccedat in naturali dignitate, licet non in officiali autorita-
re; Sic ad ſucceſſionem in feudis regalibus etiam fæmina habilis efficitur, ſi
inveſtita, & in inveſtiturâ comprehenſa fuerit. *Cacher. deciſ. 27. n. 15. De-
cius conſil. 498. n. 24. Iſern. & Afflict. in Rubr. & cap. 1. quemadmodum feuda
ad famin. pertin. Freccia conſ. 12. n. 95. ut eos adducit Kinchen in comment. ad
jus Saxon. litis provocator. neſci. verb. Ducum Saxon. cap. 3.* Inveſtituræ enim
eſt dare & præſcribere formam ſuccedendi. *Cephal. conſ. 694. n. 45. Magon.* 15.
*deciſ. 54. n. 26. Rotæ Florent. Roland. à Vall. conſ. 41. n. 23. vol. 2. ubi dicit ex
Curtio Iuni. in conſ. 1. n. 15.* quod Dominus directus feudi poteſt reſpectu ſui
juris, & intereſſe, conſentire, quod feuda tranſeant ad illas perſonas, ad
quas de ſui naturâ non fuiſſent tranſitura, puta ad fæminas, vel ad natos ex
iis. *c. 1. de natur. ſucc. feud.*

Ubi autem, (præſertim in feudis dignitatum, quæ lege ſalicâ, ſeu jure 16.
Francorum, ex pacto & convenrione, ut apud familiam perpetuò maneant,
nec ad extraneum deferantur) ſucceſſio, ſeu ſubrogario primogeniti, & Se-
nioris jure ſanguinis, & conſervandi generis causâ inſtituta eſt, ibi non ſo-
lùm fæmina, ſed etiam ex eâ nati maſculi perpetuò manent excluſi. *c. 1. §.
hoc autem natandum. Qui feuda dare poſſunt. cap. 1. tit. 11. de ſucceſſ. frater. vel
de gradib. ſucceſ. in feud. lib. 2. F. ubi dicitur.* ad filias, vel neptes, vel prone-
ptes, vel ex filiâ nepotes, vel pronepotes, ſucceſſio feudi non pertinet; Pro-
les enim fæminini ſexûs, vel ex fæminino ſexu deſcendens ad hujuſmodi
ſucceſſionem adſpirate non poteſt. Imò nec teſtamento, nec pacto, Pater 17.
facere poteſt, ut filia, vel ex eâ nati liberi, ſuccedant, quia jus quæſitum eſt
maſculis & Agnatis, quod eis auferri non poteſt. *Bald. Fulgo, Paul. de Caſtro,
& alis contra Bartol. in l. final. C. de pactis, ut refert Iohan. Pyrrhus in comment.
de lege ſalicâ addens per tex. in c. ad Apoſtolica. De re judic. lib. 6.* quod ubi non 18.
ſuccedit fæmina, non ſuccedit etiam filius ejus & deſcendentes ex eâ, ob
radicem deſcendentem, quia in cauſato non poteſt eſſe plus virtutis, quàm
procedat ab influenti potentiâ cauſæ, *ita Bald. in l. 1. D. de Senator. ubi addit.*
Cum filia Regis Franciæ in regno non ſuccedat, filium ejus, ſcilicet Re-
gem Angliæ, in regno Frnciæ nullum jus poſſe prætendere: Et ſi malè, *in-
quit*, ſucceſſit Regibus Franciæ, fortè fuit propter aliam cauſam, quæ erit
in mente divinâ, non propter illam, quæ erat clara pro Rege Franciæ. *Io-
hannes Pyrrhus Englebermeus in d. commentariolo de lege ſalicâ, idem refert Ti-
raquell. de primogenit. quaſt. 12. n. 5. Bodinus de Republica lib. 6. cap. 5. n. 745.
Choppin. de dom. lib. 3. tit. 1. Guliel. Benedict. in c. Rainutius, verbo, duas ha-
bens filias. n. 72. & 78. part. 1. de teſtamentis, ubi habetur,* quod in Galliâ mu- 19.
lieres, lege ſalicâ à regno Francorum arceantur. Propterea etiam regnum
illud tam diuturnum, ſtabile & floridum eſt, quod unica regia Capetorum
proſapia, per tot generationes & ſæcula, feliciter tenuit & conſervavit, nul-
lo extero, peregrino, aut alio, qui non ex eâdem progenie & genere fuiſſet,
ad ſceptrum admiſſo. Quam gloriam & prærogativam nullum hodie in-
ter Chriſtianos regnum, nulla proſapia & domus jactare & oſtendere po-
teſt. Et quæ gens nobilior & ſplendidior, quod ſtemma illuſtrius & augu-
ſtius eſſe poteſt Capetico, quod jugi maſculinâ lineâ, ſine interruptione
& commixtione alterius familiæ, in genere ſuo regnum tam potens & flo-
rens conſervavit?

Ubi autem conſuetudine, vel lege, introductum eſt, ut fæmina ſuccedat 20.
in regno, feudo & Principatu, & quidem jure primogenituræ, tum vix diu

ejuſdem familiæ nomen, memoria, & decus, conſervari; neque impediri
poreſt, quin regnum & Principatus ad aliam & exteram ſtirpem perveniat.
Filia enim primogenita, ſi fratrem nullum habet, ſuccedit Patri, excluſo
21. Patruo, defuncti ultimi poſſeſſoris fratre. Omnes anim Agnatos ex priori
genere ortos, etiamſi mille extarenr, excluderet, & regnum Principatum-
que ad eum deferret, cum quo ſe matrimonio jungeret, & liberis ex eo na-
tis, alienum, hoc eſt Patris adſciti nomen & inſignia deferentibus, relin-
22. queret & traderet, nulla memoriâ primorum acquiſitorum, quæ res publi-
23. cæ regni & populi ſaluti, tranquillitati & ſecuritati minimè conducit. In-
colæ enim externo regimine ſubjiciuntur, peregrinorum famelicorum ſo-
cietate onerantur, novis legibus, moribus & inſtitutis gravantut & corri-
piuntur: honores, Magiſtratus, & officia alienigenis conferuntur: ſummâ
totius ſæpè Reipublicæ ſtatus immutatur, & in præceps exitium, inque
bellum involvitur, ſicut exempla docent. *Gregor. de Rep. d. lib. 7. cap.* XI.
n. 16. Ex quibus, *inquit*, abſurdum videri poteſt filias Regum, vel Princi-
pum ſuccedere, cum conſervatio familiarum, non poſſit inde conſequi, ſed
potiùs regna ad extraneas familias tranſeant, & ita exſtinguatut ſplendor
antiquus familiæ, & majorum, qui regnaverint anteà. Quod odioſum eſt
Principibus & valdè acerbum quibuſcunque, non videre imagines majo-
rum in regnis & domibus fixas, vel videte revulſas, *ut dicebat Imp. in l. lex*
24. *quæ tutores. c. de adminiſt. tutor.* Secùs autem eſt, & regni, imperiique, con-
ditio longè melior, tutior & firmior, ubi ſucceſſio prolis maſculæ & genti-
lium, qui ejuſdem generis & familiæ ſunt, ſtabilita eſt. Perennitas etiam
ſanguinis, ſplendor & majeſtas familiæ, cui honorificum & glorioſum eſt,
tot numetare ejuſdem generis & nominis Prædeceſſores, conſervatur.
25. *ςύλοι γὰρ οἴκων, inquit Euripides in Iphigenia, εἰσὶ παῖδες ἄρσενες*: columnæ do-
motum ſunt liberi mares. Nemo, *inquit Forcatulus de feudis cap.* 5. idem de
filiabus dixerit, nec de prognatis ex iiſdem, niſi quoad tenuem avorum ma-
ternotum retinendam memoriam, ſine nomine generis. *l liberorum* §. *fi-
nal. D. de verbor. ſignif. l.* 1. *D. de jure immunit.* qui locus Ulpiani à genere,
à familiâ, à poſteritate ver à ſubtrahit fæminam. *l.* 3. *eodem. l. vacatio. D. de*
26. *muneribus. Hæc Forcatulus.* Familiæ nomen cum fæminis interit, inquit
Hottom. conſ. 72. *n.* 6. cum mulier, *ut ait Vlpianus*, familiæ ſuæ caput & finis
ſit. *l. pronuntiatio.* 195. §. *final. D. de verb. ſignif.* Nam, *ut ait Cyn.* honos &
dignitas familiarum per maſculos, non per fæminas conſetvatur. *Cyn. in
l.* 1. *c. de adult. Socin. conſ.* 30. *& conſ.* 31. *Omphal. lib.* 1. *Politices. cap.* 48. *n.* 7.
ubi dicit. Splendorem & dignitatem poſteritatis, non in fœminis: ſed maſ-
culis eſſe defixam, *per l.* 1. §. *& ſi ſervus. D. de ventre inſpic. ſuper ſtatu. D. de*
27. *quæſt. Bald in l. cunctus populus. C. de ſumma trinit. & addit:* in fæmina nu-
ptâ, & mariti familiam ingreſſa, exſtingui paternam ejus familiam, & ſtem-
ma auitum, & agnationis nomen. *d. l. pronuntiatio. ad finem. de verbor. ſi-
gnif.* Sequi enim fæminam novum forum & familiam mariti, cui nubit.
28. *l fæmina. D. de Senatoribus.* Hinc deſcendentes ex fæminâ non ſunt de fa-
milia ejus, quia qui naſcuntur Patris, non matris familiam ſequuntur. *l. fa-
miliæ.* §. *final. D. de verb. ſignif. Decius ad regulam fæmina. n.* 67. *ubi dicit,*
29. natos ex fœminâ nobili nuptâ ignobili, non eſſe nobiles, quia nobilitas
non dicitur à matre, *per Bald. in l. liberos in fin. D. de Senator. Petr. de Anchar.
conſ.* 389. & ideò non poſſe aliquem portare arma matris, quia tale jus de-
ferendi arma, non competat cognatis, *per Bart. in tractat. de inſign. & ar-
mis.* Nobilitatem enim à Patre æſtimari. Sed notandum in Germaniâ,
veteri more, neminem verè nobilem cenſeri, niſi utroque Parente nobili
natum. Ideò Principes hodie, *ut ait Gregor. d. cap.* 7. *n.* 90. magnates, & he-
roës, nobiles, & reges ſuis inſignibus admiſcere inſignia familiæ matrum,
perinde

perinde ac Patrum. Hinc enim, addit, oriuntur in Germaniâ tantæ mixtiones inſignium, quibus ad pompam utuntur, ad teſtandam nobilitatem tam ex parte matris, quam patris.

Extra controverſiam igitur eſt, ſucceſſionis formam, quæ lege ſalicâ, & jure Francorum, fundatur & roboratur, optimum inſtrumentum eſſe conſervationis, tùm regni, & Principatûs in integro, & in flore atque pace, tùm familiæ in dignitate & perpetuitate. Et ſanè propter hunc finem jus ſuccedendi, excluſis fœminis, in Germaniâ, inter Electores & Principes, introductum & receptum eſt, obſervatumque tanquam lex fundamentalis, uno, aut altero Ducatu & Principatu excepto, in quibus ſingulari privilegio, vel conſuetudine, fœminæ maſculis omnibus extinctis ſuccedunt; ut puta in Archiducatu Auſtriæ, in ducatu Juliacenſi, Clivenſi & Bergenſi: in Ducatu Pruſſiæ. *Roſenthal. de feud. concluſ. 39. & ſequent. Beſold. dict. quæſt. 11. Chopin. de doman. Regis lib. 1. tit. 6. quem Kniehen in comment. ad jus Saxon. litis provocatoriæ neſcium, cap 8. adducens dicit*, feuda Imperii maſculina eſſe, & deficiente proſapiâ virili, ad Imperium (*non ad Imperatorem*) reverti: *& paulò poſt*; Exceptis Ducatibus Clivenſi, & Juliacenſi feuda imperii prorſus maſcula eſſe. *Arniſæus relection. polit. lib. 2. cap. 12. ſect. 2.* 32. 33. 34.

Sic olim apud Lacones, ſeu Spartanos, fœmina non admittebatur ad diadema geſtandum. *Plutarch. in vita Licurgi. Lelius Zechius de Princip. lib. 1. cap. 3. n. 2. ubi ait*: quod maximus natu ex liberis familiæ Regiæ erat Rex, qui ſi abſq; liberis diſceſſiſſet, eligebatur qui proximior eſſet conſanguinitate, fœminis excluſis, *ut dicit Æmilius Probus in vita Ageſilai.* Pari ratione, 35. ex præcepto & ductu Dei, Moſes in omnibus omnium tribuum, *ſicut ſcribit Bodinus*, familiis jura quædam primogeniorum, id eſt, בכורה conſtituit, ut ſcilicet primogenitus duas uncias, hæreditatis caperet, fæminas à poſſeſſione prædiorum depulit. *Num.* 27. nec aliter eas Parentum hæreditatem cernere voluit, quàm ſi mares in familiâ nulli extitiſſent, ac proximo cuique ejuſdem tribus nubere juſſit: eſt enim Civitatibus valdè utilis & gratioſa fœminarum à prædiis, non modò fratrum. *Bald. in lib. 21. C. qui ad libertatem. Alex. conſil.* 144. *lib. 6.* ſed & Parentum, excluſio, quam diu mares ejuſdem familiæ exſtant. Cui legi Deus ipſe rationem ſubjecit, ne ſcilicet prædia gentilitia diſtrahantur. *Cornelius à lapide comment. in c. 27. Num. v. 3.* Si proles, *inquit*, aliqua eſſet maſcula, illa omnium erat hæres, ita ut filiæ nullam partem hæreditatis adire poſſent: ratio erat, quia per maſculos, non per fæminas nominantur, diſtinguuntur, & conſervantur familiæ. Fuit autem per Dei providentiam, in veteri teſtamento, tanta 36. cura conſervationis, & diſtinctionis familiarum, tùm propter jura primogenituræ, & propter certitudines omnium familiarum, ſecundum ſucceſſiones hæreditatum, ut ſcilicet certò conſtaret, unâ familiâ emoriente, quęnam illi ſanguine eſſet proxima, ut in hæriditatem ejus ſuccederet: tùm ut liquidò conſtaret, Chriſtum ex Judæis, & ex Judâ natum eſſe. *Hæc ille.* Regna autem & Principatus perpetui, delati per generis ſucceſſionem, hoc eſt, ut in familiâ & agnatione maneant, nec ad lineam cognaticam, ſeu fuſam, tranſeant, melioris longè conditionis eſſe, quam illos, qui ad feminas, ut per harum matrimonia ad alienigenas deducuntur, nemo, vel leviter cognitione rerum & hiſtoriæ imbutus, videt. Ideò eam pleræque nationes approbarunt. Sic regnum Macedonum, ut Lacedæmoniorum ſe- 37. cundum genus maſculinum ex eodem ſtemmate per legitimam ſucceſſionem vocatis deferebatur. *Diogenes Laert. in 3. in Platone, & Iuſtinus lib. 15.* Quod & aqud Perſas eſt ſervatum, *ut ſcribit Strabo lib. 15. Conſtant. Manaſſes in annal. Procopius lib. 1. de bello Perſico.* &, tranſlato deinde regno, apud Parthos, *ut dicit Ioſeph. lib. 18. antiquit. cap. 3.* quod & Ægyptii per annos

tercentum

tercentum quadraginta quinque ſervarunt, ut ex eodem genere ſemper Reges eſſent, per continuatam ſucceſſionem. *Herodot. libr.* 2. & idem ſervarunt Indi, Afri, Tartari, Turcæ, Galli, Hetruſci, & Hiſpani. *Zechius d. loco. & Gregor. Tholoſ. lib.* 7. 4. *n.* 5. 6. *& ſeq.* Apud Romanos lege Voconiâ, *cujus meminit Cicero, inquit Omphal. lib.* 1. *Polit. cap.* 48. *n.* 9. *in oratione pro Cornelio Balbo,* mulieres olim, conſervandæ familiæ causâ, amovebantur à ſucceſſione hæreditatis paternæ, exſtantibus liberis maſculis, *& divus Auguſtinus lib.* 3. *cap.* 21. *de Civitate Dei recenſet,* in bello Punico caurum fuiſſe, ne quis fœminam, etiamſi unica eſſet, augendæ familiæ cauſa, hæredem inſtitueret. *Bald. in l.* 1. *C. quæ ſit longa conſuetud. & in l. Maximum vi-*
39. *tium, & in l. non dubium. C. de legib.* Lex autem Voconia, à Q. Voconio Saxa, Tribuno plebis, lata, ſanciebat, ne qui cenſus eſſet, virginem, neve mulierem ſupra quadrantem ſuorum bonorum hæredem inſtitueret. *Cicer. Verrin.* 3. *& lib.* 2. *de finib. Florus in Epit. Quintil. declam.* 264. *Agell. lib.* 7. *c.* 3. *Roſin. Antiquit. Rom. libr.* 3. *cap.* 8. *Bodinus in methodo hiſtor. cap* 6. *circa finem.* Quantò igitur, *inquit,* beatiores Aſſyrii, Perſæ, Ægyptii, Macedones, Galli, qui tot ætatibus, in ſummâ tranquillitate floruerunt, non aliam ob cauſam, quàm quod Reges à ſtirpe ſibi quæſierunt. Iam verò Abyſſini, qui annos DCCC. imperium totius Aphricæ maximum tenent, Reges ab unâ & eâdem gente, ſemper quæſierunt. Et hoc, *inquit Zechius d. loco.* genus regnandi probatur etiam. *Deuter.* 17. *Gen* 49. *& probatur etiam in cap. licet de voto. in cap.* 2. *de ſuppl. negl. prælat. in cap. ad apoſtolicæ. de ſentent. &*
40. *de rejudic. in* 6. & eſt via potior plerunque cum populi faciliùs obediant Principi conſueto, quàm novo, & difficile alienigenis ſubjiciantur, unde Lycurgus ſanxit, ne peregrini in Urbem admittetentur, quod & Romani quandoque, lege Petroniâ & Sanxiâ, ſanxêre, & Athenienſes peregrinos ſemotos à civibus habitare jubebant; Secundò id expedit, quia populi novis exactionibus non gravantur: ſed in impoſitis à Patre continuantur; Tertiò, quia ſic vita Principis viventis eſt tutior, cum inſidiis non pateat, ut quando naſcitur quis ex extraneis, ei ſit ſucceſſurus. *Hae Lælius Zechius de Principe lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 2. *ex Gregor. Tholoſan. d. cap.* 4. *qui plures adducit ra-*
41. *tiones. n.* 12. Probavit, *inquit,* hanc ſucceſſionem jus divinum. *Deut.* 17.
42. *v.* 20. Probarunt hanc ſucceſſionem per genus principatuum jura eamque ex delicto, quo privari digni ſunt poſſeſſores, privandos ſucceſſores, non delinquentes ſtatuerunt. *in c. licet. de voto & voti redemt. c.* 2. *de ſupplenda negligent. prælatos. c. ad Apoſtolica.* 2. *de ſentent. & re judic. in* 6. *vide infra cap.* 8. *eam in rem plura.*

43. Nulla autem natio regiminis virilis tenacior, vel muliebris imperii impatientior, quàm Gallica, quæ fœminas ad regnum nequaquam admittit; ſed lege regiâ ac fundamentali, quam ſalicam vocant, ab omni hæreditatis portione excludit, *per allegata ſupra.* Hinc dicunt ipſorum Coronam non cadere in colum, quod & per ſacram Scripturam illuſtrant & colorant, exemplo Regis Philippi Valeſii, qui ſe tutabatur illo dicto Chriſti,
44. conſiderate Lilia agri, non laborant neque nent: quaſi de liliis Gallicis, quæ nere & filare, quod fœminarum proprium eſt, non ſoleant, interpretandum ſit. *Hottomann. in Franco Galli. cap.* 9. *Molin. tractat. de Monarch. Francor. Tholoſan. de Repub. lib.* 7. *cap.* 11. *n.* 97. *& cap.* 16. *ad finem. Girard. tom.* 1. *hiſtor. Franc. Paulus Æmilius in hiſtor. Franc. & Turonius variis in locis. Claudius Seiſſellius, Luſanus, Iohannes Serres* 1. *invent. & innumeri alii Bald. in l.* 1. *D. de Senat. ubi* Regem Anglorum accuſat, quod titulo fœminæ jus in eo regno ſibi arroget.

Ad uberiorem intellectum præcedentium & ſequentium, hoc loco animadvertendum eſt, *quod Iohan. de terrâ rubeâ, Regis Caroli* VI. *Conſiliarius & fiſci*

ſiſci advocatus in tractatu contra rebell. tractat. 1. de futuri jure ſucceſſoris legi-
timi in regiis hæreditatibus pluribus docet. ſumma hæc eſt: Sicut rerum, *in-*
quit, quædam poſſidentur patrimonialiter, ut domus, prata, & alia bona
privatorum; quædam nullatenus, ut dignitates, imperium, officia; ita
duplex ſucceſſio. Quædam quæ patrimonialis eſt, quam etiam textus juris 45.
canonici hæreditatem appellant, à quibuſdam ſucceſſio per tranſmiſſio-
nem dicta; & iſta continet in ſe ſucceſſionem hæreditariam & ſingularem,
quæ in rem dicitur: alia eſt ſucceſſio ſimplex, nullatenus patrimonialis, nec 46.
hæreditaria, ſed per remotionem alterius à re, vel loco, & à quibuſdam ap-
pellatur ſucceſſio per remotionem; propriè dicitur ſucceſſio in locum alte-
rius, id eſt, ſucceſſiva poſſeſſio. *l. Gallus. §. 1. D. de liber. & poſtum. & l. 2.*
D. de liberis præter. & l. poſtumorum. de injuſto, rupto, & irrit. teſt. Et hæc ha- 47.
bet locum in dignitatibus, in officiis, imperio, & ſimilibus, & in benefi-
ciis. *de hac l. meminiſſe. D. de officio proconſ. l. 1. §. 1. ut omnes jud. tam civil.*
quam milit. c. hac diſtinctio habetur, 8. q. 1. c. epiſcopo. & per tot. illam. q. per
Inno. c. venerabilem. de elect. Io. Mona. in §. final. ut lite pendente. & de præb.
c. ſi tibi. & de Elect. c. indemnitatibus. l. 6. Succeſſio ſimplex, non autem hæ-
reditaria, ſive patrimonialis: ſed per remotionem, de jure communi lo-
cum habet in regnis; poteſtatibus, officiis & dignitatibus. *Hæc quidem ille.*
Hinc notandum quoque, aliud eſſe ſuccedere in regno & Principatu, jure 48.
hæreditario; aliud jure legis proximitatis, vel primogenituræ. *ut ait Lælius*
Zechius de Principe lib. 1. cap. 3. n. 7. & Hottom. in controverſ. Patrui & Ne-
potis tit: de differentiâ inter regum & privatorum hæreditates. & Ioan. de terra
rubea d. tractat. paſſim & ibi Iacob. Audedus in annotationibus. Quando enim 49.
regnum defertur jure hæreditario, & novum vel acquiſitum eſt; de quo de-
functus potuit diſponere, niſi aliqua lex reſiſtat: tunc qui proximiores ſunt
defuncto, ſuccedunt ab inteſtato, etiamſi plures ſint in eodem gradu: nec
tunc licet repudiare reliquum hæreditatis defuncti, retento Principatu,
nec contra; cum pro parte non liceat adire, pro parte liceat. *ut per l. 1. §.*
2. D. de acquirend. hæredit. Lælius Zechius dicit. dict. n. 7. De tali regno &
Principatu patrimoniali liberè, & pro arbitratu poſſeſſor diſponit, & teſta-
mentum condit, ac legata imperat, ſucceſſoremque & hæredem, quem
vult, ſibi facit. *Grotius de jur. belli. lib. 1. cap. 3. ſection. 12. Beſoldus de ſucceſ-*
ſion. reg. lib. 1. diſſert. 2. n. 2. Vincentius Cabotius 1. diſputation. cap. 10. &
cap. 13. Andr. Knichen. 1. de veſtitu. part. 2. n. 27. Molinæus ad Conſuetud.
Pariſienſ. §. 13. gloſſ 3. n. 9. Sic antiquitùs multa regna erant hæreditaria & 50.
patrimonialia, quæ hodie ſunt ſubitioni legitimæ individuæ, præſcripto
certo ſuccedendi ordine, qui mutari non poteſt, obnoxia. *Gregor. Tholoſ.*
lib. 7. de Repub. cap. 12. ubi docet, aliud eſſe in regno ſuccedere in locum de-
mortui, jure hæreditatis; aliud jure legis & proximitatis, ſeu primogenituræ,
in regno antiquo generis. Quando regnum deferatur jure hæreditatis,
ſuccedi ex voluntate defuncti vel expreſſâ per teſtamentum, vel tacitâ ab
inteſtato jure proximitatis, per concurſum etiam, ut qui proximiores ſint in
eodem gradu ſimul ab inteſtato admittantur, nec licere repudiare hæredi-
tatem defuncti reliquam, retento principatu. At quando principatus anti-
qui per legem regni deferantur proximiori & antiquiori, vel alio modo, li-
cere retinere principatum, rejectâ hæreditate.

Illa ergò regna quæ in patrimonio ſunt, & pleno jure hæreditario poſ-
ſidentur, dividi poſſunt etiam inter mares & fœminas, ut in Ægypto & Bri-
tanniâ olim factum legimus; nec adoptati minùs veris liberis ſuccedunt.
Grotius dict. ſect. 12. Attalus Pergamenorum Rex, Eumenis filius, teſtamen- 51.
to populum Romanum hæredem inſtituit, his verbis: Populus Romanus
bonorum meorum hæres eſto. Bonorumque nomine populus Romanus

regnum ipſius univerſum, divina humanaque, publica & privata comple-
xus eſt. *Appian. in lib. de bell. Mithridatis. Iuſtin. lib. 36. Flor. l. 2. Hottomann.*
in quæſt. illuſt. quæſt. 1. Vell. Patercul. hiſtor. 2. cap. 4. ibi. à Rege Attalo Aſia
52. populo Romano relicta erat, ſicut relicta poſtea eſt à Nicomede Bithynia.
& cap. 9. Bithynia, ut prædiximus, teſtamento Nicomedis relicta hæredita-
ria. *Lucius Annæus, ſive Florus, lib. 2. cap. 20. ubi dicitur*, à dictâ hæreditate
provinciam populus Romanus, non quidem bello, nec armis; ſed, quod
eſt æquius, teſtamenti jure retinebat. *Paul. Diacon. hiſtor. miſcell. lib. 4. cap.*
22. ibi dicitur, Romano Imperio per teſtamentum Aſia ceſſit. *Iornandes E-*
piſcop. Ravennas, de regnor. & tempor. ſucceſſ. cap. 53. dicit, Primum quidem
in Aſiâ locum Romanos hæreditario jure inveniſſe: Nam Attalus Rex
amiciſſimus populi Romani, humanis rebus excedens, per teſtamentum
ſuum Romanos ſuo in regno hæredes conſtituit. *paulo poſt.* Bithyniam ve-
rò Nicomedes Rex moriens, teſtamentali jure reliquit. *Sextus Ruffus Di-*
ctator. cap. 11. Bithyniam defuncti Regis Nicomedis teſtamento ſumus aſ-
ſecuti. *Paul. Diacon. lib. 6. cap. 4. Iuſtin. lib. 36. Cicero de lege agraria orat.*
53. Quis ignorat, *inquit*, regnum Ægypti teſtamento Regis Alexandri popu-
li Romani eſſe factum? Ptolomæus, Cyrenorum regnum populo Romano,
Praſutagus Icenorum Cæſari, & ipſius filiabus, legavit. *Flor. lib. 2. Livius*
54. *lib. 70. Tacit. annal. 14. Hottomann. d. quæſt. 1.* Pharnaces, filiis præteritis
pluribus, fratri Mithridati, inſignis virtutis Viro, imperium reliquit. *Iu-*
ſtin. lib. 41. Ptolomæus Lagi filius, primus Ægypti Rex, minimo natu ex
filiis ante infirmitatem, ex quâ mortuus eſt, regnum tradidit contra jus
gentium. *Hirtius lib. 1. de bello Alexandrin.* Sic Auguſtus à Julio Cæſare,
teſtamento hæres inſtitutus, hæredem rurſus inſtituit Tiberium, & arro-
gavit. *Tacit. annal. 1. Sueton. in Iul. Caſare cap. 24. & in Auguſto cap. 101. Vel-*
55. *lei. lib. 2. cap. 3.* Sic Alexander, qui digniſſimus eſſet, hæredem nuncupavit.
56. *Iuſtin. lib. 12. Plutarch. in ipſius vita. Arrianus etiam: & alii.* Tiberius Impe-
rator teſtamento hæredes æquis partibus reliquit, Cajum ex Germanico, &
Tiberium ex Druſo, nepotes, ſubſtituitque invicem, *inquit Sueton. in Tib.*
cap. 16. Nervam Trajanum hic adoptavit, & ſucceſſorem conſtituit Ha-
drianum, hic Ælium Verum Cæſarem, quo mortuo adoptavit Antoninum
Pium, hic Marcum Antoninum datâ in uxorem filiâ Fauſtinâ. *Ælius Spar-*
tian. in ipſorum vita, & Iulius Capitolin. Hinc Galba Piſonem adoptans ſic ait
apud Tacitum hiſtor. lib. 1. cap. 16. Sub Tiberio, & Cajo, & Claudio unius
familiæ quaſi hæreditas fuimus: loco libertatis erit, quod eligi cœpimus. Et
finitâ Juliorum Claudiorumque domo, optimum quemque adoptio inve-
57. niet. Tranſlato ad Germanos Imperio in Caroli Magni progenie Impe-
rium hæreditarium fuit uſque ad Conradum I. Ducem Franconiæ, quam-
quam eum alii ut hæredem noviſſimum & ultimum ex Carolinâ ſtirpe non
tam per electionem, quàm per hæreditarium jus, ad imperium perveniſſe
ſcribant, *Peucer. in Chron. Carion. in genealog. Carolinæ ſtirpis, & in vita Con-*
radi. Ioan de terra rubea in tract. contra Rebell. Regis. rubric. de jure futuri ſuc-
ceſſoris legitimi in hæreditatibus regiis in 1. articul. dicit, in regno Arragonum
ex conſuetudine ſuccedi ex teſtamento, & ſe vidiſſe per publica inſtru-
menta: & idem videri in regno Ungariæ. *per c. licet. de voto & voti redemt.*
58 *Raudenſis in reſponſ. 1. n. 11.* Portugaliæ, & Arragoniæ, item Majoricarum
regna hæreditaria dici, & hæreditario jure deferri ait; imò regulam eſſe
aſſerit, regna omnia deferri jure hæreditario. *Carolus Molin. in conſuetud.*
Pariſienſ. tit. 1. §. 8. gloſſ. 3. n. 9. circa finem. Alphonſus Rex Luſitaniæ, du-
ctâ Beatrice, filiâ Alphonſi Caſtiliæ Regis, regnum Algarbiorum in do-
tem accepit. *Vaſſæus in Chron. Hiſpan. anno* CIↃ CC LX. *Tiberius 11. datâ in*
uxorem filiâ Conſtantinâ Mauritio, ſimul Imperium dedit. *Paul. Diacon.*

lib.

lib. 17. *cap.* 6. *&* 7. *Ammon. de rebus Francor. lib.* 3. *cap.* 35. Edelradus Rex Angliæ, nepotes ex filiâ nominavit hæredes, exhæredato Adelſtano filio. *Cranz.* 4. *Daniæ cap.* 18. Eduardus Rex Angliæ Gulielmum Norhum conquæſtorem, teſtamento inſtituit hæredem, qui regnum, tanquam hæreditarium ſibi vindicavit. *Bernhard de Girard hiſtor. de Franç. tom.* 1. *l.* 6. Hiſpaniæ regna pleraque jure olim hæreditario delata fuiſſe, ſicut & Siciliæ & Neapolis, certum eſt. *Oldrad. de Ponte conſil.* 94. 95. *&* 230. *Beſold. de ſucceſſ. reg. lib.* 1. *diſſert.* 1. *n.* 10. 11. *Hottom. illuſtr. quæſt.* 1. complura exempla tranſlationum regnorum & Ducatuum, per teſtamenta & legata factarum refert: *ut & Ærodius, rerum ab omni antiquitate judicat. lib.* 5. *tit.* 3. *Gregorius etiam Tholoſ. d. lib.* 7. *cap.* 12. 59.

60.

At hodie in Orbe Chriſtiano nullum regnum, Electoratum, & Principatum, in quo Primogenitus, vel lege Salicâ, ſeu jure Francorum, vel lege regiâ, vel conſuetudine, & pacto contractuve inveſtituræ ſuccedit, reperiri arbitramur, qui ſucceſſione hæreditariâ & patrimoniali, ſive ab inteſtato, ſive per teſtamentum, deferatur, ſed omnia regna & Principatus, qui illius conditionis & naturæ ſunt, ſpeciali quâdam regiâ ſucceſſióne, quæ non jure hæreditario, ſed jure ſanguinis nititur, ex diſpoſitione legis & conſuetudinis, vi pacti, & primæ conceſſionis, ad ſucceſſores, à lege & conſuetudine vocatos, & in inveſtituris comprehenſos deſcendere & devolvi, & ad eos ſolos, qui in dignitate & officio ſubſequuntur, pertinere, rationem & experientiam abundè ſatis demonſtrare opinamur: uſque adeò, ut omnis hæreditaria qualitas & conſideratio in tantum remota ſit, ut nulli Regum fas ſit, de regno ſuo per ultimam voluntatem, vel per contractum & commercium inter vivos diſponere, illudve cui velit, cedere, tradere, vel relinquere, vel in partes diſcerpere & ſecare, & inter liberos Agnatoſve dividere: imò ne hoc quidem efficere poteſt, ut primogenitus, aut proximior, cui regnum, vi legis & conſuetudinis, jureque proprio debetur, illud vi teſtamenti, vel alterius diſpoſitionis capiat, tanquam hæres, & ex beneficio ultimi Regis poſſeſſoris. *Ioan de terra rubea in tractat. contra rebell. tract* 1. *articul.* 1. *paſſim. inprimis concluſ.* 9, 10, 11. *& ſequ. ubi dicit*, quod Rex nec primogenitum hæredem teſtamento facere & inſtituere poſſit. *Philipp. Francus ad rubric. de teſtament. in* 6. *n.* 6. *Hottomann. de jure ſucceſſ. Regum in regno Franciæ. lib.* 1. *& in controverſ. Nepotis & Patrui. tit.* 12. *in primis tit.* 34. *Martinus Laudenſ. de Princip. quæſt.* 380. *Coraſius in l. filium quem. n.* 22. *C. familiæ herciſcund. Cranzius hiſtor. Danica. lib.* 2. *cap.* 3. Equidem ædes, *inquit*, agros, vineas, & his ſimilia, teſtamento dari audivimus: regnum autem præſtare chartæ beneficio, prodigii loco habendum eſt. *Carol. Molin. in conſuetud. Pariſienſ. tit* 1. *§.* 8. *gloſſ.* 3. *n.* 9. *ubi*, non licere Regi ſucceſſorem teſtamento nominare, etiam eo caſu, quando ipſa regia ſtirps tota deficeret, ſed potiùs Proceribus regni jus competere, per novam electionem regno de ſucceſſore proſpiciendi. *Ernest. Cothm. conſil.* 41. *n.* 1. *& n.* 11. *ubi*, ne Regi permiſſum, tutores, quos velit, filio & ſucceſſori, contra legem & conſuetudinem regni, dare, *dicit. Ioan. de terra Rubea. d. tract.* 1. *& art.* 1. *in* 24. *concluſ. ubi dicit*, Regem Franciæ non poſſe conſtitutionem & legem facere, per quam patrimoniali jure, aut hæreditario, quam conſuetudine iverit obtentum, in regno ſuccederetur: non enim ad caput ſpectare diſpoſitionem de capite eligendo, ſed hoc pertinere ad ſtatum regni & Reipublicæ. 61. 62. 63. 64. 65. 66.

Caput VII.

ARGUMENTUM.

Principatum & regnum pacto Majorum delatum accipere licere, repudiatâ hæreditate. In nullis regnis hodiè dari ſucceſſionem patrimonialem hæreditariam; ſed linealem legitimam, vi contractus & legis. Succeſſionem linealem eſſe, vel Agnaticam maſculorum ex maſculis: vel Cognaticam, quâ fœminæ, & fœminis nati, defectu marium proximorum, admittantur: illam in regno Gallico, & Electoratibus in Germaniâ: hanc in Hiſpaniâ, Angliâ, Scotiâ, Sueciâ, locum habere. Nullum hodiè regnum propriè loquendo hæreditarium, quamvis ita vocetur: quia hæreditaria ſi eſſent, poſſent vendi, alienari, legari pro lubitu, quod nulli hodiè Regum conceſſum ſit.

Ius primogenituræ ipſo ſtatim conceptionis & nativitatis momento acquiri. Electoratus, & nobiliores in Imperio Principatus, ex lege & pacto, ac per jus quæſitum, & per primogenituram, quæ illis connexa & unita ſit, obtineri. Ius & dominium, quod lex det, plenè & irrevocabiliter dari, & longè fortius eſſe, quàm ſi ab homine daretur.

CONSPECTUS.

1. Principatum antiquum populi voluntate, vel lege, aut pacto majorum delatum, accipere licere, repudiatâ hæreditate:

2. Qui proximiori, etiam non hæredi, debeatur.

3. In nullis hodiè regnis dari ſucceſſionem patrimonialem & hæreditariam; ſed ſubrogationem linealem proximioris, non à defuncto; ſed à lege & conſuetudine, vi contractûs, jus accipientis.

4. Jus tranſmittendi ſucceſſionem lege delatam, in poſteros, à primo acquirente deſcendentes, tranſire neceſſariò; ſed ordine certo.

5. Succeſſionem linealem, aliam Agnaticam mariam ex maribus:

6. Qualis ſit in regno Galliæ, fundata lege Salicâ, & in Germaniâ in Electoratibus:

7. Vocari etiam gentilitiam & legitimam, & eſſe optimam ſuccedendi rationem.

8. Aliam cognaticam, in quâ fœminæ, & fœminis nati, admittantur:

9. Qualis ſit in regnis Hiſpaniæ, Angliæ, Scotiæ, Sueciæ.

10. Nullum inter Chriſtianos hodiè regnum proprie hæreditarium eſſe, quamvis vulgò ſic nominentur:

11. Omnia enim regna, quæ non ſint electiva, vel eſſe hæreditaria, vel non hæreditaria.

12. Regna Hiſpaniæ, Angliæ, Sueciæ, Norwegiæ, vulgo vocari hæreditaria; ſed non eſſe propriè.

13. Hæreditaria quippe regna dividi, vendi, legari teſtamento, & in hæreditatem dari poſſe.

14. Succeſſorem in rebus patrimonialibus plenius jus habere, quàm Regem in regno.

15. Succeſſorem quidem dici ſucceſſionem habere à prædeceſſore, ejuſque hæredem eſſe, cum tamen jure ſanguinis & proprio, vi legis & conſuetudinis, ſuccedat.

16. Regna & Principatus non dependere à diſpoſitione hominis mortalis.

17. Quicquid hæreditarium, non niſi ab hærede, & jure hæreditario, capi.

18. Rei hæreditario jure poſſeſſæ, quam quis velit, legem imponere.

19. Hæredem & Dominum idem eſſe.

20. Hæreditatem aditam eſſe patrimonium hæredis.

21. In rebus ſuis, quemvis moderatorem & arbitrum eſſe.

22. Sic Principatus alienari poſſe ab eo, in cujus dominio & patrimonio vere ſint;

23. Et dari etiam non proximiori & primogenito:

24. Sicut exempla id teſtificentur.

25. Regna Galliæ, Angliæ, Hiſpaniæ, Sueciæ, quodam uſufructuario jure poſſideri:

26. Ideò à Rege alienari, vendi, oppignerari, aut diminui, non poſſe.

27. In omnibus regnis legem fundamentalem haberi de non alienandis bonis Coronæ.

28. Reges enim non proprietarios; ſed Curatores & fidei commiſſarios eſſe.

29. Hinc pacta Iohannis, Caroli V I. Fran-

Franciſci. I. Regum, contra legem fundamentalem inita, declarata nulla.

30. Regiam dignitatem & officium, nihil habere commune cum proprietate.

31. Sacra ſacrorum, ut ſint regna & regni bona, non eſſe in Marſupio Principis.

32. Reges & Principes regna ſua, ſicut maritum dotem, poſſidere, ideò diſſipare & alienare non poſſe.

33. Regem eſſe inſtar maritum populo ſuo, ex ſententiâ Regis Jacobi.

34. Regna impropriè vocari hæreditaria;

35. Ideò tamen, quia proximior gradu naturaliter hæres ſit defuncti.

36. Diſparem eſſe cauſam hæreditatis privatorum, & Regum.

37. Quæ ſucceſſio & jus in regnis, idem in Electoratibus, & nobilioribus in Germaniâ Principatibus, ſtabilitum;

38. Qui non jure hæreditario; ſed ex proviſione legis fundamentalis & inveſtituræ, jure formato & quæſito, obtineantur.

39. Primogenitum enim, proprio jure, ſimul atque in lucem ſit editus, jus ſucceſſionis adipiſci.

40. Primogenituram vocari jus inſtantaneum, & qualitatem momentaneam.

41. Primogenitum in feudis vocari legis providentiâ.

42. Succeſſionem in regnis, Principatibus, & feudis, jure ſpeciali, diverſo ab aliis ſucceſſionibus, deferri.

43. Electoratibus, & eminentioribus Principatibus. jus primogenituræ annexum & unitum eſſe:

44. Igitur eandem eos cum jure primogenituræ naturam ſortiri.

45. Connexorum enim idem judicium:

46. Connexa & unita ſeparationem neſcire, in unum offendi ſine alterius læſione non poſſe.

47. Continentia ædificia unum cenſeri.

48. Unita jure diverſo æſtimari non debere,

49. Eorum enim, eandem naturam, idem jus eſſe.

50. Jus primogenituræ in Electoratibus hanc naturam habere, ut ſit individuum, perpetuum, debeaturque jure proprio, tanquam acquiſitum lege, & ex contractu Majorum;

51. In tantùm, ut nec legitima inde extrahi poſſit, quia totum regnum & feudum, ſit pro legitimâ.

52. Jus illud primogenitum conſequi, non à Patre; ſed lege ſpeciali, & per inveſtituram;

53. Spe quidem firmâ & invariabili, quæ tolli nequeat, quia tranſiverit in contractum.

54. Statim ac naſcatur primogenitus, ei, ejuſque poſteris, jus illud acquiri:

55. Quia cenſeatur ſtipulatum nomine ſingulorum.

56. Ipſo igitur nativitatis veſtigio acquiri,

57. Dicique jus radicatum & formatum, ſpe firmâ & invariabili.

58. Suitatem regalem vocari poſſe.

59. Quia vivo etiam Patre, quodammodo Primogenitus Rex, Dominus & hæres ſit regni & Principatûs;

60. Et jus hoc tranſmittat ad filium, excluſo fratre.

61. Jus verò & Dominium à lege datum, plenè & irrevocabili modo dari.

62. Omnia jura & dignitates, & feuda, quæ à lege, conſuetudine, & inveſtiturâ tribuantur, pleniſſimè acquiri primogenito, nec opus eſſe ullo alio temporis tractu:

63. In nativitate ipsâ radicata, non conditionalia, ſed pura eſſe, executionem tantùm ſuſpendi;

64. Sicut in fidei commiſſis puris & perpetuis.

65. Jus ſucceſſoribus acquiſitum, non vi tranſmiſſionis eis deberi.

66. Sed ſeparatum à jure prædeceſſoris, & ex propriâ perſonâ competere.

QUando autem Regnum, ſeu Principatus antiquus, populi voluntate, ſeu pacto majorum, & per legem regni delatus, debetur, jure primogenituræ, proximiori & antiquiori; tunc licet huic recipere principatum rejectâ hæreditate, & rejecto impoſito gravamine, niſi ipſe ei ſe obligarit, debeturque principatus filio aut proximiori, etiam non hæredi; *ait Gregor. Tholoſan. de Rep. l. 7. c. 12. n. 1. ſicut præcedente capite diximus, & Zechius de Princip. cap. 3. n. 7. per cap. licet. de voto. Ioan. Andr. in addit. ad ſpecul. lib. 4. part. 3. in rubr. de feudis. facit. l. unica § ſed et ſi. C. de latin. libert. tollenda. l. ſi quis in ſacris. C. de proximis ſacror. ſcrinior. lib. 12.* Hæc conditio & natura Regnorum & Principatuum in Europâ hodiè frequentiſſima eſt: Nam in iis vix ulla datur ſucceſſio patrimonialis, ſive hæreditaria ex teſtamento, vel ab inteſtato; ſed

1. 2. 3.

 ſubro-

ſubrogatio linealis proximioris Agnati & Cognati, ex ſolâ lege, vel conſuetudine, non à proximi demortui jure, aut diſpoſitione, dependens. *Beſold. de ſucceſſ. reg. lib. 1. diſſertat. 1. n. 15. Hugo Grotius de jure belli, lib. 2.*
4. *cap. 7. n. 22.* ubi obſervari ſolere, *ait*, in hac ſucceſſione lineali, non jus illud ſubitionis in locum, quæ repræſentatio dicitur; ſed jus tranſmittendi futuram ſucceſſionem, quaſi delatam lege, ſcilicet ex ſpe, quæ nihil ex ſe naturaliter operatur, jus quoddam verum excitante, quale ſcilicet jus eſt in his, quæ ex ſtipulatione conditionatâ debentur, ita ut hoc ipſum in poſteros ex primo rege venientes neceſſario tranſeat, ſed ordine certo, ut primum vocentur liberi ultimi poſſeſſoris primi gradûs, tam qui vivunt, quàm qui mortui ſunt.

5. Succeſſio illa linealis in Regna & principatus duplex conſtituitur. Alia eſt Agnatica, marium duntaxat ex maribus, eum in finem ordinata, ne per matrimonia fœminatum ad peregrinum ſanguinem imperium deveniat, aut regnum in turbas conjiciatur, aut ſplendor veteris Imperii per exte-
6. ros violetur. *Grot. dict. lib. & cap. n. 22.* Talis eſt ſucceſſio in Regno Galliæ ex lege Salicâ; & in Principatibus feudiſque dignitatum in Germaniâ inter Electores & Principes, ex jure feudali. *Grotius dict. cap. 7. n. 23. Beſold.*
7. *dict. diſſert. 1. n. 15.* quæ & rectè vocatur ſucceſſio legitima & gentilitia, *Greg. de Rep. lib. 7. c. 12. Cabot. lib. 1. diſp. c. 12. n. 14. Franciſ Peil conſ. 78. n. 71.* Reputaturque hæc ratio ſuccedendi à pleriſque optima, *ut dicit Beſold. dict. diſſert. 1. n. 16.* quia non tantùm regna, principatus, feuda, poſſeſſiones, jura & dignitates, in integro & flore conſervat; ſed etiam, ſplendorem, nobilitatem, & perpetuam Illuſtrium familiarum memoriam, ſartam tectam tuetur. Convenit deinde legi divinæ & humanæ, juri poſitivo civili, & canonico, tam in hoc, quod primogenito defertur ſucceſſio, quàm quod lineâ rectâ deſcendens præfertur collaterali. *Deut. 21. 1. Reg. 2. gloſſ. in cap. 8. q. 1. 4 Reg 1. ad Galat. Paulus 4. & ad Rom. 8. c. grandi. de ſupplend. neglig. Prælat. authent. de hæredib. ab inteſt. §. 1.* Convenit bono publico & utilitati populi, *ſecundum Philop. in Politic. ut ſcribit totidem verbis Ioannes de terra rubea in tractat. contra rebell. tract. 1. art. 1, de jure ſucceſſoris in hæredit. regiis in 8. concluſ.*

8. Alia ſucceſſio linealis eſt cognatica, in quâ fœminæ & fœminis nati non excluduntur; ſed poſtponuntur in eâdem lineâ, ita ut etiam regreſſus ad eos ſit, ſi propiores, aut pares cæteri mares, aut ex maribus, defecerint.
9. *inquit Grotius, dict. cap. 7. n. 22.* Talis ſucceſſio eſt in Regno Angliæ, Sco-
10. tiæ, Hiſpaniæ, Sueciæ. Si expendimus hæc, poſſumus affirmare, regnum nullum hodie, ſaltem inter Chriſtianos, proprie vocari poſſe hæreditarium, neque aliquem rectè ſe dicere & nominare hæredem regni, tametſi
11. vulgò id fiat. Omnia regna & principatus, qui non obveniunt jure electionis, ſed lege, vel conſuetudine, ſunt vel hæreditarii, hoc eſt, deferuntur vel jure, & beneficio defuncti, & alienari poſſunt; vel voluntate populi, lege, & conſuetudine, vel ex pacto & providentiâ, & jure ſanguinis, & alienari nequeunt. *Hinc Beſold. dict. diſſert. n. 16.* nulla, quod ſciam, *ait*, hæreditaria nunc exiſtunt regna. *& Ludovic. Molin. de Majorat.* omnia regna
12. jure ſanguinis, non hæreditario deferri dicit. Regna quidem Hiſpaniæ, Angliæ, & Sueciæ, ac Norwegiæ, vulgò vocantur hæreditaria; cum tamen non ſint; niſi vocabulum hæredis, pro filio & legitimo ſucceſſore, accipias; ſicut communi loquendi uſu accipitur: Hoc ſenſu *Hottomann. in controverſ. Patrui & Nepotis* ſucceſſorem Regni, ſuum hæredem, ſive filius, ſive proximus agnatus ſit, qui regni hæreditatem ſibi à lege regni deſponſam & attributam adipiſcitur, verè proprieque appellandum eſſe cenſet, ex ſui & proprii patrimonii adeptione, cum ſuus hæres ipſo jure exiſtat. *per l in*

ſuis

ſuis 14. *D. de ſuis & legit.* §. 2. *verſ. ſed ſui quidem. Inſtit. de hæred. qualit.*
& §. *ſui autem* 4. *in fine. Inſtit. de hæred ab inteſt.* Unum verò tantùm,
& ſingularem eſſe ſuum hæredem, regiæ familiæ columen, & hæredem
regni, lege deſignatum. Ita etiam accipienda regula *apud Raudenſem*
reſponſ. 1. *num.* 11. *dicentem*; Regna omnia deferri jure hæreditario:
Nam ſi hæreditaria, ſive patrimonialia eſſent, liceret Regibus ea divide- 13.
re inter liberos, vel vendere, oppignorare, legare, teſtamento transferre,
ſuccedendi in ea ordinem & jus immutare, & novum inſtituere. *Ioan. de*
terra rubea in tractat. contra Rebell. tit. 1. *art.* 1. *de jure ſucceſſoris in hæredita-*
tibus regiis. Succeſſor, *inquit*, in patrimonialibus dominiis habet multo ple- 14.
nius jus, quàm Rex in regno, nam ille poteſt vendere, alienare, diminue-
re, & etiam per alienationes patrimonialia in alios deferre, ſic, quod con-
ſequenter liberi aliqui ex iis nihil vindicabunt, quæ tamen Rex agere non
poteſt, nec per aliquas alienationes ad alios regimen transferre. In patri-
monialibus locus eſt de jure ſucceſſionis hæreditariæ: ſed in regnis non,
niſi fuerit conſuetudine uſurpatum. Dominium quod Rex habet in Re-
gno, eſt alterius ſpeciei à Dominio rerum, quæ patrimonialiter ſive hære-
ditariè poſſidentur. *Hæc ex Iohanne de terrâ Rubeâ. qui & hoc dicit*: Primo-
genitus, *inquit*, aut alius in regno Franciæ ſuccedens non eſt, nec propriè
dici poteſt hæres ejus, cui ſuccedit, nec patrimonialiter ſucceſſor: ſed ſo-
lùm ſucceſſor quâdam ſimplici & non hæreditariâ ſucceſſione, in vim
conſuetudinis, ſive legis, quæ illi confert ſucceſſionem. *Item.* ubi lex, vel 15.
conſuetudo in patrimonialibus defert primogenito ſucceſſionem, nihilo-
minùs ſucceſſor ab eo, cui ſuccedit, dicitur ſucceſſionem obtinere, & illius
hæres eſſe: quamvis hoc caſu, quo conſuetudo regnum defert primoge-
nito, aut aliis, ſucceſſor à Rege, cui ſuccedit, regnum, aut ejus ſucceſſio-
nem, obtinere non dicatur, nec ejus hæres exiſtere: ideò Rex non poteſt
tollere ſucceſſionem ei, qui ſucceſſurus eſt in regno, quia non ex ejus diſ-
poſitione & voluntate ſuccedit ei, ſed ex ſola vi conſuetudinis, vel legis,
etiam illo invito. *Oldrad. conſ.* 224. *Baldus in conſ.* 121. *vol.* 3. *Gulielm. Bened.*
in c. Raynutius. in verbo, in eodem teſtamento. n. 147, 148. *Tiraquell. de jure pri-*
mogen Carol. Molin. in conſuet. Pariſienſ de mater. feud. §. 8. *gl.* 3. *n.* 8. *ſicut*
eos citat Hottomann. in controverſiâ Patrui & nepotis. §. *Quantum ad undeci-*
mum. At nunc ſciendum, nullum hodie regnum dari, in quo primogeni-
tus, vel ſucceſſor cujuſcunque ſexûs, non ſuccedat ex diſpoſitione conſue-
tudinis, ſive legis, aut cui ſucceſſio auferri poſſit à prædeceſſore, quivé jus
ſuum, & regni adminiſtrationem, accipiat & agnoſcat ex beneficio & gra-
tiâ defuncti. Nullus igitur hodiè regni cujuſcunque poſſeſſor propriè dici
poteſt hæres, nec regnum ullum hæreditarium. Corpora enim tam nobi- 16.
lia & auguſta, quæ perpetuò durare & florere debent, qualia ſunt regna,
Electoratus, & magni ducatus, non dependent à diſpoſitione hominis
mortalis & variabilis, nec à jure hæreditario patrimoniali, quod auferri &
adimi poteſt.

Cæterum quidquid eſt hæreditarium, id tale eſt in ſuâ naturâ, ut in Do- 17.
minio & diſpoſitione legitimi poſſeſſoris ſit, & à reliquis rebus hæreditariis
ſeparari nequeat, nec ad aliquem pertinere, qui non ſit hæres, nec aliter,
quàm jure hæreditario, capi poſſit *l. hæres in omne. D. de acquirend. hæredit.*
l. hæreditas. D. de regul. juris. l. nihil aliud. gloſ de verborum ſignificat. Roſen-
thal de feud. cap. 2 *concluſ.* 33. *n.* 15. Rei enim ſuæ, & bonis hæreditario jure 18.
vel Dominio poſſeſſis, legem, quam quis vult, pro arbitrio imponit. *l. in*
tradition. D. de pactis. l. Theopompus. D. de dote prælegat. l. ob res. D. de pactis
dotalibus l. cum eſſet. §. *finali. D. de ſervitut. ruſticor. prædior. l. legem. C. de pa-*
ctis. l. quoties. C. de donatione quæ ſub modo. l. 1. *D. de ſolution. l.* 1. *C. eodem.*
authent.

authent. excipitur. C. de bonis quæ liberis. cap. verum de condition. gloſſ. 12. cap.
cum Bertholdus in verſ. quondam jura. de re judicat. & in cap. general. in ver-
ſicul. fundatio. de electíon. in 6. Idem verò hæres, arque Dominus, eſt, &
valet, cum Dominus rerum hæreditariarum per aditionem fit. l. ſi ager.
D. de rei vendic. l. his verbis, in princip. D. de hæred. inſtituend. l. cum hære-
des. in princip. D. de acquirend. poſſeſſ. §. finali. Inſtit. de hæred. qualit. & diffe-
rent. Verraus Flaccus. Hæres, inquit, apud antiquos pro Domino poneba-
tur. Plautus in Menæch. act. 3. ſcen. 2. §. final. Inſtit. de hæred. qualitat. & diff.
ubi dicitur, pro hærede gerere, eſſe pro Domino gerere: Veteres enim, hæ-
redes pro dominis appellaſſe. l. pro hærede gerere. 20. D. de adquir. vel omitt.
hæred. Cujac libr. 10. obſ. 16. l. ſed ſi plures. 10. §. 2. D. de vulgar. & pupill.
20. ſubſt. ubi Gothofr. notat, Aditam hæreditatem, eſſe patrimonium hæredis.
idem notat ad dict. l. hæreditas. D. de regul. Socinus ad l. 1. § 8. D. de acquirend.
hæredit. l. ſed ſi plures. §. filia. D. de vulgar. & pupillar. Roman. conſ. 40. in
21. princip. Alex. conſ 70. n. 12. lib. 6. Cardin. Thuſc. tom. 4. concluſ. 19. In re-
bus autem ſuis, quivis moderaror & arbirer eſt, de iis diſponit pro lubitu,
alienando, conrrahendo, oppignerando, legando, neque cuiquam licet ei
objicere abuſum in re ſuâ. l. etiam. §. licet. D. de ſolut. matrimon. l. verbis
legis. D. de verborum ſignificat. l jure mandat. C. mandati. l. 2. D. ſi quis à pa-
rent. fuerit manumiſ. l. ſed & ſi lege. §. conſul. D. de petit. hæreditat. l. penult.
D. de pactis. l. dudum. C. de contrahend, empt. l. 1. §. denique D. de aquâ pluviâ
22. arcendâ. Nam ſicut res aliæ, ita & regna alienari poſſunt, ab eo in cujus do-
minio verè ſunt, id eſt, à Rege: ſi regnum in patrimonio habeat, & hære-
ditario plenoque proprietatis jure acceperit, tùm de eo non minùs quam
de aliis rebus hæreditariis diſponere poteſt. Grot. de jure belli lib. 1. cap. 3.
ſect. 11. & lib. 2. cap. 6. ſect. 3. Molin. in conſuetud. Pariſiens. tit. 1. §. 8. gloſſ. 3.
23. n. 9. adde allegat. ſupra. Ita ut excluſo primogenito regnum ſecundogeni-
to, ſi digniorem judicaverit, confetre poſſit, non habitâ conſideratione
prærogativæ, gradûs, vel ordinis, ſed habilitatis ſucceſſoris, & utilitaris
ſubditorum. Lucas de Penna ad l. 1. C. de tiron. n. 12. Zaſius conſ. 8. n. 8. lib. 1.
24. David, rejecto Adoniâ filio natu maximo, Regem renunciavit Schelomo-
nem naru minorem. 1 Reg. 1. Sic Jacob prætulit Ephraimum primogenito
fratri Manaſſæ. Geneſis 48. v. 5. Ira Conſtantinus magnus tres filios hære-
des imperii reliquit nulla adhuc lege dicta de ſucceſſione. Theodor. libr. 11.
hiſtor. Eccleſ. capit. ultim. Rufin. libr. 1. cap. 11. Sic Carolus magnus impe-
rium, quod acquiſevetat, inter filios diviſit, & Ludovicum Pium prætulit
Bernhardo filio Pipini primogeniti ſui filii. Turpinus in vita Caroli magni.
25. Paulus Diaconus. & alii. At in iſtis tegnis ſupradictis aliud eſt, quia nimi-
rum ea poſſeſſor in dominio, proprietate, & hæreditare non habet; ſed jure
quodam uſufructuario, vel potiùs, tanquam Adminiſtraror, poſſidet: tit.
toto. D. de adminiſtrat. rerum ad Civitat. pertin. l. 46. D. de damno infect. d. l. 3.
C. de his qui ſpont. munera publ. Abbas Panorm. in cap. intellecto. n. 3. & 4.
extra de jurejurand. Afflict. ſuper conſtitution. Neapol in prælud. 4. 24. n. 1.
26. & 2. Ideò bona & jura regia, nullus hodiè Regum alienare, vendere, op-
pignerare, aut diminuere poreſt. l. ſi electio. D. qui & à quibus manumiſſi li-
ber. Socin. in conſil. 7. vol. 3. Bald. in titulo de pace conſtant. in verbo, ſucceſſu-
rum. Lucas de Penna in l. 2. n. 12. C. de omni agro deſerto. lib. 11. Roland à Valle.
conſil. 1. vol. 2. n. 97, 98. & ſeq. Bal. in c. licet cauſam. n 3. in fin. verſ. item non
poteſt. de probat. ubi ait, Principem non poſſe viſcera imperii eviſcerare,
27. quia eſſet homicida ſuæ dignitaris. In omnibus regnis lex fundamentalis
eſt, de non alienandis bonis Coronæ: In Polonico de non alienandis terris
regni; lex renovata Anno MCCCLXXV. In Anglico, lege Eduardi anno
MCCXCVIII. In Hiſpanico conſtitutione Alfonſi, renovatâ anno MDLX.

In

In Francico jure, cum ipſo regno nato, de domanio non alienando pro-
hibita omnis talis alienatio. Non enim proprietarii & domini, ſed Admi- 28.
niſtratores & Curatores, Patreſque fidei commiſſarii ſunt Reges, regni, bo-
norumque regni, opumque publicarum *l. ult. C. de Iudæis. l. 3. C. de modo mul-
cta. l. 1. de ſolut. & liberatio. debitor. l. 1. C. de ratiocinii operum publicorum. l.
qui conditioni. 3. C. de his qui ſponte publica munera ſubeunt, ibi Cujacius.* Rex 29.
Joannes pactum ſuum, quod Anno MCCCLX. in Vaſconiâ & Pictonibus
ſummo jure ceſſit, non ſervavit, neque magis ſervare potuit, quàm tutor
curatorque captivus, ut cum ille erat, qui ut ſe redimeret, bona pupillo-
rum obligaret, *inquit Iunius Brut. hoc eſt, Philippus Morneus in vindic. q. 3.*
Eodem jure Senatus centumviralis Franciæ, pactum Madrulianum Fran-
ciſci I. de Ducatu Burgundiæ cedendo, reſcidit. Sic etiam pactum Caroli
VI. quo Henricus V. Rex Angliæ & ejus ſucceſſores, propter Catharinam,
filiam Caroli, nuptam Henrico, vocabantur ad regnum Galliæ excluſo
Carolo VII. fuit declaratum irritum & nullum per Pares Franciæ, quia con-
tra legem Salicam fundamentalem initum eſſet. *Gregor. Tholoſ. d. lib. 7.
cap. 16. in fine.*

Nulli igitur Regum hodiè jus faſque eſt, vel regnum ſuum, vel regni ali-
quam partem, vel bona, quæ ad patrimonium regium pertinent, alienare,
& alii, quem lex, conſuetudo, & jus ſanguinis, non vocat, tradere, cedere,
vendere & donare. Ratio eſt, quia regna regnique bona, & jura, non in 30.
patrimonio & hæreditate ſuâ Rex habet ſicut Dominus, & proprietarius
& hæres, qui liberè, validè, & ſine exceptione & impedimento, de rebus
ſuis patrimonialibus & hæreditariis, pro lubitu diſponere poteſt. Si regia
dignitas, adminiſtratio, regimen & juriſdictio, functio eſt & officium, at-
que munus, ut certè eſt, quid cum proprietate commune habet? Sin poſ-
ſeſſio, an non ſaltem ejuſmodi, ut is, à quo traditur, populus, ſibi perpetuò
proprietatem retineat? *inquit Brut. d. q. 3.* Non quidem dubium eſt, Prin-
cipes & Reges, rerum ſuarum privatarum, ſi quas habent proprietarios eſſe,
non ſecùs ac ſinguli cives, quique eas jure civili vendere, diſtrahereque pro
arbitrio poſſint. At certè fiſci, regni, patrimonii regalis, quod domanium
vulgato vocabulo nuncupatur, proprietarii domini nullâ ratione cenſeri
poſſunt. *ut ait ibid. Brut.* Bona ſiquidem regni, jura & juriſdictiones ſu- 31.
premæ, ſunt ſacra ſacrorum, quæ propterea non ſunt in marſupio Princi-
pis, qui nec unam civitatem regni vendere poteſt, *ut dicit Bald. in d. c. in-
tellecto. n. 2. in fine, prout refert Roland. d. conſ. 1. n. 115. & Anonymus in conſ.
30. n. 29. inter conſilia juriſconſult. ſuperior German. tom. 1. Felin. in c. ad au-
dientium. de praſcript. Hinc bene Seneca*, Ad Reges, *inquit*, poteſtas omnium
pertinet, ad ſingulos proprietas. Sub optimo Rege omnia Rex imperio poſ-
ſidet, ſinguli dominio. Imperium autèm transferre, alienare, vendere,
diſcerpere, legare non licet: quilibet verò proprietatem, & dominium
rerum, & bonorum ſuorum, pro arbitrio & voluntate poteſt. *Cujac. ob-
ſerv. 15 cap. 30. in fin.* Denique ſi patrimonium, *inquit Mornaus, ſeu Bru-
tus adſcititio nomine, in vindic. contra tyrann. d. q. 3.* fiſci, ſeu domanium Rei-
publicæ, dos verè dicitur, ut ea quidem dos, cujus diſtractione, dilapida-
tionéve, & Reſpublica ipſa, & Regnum, & Rex denique ipſe perit; quà
tandem lege dotem iſtam alienare licebit? Sicut autem maritus dotis do- 32.
minus non eſt, niſi fictione juris, & propter uſumfructum, reique exerci-
tium, & adminiſtrationem, quam lex ei concedit: ſed mulier rei dotalis
propriè domina & hæra eſt. *l. in rebus dotalibus. 30. C. de jure dotium. ibi:*
ab initio uxoris fuerint, & naturaliter in ejus manſerint dominio. *Coraſ.
Miſcell. lib. 5. cap. 14. Conan. octavo commentar. 9. Cujac. obſ. lib. 10. c. 32. l. ſi
prædium 23. c. de jure doti. Vult. 1. juriſpr. cap. 20. n. 29. ubi dicit*, rei ipſius

P Domi-

Dominam, eſſe mulierem, juris verò dominum, maritum. *adde, l.* quamvis in bonis mariti dos ſit, mulieris tamen eſt. 75. *D. de jure dotium l. Lucius* 25. *§. idem reſpondit. D. ad municipal. Treutl. diſput. lib.* 2. *diſput.* 7. *theſ.* 6. Item, ſicut maritus dotem, non hæreditario & proprio jure; ſed nomine uxoris poſſidet, nec eam ad ſuos hæredes tranſmittit, multò minùs alienare, minuere, diſſipare, poteſt; fructus verò dotis lucratur, ut in ſuſtinendis oneribus matrimonii relevetur. *in princip. Inſtit. Quibus alienare licet vel non l.* 1. *C. de fundo dotali. Novel.* 1. *c.* 1. *l. unica. §. cum lex Iulia. & §. cum autem. C. de rei uxoriæ actione in ſtipul. ibi gloſſ. l.* 7. *princ. l.* 10. *§.* 3. *D. de jure doti.*

33\. Ita Rex, qui inſtar mariti eſt populo ſuo, velut conjugi juncti, ut aliquando Regem Jacobum in quâdam oratione ad Ordines Regni Angliæ dixiſſe, bene meminimus, & cui regnum, tanquam dos Viro, ad ſuſtinenda onera regiminis & gubernationis concreditum eſt, non hæreditario & proprio jure, ſed nomine populi univerſi, tanquam conjugis, poſſidet. In ſumma, *verba ſunt Junii Bruti ind. q.* 3. quod ante diximus, Regis nomen non hæreditatem, non proprietatem, non uſumfructum, ſed functionem & procurationem ſonat. Ut Epiſcopus ad animæ, Rex ad corporis curam ſalutemque in iis, quæ ad bona publica attinent, inſtitutus eſt: ut ille bonorum ſacrorum, hic profanorum diſpenſator eſt: & quam ille in epiſcopalibus, hic in dominicis prædiis poteſtatem & nihilo majorem habet: prædiorum epiſcopalium, abſque conſenſu capituli, alienatio non valet: ut nec dominicorum, abſque concilio publico, optimatúmve ſenatu. *Hæc ille:*

34\. Dicuntur verò regna illa memorata impropriè hæreditaria; & ideò,
35\. quia is, qui in ea ſuccedit, naturaliter, tanquam proximior gradu, non civiliter deſignatur, & hæres eſt defuncti, & eſſet reverâ etiam hæres hæreditariâ qualitate, ſi res eſſet patrimonialis, regnum. *Hinc Hottom. in controv. Patrui & Nepot.* Regem eſſe non poſſe, niſi qui Regis ſuus hæres fuerit, *ſcribit*; ſuum hæredem in regno haberi non modò filium, ſed etiam proximum Agnatum. In regni ſucceſſione ſuitatis cauſam eſſe omnium potiſſimam. De-
36\. niꝗ longè diſparem eſſe, *ait*, cauſam hæreditaris privatorum & hæreditaris regum. Illa certæ perſonæ intuitu, ac propter amorem & ſtudium teſtatoris in perſonam inſtituti relinquitur. *l.* 4 *de confirm. tutor. l. fil.* 5. *§. ſed & ſi. D. de legat. præſt.* In quibus autem certæ perſonæ ratio habetur, ea perſonalia ſunt, nec ad hæredes tranſmittuntur. *l.* 3. *l.* 4. *§. quanquam D. de cenſib.* Regia hæreditas, quæ neque à Rege, nec ipſius judicio, amore, & ſtudio ergà ſucceſſorem proficiſcitur, ſed ab antiquâ populi lege filio natu maximo deſtinata eſt, non perſonæ, ſed gradui, loco, & ætati deſtinata intelligitur, quemadmodum videmus ea, quæ generi, aut familiæ alicujus, attribuuntur, poſteris omnibus qualeſcunque ſint attributa intelligi. *l.* 1. *l.* 4. *D. de jure immun.*

37\. Quæ hactenus dicta ſunt de ſucceſſione in regnum ex jure primogenituræ & ſanguinis, vi legis & conſuetudinis, de bonis item regiæ dignitati annexis non alienandis, diſcerpendis, & aliò, quàm quò lex & pactio majorum populique deſtinavit, transferendis, ea quoque locum habent, ex ſanctione Pragmaticâ Aureæ Bullæ, ex jure Francorum, ex conſuetudine etiam, & pacto atque providentiâ majorum, in Electoratibus, ac eminentioribus in Germania Principatibus, & feudis regalibus, quæ nobiliori & fortiori, quàm hæreditario, & ex prædeceſſoris beneficio atque voluntate, ſeu judicio dependente, jure obveniunt. *Aur. Bull. cap.* 7. *c.* 1. *de ſucceſſ. feud. Ioan. de terra rubea in tract. contra Rebelles* 1. *concluſ.* 3. *&* 12. *& ſeq.*
38\. *Hottomann. in controverſ. Patrui & Nepot. in fine.* Horum quippe poſſeſſio, uſus, & exercitium, debetur ſtatim primogenito, pleno jure, ipſo illo momento, quo ultimus poſſeſſor eam, vel relinquit, vel amittit; conſolidatur

enim

enim & conjungitur hęc poſſeſſio cum jure,quod primogenitus ipſo protinùs conceptionis articulo adeptus eſt, & quidem ex proviſione & diſpoſitione legis fundamentalis immutabilis, per conſuetudinem, & primam atque ſimultaneam inveſtituram,& per pacta majorum. *Hinc Iacob. Lampad. de Rep. Romano-Germ. c. 1 v. de Elector. §. 10.* magnoperè,*inquit*, attendere attinet Electoratum,non tam Patris beneficio,quàm legibus Imperii deferri: & ſanguinis conjunctionem, eſſe ſubjectum potiùs, quam cauſam ſucceſſionis ac primogeniti prærogativam paterno arbitrio non ſuccumbere. *& §. 11.* unde primogenitus proprio jure,quod per primogenituram determinatur,ſimul atque in lucem editus eſt,jus ſucceſſionis adipiſcitur,quocirca mihi vim primogenituræ, non ſatis perſpectam habere videntur, qui jure repræſentationis,vel tranſmiſſionis,ſucceſſionem obtingere diſputant.*rectè Laudenſ.reſp.7.n.37.pro regn Portug.* ceſſat repræſentatio, ubi jus primogenituræ obtinet.Et hinc J.C. primogenituram,jus inſtantaneum,& qualitatem momentaneam dixerunt. *Tiraquell.de primogen Roland. à Valle conſ.39. n. 49. l. 4. Menoch.conſ.981. quaſi dicerent*, illo editi primogeniti momento acquiri,non temporis lapſu ſuſpendi. *Hac ille.* Indubitatum ſanè eſt,primogenitum in feudis dignitatum vocari à legis providentiâ. *c. 1. quis dicatur Dux.c.1. de feudo Marchiæ. cujus providentiæ meminiſſe Iſerniam, in c. 1. §. hoc quoq;.colum.3.de ſucceſſ. feud. ait Bartholomæus Camerarius in repet. ad l.imperialem. §. præterea ducatus in initio.* Proviſio autem legis fruſtranea eſſe non debet. *l final. §. & cum antiquitas. C. ſi antiquior creditor pignor.* 39. 40. 41.

Jam & hoc notandum, ſucceſſionem regnorum, ducatuum, & ſimilium, proximè accedere ad regulam ſucceſſionis in feudo.*Cacher.conſil.138.n.14. vol. 2. diverſar. ultimar. voluntat. Pariſius conſ. 23. n. 136.* Succeſſio autem in regnis, ducatibus, principatibus hanc habet naturam, ut ea deferatur jure quodam particulari regni, diverſo ab aliis ſucceſſionibus, primogenito & proximiori de lineâ ultimi defuncti. *c. grandi. 2. de ſupplend. neglig. prælator. in 6. ibi. Innocentius cap. licet 6. extra de voto. Peregr.conſil.1.n. 5. & in verſ. diverſum eſt in ſucceſſionibus. volum. 2. Ioan. de terra rubea in d.tractat. contra Rebelles Regis. tract. 1. concluſ. 12. Gudelinus de jure feudor. part 3. cap. 2. n. 15. Franciſ. Niger. Cyriacus. conſil. pro duce Mantua articul. 6. n. 477. plures allegat. & n. 474. ex Bald. conſil. 386. circa fin. colum. penult. volum. 2. refert.* quod primogenitus dicatur filius Reginalis, hoc eſt, ſucceſſurus in regno. 42.

Quoniam verò in Electoratibus & eminentioribus principatibus, feudiſque dignitatum, jus primogenituræ, (quo primogenitus ſanguinis prærogativâ, & naſcendi felicitate,lege adminiculante & confirmante,ad ſucceſſionem appellatur & vocatur) introductum eſt, hac quidem lege,ut illud connexum unitumque inſeparabiliter eſſe & manere debeat, cum eiſdem principatibus & feudis, cum ipſis, inquam, terris & ditionibus: *Aurea Bulla §. 44. ubi. prægnantibus & congeminatis verbis ſancitur edicto imperiali perpetuò valituro*, jus, vocem, officium & dignitatem cum principatu conjunctam & inſeparabiliter unitam, & ita perſeverare & eſſe debere perpetuis temporibus, & ad poſſeſſorem principatûs ſolum ſpectare. *ibidem & alibi.* conſequens eſt, ut feuda iſta & principatus eandem cum jure primogenituræ, hoc eſt, cum dignitate, munere, & prærogativâ electorali, naturam & conditionem ſortiantur: *Socin. conſ. 47. n. 4. 5. verſ. tertia ratio eſt. vol. 3. Cardin. Pariſius conſ. 72. n. 74. tom. 4. plures infra.* Non unio facit rem ejus naturæ, cujus eſt id cui unitur. *c. ſi ad. Ne ſede vacante in 6. c. recolentes. De ſtatu Monach. l. lex Falcidia. 1. §. ſi coheredes mei. & ibi Barthol. D. ad legem Falcidiam. & aptior textus ad hoc in l. non dubito. D. de captiv. & poſtlim. reverſ. qui dicit*, ſi res ſint redactæ ad unum, quod tunc non debent diverſo jure 43. 44.

 cenſeri.

cenſeri. *l. cum qui ædes 23. D. de uſucapion. 20. bell. different. part. 2. differ. 46. n. 7. Ita habetur apud Theodor. Reinking. de Regimin. ſecul. Romani Imperii lib. 1. claſſ. 4. cap. 57. n. 97. ubi n. 99.* Hæc enim, *addit*, natura eſt unionis, ut res unitas ad eandem eſſentiam reducat, ut unum ab alio ſeparari & divelli non poſſit: *Dan. Garſ. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 12. n. 30.* ita tamen, ut magis dignum ad ſe trahat minùs dignum: *c. per tuas. De arbitr. c. quanto. De judic. l. ſi communem. D. quemadmodum ſervit. amitt. l. quæ religioſis. D. de rei vindicat. l. ſi alieni. D. de ſolut. Marant. de ordin. jud. part. 4. diſtinct. 11. n. 18.* & minor pars, unita majori, cenſeatur facta illius appendix. *l. litibus. C. de agricol. lib. 11. ubi Bartol. adde VVeſenb. conſ. 1. n. 52.* Et ita ſemel unitum & aggregatum, ampliùs dividi aut ſeparari non poteſt. *Paris de Puteo de redintegr. feud. verſ. an poſſit Baro. Menoch. conſil. 26. n. 26.*
45. *lib. 1. hac Reinking.* Præterea connexorum idem eſt judicium, nec poteſt fieri contra unum, quin fiat & contra alterum. *c. ſi quis objecerit. cap. ſi quis probandas. l. quæſt. 3. cap. quando. ibi Decius. in 3. nota. de judic. Cravetta conſil. 275. n. 5. ubi addit*, quod quando duæ hæreditates reperiuntur ſimul connexæ, non poteſt una acceptari, & altera repudiari. *l. ſed ſi plures. §. 1. ubi Iaſon. in 2. nota. D. de vulgar. gloſſ. in cap. 1. verb. tale ad finem. de presbyt.*
46. *lib. 6. Cravett. conſil. 232. n. 2.* Connexa enim & unita pro uno habentur, & ſeparationem neſciunt, neque in unum offendi ſine altero poteſt. *Cravett. conſil. 461. n. 50. & conſil. 592. n. 101. l. excuſantur. §. final. ubi Baldus. D. de excuſation. l. in cauſa. D. de procurat. l. cum actum. D. de negot. geſt. l. Præter. §. unde quæritur. D. de dam. infect. l. cum qui ædes. D. de uſucap. Cravett. conſil. 968. n. 30.* Sicut eadem contignatio, diverſa ædificia ita conjungit,
47. ut unum cenſeantur. *l. quod conclave. D. de dam. infect.* & continentia ædificia unum cenſentur cum eo cui cohærent. *l. 2. & l. ædificia. D. de verbor. ſignificat. cap. ſi civitas. de ſentent. ex commun. in 6. Anchar. conſ. 160. incipit,*
48. *præſupponitur in themate. col. 2.* Unita ad eſſentiam unam reducuntur, & jure diverſo cenſeri non debent. *l. item in rem actio. § item quæcunque. & ibi Bald. D. de rei vindicat. l. ſed ſi plures. §. filio. ibi Angel. & Immola. D. de vulgar. cap. ſuper eo. ibique Geminian. & alii. de præb. lib. 6. Curtius ſenior in conſ. 56. ſuper eo. n. 10. referente Cravett. conſ. 708. n. 5.* Nam quod alteri unitum eſt, naturam, conſuetudinem, & privilegia ejus aſſumit, cui unitum eſt. *ut dicit ibidem Cravett. per cap. recolentes. de ſtat. Monach. gloſſ. in cap. illa. ne ſede vacante. Geminian. in conſil. 25. in princip. Ruin. in conſil. 78. in fine. &*
49. *in conſil. 113. in fin. lib. 3. Cravett. conſ. 454. ubi habetur*, unitorum eandem eſſe naturam, idem jus, quia unum ens jure diverſo cenſeri non debet, & ea eſt natura unionis, ut reducat unita ad unam ſubſtantiam. *per allegat. adde Menoch. arbitr. judic. quæſt. caſ. 95. ubi quæ connexa dicuntur, pluribus enarrat. & de recup. poſſeſſ. remed. 1. n. 377.*
50. Jus autem primogenituræ, quoad ſucceſſionem in regnis, Electoratibus, & Principatibus, feudiſque Imperii, hanc habet naturam & conditionem, ut ſit individuum perpetuum, inalienabile, & primogenito, non beneficio defuncti; ſed jure proprio, intuitu, & contemplatione ſanguinis, generis, & familiæ, reſpectu item ſubditorum, & communis utilitatis, atque conſervandorum in unitate bonorum cauſâ, competat ac debeatur, tanquam acquiſitum lege, & contractu majorum. *Nicolaus Siculus, vulgò Abbas Panorm. conſil. 12. verſ. venio ad tertium. lib. 1. & conſil. 82. col penult. verſ. nam ſi ſunt feudalia. eodem lib. & conſ. 3. verſ. venio ad ſecundum. lib. 2. ubi*
51. *dicit*, In tantum ad primogenitum, vel primogenitam, ſpectare regnum, Ducatum, Comitatum, & feudum dignitatis, ut nec ex eâ legitima filiorum extrahi poſſit, ſeu debeatur, ſed eſſe ipſum feudum dignitatis, totum pro legitimâ primogeniti. *Franciſcus Zabarella, vulgò Cardinalis dictus, conſ.*

129.

129. *in fin. Iſern. in c.1. de feudo Marchiæ. n. 4. Beſold. diſput. de ſucceſſ. reg. lib. 1. diſſert. 2. n. 10. Calderin. conſ. 315. in fin. Covarruvias variar. reſolut. lib. 3. cap. 5. n. 3. & ſequent. Tiraquell. de jure primogenit. quæſt. 21, 22, 24. & pluribus in locis. Bald. conſ. 275. n. 6. lib. 2. & in authent. ex teſtament. col. ult. C. de collat.* Nam cum jus primogenituræ, conſiſtens in individuâ principatus, feudorum, & dignitatum ſucceſſione, primogenitus conſequatur, non à Patre, aut lege communi, aliàs alienari & tolli à Patre poſſent, ſicut dictum ſuprà; ſed ex ſpeciali, vel lege, vel conceſſione, & virtute pâcti cum majoribus initi, & jure proprio, ad ſimilitudinem ſucceſſorii edicti. *Bartol. in l. ut jusjurandum. §. ſi liberi. D. de oper. libert. & Bald. in authen. ſi quas ruinas. col. 2. & ſequent. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & videtur probari ex cap. primo, cum ibi not. per Bald. tit. de ſucceſſ. feud. ſicut Tiraquell. ait dict. quæſt. 21. n. 7. addens Panorm. conſ. 85. in præſenti. colum. 1. lib. 1. Caſtrenſ. conſil. 164. verſ. ſequitur quod etiam eo caſu. volum. 2. & ibidem pluribus locis. Molina de primogenit. lib. 1. cap. 1. n. 17.* Sequitur, ipſum primogenitum cum in lucem primùm prodiit, id jus conſequi, & habitu & ſpe firmâ, & invariabili, quæ per patrem, aut alium tolli non poſſit, cum & à lege traditum ſit, & ſimul tranſierit in contractum. *cap. 1. de probat. Ioan. Andr. in cap. ſignificaſti. de for. compet. Molin. ad conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. §. 85. gloſ. 3. in 2. quæſt. in fine. Franciſcus Niger Cyriacus in conſil. pro Duce Mantuæ, in 6. art. n. 464. poſtquam dixerat per Bal. in l. cum antiquioribus 19. n. 18. C. de jure deliberand. per Caſtrenſ. conſ. 167. n. 5. vol. 2. per Præpoſitum. in c. 1. n. 10. de feudo Marchiæ. Molinam de primogenit. lib. 3. cap. 6. n. 30. per Valenzol. conſ. 97. n. 9. & Mutæ deciſ. 57. n. 16.* primogenitum ſtatim ac naſcatur, & multo magis, quando ſucceſſerit, includere ſe & omnes ſuos deſcendentes, & excludere ſecundo & tertiogenitos, & eorum poſteros. *addens n. 465. & ſequent.* Et ſibi, & ſuis poſteris, *inquit*, jus illud acquiri taliter, ut eis à nemine auferri queat. *Abbas conſ. 85. n. 1. vol. 1. Tiraq. de jure primogenit. quæſt. 20. n. 200. Roland. conſ. 38. n. 24. vol. 4. Molin. de primogen. d. cap. 6. n. 38. Menoch. conſ. 211. n. 58. & conſ. 442. n. 27. & conſ. 1082. n. 11. & 16.* Et cenſetur ſtipulatum jus nomine ſingulorum primogenitorum, ſucceſſivo ordine, maximè in iſto caſu, in quo quilibet primogenitus facit renovationem inveſtituræ pro ſe, & primogenito, & finitâ lineâ primogeniti pro ſecundo & tertiogenitis, & eorum deſcendentibus, ad formam primæ inveſtituræ. *Alciatus conſil. 21. n. 7. lib. 3. Hæc Cyriacus. Petrus Matthæus in hiſtor. Franciæ. lib. 3.* Prætenſio, *inquit*, & jus primogenituræ plenè primogenito acquiſitum, ſtatim ac in hunc mundum ingreſſus, & homo natus eſt, quod quidem jus & prærogativa, quia in eo radicatum eſt, continuatur, ſecundum conſuetudinem & obſervantiam regni, in ipſius poſteritate. *& paulo poſt.* Ipſæ illæ leges & conſuetudines, quæ obſervantur in feudo, & jure vaſallitico, etiam in regno, & feudo dominante, conſiderantur & locum habent, etiam in feudo patruus ad ſucceſſionem non admittitur, niſi deficiente Nepote. *Iacobus Lampadius de Republ. Romano-Germanica cap. IV. §. 16. ubi dicit,* Ipſo navitatis veſtigio, jus ex primogenitura ſuccedendi acquiri, non tempore delatæ ſucceſſionis. *quod diſerte decidatur in aurea Bulla tit. 7. ibi.* Si Elector eſſe deſierit, jus, vox, & poteſtas ad primogenitum: illo verò non exiſtente, ad ejuſdem primogeniti primogenitum, *&c.* Quam primum, *inquit Roland. in conſ. 39. vol. 4. n. 49. ex Paulo de Caſtro,* naſcitur primogenitus, tam ſibi quàm poſteris jus primogenituræ vendicat: cum primogenitura ſit qualitas momentanea, quam continuò quis acquirit, ut natus eſt. *Andreas Kniehen in comment. ad jus Saxon. litis provocatoriæ neſcium. cap. 3.*

52. 53. 54. 55. 56.

Illud generaliter, *inquit*, notandum, ubi conſtituta eſt primogenitura,

eam inhærere primogenito, eique quæri ſtatim, ac hanc lucem conſpexe-
rit. *Roland. à vall. conſil. 38. n. 24. vol. 4. Fu ſc. ſingulari. lit. p. n. 75. Michaël*
57. *ab Agnis pro regno Portugal. part. 4. n. 32.* Unde inſeparabiliter inhæret, di-
citurque jus radicatum & formatum, ſpe minimè fallaci, ſed firmâ & inva-
riabili. *Molin. lib. 3. cap. 6. n. 37. Menoch. conſ. 211. n. 97. cum ſeq. Nicol.
Intrigliol. quæſt. 49. n. 114.* adeò ut, vivente Patre, quodammodo Rex no-
minari poſſit. *ex Epiſt. D. Cypriani ad Iulianum c. quàm periculoſum 7. q. 1.
Choppin de doman. lib. 1. cap. 7. n. 16. in fine. Hæc Knichen, qui paulo poſt,* Dixi-
mus, *inquit*, etiam ſpe minimè fallaci: nam in reliquis ſucceſſionibus, præ-
ſertim allodialibus, ſpes juridica non dicitur, vel conſiderabilis, quæ poteſt
eſſe, & abeſſe, ſicut dicitur de ſpe filii, in bonis Parentum, vel Agnatorum.
Namque Pater poteſt omnia ſua bona in mare projicere, *ſecundum gloſ. l. 1.
in gl. magna, circa med. C. de inoffic. donat. Roland. à Valle conſ. 62. n. 25. vol. 1.
Bertazoll. conſ. 57. n. 4. cum ſeqq. Rimin. in §. 1. Inſtit. de donat. n. 520. Becc.*
58. *conſ. 56. n. 55. Hæc quoque Knichen.* Suitatem regalem, vocat *Hottomann.*
hoc jus ſuccedendi, vi primogenituræ & legis. *in controv. Patrui & nepotis.
cap. 18. ubi ait*, ſuitas regalis nihil aliud eſt, quàm ſpecies hæreditatis, lege
regni, vivo etiamnum Rege, filio ipſius natu maximo aſſignata, pacta de-
59. ſponſa, deſtinata. Nam ſuus hæres, columen familiæ, vivo etiam Patre, non
modò Rex deſignatus dici poteſt, verum etiam quodammodo Rex, ſive
Dominus, atque adeò hæres regni, *ſicut dilucidè diſerteque traditur in l. in
ſuis 11. D. de liber. & poſtum. l. ult. de bon. damnat. l. 2. §. 1. D. pro hærede.
§. 2. Inſtitut. de hæred. qualitate & differ. l. 6. §. penult. de acquir. hæred. l. in
ſuis. 14. D. de ſuis & legit. §. 3. de hæred. ab inteſt. Choppin. de doman. lib. 1. cap. 7.
n. 16. in fine. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. Rubr. 3. cap 6. n. 13. ſub limit. 1.
ubi habetur*, quod primogenitus ſtatim atque natus eſt, vivo Patre Rex di-
catur, eâdem ratione, quâ filius Regis Angliæ primogenitus, Princeps
Walliæ habetur, primoque nativitatis die, majoris & perfectæ præſumitur
ætatis, ut ex originibus publicis *docet Cambden in Britan. in deſcript. Coinu-
VValliæ, ſicut refert Engelbrechtus de ſucceſſione in Electoratibus. Ioan. de terra
Rubea. tractat. contra rebelles. tractat. 1. artic. 2. Rubr. de juribus primogen.*
60. *concluſ. 1.* Igitur cum primogenitus ratione primogenituræ in nativitate
mox fiat Dominus *juxta d. l. in ſuis. & §. 1. & §. ſui de hæred. qualitat.* ipſe
eſt, & eſſe debet prior cæteris in jure hoc, cum ſit tempore prior. *Nicolaus
Reuſn. conſ. 8. n. 5. lib. 3.* jus primogeniorum ita conſtitutum *habere dicit*, ut
filio primogenito mortuo, ſi ab eo filius primus, & frater relictus ſit, jus illud
tranſmittatur in filium, ità ut is, etiam ætate minor, præferatur Patruo, æta-
te majori, in ſucceſſione: *hoc infinitos Doctores à Menochio in conſ. 211. n. 32.
lib. 3. commemoratos affirmare, quorum opinionem veriorem & receptam aſſe-
rat Iacobin. de Sancto Georgio de feud. n. 8. Socin. Iunior conſ. 3. n. 10. volum. 4.
Paulo poſt idem Reuſnerus n. 15, 16. & 17.* Quin imò, *inquit*, filio primogeni-
to, ſtatim cum naſcitur, in habitu ſucceſſio majoratûs acquiritur, ſaltem
ſpe, ſi minùs reipsâ: ſicut filius familiâs, ſeu ſuus & proprius hæres, &, ut
Græci loquuntur, αὐτοκληρόνομος, in jus ac dominium rerum paternarum
naſcitur: unde, vivente adhuc Patre, dominus appellatur, ſaltem κατὰ τὴν
ἐλπίδα, cui poſteà mortuo patre, non de novo acquiritur, ſed continuatur
dominium, cum novâ adminiſtratione *§. ſui autem. Inſtit. de hæred. qualit.
& different. l. 33. ſi Patronus. in fine. D. de bonis libertor.* Quo eodem modo
jus primogenituræ, licet in vitâ Patris filio ſuſpenſum eſſe dicatur: mini-
mè tamen ei auferri poteſt, ſed ad ejus primogenitum tranſmittitur. *Oldra-
dus conſ. 224. n. 27. cum ſeq. Panormit. conſ. 85. n. 2. lib. 2. Bellamera deciſ. 717.
n. 6. & deciſ. 723. n. 17. Ludovicus de Molin. lib. 3. de primogenit. Hiſpan.*
61. *cap. 6. n. 37. plures ibidem Reuſnerus.* Jus verò, vel dominium, quod lex alicui
defert,

defert, intelligitur plene deferri, & illi perpetuò, ſeu irrevocabili modo,
legis beneficio obvenire, niſi lex expreſſe aliud diſponat. *Roſenthal de feud.
c.7.concluſ.41.n.28 & c.XI.concluſ.9.n.11. & n 17. ubi ait communem regulam:*
Quod jus, aut dominium, alicui ſpeciali lege delatum, plene delatum cen-
ſeatur. *per l. ſive poſſidetis. in fin. & ibid. Dd. C. de probat. l. id quod noſtrum. D. de
regul. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 62. n. 3. remed. recuper. 9. n. 248.*
Dictum fuit jus ex primogeniturâ ſuccedendi acquiri ipſo momento,
quo primogenitus in lucem editur, vel potius quando in utero concipi-
tur: hoc ita intelligendum, ut omnia etiam jura, dignitates, feuda, bona, 62.
quæ illi gradui, illi ætati, illi perſonæ, à lege, conſuetudine, pacto, & provi-
dentiâ majorum deſtinata & attributa ſunt, eo ipſo inſtanti pleniſſimè pri-
mogenito adquirantur & radicentur, neque ullo alio temporis tractu opus
ſit; idcircò etiam J. C. primogenituram dixerunt jus inſtantaneum, & qua-
litatem momentaneam, *ut per Molin. de Hiſpan. primogenit. lib. 3. cap. 6.
n. 30. & ſequent. per Caſtrenſ. conſ. 164. Surdum conſil. 103. n. 10. per Abba-
tem. conſ. 85. lib. 1. & per alios ſupra allegatos. ſcribit Arnoldus Engelbrechtus
in tract. de ſucceſſionibus, in Electorat. ad cap. 7. Aureæ Bullæ, addens illud quod
dictum ſit,* omnia jura pleniſſime acquiri ipſo nativitatis tempore, ita in-
telligendum, ut quorundam tamen uſus & poſſeſſio ſuſpendatur, & ſuſpen-
di aliquando neceſſe ſit: Quædam jura ejus eſſe naturæ, ut ſtatim pleno
uſu acquirantur, quædam ſuſpenſionem, non quidem juris, ſed pleni uſûs
deſiderare. Jus purum, ſimplex, abſolutum eſſe, in ipſâ nativitate plenè 63.
radicatum, quod conditionem ferre non magis poſſit, quam ipſa natura &
generatio: Ejus tamen executionem differri & ſuſpendi in certum tempus,
nec tamen facere jus conditionale. *l. cum illud in fin. Quando dies legat. l.
conditiones extrinſecus 99. de condit. & demonſtra. l. 6. §. ubi, in ſimili Iulian.
reſpondit,* magis moram, quam conditionem legati, injectam videri. Sicuti 64.
in fidei commiſſis puris & perpetuis, ubi plures gradatim, & certo ordine,
vocati ſint, omnes jus plenum & radicatum habeant, licet interim ordi-
nem ſucceſſionis expectare cogantur. *l. ſi filius §. cum filius. De bonis libertor.
l. Si plures D. de jure libero. Michael. ab Aguirre in apolog. pro Reg. Hiſpan.
part. 1. n. 3. 4.* Ita etiam primogenito, quamquam tempus plenæ ſucceſ-
ſionis nondum venerit, jus tamen illi purum & reale adquiſitum jam eſſe.
Hæc, *ex Engelbrechto ῥαψῳδως*, eum in finem adducuntur, ut appareat,
quanta differentia ſit inter ſucceſſionem, quæ fit in hæreditatibus, commu-
ni modo, & lege civili; & inter ſucceſſionem quæ fit jure primogenituræ,
proprio & acquiſito, vi legis ſpecialis regni & imperii, conſuetudinis feu-
dorum, pacti & inveſtituræ: quodque jus hoc longè firmius & tenacius illo
altero, ac propterea nemini, qui illud prærogativâ naturæ & naſcendi or-
dine adeptus ſit, auferri & adimi ullâ ratione poſſit. *Abbas conſ. ſupra alle-
gat. 85. vol. 1. cum aliis citatis & citandis. Cum Engelbrechto conſentit Niger
Cyriacus in d. conſult. & art. 6. n. 467. dum ſic ſcribit.* Et iſtud jus, *inquit*, 65.
quod ſucceſſoribus acquiritur, non vi tranſmiſſionis eis debetur, *ut volue-
re Cravett. conſ. 677. n. 9. & conſ. 678. n. 17. Beroius conſ. 71. n. 9. & 31.
vol. 1. Peregrin. conſ. 1. n. 21. vol. 4.* Sed potius dicitur jus particulare, & ſe- 66.
paratum à jure prædeceſſoris, ipſis ex perſonâ propriâ competens, defi-
cientibus anterioribus, ad ſimilitudinem edicti ſucceſſorū, *ut advertit Ca-
ſtrenſis d. conſ. 164. colum. 2. & colum. 4. verſ. vel melius & ſubtilius dico. &
n. 5. verſ. etſi fuit actum, quod primogenitus. vol. 2. Præpoſitus in cap. 1. n. 10.
de feudo Marchiæ. Molina de primogenit. lib. 1. cap. 1. ſub. n. 17. ubi plures al-
legat. & lib. 3. cap. 6. ſub. n. 29. Menoch. conſ. 1082. n. 9. dixi in controverſ.
mea forens. 57. n. 36. 37.* Quod jus poſterioribus, acquiſitum per occupa-
tionem primogeniti, qui habeat plures fratres, vel qui procreet plures
liberos,

liberos, non remanet peremtum, ſed tantùm obfuſcatum, nec ipſi gradatim & ſucceſſivo ordine vocati manent perpetuo excluſi, ſed tantùm ſuſpenſi, donec linea primogeniti durat, quâ deficiente fit locus ſequenti, ex propriâ perſonâ, abſque adminiculo Præceſſoris, vel in eo incipit operari jus proprium, ipſi acquiſitum à communi ſtipite. *Caſtrenſ. d. conſ. 164. col. 4. verſ. &, tunc incipit habere locum aliud jus vol. 2. Afflict. c. 1. ſub. n. 11. de filiis natis ex matrim. ad Morgan. Molin. d. lib. 3. & cap. 6. n. 37. Decian. conſ. 16. n. 8. vol. 4. Menoch. conſil. 808. n. 31. Iam ad orbitam.*

CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

Prudenter à majoribus conſtitutum, qui jus primogenituræ cum Principatibus & feudis connexum eſſe voluerint. Licet aliâs in Germaniâ feuda inter filios dividi ſoleant: in Electoratibus tamen, & quibuſdam Principatibus majoribus, aliud eſſe, vel lege, vel conſuetudine ſancitum.

Feuda eſſe, vel hæreditaria, vel pactitia; in his nomen hæredis de hærede ſanguinis, qui non ex perſonâ Patris, ſed propriâ, ſine hæreditariâ qualitate, ſuccedat, intelligi, quamvis interdum vocentur hæreditaria, nihil tamen hæreditarii juris habere, ideò alienari, legari, diminui, non poſſe, quia jure contractus, ſecundum gradum genituræ, etiam invito Patre, filiis acquiſita ſint. In dubio, ex conſuetudine Germaniæ, feudum præſumi potiùs ex pacto, quam hæreditarium.

Verba hæredum maſculorum, vel hæredum corporis, vel legitimorum, vel per lineam maſculinam deſcendentium, in inveſtituris Electorum & Principum Imperii appoſita, non facere feudum hæreditarium; ſed antiquum ex pacto. Feuda enim regalia dignitatum, in Germaniâ, à lege imperii deferri, & nullam admittere ſucceſſionem hæreditariam, & eſſe juris publici, quæ ſine labefactatione ſtatus Imperii pervertinon poſſint.

CONSPECTUS.

1. Singulari prudentiâ à Majoribus conſtitutum, ut jus primogenituræ connexum ſit Electoratibus & Principatibus.
2. Sapere enim illud naturam feudorum.
3. Pari modo in utroque ſuccedi.
4. Primogenia regulari ad formam feudorum:
5. Ideò lege feudali ſancitum, ut feuda majora dignitatum, ad ſolum primogenitum pertineant.
6. Quanquam in Germaniâ pleraque feuda, in quibus jus Francorum non eſt ſtabilitum, inter filios dividantur:
7. Attamen in Electoratibus, & quibuſdam Principatibus Imperii, aliud per Auream Bullam, vel conſuetudine, & pacto conſtitutum.
8. Feudum, in quo ſuccedat primogenitus, æqui parari feudo ex pacto.
9. Feudum dividi, in hæreditarium, & pactitium.
10. Generaliter omnia feuda, quæ non ſint merè hæreditaria, vocari feuda ex pacto.
11. In ſpecie ſumtum, tale eſſe, quod ex pacto acquirentis, & dantis, deſcendentibus obvenit:
12. Vulgò definiri, in quo ſuccedatur jure ſanguinis, ſecundum diſpoſitionem inveſtituræ.
13. Hæreditatem nihil conferre ad ſucceſſionem feudi:
14. Hanc enim nihil commune habere cum illâ.
15. Proprium feudorum ex pacto, ut filii, ſine hæreditariâ qualitate, vocentur.
16. Licet nomen hæredis addatur; illud tamen non de jure hæredis, ſed de hærede ſanguinis intelligi.

17. Et

17. Et ſignificare qualitatem ſucceſſoris, non qualitatem ſucceſſionis:

18 Ideò quemlibet ſucceſſorem ſuccedere jure proprio, ſecundum proximitatem ſanguinis.

19. Non ex perſonâ Patris, ſed propriâ, jure quæſito generi maſculino

20. Habere quemlibet poſſidentem dominium limitatum, tempore vitæ ſuæ, quod ſubſequens conſequatur ordine ſanguinis, virtute primæ inveſtituræ.

21. In feudo dignitatis, nomen hæredis de filio, ut filio, non ut hærede, intelligi.

22. Et hoc quoque ſecundum conſuetudinem Germaniæ.

23. Feudum hæreditarium propriè eſſe, quod ad omnes hæredes deſcendat,

24. Et in quo ſecundatur jure hæreditatio.

25. Impropriè hæreditarium dici: origine quidem videri eſſe in hæreditate primi acquirentis, ſed poſtquam huic ſucceſſum ſit, deſinere eſſe hæreditarium.

26. Feudum hæreditarium triplici modo conſiderari:

27. Ideò, licet interdum vocetur hæreditarium, non tamen obſtare, quin ſit ex pacto & providentiâ.

28. In materiâ feudali, nomen hæredis, non alios comprehendere, quàm hæredes ſanguinis maſculos.

29. In materiâ, non tranſmiſſibili, ad hæredes extraneos, nomen hæredis, ad filios tantum reſtringi.

30. Feuda ex pacto, etſi impropriè hæreditaria vocentur; nihil tamen hæreditarii juris habere.

31. Filium enim & Agnatum, ea non conſequi beneficio, & judicio ultimi Vaſalli, ſed jure ſanguinis, ſecundum gradum geniture, ex contractu majorum.

32. Ideò nullo modo alienari, legari, minui, aut in alium, quàm quem inveſtitura, lex, & pactum vocat, transferri poſſe.

33. Nec in obligatione generali bonorum, aut petitione hæreditatis, comprehendi.

34. Hinc paſſim in jure hæreditati opponi.

35. Hæreditatem eſſe ſucceſſionem in omne jus defuncti:

36. At in feudo illud perſonale eſſe, & cum perſonâ extingui, inde etiam deſcendentes, non ſuccedere ultimo Vaſallo, ſed primo acquirenti;

37. Idque non tam jure hæreditario, quàm jure pacti, quo hic iſtis proſpexerit.

38. Sicut feudum ex pacto in petitione hæreditatis non veniat; ita filio & Agnato fas eſſe illud amplecti, repudiatâ hæreditate.

39. Renunciationem enim hæreditatis, eos non excludere à feudo;

40. Quia illud habeant jure contractûs.

41. Liberumque eſſe filio, repudiare hæreditatem, & ſtare contractui Patris.

42. At in feudo hæreditario, etiam mixto, contrarium eſſe:

43. Quia illud jure hæreditario, ex perſonâ Patris, habeat filius.

44. Licet in dubio feudum præſumatur hæreditarium potiùs, quàm ex pacto:

45. Contrarium tamen eſſe, ex conſuetudine Germaniæ.

46. Si Vaſallus poſſideat feudum, præſumi antiquum; ſi Dominus, novum.

47. Et ſic in Camerâ imperiali decïſum eſſe.

48. Feudum conceſſum ſibi, & hæredibus maſculis, vel per lineam maſculinam deſcendentibus, ſicut In inveſtituris Electorum & Principum Imperii habeatur, non eſſe hæreditarium: ſed antiquum ex pacto.

49. Paria eſſe, recipere feudum pro ſe, & filiis maſculis, vel pro ſe, & hæredibus maſculis.

50. Hoc, receptam in Germania conſuetudinem, & Cameræ ſtylum, approbare.

51. Vocem hæredis corporis, deſignare ſanguinis hæredem;

52. Non hæredem hæreditatis.

53. Verba, hæredibus maſculis, ita conſiderari, ut feudum quidem competat, ut filiis, titulo ſingulari, nihilominus, ut ſint hæredes acquirentis allodiales.

54. Ex ſubjectâ materiâ, nomen hæredum, de filiis tantùm intelligi.

55. Feudum ex pacto & providentiâ dici, quia ex pacto acquirentis, & ex providentiâ concedentis, in deſcendentes tranſeat.

56. Longè differre à feudo hæreditario, in quo Patris, & ultimi poſſidentis, ratiu habeatur.

57. In illo enim attendi naturam, & ſanguinem, non hæreditatem;

58. Et conſiderari originem & ſtipitem, non ultimum defunctum.

59. Sicut nomine feudi ex pacto, omnia feuda, quæ ſine hæreditariâ qualitate conceduntur, ita ſub nomine feudi hæreditarii, intelligi feuda, quæ jure hæreditario obveniant.

60. Feuda regalium dignitatum, in Germaniâ, non admittere ullam ſucceſſionem hæreditariam; ſed deferri ex lege imperii, ex pacto & inveſtiturâ.

61. Hæreditatem eſſe ſucceſſionem in jus defuncti:

62. At in feudis iſtis eſſe potiùs ſucceſſionem in rem.

63. Feuda regalia juris publici eſſe, quæ everti non poſſint, citra Reip. everſionem.

Q Non

1. NOn ſanè ſine ſingulari prudentiâ à majoribus noſtris con-
ſtitutum eſt, ut jus primogenituræ connexum, unitum,
adglutinatum colligatumque ſit, maneatque cum Electo-
raribus, principatibus, & feudis dignitarum; quia hujuſ-
modi primogenitura accedit maximâ ex parte ad natu-
ram feudi: *per not. in c. Imperial. §. Pratérea ducat. tit. de pro-
hibit. feud. alien. per Frid. Pariſ. conſ. 72. incipit: ad verum.*
2. *n. 74. l 4 ubi dicit,* Jus primogenituræ ſapere naturam feudorum. *per Socin.
conſ. 47 n. 4, 5, 6. verſ. tertia ratio eſt. vol 3. Tiraquell. de primog. quaſt. 23 n. 14.
ubi addit,* ex quo ſequitur, *inquit,* quod debet primogenitura judicari ſe-
cundum naturàm feudì, *& quaſt. 40. n. 99. ubi dicis,* jus primogenituræ &
3. feudum, fraternizare. Jus primogenituræ maximâ ex parte accedit ad na-
turam feudi, *inquit Roland à Valle conſil. 10. n. 38. vol. 3. per Socinum in conſ 47.
verſ, tertia ratio. vol 3. Pariſ. d. conſ. 72. & n 74. vol. 4.* In materìa primo-
genituræ ſucceditur, ur in materiâ feudali. *teſte Celſ. in conſ. 38. n. 10. refe-
rente Rolando in conſil. 39. vol. 4. n. 51. Socin. conſil. 88. vol. 3. & Lancel. in
ſpeculo. lib. 1. cap. 1. & 4. rubricâ, primogenituram ſtatuere. n. 7. ubi* primoge-
nituræ jus in bonis feudalibus, & quæ dignitatis ſunt, locum habere dicunt.
*Andreas Knichen comment. in jus Saxon. litis provocatoria neſcium verbo.
Ducum Saxonia. cap. 3.* veluti in primogeniturâ, *inquit,* unus tantum gau-
det ſucceſſorio emolumento, ita etiam receptum eſt, dignitatum feuda pa-
ri greſſu incedete. *per Archidiac. & Prapoſit. in c. quam periculoſum 17.
quaſt. 2. & per eos quos congerit Michael ab Aguirre in reſp. de ſucceſſ. regni
Portug. part. 2. n. 1. & 19.* Similitudo primogeniorum, & feudorum rega-
lium congrua eſt, ſi hæc inſtar illorum conceduntut. *ait Knichen eodem*
4. *in capit. Niger Cyriacus in conſult. pro Duce Mantua artic. 6. n. 446.* Primo-
genia, *inquit,* regulantur ad formam feudorum reſpectu ſucceſſionis. *ut
tradunt Gabriel. conſ. 107. n. 5. & 6. vol. 1. Pariſ. conſ. 72. n. 72. 73. vol. 4.
Cephal. conſil. 664. n. 3. Decian. conſ. 16. n. 5. & 38. vol. 4. Menoch. conſil. 1259.
n. 1'.* Præſertim quandò bona primogenituræ ſubjecta, ſunt etiam feu-
dalia. *Socin. conſ. 47. n. 6. verſ. tertia ratio: & n. ſeqq. vol. 3. Molina de pri-*
5. *mogen. lib. 1. cap. 7. n. 1. 2. & 5. Cravetta conſil. 606. n. 6.* Siquidem, *inquit,*
contrarium feudi naturæ non eſt, ut ad primogenitum veniat; Imò enim
lege id feudali in feudis majoribus, expreſſè ſancitum, quæ dividuitatem
non admittunt, & primogeniti ſolummodò ad ea aſpirant. *d. c. 1. & §. Pra-
terea Ducatus. de prohibit. feud. alinat. per Frid. cum aliis. apud Abbat. relat. in
conſ. 3. n 3. poſt med. verſ. ſed hiis non obſtantibus. lib. 2. Decius in conſil. 269.
colum. 2. in princip. Clar. quaſt. 44. in §. feudum; dicit,* communem eſſe,
quod feuda majora dignitatis non poſſint dividi, prout regnum, Ducatus,
Marchia, Comitatus, Eaque ad ſolum primogenitum ſpectare. *Abbas.
conſ. 12. colum. 3. verſ. ad tertium. lib. 1. Alexandr. in conſ. 6. in princ. lib. 5.
Tuſchus concluſ. 189. n. 1. ubi addit.* iſtam eſſe communem opinionem, &
ita concludere omnes abſque conrradictione, etiam conſentientibus con-
ſortibus. *Hinc benè Gail. 2. obſerv. 153. n. 2.* obſervat & laudat Divum Ca-
rolum Imperatorem IV. Electoralem digniratem voluiſſe eſſe individuam,
& jus primogenituræ in eâ locum habere.

6. Quanquam in Germaniâ pleraque feuda, etiam quæ dignitatem an-
nexa habent, ut ſunt Ducatus, Marchionatus, Principatus, Comirarus,
Baronatus, regulatiter diviſioni & partitioni obnoxia ſint, quia jus Franco-
rum, hoc eſt, primogenitura, in iis conſtabilitum non eſt, ſed ſucceſſio ſit
jure Langobardorum, ubi omnes filii parili jure vocantur & admittuntur.
*ſicut pluribus probat & defendit Knichen. d. cap. 3. Gail. d. obſerv. 153. Schurf.
conſil. 17. n. 5. cent. 1. Vult. de feud. lib. 1. cap. 8. n. 36. Bodin. de Rep. lib. 6. c. 5.
n. 736.*

n.736. Menoch. conſ. 2. n. 288. Modeſtin. Piſtor. conſ. 50. n. 4. vol. 2. Melchior Kling in tit. de iis qui feuda dare poß. diviſ. 1. verſ. cautum tamen eſt, & diviſ. 12. ipſa quin experientia teſtatur. Attamen in Electoratibus & aliis qui- 7.
buſdam Principatibus & feudis imperii regalibus, aliud, vel lege, vel con-
ſuetudine, vel pacto, cautum eſt & conſtitutum. De Electoratibus, de Re-
gno Bohemiæ, de Comitatu Palatino, de Ducatu Saxoniæ, & de Mar-
chionatu Brandenburgenſi. Aurea Bulla diſponit, ut nimirum primoge-
nitus ſolus in eis ſuccedat, omni diviſione & partitione interdictâ. *c. 7.
20. 24.* Sic in Auſtriæ ducatu, in Bavariâ, ſolus primogenitus ſuccedit, re-
liquis fratribus alimentariâ aſſignatâ portione. Sic in ducatu Wirtenber-
genſi, in Brunovicenſi, & aliis feudis regalibus, quæ jure Francorum defe-
runtur, hoc eſt, in quibus primogenituræ jus eſt introductum. Ita in du-
catu Sabaudiæ, & Pedemontii principatu: item in ducatibus Mantuæ &
Montisferrati, in Ducatu Modonæ, & Principatu Piombini, & aliis in Ita-
liâ dominatibus, quæ feuda Romani Imperii ſunt, ex pacto quidem & pro-
videntiâ, eadem ſucceſſionis qualitas, quâ primogenitus ſolus, jure Fran-
corum poſſeſſionem in ſolidum, nullâ admiſſâ partitione & diviſione, con-
ſequitur, viget, & obſervatur.

Feudum autem in quo ſuccedit primogenitus, æquiparatur feudo ex pa- 8.
cto & providentia. *Pariſius conſ. 23. n. 136. vol. allegat. deciſ. conſil. Neapo-
lita. 112. circa princ. & deciſ. 248. Lancellot. in templ omnium jud. lib. 1. cap 2.
§. 1. quæſt. 2. n 21.* Nam vulgò feudum dividitur in hæreditarium & pacti- 9.
tium, ſeu ex pacto & providentiâ Majorum. *Iſernias in c. 1. n. 1. & 3. An
Agnat. vel filius. dicit,* hanc eſſe communem poſitionem. *& in c. 1. n. 7. ubi
Bulgaro & Pyleo hanc diviſionem aſcribit. De ſucceſſion. feud. Roſenthal. cap. 2.
concluſ. 33. n. 1. apud omnes paucis exceptis receptam eſſe dicit, Borcholt. de feud.
cap. 4. n. 17. Obrecht. de feud. cap. 2. n. 7.* In Camerâ Imperiali hanc diſtin-
ctionem obſervatam, & in conſulendo ac decidendo obſervandam, & eam
à majore parte omnium eſſe approbatam, licet de effectibus feudi hæredi-
tarii duæ ſint longè & latè diſſidentes opiniones, *ait Roſenth. de concluſ. 33.
& n. 1. in gloß. 4. Hartm. Piſtor. quæſt. feud. 1.* Nos ea tantùm attingemus, quæ
noſtro ſcopo velificantur, reliqua prætermittemus. Jam verò generaliter 10.
notandum, omnia feuda, præſertim propria, *ut ait Roſenth.* & quæ non ſunt
omnino, & merè hæreditaria, poſſunt vocari feuda ex pacto & providen-
tiâ. *Piſtor. in quæſt. juris part. 1. quæſt. 1. n. 11. lib. 2. Arius Pinellus in l. 1. part. 3.
n. 85. C. de bonis matern. Roſenthal. cap. 2. concluſ. 25. n. 2.* Sed feudum in 11.
ſpecie ſumtum ſignificat tale feudum, quod ex pacto acquirentis ac provi-
dentiâ dantis deſcendentibus ita acquiritur, ut id omnes acquirentis de-
ſcendentes, vel alii, de quibus convenit, illorum beneficio capiant. *eſt diſpo-
ſitio textus in c. 1. an Agnatus vel filius. tit. 45.* (filius non poteſt hæreditatem
ſine beneficio repudiare) & quæ ex illo textu ſequuntur, in eo locum non
habeant, & propterea filii in eo ſuccedere poſſint, repudiatâ hæreditate pa-
tris, qui Vaſallus fuit, *ut Roſenthal. dict. concluſ. 35. dicit & in gloß. l. allegat.
Thom. de Morin. tit. 1. n. 13. de feud. ex pact. & provident. Camerar. in d. cap.
Imperialem. §. Præterea ducatus de prohibit. feud. alienat. per Frider. Franciſc.
Aretin. conſil. 14. n 13. 14. Alexand. conſ. 19. n. 5. lib. 5. & conſil. 26. n. 3. eod.
libr.* Aliàs vulgò definiunt feudum ex pacto & providentiâ, feudum in quo 12.
ſuccedit ur jure ſanguinis, ſecundum diſpoſitionem juris feudalis, ſeu po-
tiùs inveſtituræ. *Vult. de feud. lib. 1. cap. 8. n. 26. Otto Meland. in loc. commun.
feudal. loc. 3. ubi lit. d. addit.* hanc definitionem eſſe accuratiorem illâ vulga-
ri, quâ definiunt, quod ſit feudum quod Vaſallo conceditur pro ſe & filiis,
vel liberis. Quia non filiorum appellatio principaliter facit feudum ex pa-
cto & providentiâ; ſed detracta potiſſimùm hæredis qualitas. *Hartm. Piſtor.*

13. *part. 2. quaſt. 1. n. 2. & quæſt. 3. n. 58. Gail. 2. obſerv. 154. n. 14.* Hæreditas,
inquit, nihil confert ad ſucceſſionem feudi: cum feudum non ſit quid hæ-
reditarium, ſed diverſam & ſeparatam naturam habeat ab ipsâ hæreditate.
Generaliter, *inquit Ioan. Ruding. lib. 2. controv. juris feudal. cap. 9. n. 3.* ſcien-
dum eſt, nomine feudi ex pacto & providentiâ omnia feuda venire, quæ
ſine hæreditariâ qualitate conceduntur, atque adeò propriam feudorum
14. naturam retinere. *Dynus conſ. 2. in princip. Tuſchus concluſ. 184. n. 8.* feuda
nihil habere commune cum hæreditate, quando non ſunt hæreditaria.
15. *Gail. d. obſ. 154. n. 15.* non eſſe partem hæreditatis. Dictio autem filiis, & ſimi-
les locutiones ad conſtituendum feudum ex pacto nihil momenti adfert,
ſed id omne à propriâ ipſius feudi naturâ dependet: Proprium enim eſt
omnium feudorum, ut filii ſine qualitate hæreditariâ cenſeantur vocati, *tra-*
16. *dit Rudinger. d. c. 9. n. 6. ex Piſtor. allegato. quaſt. 1. n. 23.* Et licet in inve-
ſtiturâ nomen hæredis, & hæreditarii juris, reperiatur, illud tamen in feu-
do antiquo, non de proprio jure, & nomine hæredis, ſed de naturâ & jure
ſanguinis intelligendum. *Baldus in cap. 1. de eo qui ſibi & hæred. ubi memo-*
rat, nomen hæredis, oppoſitum in inveſtiturâ debere intelligi de hæredi-
bus ſanguinis, abſque eo quod habeat jus & nomen hæreditatis, & quod
debeat attendi natura & ſanguis, & non hæreditas. *Ita refert Paris. conſil.*
23. n. 167. & idem ſentire Corn. conſ. 199. col. 15. verſ. & propterea in 2.
volum. & conſ. 169. colum. 1. in 3. volum. Hartman. lib. 1. tit. 54. obſerv. 15.
n. 6. per Bald. in tit. Qui feuda dare poſſunt. §. & quia vidimus. Idem Paris.
in d. conſil. num. 135. dixerat ſecundum Baldum. in §. hoc quoque Col. 4.
17. *verſ. praterea filius.* In feudi ſucceſſione conſiderari ſanguinem, & filios,
alioſque deſcendentes, non venire, ut quoſlibet hæredes, ſed potiſſi-
mùm ut hæredes ſanguinis, verbumque hæredis ſignificare qualitatem
ſucceſſoris, & non qualitatem ſucceſſionis & hæreditatis, atque conſide-
rari naturam & ſanguinem, & non veram ac propriam ſucceſſionem,
ut pulcrè tradat idem Bal. in d. c. 1. col. 2. num. 2. & 6. de eo qui ſibi & hære-
18. *dib.* Ideò quilibet ſucceſſor, ſuccedens ordine & gradu, quem beneficio
naturæ, & prærogativâ naſcendi conſecutus eſt, jure proprio ſuccedit, ſe-
cundum inveſtituram & conceſſionem primævam, in quâ unus poſt alium
vocatur, ſecundum proximitatem ſanguinis. *Andreas Iſern. in d. §. hoc quo-*
que & ibi Præpoſitus. verſ. quaro quid ſi agnatus. Alexand. in conſ. 105. in 4.
vol. aſſerit communem eſſe. Decius conſil. 389. n. 1. ubi dicit feudo conceſſo Titio
19. *& liberis, hos vocari ex perſonâ propriâ, non Patris. Bald. & alii omnes. in l. apud*
Iulianum. §. ſi quis alicui. de legat. 1. Bald. conſ. 371. in 1. vol. Socin. conſ. 75. in 1.
vol. Imol. conſ. 9. verſ. & ſic patet. colum. penult. Calcan. conſil. 78. col. 2. &
n. 17. & 14. ubi allegando deciſionem dicit, quod conceſſio una videtur facta
in perſonâ recipientis, & alia in perſonâ cujuslibet deſcendentis, qui venit
ex perſonâ propriâ, & jure quæſito generi maſculino, & jure mortalitatis,
& firmat Andr. de Iſern. in titul. de inveſtit. de re alien. fact. ita eos refert Pari-
20. *ſius conſ. 23. n. 129. & 130. ubi dixit.* Deſcendentes vocari limitatè, quem-
libet per ſe, & unum poſt alium, & habere dominium limitatum, tempore
vitæ ſuæ, & eo mortuo, illud conſequi deſcendentes ex propriâ perſonâ,
virtute primæ inveſtituræ, quia omne jus mortui fuerit exſtinctum & reſo-
lutum: deſcendenteſque ex primo, venire ordine ſanguinis, & jure proprio,
21. poſt diem mortis illius, & prout quiſque ſit in gradu proximior. In feudo
dignitatis regalis, & in materiâ non hæreditariâ intelligitur nomen hære-
dum de filiis, ut filiis, & ſic de hæredibus ſanguinis, *Bald. 341. Imperator*
conceſſit. per tot. libr. 1. & conſ. 337. n. 19. in fin. verſ. hac natura in feudo lib.
eod. ubi dicit, in feudo non tranſmiſſibili, ut in feudò dignitatis regalis, pu-
tà Marchiæ & Ducatus, nomen filii ſemper intelligi ſimpliciter de filio,

non

non ut hætede. *Gail. 2. obſerv. 154. n. 20.* ſecundum conſuetudinem Get- 22.
maniæ, *inquit*, vetba illa inveſtituræ, pro ſe & hæredibus ſuis, intelligun-
tur de hæredibus maſculis feudalibus, & feudum ita receptum, non erit
hæreditatium, ſed antiquum ex pacto & providentiâ, quod etiam juri feu-
dali conſentaneum eſt.

Notandum aurem dupliciter conſiderari & appellari feudum hætedita-
rium: propriè & abſolutè, vel impropriè, & ſecundum quid. Ptopriè ad 23.
quod nemo admittitur, niſi ſit quoque hæres hæreditatis, *ut ait Gail d. ob-
ſerv. 154. n. 19. per text. cap. 1. An agnatus vel filius. Pinellus ad l. 1. c. de bonis
matern. part. 3. n. 84. Decius conſil. 184. n. 1. & n. 2.* feudum hæreditarium
in quo ſuccedens eſt vocatus, hæres eſt, tale feudum tranſit ad omnes
hæredes etiam exttaneos, *Decius ibid. num. 3.* venit in petitione, & di-
viſione hæreditatis, & in reſtitutione fidei commiſſi. *Alexand. conſil. 18.
n. 7. lib. 5. & conſ. 19. n. 8, 9. Gail. d. obſerv. 154. n. 10. communem eſſe opinion.
per notata Doctorum in c. 1. an agnat. vel filius. Sic in Camerâ judicatum fuiſſe
refert Roſenthal. cap. 7. concluſ. 12. in fine. Tuſchus concluſ. 157. n. 37, 38, 39.
tom. 3. Bart. in l. ſi Patront. n. 3. D. ad Trebellian. Bald in l. cum virum. n. 21.
C. de fidei com. Iſern. in c. §. hoc quoque n. 7. de ſucceſſion. feudi. Menoch. 4.
præſumt. 197. n. 6. Vult. l. 1. cap. 8. n. 26. hanc definitionem tradit*, feudum 24.
eſſe tale, in quo ſuccedatur jure hæreditario, non ex ptovidentiâ juris feu-
dalis, ſed ex juris communis diſpoſitione: hinc & alienari, oppignorari, &
ptælegari, & uni filiorum aſſignari poreſt, ſicut quælibet res hæteditaria.
*l. cum à matre C. de rei vindic. l. ſi ab eo. C. de liberali cauſ. l. ea quæ à Patre ge-
runtur. C. de reſtit. milit. Iſern. in c. 1. in fine. Qui ſucceder. teneant. Alexand.
conſil 29. ubi magis communem dicit. Decius conſ. 395. n. 5. ita eos citat Gail. d.
obſerv. 154. n. 12, 13.* vocatut ab aliis pattimoniale. *Rudinger d. l. 2. cap. 9.
n. 12.* Improptiè hæreditatium feudum dicitur, quod quidem origine, *ut in-* 25.
quit Gail. d. obſerv. n. 19. reſpectu ptimi acquirentis, videtur eſſe in ejus hæ-
reditate, ſed poſtquam ſemel primo acquirenti ſucceſſum eſt, definir eſſe
hæreditarium. Conſideratâ qualitate ſucceſſionis feudum antiquum hæ-
reditarium dici poteſt: quia Vaſallus ſuecedete volens, primi acquirentis
ſucceſſor eſſe deber mediatè, vel immediatè, non quidem ptoptiè ſed im-
propriè. *citat. Pariſ. conſ. 23. n. 167. volum. 1. & conſil. 65. volum. 3. Decius
conſ. 78. n. 4. & conſ. 208. n. 9. Ita Referens in voto. 8. tit. 9. part. 2. n. 29. 50,
51. tom. 1. apud Gilman. eadem quæ Gailius refert, ſecundum ea pronunciatum
fuit in Camerâ, in cauſâ Haller contra Brandenburg. an.* 1558. *Alius Referens
in cauſâ H. B. contra Palat. in tom. 2. part. 1. voto 21. n. 59.* Feudum, *inquit.* 26.
hæreditarium in jure noſtro feudali dicitur altero de tribus. Primò hære-
ditarium dicitut, quaſi reale, reſpectu feudi perſonalis, quia ſcilicet ad po-
ſteros tranſit, nec extinguitur cum petſonâ inveſtiti, *ut per Petr. Rebuff. in
ſua arbore feudali in 8. diviſion.* Secundò dicitur hæreditarium eo reſpectu,
quia ſcilicet in eo etiam deſcendentes non ſuccedant, niſi etiam ſint hæte-
des primi inveſtiti. Tertiò vetò feudum dicitur hæteditarium merè & ſim-
pliciter, quia ad omnes collatetales ptoximos, vel etiam extraneos hære-
des ab inteſtato, vel ex teſtamento venientes tranſeat, & ſic quoque ad
ſucceſſionis modum cenſetur jure allodii, *per plurima quæ allegat. Iaſon in
uſib. feudor. colum final. verbo. feudum hæredit. Hæc ille.* Proinde etiamſi in in- 27.
veſtiturâ dicatur feudum concedi pro ſe & hæredibus ſuis, ipſumque feu-
dum vocetut hæteditarium, non tamen impedit, quin feudum ſit maſculi-
num, antiquum, patetnum, ex pacto & providentiâ: id quod ex naturâ
feudi, ex conſuetudine, & ex qualitate ſucceſſionis & poſſeſſionis, facilè di-
judicatur, imprimis autem ex formâ & tenore inveſtituræ. *Ioan. Fichard.
conſ. 16. n. 8. tom. 1. Iaſon in prælud. feud. n. 99. Bald. in l. quoties. C. de ſuis &
legit.*

28. *legit. hæred.* In materiâ nempe feudali, nomine hæredis, non alios compre-
hendi, quàm hæredes ſanguinis maſculos. *dicit Fichard. tom. 2. conſ. 17. n. 2.*
per Bald. in §. & quia vidimus. cum ibi Apoſtill. in tit. qui feud. dare poſs. Decius
.conſ. 208. colum. 3. & 4. Vldaric. Zaſius conſ. 11. & 12. lib. 1. & eſt text. in tit.
ſi de feud. controverſ. ſit inter. §. Titius cum Sempron. ubi Baro à Tautenberg
poſt alios; conſequens eſt, quod iſtud verbum Hæredis, in tractatu feudali
prolatum, tantùm de hæredibus feudalibus, & non aliis ſit intelligendum.
prout etiam concludit Franciſc. Curtius conſ. 50. Cui deciſioni ſubvenit, *ita*
pergit Fichard. d. n. 8. etiam alia jureconſultorum recepta doctrina, quod
in materiâ ſui naturâ non tranſmiſſibili ad hæredes extraneos, ſive *ut Al-*
ciatus loquitur, in materiâ, ex cujus naturâ eſt, ut extranei hæredes exclu-
dantur, ut in emphyteuſi Eccleſiaſticâ & feudo nomen hæredum reſtrin-
gatur ad filios tantum. *Ita tradunt Abb. Panorm. Felin. & alii in c. in præſen-*
tia. de probat. Alciat. in l. hæredis appellatio. D. de verb. ſignificat. Idem Fichard.
29. *eodem tom. conſ. 7. n. 7. & conſ. 9. n. 5.* Feudum, *inquit*, hæreditarium, ſci-
licet pro ſe & hæredibus conceſſum, non propterea fœmininum eſt, ſed
proprii feudi naturam obtinet, eo excepto, quod per agnatos, non aliter
niſi hæredes, qui defuncto vaſallo, exiſtunt, acceptari poteſt, quod ſecùs eſt
in aliis feudis non hæreditariis, quæ agnati etiam repudiatâ hæreditate,
conſequi poſſunt. Et hæc eſt potiſſima hæreditarii feudi à cæteris feudis
differentia. *Franciſc. Curtius in tractat feudal. part. 1. quæſt. 8. n. 20. &*
conſ. 15. & conſ. 138. Decius conſ 390. & 395. Ludovicus de Gozadin. conſ. 26.
30. In feudis autem ex pacto & providentiâ, etiamſi impropriè hæreditaria
vocentur, aut in illorum conceſſione vox hæredis inveniatur, tamen nihil
planè hæreditarii juris & qualitatis, continetur & habet. *l. ſcimus princ C.*
de inofficio teſtam. Doctores in cap. 1. de prohibita feud. alienat. per Frider. text.
in c. 1. §. quamvis de inveſtit. de re alien. Dynus conſ. 2. in princ. Gail. 2. ob-
ſerv. 154. n. 2. 6. & 14. Roſenthal. cap. 2. concluſ. 33. ferè per totum & concluſ.
35. Vult. lib. 1. de feud. cap. 8. n. 30. Decius conſ 139. plura allegata paſſim in hoc
libro. Borellus in ſummâ deciſionum tit. 24. n 158. Alexand. conſ. 29 n 4. vol. 5.
31. Ea enim, ſi præſertim dignitatem & juriſdictionem, ſicut regna, Electora-
tus, Ducatus, connexam habent, & individua ſunt, Filius & Agnatus non
conſequuntur ullo jure hæreditario, aut beneficio & judicio Patris, vel
Vaſalli defuncti; ſed ex propriâ perſonâ, jure ſanguinis, ſecundum præro-
gativam & gradum proximitatis & geniture, ex ſingulari legis Salicæ, &
imperii, tùm conſuetudinis & feudalis diſciplinæ proviſione, ex ſolemni &
inviolabili Majorum contractu, & ſtipulatione, primi acquirentis & con-
cedentis pacto & providentiâ ſuffultâ, conſideratâ origine, principio, &
ſtipite: *Pariſius Cardinal. conſ. 65. n 26. volum. 3. Franciſcus Caldas. 1. quæ-*
ſtion. Forenſi. n. 22. Gail. d. obſerv. 154. Caſtrenſis 462. num. 4. verſ. ſecun-
do conſiderandum. lib. 1. Caſtilio. conſil. 10. num. 35. verſ. cæterum verius.
Tuſchus Cardinal. concluſ. 129. 157. tom. 3. omnes feudiſtæ in deſcriptione &
32. *definitione feudi ex pacto & providentiâ.* Ideò, hæc feuda, neque generali-
ter neque ſpecialiter, neque expreſſè, neque tacitè obligari, oppignera-
ri, in dotem aut legitimam, aſſignari & imputari, neque in ſolutum dari,
neq; pro executione rei judicatæ diſtrahi, aut ulla aliâ ratione alienari, vel
diſpoſitione quâcunque inter vivos, aut per teſtamentum mutari, legari, &
prælegari, minui, aut in alium quàm quem inveſtitura, lex, conſuetudo,
pactum, jus, vocat, transferri neque in toto, neque aliquâ in parte poſſunt.
c. 1. de ſucceſſion. feud. c. 1. §. donare. Qualiter olim feuda poter. alienari c. 1. de
prohib. feud. alien. Petrus à Duennas deciſ. 12. 13. 17. Franciſc. Ripa in l obliga-
tione 36. D. de pignor. In conſtitutionum Saxon. conſultationibus. quæſt. 2. n. 6.
in Scabinor. Lipſenſium Reſolutionibus. q. 115. n. 16. Bartol. in l. quæſitum. D de
ad-

adquirend. hæreditate. Mynſing. cent. 4. obſerv. 85. *Gail. d. obſerv.* 154 *n.* 5,6. *mille auctores eam in rem adduci poſſunt.* Propterea nec in obligatione generali bonorum comprehenduntur, nec in petitionem hæreditatis veniunt. 33. *Bald. in l ſi conſtante. D. ſoluto matrimon. & in l. ut in poſſeſſ. legatorum vel fidei com. mittantur. Alexand. in d. l. ſi conſtante. & conſil.* 41. *in* 6. *volum. Antonius Neguzantius in tractat. de pignorib. part.* 2. *membr.* 2. *n.* 43. *Pariſius conſ.* 7. *n.* 3. *vol.* 1. *Gail. d obſerv.* 154. *n.* 6. *Helfricus Vlricus Hunnius cap.* 15. *de actionib. feudalib. in quæſtione. An Vaſallo competat petitio hæreditatis, contra Ioan. Nicllium in diſput. feud.* 9. *in corallario.* contraria, *inquit*, opinio, quod ſcilicet de nullo protſus feudo petitio hæreditatis competat verior eſt.

Quidquid enim non eſt hæreditarium, nec jure hæreditario defertur, neque hæreditate continetur, ſed ab ea planè diverſum & ſeparatum eſt, illud non venit in petitionem hæreditatis, id quod per ſe patet. Atqui feudum ex pacto & providentiâ non eſt hæreditarium, nec hæreditate continetur, ſed ab eâ planè diſtinctum & diverſum eſt, tum quod paſſim in jure feudum hoc hæreditati opponatur: *tit ſi § ſi contentio lib.* 2 *F.* tum etiam, quod feudo hæreditario, hoc eſt, ei feudo, quod defertur jure hæreditario, & in quod etiam jure hæreditario ſucceditur, & de quo petitio hæreditatis competit, opponatur feudum ex pacto & providentiâ. Ergò non venit in petitionem hæreditatis. *& addit.* Hæreditas ſiquidem eſt ſucceſſio non ſolùm in dominium, ſed in omne jus, quod habuit defunctus. *lib. hæreditas de Regul. juris.* At in feudo, quamvis defunctus itidem jus quoddam habuerit, illud tamen perſonale fuit, & cum ejus perſonâ exſtinctum; unde etiam in feudum deſcendentes, aut Agnati ejus, non ſuccedunt, quaſi ſint ipſius hæredes, & de ſanguine ejus nati, ſed ſuccedunt, primo acquirenti, eo quod de ſanguine ſunt ipſius, qui pacto & providentiâ feudum accipiendo, illis proſpexiſſe intelligitur, ut aliquando in feudum ſuccederent. *Item:* Negatur, *inquit*, ſuccedentes in feudum propriè dici hæredes, ratione feudi in quod ſuccedunt, non enim hæredes ſunt Vaſallo ultimo defuncto, id quod per ſe patet; nec etiam primo acquirenti, quoniam in feudum non ſuccedunt propterea, quod ſint hæredes ejus, ſed quia, ut dixi, id feudum primitùs acquirens, ſua providentia & pacto illis, qui de ſanguine ſuo futuri ſint maſculi, ut in feudum ſuccedere poſſent, proſpexiſſe cenſetur, ſuccedunt igitur huic non tam jure hæreditario, quàm jure pacti. *Franciſ. Iacobus à Monte in cap.* 4. *concluſion.* 5. *n.* 8. *lib.* 1. *concluſionum feudalium ex Roſenthal. excerptarum.* Cum feuda hæc, *inquit*, utpote ex titulo ſingulari, & ex contractu devolvenda, titulo & actione univerſali peti & acceptari nequeant, privatâ videlicet inter primitùs concedentem & acquirentem pactione repugnante, & inſuper hæreditas non pactis detur. *l. hæreditas.* 5. *C. de pactis convent*: non ſatis tutum feuda iſthæc petitione hæreditatis perſequi.

Sicut autem ex pacto & providentiâ feudum in generali fidei commiſſo 38. non venit; neque in petitione hæreditatis, ita filio & agnato fas eſt, ut ſupra diximus, illud amplecti, repudiatâ Patris hæreditate, quia illud ſeparatam naturam habet ab hac; *textus, & ibi Andr. Iſern. & omnes in cap.* 1. *an agnat. vel fil. Alexand. conſ.* 30. *n.* 10. *vol.* 1. *& d. conſ.* 19. *n.* 5. *libr.* 5. *Caleane. d. conſ.* 78. *n.* 17. *Decius conſil.* 399. *n.* 5. *ubi dicit,* quod renunciatio facta reſpectu hæreditatis, & quoad bona hæreditaria non porrigatur ad feudum, quia non ſit aliquid hæreditatium; Unde ſi quis renunciaverit hæreditati 39. paternæ, & quietationem fecerit, de omni eo quod petere poſſit in hæreditate paternâ, non excludatur, quò minùs feuda poſſit petere, *ut poſt Cynum Bart. concludat in l item videndum. §. final. D de petit. hæred. Mynſing.* 3. *cent:*

cent: obſ. 67. n. 5. & cent. 4. obſerv. 2. n. 2. & Reſpon. 5. decad. 1. n. 12. ubi n. 13.
40. rationem addit hanc, quia filius habet illud jure contractûs, vel, ut in d. ob-
ſerv. 2. quia in tali feudo, inquit, filius ſuccedit ex contractu, per Bald. &
Specul. de ſententia. verſ. filius poteſt, & per Alexand. in l. quod dicitur D. de
41. verbor. obligat. Eſt enim liberum filio repudiare hæreditatem, & ſtare con-
tractui Patris. Bald. authen. Unde ſi Parens. C. de inoffic. teſtam. & l. filio quem
Pater: de legat. 1. Aſſeſſor Referens in d. voto 8. tit. 8. part. 2. n. 53. apud Gyl-
mannum in Symphorem. ubi rationem addit talem, quia agnatus vocetur pro-
prio & ſanguinis jure, ex legis providentiâ, non beneficio vaſalli defun-
cti, ſed primi acquirentis. d. c. 1. an agnat. & ibi Dd. Decius conſil. 28. n. 4.
Ita judicatum & deciſum in Camera in cauſa König contra Ioann. van Haue.
anno 1565. quod filius, qui repudiaſſet hæreditatem Patris, non teneretur
adimplere ejus promiſſionem, etiamſi feuda ex pacto, quæ Pater habuerat,
42. retineret. Roſenthal cap. 2. concluſ. 33. n. 38. At in feudo hæreditario etiam
mixto, & ſecundùm quid contrarium eſt, in quo filius repudians hæredita-
tem, non ſuccedit in feudo. dict. cap. 1. an agnat. vel fil. gloſ. ibi in verbo re-
pudiare. & cap. 1. §. 1. de Capitan. qui curiam vend. Matthæus de afflict. de-
ciſ. 112. Alexand. conſ. 19. n. 4. lib. 5. ubi & Apoſtilla. Idem Alexand. conſ. 12.
n. 3. & conſ. 13. n. 9. & 29. n. 19. eod. libr. Ferrett. conſil. 178. n. 8. Tuſch.
concluſ. 184. n. 4. c. 1. An agnat. vel fili. defunct. repud. hæred. poſſit feud retin.
Gail. d. obſerv. 154. n. 10. per d. c. 1. & gloſſam, & per feudiſtas ibi. An agnatus.
43. Referens in d. voto 8. n. 52. tit. 8. part. 2. ubi ratio additur, quia, inquit, ad il-
lud non venit jure proprio, ſed hæreditario ex perſonâ Patris imò repræ-
ſentationis, & ſic ut hæres Patris, eandem rationem habet & Gail. d. n. 10.
44. ideò etiam tenetur ſolvere debita patris ex tali feudo. ibidem Gail. Quam-
vis in dubio feudum præſumatur eſſe hæreditarium potiùs, quàm ex pacto
& providentiâ. c. unic. in fin. ibi, niſi probet paternum eſſe. Si contentio inter
me & dom. c. 1. de duobus fratribus, à capitan. inveſt. Hartman. Piſtor. lib. 2.
quæſt. 3. Zaſius part. 8. n. 6. Andreas de Iſern. in c. 1. in princ. & ibi Alvarot.
n. 8. Præpoſit. n. 3. Matthæus de afflict. n. 15. de alienat. feudi. patern. Signorol.
45. conſ. 10. ſub fin. Borcholt. de feud. cap. 4. n. 19. ubi plures adducit: contra-
rium tamen, feudum nimirum in dubio præſumi antiquum, & ex pacto &
providentiâ, moribus præſertim Germaniæ, ubi conſuetudo talis eſt, ut
pleraque feuda nobilia ſint feuda paterna antiqua gentilitia, ex pacto &
providentiâ, verius eſt. Andreas de Iſernia, Evangeliſta ille & optimus Auri-
ga Feudiſtarum, ita enim appellatur à nonnullis: ſibi tamen contrarius c. unico.
n. 11. In quibus cauſ. feud. amitt. textus in c. un. §. Si vero Dominus ibi. tunc
onus probationis incumbit illi, qui novum dicit. De ſucceſſ. fratrum, vel gra-
dibus ſuccedent. quem text. Bal. mirabilem dicit. Curt. Iunior in prim. part.
46. n. 16. ubi n. 17. dicit, præſumi antiquum ſi poſſideat Vaſallus, cenſeri no-
vum, ſi Dominus. per Iacobum de Belvis. & Alvarot. in d. c. 1. de gradib. ſucc.
in feudo. & c. 1. ſi de feudo controv. inter dom. & agnat. Alex. conſil. 106. lib. 4.
& conſil. 20. lib. 3. Angel. & Bald. in l. ſi tibi. §. pactus. D. de pactis. Schraderus
de feud. part. 2. cap. 3. n. 31. Franciſcus Mantica de tacitis & ambiguis conven-
tionibus 23. n. 9. Gaſpar Antonius Teſſaurus in quæſtion. forenſibus q. 12. n. 27.
Helfricus Ulricus Hunius in tractat. feudal. cap. 6. in quinta diviſione, quæſtion.
in dubio an præſumatur feudum hæredit. n. 8. Clarus lib. 4. ſententi. §. feudum.
47. quæſt. 9. verſ. ſed quid dicendum: & ita in Camerâ, cujus ſtylus pro lege ha-
betur. Gail. in obſerv. 65. n. 8. per c. ex literis, de conſtitut. l. 2. C. quemadmo-
dum teſtam. aperiant. deciſum ait Mynſing. dict. cent. 4. obſerv. 2. n. 5. Ioan.
Fichard. tom. 1. conſ. 10. n. 17.

Ex his, quæ ita dicta & deducta jam ſunt, deprehendi poteſt, quanta ſit
inter feudum antiquum ex pacto & providentiâ, in quo ſucceditur jure
ſanguinis

ſanguinis per diſpoſitionem juris feudalis, *ut ait Vult. lib.* 1. *Feud. c.*8. *n.* 25. quod à quibuſdam familiare dicitur; & inter hæreditarium feudum, in quo ſuccedirur jure hæreditario, non ex providentia juris feudalis, ſed ex juris communis diſpoſitione, differentia. *Idem Vult. d. loco.* Atque hæc diligenter obſervanda ſunt, quia Doctores de utroque hoc feudo, tam intricatè & confusè ſcribunt, ut alterum ab altero vix ſeparare & diſtinguere poſſis, *ut ait Andr. Gail. d. obſerv.* 154. *in fin.*

Sed nec hoc in tranſitu prætermittendum eſt, extra controverſiam eſſe, feudum conceſſum ſibi & hæredibus maſculis, vel cum hac additione hæredibus maſculis legitimis corporis, vel per lineam maſculinam deſcendentibus, & feudalibus, vel feudi capacibus, ſicut communiter inveſtituræ Electorum, Principum & Procerum, Vaſallorum Imperii, hæc & ſimilia verba, continere ſolent, ex recepta in Germania conſuetudine, ſecundùm ſubjectam materiam, feudum non hæreditarium; ſed antiquum ex pacto & providentia eſſe & æſtimari. *Antonius Quetta conſ.* 22. *n.*3,4,5,6,7. *Rolandus à Valla in conſ.*67. *vol.*1. *n.*25.26. *& ſeq. ubi* communem hanc eſſe dicit ſententiam, *inſuper. n.*33. *refutat contrarium tenentes, & conſ.*55. *vol.* 3. *n.*5,6,7,8. *ubi dicit,* feudum conceſſum pro ſe & liberis, vel filiis, ſive pro ſe & hæredibus legitimè ex ſuo corpore deſcendentibus, ſive pro ſe, & legitimis hæredibus, dici feudum ex pacto & providentia. *Afflictus in c.*1. *ex quibus cauſis feud. amitt. n.* 266. *ubi nullam* differentiam eſſe, *ait,* an in inveſtitura dicatur, pro ſe & liberis; ſive pro ſe & hæredibus, ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, nam ſemper feudum eſſe ex pacto & providentia. 48.
Idem in c. 1. *an filius vel Agnatus. Ruinius in conſil.* 203. *vol.* 2. paria eſſe, *inquit,* recipere feudum pro ſe & filiis maſculis, vel pro ſe & hæredibus maſculis. *Borcholt. de feud. cap.*4. *n.*16. *in fin. Aleiat. conſ.*179. *Ludovicus de Gazad. conſ.*26. *n.*19. *Roſenthal. cap.*2. *concluſ.*33. *n.*26.27. *& ſeq. Conrad. Schleiſ. in notis ad periocham feudalem VVeſenbecii ad cap.* 2. *& ad n.* 9. *Natta conſil.*127. *n.*3. *feudum* receptum pro ſe & hæredibus maſculis, vel pro deſcendentibus ex ſe, non dici hæreditarium, in tantùm ut filius poſſit repudiare hæreditatem paternam, & retinere feudum, tanquam ſibi quæſitum ex contractu & ſtipulatione defuncti, *& conſil.* 130. *n.* 2. *ubi dicit,* ex mentione hæredum maſculorum ſatis apparere contrahentes ſenſiſſe de hæredibus ſanguinis; & habuiſſe reſpectum ad agnationem & familiam. *Decius conſil.* 185. *n.* 3. Hanc ſententiam recepta in Germania conſuetudo, & Cameræ imperialis deciſiones, approbant & confirmant: *in cauſa Haller contra Brandenburg. an.* 1558. *vide votum & deciſionem Referentis tom.* 1. *part.* 2. *tit.*8. *voto.* 8. *apud Gylmann. & in cauſa Stokheim contra Stokheim an.* 1559. *& in cauſ. Köning. contra Iohannem Hauß. an.* 1565. *Zaſius part.* 8. *n.* 6. *de feud. Gail. d. obſerv.* 154. *n.* 18. *Franciſcus Iacobus de Monte in lib.* 1. *concluſion. feudalium. cap.* 3. *de Inveſtitura. concluſ.* 1. *n.* 57. *in fin. & n.* 58. *ubi dicit,* majorem vim eſſe in verbo. Leibserben / quod non ſucceſſorem univerſalem, ſed ſanguinis hæredem deſignat, atque ideò idem eſſe, ac ſi diceretur tibi & filiis. *Modeſt. Piſtor. conſ.* 45. *n.* 19. *vol.* 2. *relatus ab Andrea Knichen de veſtituris pactor. cap.* 2. *n.* 67. *& n.* 137. ſeu in eâ formâ, ſibi & legitimis filiis feudi capacibus. Hæres namque, *pergit Iacobus à Monte,* corporis, non eſt hæres hæreditatis, cum ſimularque quis conceptus eſt, & filius eſſe cæperit, hæres corporis ſit, tametſi non videtur quidem hæreditarem. Quò ſit, ut maximè probem eorum ſententiam, qui feudum ex pacto ſimplex hinc inferunt. Cui aſſiſtere notoriam Germaniæ conſuetudinem aſſerit. *Knich. de veſtit. pact. cap.* 7. *n.*77. *&* 81. *ubi me confirmat magis, quod idem Hartm. Piſtor. d. q.* 3. *n.* 59. *teſtatur, & uſus reſque præſens loquitur,* ſæpiùs taliter feuda in Germania noſtra concedi ſolere, quàm ſolo filii nomine expreſſo, idque me

R ideò

ideò confirmat ne plures conſtituantur irregularitates, nevé regula ipſa latior ſit, quàm exceptio. Adde & alias rationes *Andreæ Knichen de loco. ubi*, prædicta verba, de hæredibus ſanguinis, accipienda eſſe, ſex argumen-
53. tis elicit. *Hæc Iacobus à monte, ex quo & hæc notanda*: quod dicat verba illa filiis, vel maſculis hæredibus, ita conſiderari poſſe, ut feudum quidem ipſis competat ut filiis, id eſt, titulo ſingulari, verùm tamen hac conditione, ut ſint hæredes acquirentis allodiales, & ſic eſt filiis proſpectum, ut filiis, habita conſideratione ad rem feudalem obtinendam, & tamen proſpectum eis dici poteſt non uti filiis, ſed ut hæredibus, reſpectu videlicet allodii, ſeu conditionis in eo verificandæ. *Arius Pinellus in part. 3. l. prima. C. de bonis maternis n. 84. §. ego autem, dicit*, ſe putare veriorem & receptiorem eſſe ſententiam, ut in ea forma, pro ſe & hæredibus maſculis, vel pro ſe & hæredibus ex corpore ſuo deſcendentibus, feudum dicatur tantùm de familia, ac ſi nomen hæredis adjectum non fuiſſet, *& ita Decius conſil. 395. n. 6. magis in conſ. 135. Pariſius conſ. 10. n. 7. lib. 1. Socinus. Nepos conſ. 72. n. 27. lib. 1. & conſ. 112. n. 14. l. 2. Bellonus conſil. 33. n. 2. dicens opinionem Decii communem. Plures addit Pinellus, & hanc opinionem videri receptiorem iterum dicit, licet variaverit Rubeus, Aymon. Cravetta & Pariſius. locis ibi allegatis. concludendo pro hac parte, ait Pinellus, quam noviores Decio tribuunt, non parum urget à for-*
54. *tiori auctoritate gloſ. & Paul. Caſtr. in l. ex facto. §. ult. D. ad Trebell.* Ut tunc ex ſubjecta materia nomen hæredum de filiis tantùm intelligatur, maximè adjecta illa qualitate maſculorum, vel ex corpore deſcendentium. Urget etiam nimis uſus loquendi, qui ante oculos haberi debet, etiam rejecta proprietate verborum, *ut docet I. C. in l. non aliter. §. 1. D. de legat. 3.* ſolent autem homines in negotiis ſimilibus hęredes appellare deſcendentes & agnatos, quos ſucceſſuros ſperant perpetuò in feudo, vel majoratu, de quo agitur, non attendentes ad alia bona, nec ad nomen hæredis. Facit etiam regula juris, ut conſideretur ratio naturalis, non accidentalis. *l. 3. D. de tut.* & cauſa ſanguinis, non alia extrinſeca. *l. tutor. 31. §. 1. ibi, ut filius promeruit. D. de excuſat. tutor.*

55. Obiter hîc etiam notandum, feudum ex pacto & providentiâ dici, tùm quod ex ſingulari pacto & ſtipulatione acquirentis, tum peculiari providentiâ & beneficio concedentis, atque inſuper legis & juris feudalis diſpoſitione, in deſcendentes tranſeat. *Rudinger. lib. 2. controverſ. juris feud. cap.*
56. *9. n. 5. per Piſtor. quæſt. feud. 1. n. 10. & n. 25. Vult. lib. 1. cap. 8. n. 25.* Longè igitur aliam, ſeparatam, & differentem prorſùs naturam, indolem, & proprietatem habent feuda pactitia & familiaria (*ita etiam à quibuſdam nominantur per l. familiaria. 5. D. de religioſ. & ſumt. funer. ubi familiaria ſepulcra ab hæreditariis diſtinguuntur. Arius Pinellus in l. 1. C. de bonis matern. in 3. part. n. 84. Borcholten de feud. cap. 4. n. 18.* quæ jure ſanguinis & contractûs, ſpeciali lege, & conventione, habito non ad Patrem & ultimum Vaſallum, ſed tam ad primum acquirentem, quàm ad concedentem reſpectu, deferuntur & appropriantur, filiis & agnatis, non ut hæredibus, ſed ut filiis & agnatis, à communi ſtipite per ordinem geniture deſcendentibus, jus, ex pacto & providentiâ Majorum, quæſitum habentibus: quàm bona & feuda merè hæreditaria, quæ jure hæreditatio, habitâ Patris & ultimi poſſidentis conſideratione, filiis, Agnatis & extraneis, tanquam hæredibus in jus defuncti, ejus perſonam repræſentando ſuccedentibus, obveniunt *c. 1. de Vaſall. decrep. ætat. cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud & cap. 1. de inveſtitura de re alien. fact. Doctores in c. 1. de prohibit. feud. alien. per Frideric. Borell. in ſumma deciſion. tit. 34. n. 295. Bald. in c. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis, dicit*, in
57. feudo antiquo attendi naturam & ſanguinem, non hæreditatem. *Pariſius*
58. *conſ. 23. vol. 1. ſparſim de different. utriuſque feudi. n. 177. hac leges*, non venit

venit ut hæres, ſed jure contractûs, & ex providentiâ legis, & jure proprio,
& ex propriâ perſonâ, & conſideratur origo, principium, & ſtipes. *Idem
Pariſius conſ. 5. vol. 1. n. 2. ubi adducit Decium & Modern. Papienſ. & alios
apud quos effectus & differentiæ reſultantes an feudum ſit hæreditarium, vel ex
pacto referuntur. Apud Marinum Frecciam in comment. feud. lib. 3. triginta
tres habes differentias, ſic apud Convarruviam lib. 2. variar. reſolut. cap. 18.
apud Pinellam d. part. 3. n. 88. apud Gail. etiam d. obſerv. 154. & lib. 2. de pace
publica cap. 13. n. 7. n. 17. & cap. 14. n. 5.* Sicut autem, nomine feudi ex pa- 59.
cto & providentiâ, omnia ea feuda, quæ ſine hæreditariâ qualitate conce-
duntur, atque ideò propriam feudi naturam retinent, comprehenduntur
& intelliguntur: ita ſub nomine feudi hæreditarii, omnia feuda, quæ ali-
quam qualitatem jus atque ſucceſſionem hæreditariam requirunt, & in
quæ jure hæreditario, non ex providentiâ juris feudalis, ſed ex juris com-
munis diſpoſitione ſucceditur. *Vult. lib. 1. cap. 8. n. 26. Rudinger. d. lib. 2. con-
troverſ. & cap. 9. n. 3. & 7. Schrad. conſ. 3. n. 75. vol. 1.*

Hoc autem ſingulariter notandum pro regulâ tradi certâ & firmâ, quod 60.
feuda majora Imperii, feuda, *inquam*, dignitatum, ut ſunt Electorarus, Du-
catus, Marchionatus, Burgraviatus, Landgraviatus, Principatus, & Comi-
tatus, hanc habeant naturam & jus ſpeciale, ut non admittant ullam ſuc-
ceſſionem hæredirariam, nec tam ex cauſâ ſucceſſionis hæreditariæ defe-
rantur, quàm ex lege imperii, & conſuetudine, & ex pacto atque inveſtitu-
râ. *per text. in c. unic. de feud. Marchiæ. ibi Bald. M. Anton. Natta conſ. 502.
n. 41. per Iſern. in c. 1. §. item ſi duo. Quibus mod. feud. amitt. argt. l. 1. §. ſi
convenerit d. depoſiti. Paul. de Caſtro conſ. 164. vol. 2. Ioan. Oldendorp. conſil.
Marpurg. 5. n. 75. Erneſt. Cothmann. conſ. 1. n. 195. vol. 5. & conſ. 41. vol. 1.
Antonius Faber in conſultatione de Ducatu Montisferrati in 1. parte. ſparſim.
Dauth. ad l. ultim. n. 16. gloſſa. a. 2. C. de pactis. Reinking, ubi hos ultimos ad-
ducit. lib. 1. de regimin. ſeculari Roman. Imper. claſſe. 1. cap. 17. n. 57.* Hære- 61.
ditas enim non eſt ſucceſſio rei ſed juris, imò eſt ſucceſſio in univerſum jus
defuncti. *l. quoties 9. §. hæredes. D. de hæredi. Inſtitut. l. quadam 9. §. 1. D de
edend. l. hæreditas. D. de Reg. jur. l. nihil. de verbor. ſignif. Signarol. conſ. 181.
n. 2. & conſ. 189. n. 2. Curtius conſil. 97. in princ. lib. 2. Cardinalis Tuſchus
tom. 4. concluſ. 15. n. 8.* At in feudis antiquis regalibus planè contrarium eſt,
ibi ſucceſſio potiùs in rem, quàm in jus, locum habet. Vaſallus enim non 62.
in jus defuncti ſuccedit, ſed in feudum & dignitatem annexam: ipſe nem-
pe in ſe, ex propriâ perſonâ, & ex lege Imperii, atque inveſtitura jus habet,
neque illud à Patre, aut anteceſſore, ſed ex contractu Majorum primi ac-
quirentis & concedentis conſequitur, ideò hæres illius, à quo nihil adipi-
ſcitur, dici & æſtimari non poteſt. Denique hoc etiam animadvertendum,
Feuda illa regalia & dignitatum, juris publici eſſe, & ad ſtatum rei Roma- 63.
næ, ſive ad jus militare publicum pertinere, ideò eum, qui illa evertit, labe-
factat, diſtrahit, alienar, imminuit, aut corrumpit; contra Reipublicæ tran-
quillitatem, honorem & ſecuritatem facere, juſque publicum violare: *arg.
l. 1. §. hujus ſtudii 2. verſ. publicum ibi. in Magiſtratibus publicum jus conſiſt. D.
de juſtit. & jure. Iacob. Schultz. obſerv. 25. n. 31. & ſeq. Reinking, d. claſſe 4.
cap. 16. n. 29.*

CAPUT IX.

ARGUMENTUM.

Ius primogenituræ & ſucceſſionis individuæ potiſſimùm ideò inſtitutum; Primò, ut bona maneant in familiâ apud unum integra & indiviſa, quod jure Francorum vivere veteres dixerint, quia apud eos hoc uſitatum fuerit; ſicute contrà, vivere Langobardorum jure, dicatur, quando feuda & bona dividantur. In illo, feuda Electoratuum, & eminentiorum Principatuum feudata: in hoc, cætera, quæ partitionem admittant.

Deinde ὀλοκληρονομίαν, *ex utilitate Reipublicæ & ſubditorum eſſe, quorum ſaluti & tranquillitati, meliùs, uno rerum potiente, conſulatur, quàm ſi in plures regnum, & Principatus, dividatur.*

Prætereà impediri, ne populi & cives ſubjiciantur novis, alienis & peregrinis dominis: tùm per eam familiarum ſplendorem & dignitatem, atque nobilitatem conſervari, quæ aliâs, hæreditate diviſâ in plures, obſoleſceret, & intercideret, ob inopiam.

Denique Principatus, & imperia, reddi ſtabiliora & firmiora, & conventiones populi cum familiâ initas ſartas tectas haberi.

Per tranſlationem Electoratûs Palatini injuriam factam, tùm toti Palatinæ familiæ, tum ſubditis & incolis; denique ipſi Reip. & Imperio, cujus ſalus & tranquillitas per eam everſa fuerit.

CONSPECTUS.

1. NVllam majorem injuſtitiam, committi, quàm auferre alteri jus quæſitum.

2. Jus primogenituræ, & ſucceſſiones individuæ, introductum; ut bona maneant integra in familiâ.

3. Virtutem unitam fortiorem eſſe.

4. Quando feuda & bona, integra ſeniori maſculo obveniant, hoc vocari, jure Francorum vivere;

5. Si dividantur, dici, vivere jure Langobardorum.

6. Et jure Francorum, Electoratus, & eminentiores Principatus, partitioni non obnoxios, formam ſucceſſionis accipere.

7. Sicut dignitates; ita bona quoque conſervanda eſſe integra.

8. Dignitatem apud unum remanentem, illuſtriorem eſſe, & cedere commodo ſubditorum.

9. Per diviſionem atteri patrimonia.

10. Diviſionem diſcordiam & lites gignere.

11. Capitales inimicitias inter eos oriri ſolere, quibus omnia ſint æqualia.

12. Communionem parere negligentiam.

13. Per unum meliùs proſpici Reip. quàm per plures.

14. Unius Principatum à diſſidiis liberum eſſe.

15. Ὀλοκληρονομίαν introductum propter bonum publicum, & in honorem imperii.

16. Dignitates non capere ſectiones.

17. Unius imperium concordiam: plurium, diſcordiam & turbas nutrire.

18. Nullam fidem regni ſociis.

19. Jus primogenituræ inſtitutum, ne ſubditi ſubjiciantur pluribus & peregrinis Dominis.

20. Propter peccata terræ, multos Principes:

21. Ut Dominorum interſit, non perdere ſubditos: ita ſubditorum, non mutare Dominos.

22. Difficiliùs obediri alienigenis, faciliùs αὐτόχθοσιν.

23. Peregrinum ad regnum vocari, ipſum Deum vetuiſſe.

24. Jus primogenituræ ad familiæ conſervationem conducere.

25. Per conſervationem bonorum conſervari dignitates.

26. In ſucceſſione feudi non ſufficere probare, ſe deſcendere à primo acquirente; niſi & probetur, ſe deſcendere per maſculos.

27. Publicè intereſſe, ſervari familiarum nitorem ſalvum.

28. Sanguinis ac generis opinionem, magnum, ad continendos in obſequio populos,

pulos,inſtrumentum,ſicut exempla demonſtrent.

29. Per opes & bona adnnara, perque feuda, cuſtodiri generis decus & ſplendorem.

30. Feudorum partitionem, & diſtractionem, familiarum nobilium ruinam eſſe:

31. Ex crebrâ enim diviſione earum intercidere dignitatem.

32. Pluralitatem Principum non eſſe bonam.

33. Intereſſe etiam ſubditorum habere nobiles & potentes Dominos;

34. Quia ſecuriùs vivatur ſub potentiori Domino.

35. Succeſſionem ex jure primogenituræ ad firmitudinem Principatûs facere.

36. Subditis injuriam fieri & injuſtitiam, ſi naturali Domino priventur,& alieno tradantur.

37. Per ademtionem, & translationem Electoratûs Palatini, injuriam factam toti Palatinorum Comitum familiæ:

38. Deinde ſubditis,civibus, & Vaſallis, legitimo ſuo Domino orbatis:

39. Denique univerſo imperio.

HAud alienum à re erit hoc loco conſiderare & expendere potiſſimas rationes & cauſas, ob quas jus primogenituræ, & ſucceſionis individuæ, prohibitâ alienatione bonorum, ſit introductum, & ſtabilitum; quia his cognitis apparebit, eò evidentiùs, quàm injuſtè & nulliter Princeps faciat, ſi illud tertio & innocenti, cui acquiſitum eſt, auferre, dividere, convellere, labefactare præſumat;
Nulla enim major injuſtitia & iniquitas committi poteſt,quàm ſi alicui jus 1.
ſuum de facto & per vim, vel ex falſo & malè fundato prætextu, ſpecieque juris aufertur. *l. agnoſcentes ubi. gloß. in verſic. culpa. de conſtitut. cap. diſcretionem. cap. final. ubi gloß. in verſic. ſine de eo qui cognat. conſanguin. uxoris ſuæ. gloß. in cap. final. in gloß penult. de conſuet. in 6. Cravett. in conſil.* 414. *n.* 15. *ubi. dicit*, privari quenquam jure ſuo, cauſâ indictâ, rationis non eſt. De hoc pluribus infrà.

Præcipuæ rationes, cur jura primogenituræ & ſucceſſiones, ſeu ſubro- 2.
gationes primogenitorum vel proximorum Agnatorum, ex ſola lege, vel conſuetudine, & non à proximo defuncto jus accipientium, conſtitutæ & introductæ ſunt, in eo conſiſtunt: Primò, ut bona Principatus & feuda ſarta tecta Imperio & Reipublicæ conſerventur, maneantque in Domo,& familia, apud unum, integra & indiviſa; ita ut alienati, vendi, legari, ullove modo auferri nequeant: Deinde ut ſubditis conſulatur: denique ut familiarum ſplendor & integritas conſervetur. *De his omnibus videbimus paucis.*

Primo quod hujuſmodi dignitates unitæ eſſe debeant, ne per diviſionem diminuantur, & ad deſtructionem deducantur. *c.* 1. *§. præterea. de probib feudi alienat. gloß. in cap. licet. de voto. ubi Ioan. Andreas dicit*, quod Ducatus, Comitatus, Marchionatus,non dividantur in honorem & favorem Imperii,ad hoc Principatus ſub integro perſeverent. *uti refert. Roland. à Vall. conſ.* 80. *n.* 6. *vol.* 1. quoniam, *ut ait Philoſophus*, virtus unita fortior
eſt in ſe ipſa, quàm ſi ſit diſperſa. *Hinc in Evangelio: πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα* 3.
καθ' ἑαυτῆς, ἐρημοῦται. Matth. 12. v. 25. Menoch. conſ. 163. n. 3. 4. 5. Natta conſ. 289. n. 1. & ſeq. Roſenthal. cap. 9. membr. 1. concluſ. 55. in gloß. b. per Baptiſ. de S. Blaſio. conſil. 66. inter conſil. feudal. Brun. n. 4. 19. & ſequent. Intrigliolius in centur. feudal. quæſt. 39. n. 1. & ſequent. Anton. Capyc. in inveſtit. feudal.
cap. 28. Thomas Marin. tit. 13. de feudis jure Francorum *n. 6.* Ita enim vo- 4.
cantur bona & feuda, quæ primogenito maſculo uni, & ſoli, integra deferuntur, excluſis fratribus minoribus & ſororibus. *Petrus de Vineis. lib. 6. epiſt. 25. refert*, inveſtituram quandam à Friderico II. Imperatore factam, in qua hæc verba legantur: vivens jure Francorum in eo Caſtro, videlicet, quod major natu, excluſis minoribus fratribus & cohæredibus, in caſtro

ipſe

ipſe ſuccedat, inter eos nullo tempote dividendo. *Freher. ad cap. 7. Aureæ Bull inpr. demonſtrat. & dicit*; nobile illud genus feudorum, quod Feudiſtæ ex jute Francotum ſignanter nominent, hanc habuiſſe conditionem, ur ſempet major natu minori, & maſculus fæminæ ptæferatut, in ſucceſſione indiviſâ. *Vide Deciſiones Franciſci Milanenſis deciſion. 9. lib. 1. ubi dicit*, quid, clauſula juris Ftancorum, in feudo & inveſtiturâ operetut, nempe, non ſolùm conſiderari gradus, proximitatem & ſexum; ſed etiam majorem ætatem. Ex hoc jute Francotum, feuda & Pnncipatus, ſupet quibus Electoralia muneta fundata ſunt, formam & legem ſucceſſionis accipiunt; quod ptobè notandum. *Freher. d. loco. Knichen in comment. in jus Saxon. litis provocat. cap. 3.* In electoratu, *inquit*, ſemper ſolus primogenitus ſuccedit, ubi etiam jus Francotum, primogenituram interpretatur. *& verbo. Ducum Saxoniæ. cap. 3. multis agit de differentiâ juris Francorum & Langobar-*
5. *dorum in ſucceſſione feudali, dicens,* Germaniæ Ptincipes, quò ad Ducatus & Ptincipatus, excepto Electoratu, jure Langobardotum vivere & uti, ita ut æqualis dignitas, æqualem efflagitet partitionem. Lex autem Salica, ſeu jus Francorum; eſt, quando primogenitus ſuccedit ſolus, jure ſanguinis, in infinitum. *Molin. in conſuetud. Pariſ. §. 8 gloſ. 3. n. 8. Knichen eod. cap.*
6. *hoc addens:* Ubi lex Salica, *inquit*, ſeu jus Francorum, quod eorum jus gentium Baldus denominat *in cap. ſignificavit de reſcript. Choppin. de doman. Franciæ tit. 2. n. 2. lib. 2.* hoc eſt, ubi primogenitura conſtituta eſt, ibi omnis partitio ſubmovetur. *Molin. d. lib. 1. cap. 7. n. 4. ex Iſern. & Afflict. Baudenſis reſponſ. 2. n. 37. pro regno Portugal. Vincent. de Franciis deciſ. 73. n. 22.* quia ea lege & conditione delata cenſentur feuda tegalia, ut partitionem abhotteant, & ſeparationem, *per text. in l. quadam mulier. D. familiæ erciſcund. l. Carmelia pia. D. de jure Patron. c. licet de voto. Licirier. de primogenit. lib. 1. quæſt. 7. n. 2.* quandoquidem tunc bono publico ita introductum ctediturr, ut unus ſolummodò regno, ditioni, Principatui præſit. *Hæc ille, addens tandem*, ſi uni competit Ducatus, Principatus, cum vivitur, *inquit*, jure Ftancotum, non poteſt concedi teliquis; ſi autem omnibus uni, vel protogenito, adſignati nequit, quando vivitut jure Langobardorum. *Matth. de Afflict. deciſ. 119. n. 2. Loffred. conſ. 1. n. 148. Nicol. Intri-*
7. *gliol. de feud. quæſt. 51. n. 80. & ſeq. cent. 1.* Sicut autem dignitas eſt conſetvanda; ita etiam bona, quibus dignitas conſervatur, conſervanda ſunt. *Authen. de defenſ. civit. in princip. arg. l. 2. ibi Bartol. Alex. Iaſon. Decius. D. de juriſdict. omnium Iud. Lauden. in cap. 1. in princip. & Alvarot. n. 19. de his qui feuda dare poſſunt. Præpoſitus in prælud. feud. n. 23. & 24. & Iaſon. n. 77. prout citantur à Roſenthal. concluſ. 56. in gloſ. y. Hottom. conſ. 72. n. 2.*
8. Et ſanè nemo ambigere debet, quin jus primogenituræ, & ſucceſſionis individuæ, in cernendis & obrinendis feudis regalibus, ut, ſunt Electoratus & Principatus, inſtitutum ſit ob dignitatem eorum: quoniam ſi apud unum reſident, *ut ait Cravett.* dignitas ipſa celebtior ampliorque majore ſubditotum commodo, cuſtoditur, cum pet diviſionem ad nihilum ptopemodum redigantut. *l. ne in plures D. de exer. act. c. major. de præb. c. ex literis de pign. Cravett. conſil. 624. n. 22. & conſ. 895. n. 2. in Authent. de triente & ſemiſſe poſt princip. c. majoribus, & c. dilecto. de præbend. Bald. in Authent. hoc amplius. C. de fidei com. dicens*, quod dignitates maximè non dividuntut, ne minuatur autotitas dignitatis, & etiam ſuadet utilitas ſubditotum, quia expedit multitudini regi ab uno. *Ioann. Andr. quem Baldus in princ. lecturæ feudorum verificæ ſcientiæ juris Canonici Patrem vocat, in cap. ſine culpa. in ult.*
9. *quæſt. de regul juris lib. 6. ubi dicit:* Hoc jus fundari ſuper æquitate, ne videlicet randem patrimonia, pet filiorum diviſiones exinaniantur, adnihilumque redigantur. *Referente Tiraquello de jure primogenit. quæſt. 4. n. 13. arg.*

arg. dict. cap. majoribus de præbend. & cap ex literis. de pignor. cap. ultim. de
conceſſ. præb. & l. ne in plures D. de exercit act. Bodinus in method. hiſt. cap. 6.
circa finem. ubi ait: Nam quò numerorum multitudo magis ac magis auge-
tur, eò magis imminuitur toni poteſtas, quouſque ad ectomen pervenia-
tur: ut perſpicuum ſit tam abhorrere à naturâ, ut imperium pluribus tri-
buatur, quàm concentus numerorum multitudini, ſi perpetuam rerum ſe-
riem ſequamur. Adde, quod plerunque communio & diviſio bonorum 10.
ſoleat generare & producere diſcordias, lites, inimicitias, diſſidia, invi-
diam, odia, contentiones *l. cum Pater. §. dulciſſimis. & ibi. Dd. D. de le-*
gat. 2. & in l. re communi, ibi. propter immenſas contentiones. D. de ſervitut.
urb. præd. & in l. ſanciamus. §. ne autem communione C. de donat. Hinc be-
nè Bodinus: Qui prædiorum, *inquit*, quæ legitimo jure, aut juſtis con-
ventionibus, cuique obvenerunt, diviſionem æqualitatis ſpecie poſtu-
lant, non modò Rerum publicarum: ſed totius humanæ ſocietatis, quæ
ſtare nulla poteſt, niſi ſua teneantur fundamenta, labefactant. Abſurdiùs 11.
etiam, qui bonorum æquationem concordiæ parentem appellant, cum
nullæ capitaliores ſint inimicitiæ, quàm eorum, quibus omnia ſunt æqua-
lia. *Bodin. de Republ. lib. 5. c. 2. facit. l. 1. C. Quando & quibus pars quarta ex*
bon. lib. 10. Bartholom. Romulejus in l. nemo poteſt. n. 152, 153. ubi dicit, com- 12.
munionem etiam parere negligentiam dominialium poſſeſſionum, quia di-
ci ſoleat: Res quæ communiter poſſidetur, negligitur. Pax & quies populi 13.
magis ab uno conſervatur, quàm à pluribus, meliùs proſpicitur Reipubl.
ſi unus eâ potitur, quàm multi. *l. 2. §. deinde quia difficile. 9. & §. noviſſi-*
mè. 11. D. de origin. juris. & ordine naturæ unus debet eſſe Princeps. *cap.*
in apibus 7. quæſt. 1. cap. licet ibi gloſſ. ultim. & Dd. de voto. gloſſ. in cap. ſi hæ-
redes. & ibi dd. de teſtibus. Bald. in l. ſi plures. col. 3. C. de condit. inſert. tam in
legat. & dict. conſil. 275. col. 3. verſ. nam ſi duo lib. 2. Bodinus in d. c. 6. methodi
Hinc πολυθρύλλητον illud

> οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
> Εἷς βασιλεύς. ——
>
> *Multos imperitare malum eſt, Rex unicus eſto.*

Hom. Iliad. β. Ariſtot. lib. 8. Ethic. cap. 10. Dd. d. in §. præterea ducatus.
tit. de prohibit. feud. alienat. per Frider. Sueton. in Domitian. cap. 11. d. lib. 44.
in princ. & lib. 47. Dion Caſſius vide diſputationem inter Optimates apud He-
rodotus lib. 3. Monarchiam optimam eſſe formam gubernationis Politi-
cæ. *Plutarch. lib. de Monarch. Iſocrates ad Nicoclem*, κρατίστην καὶ δικαιοτάτην
Μοναρχίαν εἶναι. *Gregor. Tholoſanus plenè de Rep. lib. 5. cap. 3. Alſted. in Ency-* 14.
clop. lib. 23. Politica cap. 4. n. 6. ubi inter alia ait, omne naturale regimen
ab uno eſſe. *Iuſtin. in exhortat. ad gentes.* Unius, *inquit*, Principatus à bellis
diſſidiiſque ſolutus ac liber eſſe ſolet. *Tiraquell. de jure primogenit. quæſt. 4.* 15.
n. 21. & ſequent. multa in eam rem digna afferens. Panormit. in d. cap. licet. de
voto. & in conſil. 3. col. 2. in fin. verſ. ſed his non obſtantib. lib. 2. ubi ait, Con-
ſuetudinem, quâ ſoli primogeniti ſuccedunt in Principatus, fuiſſe intro-
ductam, propter bonum publicum, & in favorem & honorem imperii: ut
Principatus, & qui ſub eo ſunt, integri perſeverent. *arg. d. l. ne in plures. D.* 16.
de exercitor. action. & cap. ſignificante. de pignor. & d. cap. majoribus. cap. di- 17.
lect. de præbend. ubi dignitates non capiunt ſectionem. *Natta conſ. 289. n. 1. 2.*
& 5. Bodinus in method. Hiſtor. ubi multis probat, & deducit, unius imperium
ad concordiam & ad res adminiſtrandas conducere: plurimum verò di-
ſcordiam parere, & interitum Reipublicæ afferre, ſicut exempla & expe-
rientia teſtantur. Hinc Solimannum, interfectis filiis per præconem, altiſ-
ſimâ voce promulgare juſſiſſe: unum in cœlo Deum, in terris unum Soli-
man-

mannum Imperatorem eſſe oportere. *Tacitus lib.1. Ann.* eam conditionem
eſſe imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quàm ſi uni reddatur. *& ibid.*
unum Reipublicæ corpus, unius animo regendum. *Et ibid.* Non aliud di-
ſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quàm ut ab uno regeretur. *& lib. 1. hiſt.*
omnem poteſtatem ad unum conferri pacis interfuit. Quis ignorat illud
Lucani, *lib. 5.*

18. *Nulla fides regni ſociis, omniſq́; poteſtas*
Impatiens conſortis erit, nec gentibus ullis
Credite, nec longè fatorum exempla petantur;
Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

19. Deinde jus primogenituræ inſtitutum eſt propter ſubditos, quorum in-
tereſt ne vel pluribus Dominis, vel peregrinis ſubjiciantur. *Hoſtienſ. in cap.*
dilect. de major. & obedient. Bald. in cap. 1. §. ſignis. tit. quo tempor. mil. inve-
ſtit. peter. & cap. 1. §. 2. de Legat. Alvarot. in cap. omnes tit. 5. Quando de
feud. fuerit contentio. Lupoldus de Bebenburg de juribus regni & Imp. Roman.
capite 14. ne *ut ille inquit*, dicere cogantur

Sole necor ſolo, quid ero ſi creverit alter?

d. cap. in apibus 7. quaſt. 1. l. 2. §. noviſſimè. D. de origin. juris, Proverb. cap. 28.
v. 2. δι' ἁμαρτίας ἀσεβῶν βρίσεις ἐγείρον). *ubi in hebraico, & in latina verſione:*
20. propter peccata terræ multi Principes ejus. *Bald. in tract. de ſchiſmat. n. 24.*
poſt. rubic. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. Cravett. conſ. 624. n. 19. ubi
addit. Oldrad. conſ. 69. in princip. & n. 18. Ancharanum, Abbatem, Iaſonem,
& alios. Cardinal. Pariſius conſ. 22. n. 72. volum. 1. οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις
δουλεύειν; *ait ipſe Servator Chriſtus. Matth. 6. v. 24. Luca 16. verſ. 13. quod*
Poëta Iuvencus ita reddidit:

Nemo poteſt Dominis æquè ſervire duobus.

21. Sicut verò intereſt Domini, non perdere ſubditos; ita etiam intereſt
ſubditorum non mutare dominos ſuos, *ut ait Everhard. in loco à liberto ad*
Vaſallum n. 4. per Innocentium in c. auditis. De praſcript. Et ſicut Dominus
non debet non alium habere vaſallum, quàm eum, cui ex naturâ feudi ſuc-
ceſſio debetur, ita nec ſubditi alium Dominum acceptare tenentur. *text. in*
l. invitus D. de fidei com. libert. gloſ. ibid. in verbo, non eſt. Decius conſil. 445.
n. 22. incipit. in caſu ad me tranſmiſſo. Gail. de pace publ. l. 2. c. 14. n. 13.

22. Deinde certum, difficilius obediri alienigenæ: faciliùs & procliviùs in-
digenæ. *Q. Curtius lib. 7. ubi Scytha dicunt.* Ut major fortiorque ſis, quàm
quiſquam, tamen alienigenam dominum nemo pati vult. *Tacit. lib. 2. hiſt.*
ubi Annibal Scotus. Ioan. à Choquier lib. 1. theſ. Politic. Aphoriſ. cap. 2. Her-
mann. Lather. de cenſu. lib. 1. cap. 17. n. 5. & 6. quia vix ulla eſt, *ut inquit Co-*
minaus, natio, quæ diu ferat peregrinum imperium. Galli certè non fer-
rent; & ubicunque populus eſt aliquâ mediocri potentiâ, videmus eum
fere ab indigenis gubernari: Nam etiam, utut Princeps aliquis extetuus
bene rem gerat & commodè gubernet, tamen quia moribus & ingenio dif-
fert, nec eam erga populum repræſentare poteſt benevolentiam, ac ſi eſſet
indigena, faciles oriuntur diſſenſionum occaſiones. *Comin. lib. 8. in fine.*
23. Quid ipſe Princeps Principum, οὐ δυνήσῃ, *inquit*, καταστῆσαι ἐπὶ σεαυτὸν ἄνθρωπον
ἀλλότριον, ὅτι οὐκ ἀδελφός σού ἐστι. Non poteris conſtituere ſuper te ipſum ho-
minem alienigenam, quoniam non frater tuus eſt. *Deuter. c. 17. v. 16. in in-*
terpretat. Chaldaica. Non erit tibi licitum, ut conſtituas ſuper te virum
extraneum, qui non ſit frater tuus. *Gregor. Tholoſ. de Rep. lib. 7. cap. 4. fere*
per totum, ubi n. 13. hunc locum Moſis allegans. Prævidit, *inquit*, Deus per
extranei imperium, non tantum leges civiles mutari, ſed etiam religionem
in ſubditis, quo nullum pejus malum accidit.

24. Quod porrò jus primogenituræ & ſucceſſionis individuæ unius, qui ſit
fami-

familiæ & gentis columen, obtineatque Principatum integrum, excluſis fœminis, alienationeq; interdictâ, introductum & ſtabilitum ſit, propter conſervationem ac perpetuationem proſapiæ & generis, caret omni dubio, & hoc ſatis demonſtratum fuit ſuprà. *Lancell. in templo omn. judic. l.* 1. *cap.* 1. § 4. *de præſtant. & potent. Imp. ubi dicit*, ex conſervatione bonorum 25. unitâ in perſonis primogenitorum, conſervari dignitates familiarum, *ſecundum Bald latè in l. maximum vitium. C. de liber. præter Socinus in conſ.* 47. *n.* 6. *text. in cap.* 1. *De filiis natis ex matrim. ad Morganat. Molin. de primogenit. Hiſpan. cap.* 11. *n.* 3. *& c.* 13. *n.* 3. *lib.* 1. *Becci. conſ.* 56. *n.* 34. Cum enim in ſucceſ- 26. ſione feudi, non ſufficiat dicere, & probare, ſe deſcendere à primo inveſtito, & familiæ conditore; ſed neceſſe etiam ſit, ut probet ſe deſcendere per maſculos, aliàs non minùs feudi eſſet incapax, ac fœmina. *tit.* 8. *de ſucceſſ. feud. §. ult. l.* 1. *& de natur. ſucceſſ. feud. tit.* 50. *lib.* 2. *tit.* 31. *ſi Vaſall. feud. privat.* ſequitur, quod non tantùm bona maneant apud familiam integra; ſed & ipſa familia, in genuino & perpetuo flore, contineatur. *Hinc Bald. in conſ.* 275 *quod pro regul. in feudis traditur. colum.* 2. *verſ. conſuetudo igitur. lib.* 2. *& conſ.* 360. *quantum ad punctum. eodem libro dicit*, conſuetudinem, aliquid inſigne concedentem primogenitis, valere propter honorem familiarum, & primogenituræ. Publicè autem intereſt familiarum dignitatem, ac ni- 27. torem, ſalvum caſtodiri. *l.* 1. *§. ſed & ſi ſervus. antepenult. ibi*, publicè enim intereſt partus non ſubjici, ut ordinum dignitas familiarumque ſalva ſit. *D. de ventr. inſpiciend. Bald. in Authent. habita. n.* 10. *in fine. C. ne filius pro Patre. Alex. conſil.* 36. *n.* 7. *& conſil.* 134. *n.* 3. *& conſil.* 144. *n.* 6. *Angelus in conſ.* 68. *Paul. de Caſtro conſ.* 421. *colum.* 3. *l.* 1. *& conſ.* 83. *l.* 2. *colum.* 1. *Cravetta conſ.* 864. *n.* 22. *Ioachimus à Beuſt. ad l.* 1. *D. de jurejurando. n.* 171. *Iaſon in conſ.* 173. *n.* 5. *vol.* 4. *ubi ait*, publicè intereſſe familiarum dignitatem ſalvam eſſe, & ad rem pertinere, ut avitæ & proavitæ divitiæ, in maſculinâ prole conſerventur, cum per eam futura ſit ſempiterna nominis memoria. *l. libertarum. in fine. D. de verbor. ſignificat.*

Magnum verò, ad continendum in obſequio & concordiâ populum, 28. momentum affert ſanguinis & generis in ſplendore ac flore per edictum ſucceſſorium conſervati opinio, & exiſtimatio. *Hinc Bodinus in Method. hiſtoriea.* Cum Reipublicæ, *inquit*, fundamentum nullum majus ſit, quàm in obſequio ſubditorum erga Principem, qui fieri poteſt, ut ejus imperia non reſpuant, quem obſcuro loco natum aliquando ſocium fuiſſe, aut ſcelere, vel opibus, imperium quæſiiſſe putabunt? *Paulo poſt.* Quid autem imperia Parthorum & Turcarum ad tantam gloriam evexit, niſi quod hi Ottomannorum, illi Arſacidarum ſanguine ac fiduciâ freti, populum in ſui admirationem & obſequium traxerunt? Quin etiam, *inquit*, Florentini, acceptâ libertate, cum civili ſanguine urbem, & ſe ipſos, diu fœdaſſent, nec ullum exitum reperirent, uno conſenſu, per Legatos à Pontif. Max. petierunt, ut regiæ ſtirpis hominem mitteret, ad quem jus imperii deferret: eò Carolum Valeſium miſit, cujus præſentiâ ſeditiones repentè conquieverunt. Tantùm ſolet ſanguinis ac generis opinio, ad homines mutuis obſequiis & amicitiâ conjungendos; qui ſanè finis eſt omnium rerum publicarum.

At nihil eſt, quod familias illuſtres æquè firmet, & in integritate, hono- 29. re & ſplendore conſervet; quam ſi opes & bona in familiâ permaneant apud unum qui alienare ea & vendere nequeat, ſed ſucceſſori ſuo illibata relinquere cogatur. Et hæc eſt cauſa finalis primogenituræ, videlicet conſervatio familiæ, quam meliùs rectiùs ſtudium unitatis, & partitionis ſummotio tuetur, *ait Knichen in comment. in jus Saxon. litis provocat. neſcium c.* 3. *verbo, Ducum Saxon. allegans Molinæum in conſuet. Pariſienſ. §.* 8. *gloſ.* 3. *n.* 6. *&* 18.

&18. Palaez de majora. init. p. 2. n.65. Decus enim & majeſtas proſapiæ cuſtoditur per divitias, & ditiones unitas; ob inopiam honeſtate omni deficiente. *l. ab omnibus in princip. D. de legat. 1. §. 1. in authent. de defenſor. civit. ſ. 1. D. de cuſtod. reor. l. 3. in princip. de teſtibus. l. pietas. C. de ſuſp. tut. §. hoc quoque inſtitut. per quas perſon. nobis acquir. Ioachim. à Beuſt. ad. d. l. 1. n. 172. adducens Angelum d. §. ex hoc ait,* Honorem & dignitatem familiarum, per feuda & divitias conſervari. *Ioh. Andreas in addition. Specul. de ſucceſſ. ab inteſtato, ubi ait, quod per avitas divitias conſervetur familiarum honeſtas: Hottomann. conſil. 72. n. 4.* Sordeſcimus enim ob paupertatem. *lib. quiſquis C. ad Iul. Majeſtatis, Barthol. in l. 1. n. 12. C. de dignitate. lib. 12. Cravett. conſil. 777. n. 1. Cujacius in tit. XI. lib. 2. de feud. ubi dicit,* Jus gentium eſſe, ut in regno primogenitus ſuccedat, imò in pleriſque locis morem hunc introductum, ut primogenitus filius Patri, vel primogenitus frater fratri, ſuccedat in aſſem, ne in plures diviſâ hæreditate, ob inopiam rei familiaris, familiæ claritas obſoleſcat. *Nicol. Reuſner. conſ. 8. n. 24. 25. lib. 3.* Siquidem, *inquit,* Reipublicæ intereſt, familiarum illuſtrium dignitatem, earumque bona conſervari: in quarum conſervatione jus publicum, atque adeò publica ſalus, non ſolùm privata conſiſtit. *l. 1. §. quamvis D. de ventre inſpiciend. & ibid. Doctor. l. 195. pronuntiatio. §. familia. D. de verbor. ſignificat. Inſtitutiones in §. Cæterum de legitim. agnat. ſucceſſion.* Optimatum ſanè poteſtas, *ut inquit Bodinus lib. 5. cap. 2. de Republ.* familiarum nobilium conſervatione alitur, & ſubſtentatur, ut Lacedemoniorum Rempubl. ex optimatibus conflatam, tuebantur Spartiatum ſeptem millia, ad quos jura primogeniorum delata fuerant: Cæteri agrorum inopiam virtute, ac primogeniorum opes, rerum geſtarum gloriâ, aut æquabant, aut ſuperabant, *ut Plutarch. ſcribit.* Iiſdem ferè moribus majores noſtri utebantur, nec dubito, quin Francorum nobilitas, multò clarior fuerit, ac illuſtrior futura, ſi legibus ac moribus feudorum ſemper acquieviſſet, ut Hiſpanos & Polo-
30. nos feciſſe videmus. At cum feuda nobilitati vendere, eaque plebeis emere, Principum veniâ, dicamné inſcitiâ, licuiſſet, ſecuta eſt patritiarum familiarum gentium inopia. Partitio igitur, diviſio, & alienatio in bonis & feudis illuſtrium & nobilium familiarum in damnum, in detrimentum, & dedecus earum, non minùs ac in imperii ignominiam vergit. *Sonesb. de feud. p. 1. n. 44. Gail. obſerv. 153. n. 3.* diviſio enim, *inquit,* non tantùm familiis, ſed imperio quoque damnoſa eſt. *Paulò ante demonſtrarat,* ex re Imperii, ejuſque dignitate eſſe, adeóque ad conſervationem magnarum familiarum, & gentilitatis ſplendorem pertinere, ut hujuſmodi feuda indiviſa maneant, juſ-
31. que primogenituræ locum obtineat. *Oldrad. conſ. 237. n. 2.* Plerumque enim Principales familiæ ex crebrâ, & toties repetitâ bonorum diviſione, ſi non planè intercidunt, ſaltem ita attenuantur, ut pro dignitate ſtatum & conditionem ſuam tueri ampliùs non poſſint. *Paulò poſt.* Avorum noſtrorum memoriâ, *inquit,* feuda, dignitatum apud unum ex familiâ, præſertim ſeniorem, ſemper ſarta tectaque conſervata ſunt: quia prudenter conſidera-
32. runt, nihil eſſe tam magnum, quod diviſione parvum non fiat: nec bonam eſſe pluralitatem Principum, ideóque unum ſufficere. *Bodin. de Repub. l. 6. cap. 5. n. 736. ubi dicit ex Tacito,* morem majorum Germanorum fuiſſe, ut ad primogenitos omnia prædia, juraque deferrent, cæteris pecuniam darent, hodiè autem contra illum morem feuda in Germaniâ ex æquo dividi, exceptis Imperii creatoribus. Apud Luſitanos, *teſte Gregor. Tholoſ. lib. 7. de Republ. c. 5.* in majoribus dignitatibus, aliâque omni donatione, quæ à Rege fit de terrâ coronæ Regiæ, ſolus legitimus deſcendens primogenitus ſuccedit, nec ulla diviſio admittitur. Diviſio enim, *inquit ibidem,* tituli, vilem reddit dignitatem inter plures, & diviſio, ſæpè facta, familiæ dignita-

dignitatem ad nihilum reducit. Sicut igitur feuda & Principatus gentilitii, in quibus jus primogenituræ inſtitutum eſt, nobilitatis & generis ſplendorem mirè conſervant; ita etiam ſubditis ea res magno cedit emolumento & ſolatio, quia horum intereſt habere Dominos nobiles potiùs quàm ignobiles & plebejos, & potentiores quàm inferiores. *Vt dicit Tiraquell. de nobilit. cap 37. num. 119. voluiſſe. Andr. Iſern. Iacob. Alvarot. & Cardin. Alex. in cap. 1. §. ex eadem D. ad l. Cornel. & Fanc. Ripa. lib. reſponſ. cap. 25. id in effectu. col. 4. ubi allegat. Ægidium Ro. in lib. 1. de regimin. Principat. dicentem*, eos eſſe infælices, quibus pauper, vel ruſticus dominatur: Nam, ut dicunt Doctores, tutiùs & ſecuriùs vivimus ſub potentiori domino. *per textum, quem ipſe Ripa citat. in §. audiunt. in authent. de defenſ. civit. ubi dicitur.* omnem gentem ſub majori conſtitutam Judice, majorem ſentire providentiam: *Hæc Tiraquell. Lucas de Penna in l. unica. in colum. penult. in princ. de capit. civi. cenſ. eximen. dicit*, vivere ſub rege potentiſſimo, juſtam eſſe libertatem, & dignitate dominantium, ſervorum honeſtari obſequia, *ex Egeſippo. Vaſquio in præfatione illuſtr. quæſt. n. 26. ex c. per tuas. junct. gloſſ. 1. extra de major. & obedient. dicit*; honoratiores eſſe ſubditos, qui ſublimioribus Principibus ſubſint, quàm eos, qui inferiorum Principum regantur imperio. *Hinc Petr. Matth. in hiſtoriâ Henrici IV. lib. 1. ſection.* XIII. Subditi, *inquit*, magno Principi, non libenter mutant dominationem, & ſe putant feliciores ſub ſceptro potentis Monarchæ, cujus ſola auctoritas continet Amicos in debito officio, & inimicos in timore, quàm ſub regimine minoris Principis, qui ſemper potentioris arbitrio expoſitus eſt, ut perdix accipitris præda. 34.

Denique ſicut ſucceſſio ex jure primogenituræ, & continuatio poſſeſſionis regni, vel Principatûs in filium & proximiorem Agnatum ad concordiam, ſicut auditum eſt, ita etiam ad diuturnitatem & firmitudinem Imperii plurimum conducit: ac proinde talis ſucceſſio non poteſt infirmari & labefactari, niſi cum ruinâ & exitio ipſius regni, Principatûs & populi, quibus maxima inſuper fit injuria & injuſtitia in eo, quod conventiones & pacta, quæ illi, cum totâ familiâ & ſtirpe tacitè vel expreſſè inierunt, ut nimirum poſt Patrem, & ultimum poſſeſſorem, filius primogenitus, vel proximior ſanguinis hæres ex eâdem ſtirpe, non ex alienâ remotiorè, ſemper ſuccedat & regnet, abrogantur & abolentur: ipſique naturali ſuo Domino, cui obligati & obſtricti ſunt perpetuâ legis, & contractûs vinculo privantur, & ad perjuria, qui alieno & novo domino juramentum ſubjectionis præſtare tenentur, adiguntur, denique in cædes & exitium rapiuntur. *Bodin. de Method. hiſt. d. cap. 6. variis in locis. Alſtedius Encyclop. lib. 23. Polit. cap. 4. n. 6. ubi addit.* quod, quò quid magis ſit unum, eò eſſe firmius & diuturnius. Hic notandum quoque dignitatem Principis non in potentiâ ſolùm, ſed & in antiquâ ſanguinis, familiæque nobilitate conſiſtere. *Prukmann. de regalib. in effectu membri 2. cap. 4. n. 94. argum. l. 2. §. quæ omnia. C. de veter. jur. enuclea. Vaſquius illuſt. quæſt. 1. cap. 1.* 35. 36.

Ex his etiam apparet, quanta vel ex hoc capite injuria facta ſit; Primò toti Palatinorum Comitum proſapiæ, dum feuda regalia non uni ſoli eorum, ſed univerſo generi per pacta & proviſionem Majorum acquiſita, adimuntur, & jus ſucceſſionis, ordine geniture & ſanctionis Pragmaticæ edicto ſtabilitum, introductum, & confirmatum, præripitur, & aufertur: dum familiæ tam inclytæ & potentis, totque ſtirpibus, propaginibus, & ſurculis fœcundæ & abundantis decus, ſplendor & majeſtas propter unius Agnati infortunium, velut peſtilenti ſidere affligitur, proſternitur, & deprimitur. Deinde ſubditis & civibus, qui legitimo ſuo Magiſtratu & Patronis orbati, alienis & infeſtis Dominis, diverſiſque & pluribus Dynaſtis, ſubjiciuntur & mancipantur. Imperio denique cui per vim alii Vaſalli, 37. 38.

quàm quos illud agnoſcere & recipere vult, aut poteſt, obtruduntur, & in locum legitimorum & pacificorum ſubrogantur, qui ambitionem & commodum ſuum tranquillitati & ſaluti Imperii præferunt, cuncta ſurſum ac deorſum in Republica vertentes, ut ipſi malè partis eò ſecuriùs frui poſſint. Uno verbo; ſicut rota Palatinatûs, tam nobilis & ſolidi membri Reipub. facies imminuta, dilaniata, & diſperdita; ita etiam totius Imperii forma conquaſſata & labefactata fuit. Et quæ igitur hæc juſtitia eſt, quod jus & fas, ex quo, tanquam fonte, tam enormis injuria, tam gravis læſio, tam præceps exitium, clades, turbæ, deſtructiones, & deſolationes, profluunt & dimanant? Sed pergamus.

CAPUT X.

ARGUMENTUM.

Feuda, ea præſertim, quæ regalia ſint, non acquiri jure hæreditario, nec à proximo poſſeſſori capi: ſed ex pacto & contractu, & à primo acquirente devolvi; ideò hæreditario jure in illâ non ſuccedi, ſed tranſitum fieri de uno in alium, ex præſcripto inveſtituræ: neque enim proximitatem conſiderari, reſpectu ultimi, ſed primi Vaſalli; vocarique filios & Agnatos jure ſanguinis, & peculiari modo, ex legis providentiâ; non beneficio Vaſalli proximè defuncti; ſed primi acquirentis. Feudum enim non Patris, ſed generis eſſe munus, idcircò delictum Patris non poſſe nocere filio, cui liceat hæreditatem paternam repudiare, retento feudo, neque obligari ad ſolvenda Genitoris nomina. Hinc ſucceſſionem in regna & feuda, in ea ſanè, quæ dignitatem connexam habeant, in infinitum extendi, adeò ut modo aliquis de ſanguine defuncti, etiam ultra milleſimum gradum ſuperſit, is ſine controverſiâ in Principatu & regno ſuccedat.

Aliud verò eſſe ſuccedere in locum; aliud in jus alterius; illud in feudis, in quibus omnibus ſuccedentibus jus radicatum ſit, hoc in hæreditatibus, quæ beneficio Patris obveniant, locum habere. In ſucceſſione reſpici ad primum quidem acquiſitorem, potiſſimùm quoad naturam & formam feudi; ad ultimum verò poſſidentem, quo ad ordinem & gradum proximitatis in ſuccedendo.

Feuda certè dignitatum nequaquam ullam admittere hæreditariam ſucceſſionem: ſed per vim pacti & inveſtituræ deferri. Feudum quippe contractum eſſe & ſtipulationem; propterea filium dici ſuccedere in feuda ex contractu, & jus quæſitum habere jure pacti, non hæreditatis.

CONSPECTUS.

1. Feuda dignitatum acquiri, vel lege, vel conſuetudine, vel pacto majorum.

2. Reverti ad ſuperſtitem ex poſteris primi acquirentis, naturâ rei, conſuetudinis, & conventionis.

3. Regulariter non venire jure hæreditario; ſed ex pacto & providentiâ:

4. Ad deſcendentes primi inveſtiti tranſire de uno in alium, ex beneficio concedentis, juxta tenorem inveſtituræ:

5. Non capi à proximo Vaſallo, ſed ab eo, cui prius datum fuerit.

6. In feudo enim omnes cauſam habere in primo acquirente.

7. Proximitatem non conſiderari reſpectu ultimi; ſed reſpectu primi, à quo feudum inceperit.

8. Non conſiderari ſucceſſionem illius, apud quem feudum ultimò fuerit repertum; ſed iſtius, cujus beneficio deſcendentes admittantur.

9. Hinc crimen ultimi Vaſalli non poſſe extendi ad noxam ſuccedentium primo inveſtito.

10. Non hæreditatem, ſed naturam ipſam vocare hæredes ſanguinis ad feudum.

11. Originem beneficii ſemper inſpiciendam.

12. Filios

12. Filios & Agnatos vocari ad feudum antiquum, jure proprio, & ex legis, aut contractûs diſpoſitione; non judicio & beneficio prædeceſſoris ultimi.

13. In feudorum ſucceſſionibus nullam juris agnatici, ſed ſtirpis & generis, rationem haberi.

14. Enm, qui ſuccedat ſemper Genarchæ acceptam ferre hæreditatem.

15. Succeſſorem ſucceſſoris primi inveſtiti, eſſe ſucceſſorem primi inveſtiti.

16. Hinc regulam iſtam, ultimum Vaſallum ſemper eſſe primi acquirentis ſucceſſorem, etiamſi feudum per mille manus ambulaverit.

17. Idem eſſe etiam in regni ſucceſſione.

18. Adeò, ut etiamſi ſucceſſurus crimen læſæ Majeſtatis commiſiſſet, & ejus bona confiſcata eſſent, tamen eum admittendum eſſe.

19. Fiſcum enim non habere locum in ejuſmodi ſucceſſionibus.

20. Regnum eſſe de naturâ feudi.

21. Morte Vaſalli finiri dominium utile, & ſucceſſionem fieri de novo dominum utiliter, jure ſuo.

22. Tot eſſe feuda & dominia diſtincta, quot Vaſallos: tot ſtipulationes primi Parentis, quot ſucceſſores.

23. Hoc inſtitutum, & formam ſuccedendi, valdè conducere ad familiæ conſervationem:

24. Quia in infinitum in maſculos deſcendat.

25. Secùs eſſe in Principatibus hæreditariis, ubi fœmina ſuccedat, facile enim & ſtatim peregrinam familiam obrepere.

26. Succeſſionem in infinitum maximè locum habere in feudis dignitatum:

27. Nam ſi aliquis Agnatorum, etiam ultra milleſimum gradum exſtet, ſuccedere in regno & Principatu.

28. Hoc facere ad perpetuanda feuda, & eſſe Domino honorificum habere tot ac tales feudatarios.

29. Qui ſuccedat in feudo, eum ſuccedere jure inveſtituræ, non autem ut hæredem;

30. Sed ita quaſi & ipſe ſuo nomine inveſtitus eſſet: nec tam ſuccedere feudatario, quàm in feudo.

31. Succedere enim propter primam inveſtituram, in deſcendentium omnium perſonis confirmatam.

32. Si non ſuccedatur primo inveſtito; multò minus infimo.

33. Aliud, ſuccedere in locum alterius; aliud, in jus alterius, ut hæredem.

34. Illo modo ſuccedi in feudis; hoc in hæreditatibus.

35. Ultimam inveſtituram vocari, renovationem inveſtituræ, quia renovetur jus vetus.

36. Succedere in feudo, quemvis in inveſtiturâ primâ comprehenſum, licet natus nondum ſit, tempore primi acquirentis.

37. Subintrare in locum, & primi acquirentis, & ultimi poſſeſſoris.

38. Filium ſuccedere ex ſuâ perſonâ, non Patris, quæ non conſideretur.

39. Hæreditatem, qui ex ſuâ perſonâ capere poſſit, fruſtrà aliam aſciſcere.

40. Repræſentationi non eſſe locum in regno & feudo.

41. Regulam illam ſuccedi primo acquirenti, non ultimo poſſidenti;

42. Ita intelligendam, ut ad illum reſpiciatur; quoad naturam & formam feudi & contractûs: ad hunc, quoad ordinem & gradum proximitatis.

43. Proximiorem enim ultimi morientis præferri & admitti.

44. Feuda dignitatum, Electoratûs, & Principatûs in Imperio, deferri ex pacto & proviſione majorum, ex inveſtiturâ & contractu; & ex lege fundamentali Aureæ Bullæ, & ſanctionum imperii;

45. Non admittere ullam ſucceſſionem hæreditariam.

46. Feudum eſſe contractum, à jure civili & conſuetudine introductum, licet Romanis incognitum;

47. Eſſe nimirum mutuam inter Vaſallum & dominum obligationem, cui nihil addi, nihil demi queat;

48. Et quidem contractam de jure gentium.

49. Dominum, concedendo inveſtituram, dici contrahere.

50. Contrahentium æquam conditionem eſſe debere.

51. Feudum, ſive ſit contractus nominatus, ſive innominatus;

52. Perfectum tamen eſſe, cui nihil addi, nihil detrahi, poſſit:

53. Hinc rectè dici, filium & Agnatum ſuccedere in feudo ex contractu.

54. Ac proinde eis liberum, renunciare hæreditati, & ſtare contractui Patris & Agnati.

55. Eo etiam caſu non teneri ſolvere debita Patris, niſi adeant hæreditatem.

56. De fructibus tamen relictis, ſatisfacere debere creditoribus.

1. IAm hoc animadvertendum proponimus, quod feuda, præſertim quæ dignitatem connexam & adglutinatam habent, non acquirantur & poſſideantur jure hæreditario; ſed potiùs ex quadam providentiâ, vel legis, vel hominis, ex conſuetudine feudali, ex conventione pactoque majorum; ideò jure hæreditario in illa non ſuccedi. *gloß. & doct. in tit. qui feud. dare poſſ. § cum verò, Conradus ſuper verb. frater in pr. Tuſchus Card. concluſ. 103. tom. 3. n. 9. allegans Angelum in*
2. *conſ. 110. colum. 3. verſ. ſecundo notandum. & conſil. 287. n. 7.* Natura enim, *inquit*, feudi eſt, ut poſtquam ad deſcendentes tranſivit, & deficiat deſcendens, revertatur ad ſuperſtitem ex poſteris primi inveſtiti, triplici ratione, videlicet naturâ rei, conſuetudinis & conventionis, non autem reverti ad dominum. *Pariſ. conſ. 23. n. 134. vol. 1. per Mart. Laudenſ. in c. 1. §. hoc*
3. *quoque de ſucceſſ. feud. verſ. aut feudum non eſt hæreditarium:* regulariter, *ait*, feudum conſiderari ex pacto & providentiâ legis, non ut hæreditarium. *allegat Præpoſitum in d. §. hoc quoque verſ. in ea gloß. ad fin. dicentem.* regulariter feuda eſſe ex legis providentiâ, & non hæreditaria. *& Iacobinus in tractat. de feud. verſ. & promiſerunt dicere.* in feudis non dari propriè ſucceſſionem hæreditariam. Nam & antiquum, & paternum, habemus beneficio & providentiâ ſuperioris concedentis, & ex pacto & contractu inveſtituræ; *ut dicat Bald. d. conſil. 137. & Alb. Brunius conſ. 18. col. 5.* & non jure hæreditario, ſed jure conventionis. *ut etiam firmet. Calc. conſ. 78. n. 14. & 17. & pulchre tradat Aret. conſ. 14. col. 10. & conſ. 164. col. 4. verſ. ſed tamen. Conſilium 30. inter conſilia celebrium Iuris conſult. ſuperioris German. tom. 1. n. 21.*
4. *ubi additur*, quia feudum ad deſcendentes primi inveſtiti venit ex beneficio & gratiâ concedentis, de uno in alium deſcendentem, juxta tenorem inveſtituræ, & ille tranſitus, ſeu ſucceſſio, non poteſt per aliquam diſpoſitionem, adimi, aut per delictum Vaſalli impediri, quia alias jus adimeretur alteri quæſitum ex pacto & indulgentiâ, ſeu gratiâ concedentis, quod non eſt tolerandum. *per jura vulgar. & ſentit. hanc rationem textus in cap. l. de ſucceſſ. feud. & ibi dd. adde cap. 1. an agnat. vel filius, ubi Andr. de Iſern. Argum. l. ab eo C. de fidei commiſſ. Cravett. conſil. 197. n. 1. & conſil. 604. n. 6. & con-*
5. *ſil. 496. n. 11. ubi dicit.* in feudum non ſuccedi jure hæreditario, neque à proximo Vaſallo id capi, ſed ab eo cui priùs datum ſit. *gloß. in cap. unic. §. laico vero in gloß. & eſt ratio. Qui ſuccedere teneant. Fulgoſius in conſil. 10. incipiente. Dominus Bonazonta. Andr. Iſern. in c. 1. §. huc quoque colum. 2. de ſucceſſ. feud. & in titulo de inveſtitur. de re alien. facta. verſ. quid autem, quem*
6. *Pariſius conſ. 23. n. 130. vol. 1. refert dicentem*, quod unus non habeat cauſam ab altero, ſed omnes habeant à concedente. *Gail 2. obſerv. 49. n. 6. dicit.* quod in feudo antiquo non obtineat ſucceſſio, neque unus cauſam ab alio habeat, ſed omnes in primo acquirente. *per text. in cap. 1. §. 1. de feud.*
7. *Marchiæ, ibi, per inveſtituram Patris, vel Avi. & in obſerv. 149. n. 2.* Proximitas, *inquit*, in ſucceſſione feudi non conſideratur reſpectu ultimi Vaſalli, ſed reſpectu ejus perſonæ, à quâ feudum originem habet. *Bald. conſil. 137. n. 1. vol. 2. Pariſius conſ. 23. n. 131. vol. 1.* In ſucceſſione feudi, *inquit*, non attenditur proximitas reſpectu perſonæ ejus, à quo vacat, ſed conſideratur proximitas, pactum, ſeu contractus illius, à quo feudum incepit. *ſecundum Bald. conſil. 137. in 2. volum.* Nam ſatis eſt, quod fuerit acquiſitum ab illo, qui fuit Parens communis agnationis. *ſecund. Andr. de Iſern. in conſtit. regn. Si quando de pœn. for. judica. & plenè. Bal. Angel. & omnes in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui de legat. 1. Alexand conſ. 30. in 1. volum. n. 7. Clarus 4. lib.*
8. *ſentent. §. feudum. quæſt. 9. n. 5. ubi*, cum deſcendentes, *inquit*, illius primi acqui-

acquirentis ſuccedant, in ipſo feudo, virtute primæ inveſtituræ, in quâ fuerunt vocati ipſe, & ejus filii, & hæredes, non eſt conſideranda ſucceſſio illius, apud quem feudum ultimo loco repertum eſt, ſed tantummodò illius, cujus beneficio deſcendentes ipſi ad feudum admittuntur: Et ita ſecundum hanc opinionem in facti contingentiâ judicaſſe Senatum. Si hoc verum eſt, crimen ultimi poſſeſſoris, cujus nulla habetur conſideratio in ſucceſſione feudi, cui neque filius, aut Agnatus ſuccedit, non poteſt extendi ad noxam liberorum, primo acquirenti, ex beneficio primi concedentis, ſuccedentium. *Ioan. Rudinger. in lib. 2. controverſiarum juris feudal. cap. 4. n. 10. ubi dicit*, filium ad feudum antiquum, veluti Agnatum, vocari propriò & ſanguinis jure, ex pacto legis & providentiâ, non judicio teſtatoris, vel beneficio Vaſalli defuncti, ſed primi acquirentis. *& cap. 59. n. 12.* Agnatus, *inquit*, feudum paternum non mediante perſonâ defuncti, nec ejus beneficio accipit, ſed gratuitâ benevolentiâ primi concedentis & acquirentis. *Baro Schenck. in cap. 1. lib. 2. feud. tit. 45. Baldus in cap. 1. n. 7. de eo qui ſibi & hæred ſuis. ubi dicit*, Ipſam hæreditatem, non vocare hæredes ſanguinis ad ſucceſſionem feudi, ſed ipſam naturam. *l. 1. ibi. ipſo ordine ſanguinis. C. de privil. eorum, qui ſacro Palat. militant. lib. 12. Alvarot. in cap. 1. n. 7. de alien. feud. patern. Bald. ad tit. 11. de ſucceſſ. fratern. & grad. ſucced. & ibid. Præpoſit. & Laudenſ. ubi docent*, fratrem Patris, non tam defuncto ultimo, quàm avo, qui primus feudum acquiſivit, ſuccedere. *Camillus Borellus in ſumma deciſionum tit. 134. n. 296. Alvarus Valaſcus de jure emphyteutico. quæſt. 50. n. 54. Caldas de renovat. emphyteuſeos. quæſt. 9. n. 35.* Origo enim beneficii ſemper inſpici debet. *authent. ex teſtament. C. de ſecund. nupt. l. 3. C. de Senatus. conſult. Macedon. l. tutor. 69. ibi, & non titulus actionis, ſed debiti cauſa reſpicienda eſt. D. de fidei l. 16. Feud. 1. tit. 14. de Vaſall. decrepit. ætat. qui feud. refut. ut filii. inveſt. Pariſius d. conſ. 23. n. 131. vol. 1. per Angel. in conſil. 110.* in ſucceſſione feudi ſemper debere conſiderari originem: nam & ſi per mille manus ambulet, ſemper ultimus ſucceſſor primi acquiſitoris ſucceſſor eſt, & ab eo habet cauſam, à quo habet originem. Nam attenditur principium & ſtipes. *ſecundum Bald. & alios omnes in cap. 1. §. ſi verſ. De grad. ſucceſſ. in feud. & in cap. 1. de eo qui ſibi & hæred ſuis. Gail 2. obſerv. 154. num. 2.* Nam ad feudum, *inquit*, antiquum vocantur filii & agnati, proprio & ſanguinis jure, ex pacto & legis providentiâ; non judicio teſtatoris, vel beneficio Vaſalli defuncti; ſed primi acquirentis, *Bald. in cap. 1. §. inſuper. n. 5. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. ubi dicit*, feudum munus eſſe generis, non donum Patris, *text. in cap. 1. an agnat. vel filius defuncti poſſit retin. feud. repudiat hæredit. ibi Dd. Hartm. Piſtor. 3. quæſt. 23. Decius conſil. 78. n. 4. incipit. licet in caſu propoſito, & conſil. 208. n. 9. Pariſius conſil. 65. n. 26. vol. 3. incipit. paternum feudum. ubi ait*: quod, in feudo antiquo, ſucceſſor veniat ex propriâ perſonâ, conſideratâ origine, principio, & ſtipite, jure contractûs primi acquirentis, non quaſi cauſam habeat ab Agnato tranſverſali, ſed à genere. *Cald. 1. quæſt. forenſ. n. 22. Molin. de jure primogen. lib. 3. cap 9. Anton. Theſaur. deciſion. Pedemont. 64. Franciſc. Mantic. de tacitis & ambiguis convent. 23, 29.* In feudorum hæreditatibus, *inquit Hottomann. in controv. Patrui & Nepotis in 2. tit.* nulla juris agnatitii ratio habetur, ſed ſtirpis & generis dumtaxat, hoc eſt, deſcendentium ab illo genarcho & progenitore, qui primus feudum illud acquiſivit, etiam uſque in infinitum, dum tamen conſtet, hos ab eo per maſculos deſcendiſſe. *ut loquitur textus lib. feud. 2. tit. 31. Si Vaſall. feud. privet. lib. 1. tit. 1. §. penult. & titul. 14. de feudo Marchiæ. §. ſi vero, & §. ſeq. & lib. 2. tit. 11. & lib. ſeq. & tit. 50. de natur. ſucceſſ. feudi.* Itaque feudi hæreditas non agnato, cui Agnatus ſuccedit, ſed primo inveſtito, vel potiùs primæ inveſtituræ, & legi, in confe-

rendo

9. 10. 11. 12. 13.

rendo beneficio dictæ, accepta fertur. §. Titius, ſi de feud. controv. & lib. 2.
tit. 50. Idem Hottomann. in 16. tit. Qui Regi, inquit, noviſſimè mortuo
ſuccedit, non ſuccedit ut Agnatus, quoniam, ut dictum eſt, nulla neque
feudalis, neque regalis, agnatorum ſucceſſio eſt, ſemper enim ab antiquo
progenitore, & communi gentis auctore, ſucceſſio illa in poſteros devol-
14. vitur. Semper is, qui ſuccedit, hæreditatem antiquo progenitori & ge-
narcho acceptam refert, eamque ab illo primo inveſtito ſive inaugurato
rege recognoſcit, potiùs quàm à noviſſimè mortuo. lib. 1. tit. 1. & tit. 15.
de feud. March. §. 3. & tit. 19. §. ſi quis. Itaque ſenior denegare inveſtitu-
ram, ſine juſtâ & legitimâ causâ, cum conſilio cognitâ, non poteſt: non
magis quàm Pater filio, debitam naturâ & lege, hæreditatem adimere.
15. l. ult. D. de bonis damnat. Hæc ille; clarius adhuc in cap. 23. quemadmodum,
inquit, dicimus hæredem hæredis teſtatoris, eſſe hæredem teſtatoris: eo-
dem modo dicere poſſumus, ſucceſſorem ſucceſſoris primi inveſtiti, eſſe
ſucceſſorem primi inveſtiti. l. ult. C. de hæred. inſtit. l. ſciendum 70. l. hære-
dis 65. de verb. ſignif. Feudiſtas quoque omnes ſummo conſenſu notare,
poſteros, ſive deſcendentes, ad quos feudi ſucceſſio devolvitur, capere
cauſam, jus, & titulum, non à proximo Agnato defuncto, ſed à primo anti-
quiſſimo inveſtito, ſive potiùs ex titulo, & lege inveſtituræ, per quam vo-
cati ſunt. Hinc fit, ut liceat ſucceſſori in tali feudo hæreditatem repudia-
re feudo retento, ut ſupra deductum. dict. cap. 1. an Agnat. vel fil. defunct.
ubi Alvarot. & Bald. ille n. 9. hic n. 8. Zaſius de feud. part. 8. n. 6. Gail. dict.
obſerv. 149. n. 5. Decius d. conſil. 208. n. 2. incipit. ad clariorem. Bald. conſ. 136.
n. 1. Mynſ. 3. obſerv. 67.
16. Hinc communis illa regula traditur, quæ dicit, ultimum Vaſallum ſem-
per eſſe primi acquirentis ſucceſſorem, etiam ſi feudum per mille manus
ambulaverit. Gail. d. obſerv. 149. n. 3. & obſerv. 150. n. 4. & obſerv. 154.
n. 4. per text. in cap. 1. ad finem. de ſucceſſ. feud. & dd. ibi text. in cap. 1. §. de
feud. Marchiæ. Iaſon. conſil. 9. n. 6. in volum. conſil. feud. incipit. dubium fa-
cere. Iſern. in dict. cap. §. hoc quoque n. 6. de ſucceſſ. feud. Decius conſil. 78. n. 4.
Hottomann. conſ. 31. n. 16. & 26. Regn. Sixtin. inter conſil. Marpurg. 11. n. 21.
17. vol. 3. Natta conſ. 502. n. 30. Zaſius dict. part. 8. n. 5. Idem eſt in regni ſuc-
ceſſione, ad quam proximiores in gradu Agnati, de ſanguine regio, jure
ſanguinis, & perpetuæ conſuetudinis, dato quod milleſimo gradu diſta-
rent, admittuntur, licet in aliis ſucceſſionibus, poſt decimum gradum ad-
mittatur Fiſcus, ſecundum jura communia. ut ait Lancell. in templ. omni
Iud. lib. 1. cap. 2. §. 1. quaeſt. 2. n. 1. per gloſſ. & Baldum in titul. de feud. March.
Ducat. adducentem in exemplum domum Borbonæ & regnum Francorum, &
18. addit Gulielmus à Monferat. in tractatu. de ſucceſſ. regni in 1. dubio. n. 39. am-
pliare hanc gloſſam & dicere, ut etiam ſi aliquis de ſanguine regio maſcu-
lino commiſiſſet crimen læſæ majeſtatis, etiam per ſententiam condemna-
tus, & omnia ejus bona ipſo facto confiſcata eſſent, Rexque abſque maſcu-
lis decederet, talem tamen admittendum eſſe. per auctor. gloſſ. ſingul. in c.
19. & ſi neceſſe. de donat. inter vir. quia in ſucceſſionibus regnorum non habet
20. locum fiſcus: Sciendum autem Regnum eſſe de naturâ feudi Paterni, ſeu
antiqui, ut idem Lancell. ait d. c. 2. §. 1. n. 21. & hoc haberi in tractat. de po-
teſt. ſecular. & eccleſiaſt. cap. 187. n. 10. At in feudo antiquo maſculus, ſive
filius, ſive Agnatus, ſuccedit jure proprio, vocatus lege feudali, vel inveſti-
turâ, ex perſonâ ſuâ, ordine ſucceſſivo, & gradatim. l. final. C. de verbor. ſi-
gnif. l. cum ita. §. in fidei commiſſo de legat. 2. Angel. conſ. 39. cum inſtitutio,
Aret. & Alexand. in l. Gallus ſic poſſe inſtitui. §. 1. recte quidam. D. de liberis
& poſthumis. l. libertorum. D. de verborum ſignificat. l. ſed ſi hac. §. liberos. D. de
in jus vocando, ita allegat Pariſius conſ. 23. n. 128. vol. 1. Caſtilio. conſ. 24. n. 27.
& ſeq.

& ſeq. feudum, *inquit*, non transfertur in ſucceſſorem jure hæreditario Vaſalli, ſed ex conceſſione Domini, & proviſione primi Parentis, pro ſe, & omnibus futuris deſcendentibus, ſeparatim acquirentis; & ideò, cum 21. Vaſallus ſit utiliter dominus proviſione primi Parentis, & beneficio Domini, morte illius finitur dominium, & de novo utiliter fit dominus, ſucceſſor, jure ſuo. Tot igitur ſunt feuda, & dominia utilia diſtincta, quot 22. ſunt Vaſalli, & tot ſunt ſtipulationes primi parentis, quot ſunt ſucceſſores, & cuique ſucceſſori prodeſt propria ſtipulatio, ſeu alia acquiſitio, ſibi facta à primo defuncto. *Cardinal. Tuſchus concluſ. 129. tom. 3. n. 3, 4, 5.* Ideò ſuccedens non tam in locum ultimi poſſeſſoris, quàm primi acquirentis ſuccedit, dum non tam perſonæ, quàm beneficii & feudi acquiſiti ſucceſſio fieri cenſetur. *c. un. §. cum vero, de his, qui feud. dare poſſ. c. un. §. de ſucceſſ. fratrum vel gradibus. Curtius de feud. part. 1. quæſt. 8. Cacheran. deciſion. Pedemont. 161. n. 7.*

Hoc verò inſtitutum, & hæc conſuetudo ſuccedendi, in regna, feuda, 23. & bona generi addicta, mirè ad conſervationem familiæ conducit; quia 24. hoc modo datur ſucceſſio in infinitum; Nam reſpectu primi acquirentis, cui facta fuit inveſtitura, omnes dicuntur deſcendentes ipſius agnati ultimò morientis, licet inter ſe ſint tranſverſales; Et propterea ſucceſſiones in maſculos, à primo inveſtito deſcendentes, deferuntur in infinitum. *lib. 1. feud. tit. 1. §. penult. ibi: novo jure in infinitum extenditur. & lib. 2. tit. 31. verb. & etiam; in infinitum, dum tamen conſtet, hos ab eo per maſculos deſcendiſſe. Item tit. 50. ibi; ex latere omnes deſcendentes per maſculos uſque in infinitum. Gail 2. obſerv. 150. n. 5. Antonius Faber in conſul. Montisferrat. part. 1. fol. mihi 75. verſ. Non obſtat ſuperioribus. Afflict. in dict. cap. 1: §. hoc quoque. n. 4. de ſucceſſ. feud. & ad tit. 31. ſi Vaſall. feud. privet. cui defert. lib. 2. in ult. notab. Laudenſ. in tit. qui feuda dare poſſunt. §. & quia n. 38. Covarruv. lib. 2. Roſenthal cap. 5. n. 4. Zaſius de feud. dict. part. 8. n. 5. & n. 34. Iulius Clarus in §. feudum quæſt. 79. n. 3.* Secùs eſt in bonis, & Principati- 25. bus, hæreditariis, quando in iis fœmina ſuccedit; Nam tum familia indigena excluditur, & peregrina conſequitur Principatum. *l. pronuntiatio 195. §. fin. & l. 196. §. 1. D. de verb. ſignif. Omphal. lib. 1. Politices cap. 48. n. 7. Hottomannus conſ. 72. n. 6.* Etſi verò *ut inquit Faber dict. part. 1. fol. mihi. 115.* 26. generaliter in feudis omnibus obtinet, ut in iis detur ſucceſſio in infinitum, etiam inter tranſverſales deſcendentes, *ex dict. tit. 50. de natur. ſucceſſ. feud. & tit. 31. ſi Vaſallus feudo privet. cui deferat. lib. 2.* id tamen multò certiùs eſt, & indubitatè procedit in feudis dignitatum. *Pariſius conſ. 23 n. 24. vol. 1. dicit per allegata ibi*, feudum regale & dignitatis habere ſucceſſores in infinitum, *& n. 126.* in feudo juris dictionis ſuccedi in infinitum, *per Aretin. Decium, & alios, quos citat*; Unde ſi tota proſapia regia, vel ducalis, 27. vel Electoralis, eſſet extincta, ſuperſit autem adhuc aliquis de ſanguine antiquo, etiamſi ultra milleſimum gradum eſſet, tamen jure ſanguinis ſuccederet in regno, aut Principatu: *prout docet Baldus in dict. cap. 1. tit. 14. de feudo Marchiæ n. 5. Laudenſ. ibid. dicens.* hanc doctrinam oraculum eſſe Apollinis. *Præpoſit. Afflict. & alii in eod. cap. Iacobus de S. Georg. in proœmio de feud. quæſt. 4. n. 6. Iulius Clarus in dict. §. feudum. & quæſt. 79. Decius conſil. 85. & in l. certum. n. 9. C. unde legit. Gail 2. obſerv. 150. n. ult. Duaren. de feud. cap. 11. n. 15. VVinæus tract. de ſucceſſ. agnat. Guil. Benedict. in repetit. c. Raynutius in verbo, duas habens n. 78. Boer. conſ. 11. incipit, viſo themate. n. 17. Hottomann. de controverſ. Patrui & Nepotis in Princip.* Eſt autem hoc, *ut addit Antonius Faber dict. loco*, ſanè convenientiſſimum, ut ad perpetuanda 28. hujuſmodi feuda dignitatum, ſuccedatur ſaltem in iis uſque ad infinitum, quod non modò Agnatis ſuccedentibus, ſed etiam ipſi domino feudi

honorificentiùs id videri debeat, tales habere quam plures feudatarios, licet neceſſaria ſit in ſingulis ſucceſſotibus renovatio inveſtituræ, ut tantò magis obligetur, quiſquis feudum poſſidet, ad fidelitatem domino exhibendam. *dict. tit.* 14. *in princip.*

Scitum eſt, & ad rem facit, & explicat regulam illam dicentem, primo acquirenti, non ultimo poſſeſſori ſuccedi, *quod ſcribit idem Ant. Faber in*
29. *ead. conſult. part.* 1. Ac proinde, *inquit*, ut qui ſuccedit in feudo, ſuccedat jure quaſi novæ veſtituræ, aut ſaltem veteris renovatæ; non autem quaſi hæres primi inveſtiti, non magis quàm ut quaſi hæres ultimi poſſeſſoris. Ideoq́ue benè *text. in tit. de feud. March. §. ſi capitanei lib.* 1. ſic loquitur, non ut dicat ſuccedere fratres, vel Nepotes, in beneficium Patris, vel Avi, ſed ſuccedere in beneficium per inveſtituram Patris, & Avi. *& paulò poſt.* Sic diximus hæredes ligitimos in hæreditatibus ſuccedere, quaſi ſcriptos. *l. ab exhæredati.* 126. *de legat.* Non quod reverâ ſcripti ſint; ſed quia veniunt ex tacito judicio defuncti, perinde ac ſi eſſent ſcripti, & ob eam nimirum cauſam fidei commiſſo gravari poſſunt. *l. conficiuntur* 8. *junct. l.* 3. *in princip.*
30. *D. de jure Codicill. paulo poſt. fol.* 109. Quiſquis ergò ſuccedit, per inveſtituram quidem primi ſuccedit, ſed non tam primo inveſtito, quàm quaſi & ipſe, ſuo nomine inveſtitus, nec tam ſuccedit feudatario, quàm in feudo.
31. *Iterum.* In ſucceſſione feudi non magis inſpici, *ait*, quis ſuccedat primo inveſtito, quàm quis ultimo poſſeſſori: quia ſcilicet ſuccedit ur quidem, per primam inveſtituram, id eſt, propter primam inveſtituram, quæ in deſcendentium omnium perſonis confirmata intelligitur. Sed non primo inveſtito; at pari jure, quo primus inveſtitus, licet non niſi poſt eum, & quo-
32. dammodo propter eum. Sed ſi verum eſt in feudis non ſuccedi primo inveſtito, contrà quàm vulgò interpretes ſentiunt; multo magis illud verum
33. eſt, non ſuccedi ultimo poſſeſſori; *Iterum paulò poſt fol.* 112. Longè aliud eſt ſuccedere in locum alterius; & in jus alterius, ut hæredem. *l. Gallus* 29. *§. ſequenti parte. & §. videndum D. de liberis & poſthumis. l. cohæred.* 41. *§. ult. de vulgar. & pupil. inſtit. Iterum fol.* 113. Succedere alteri propriè dicitur & naturaliter, qui in alterius locum ſuccedit; unde & ſuccenturiati milites olim dicebantur. Impropriè verò, & civili magis, quàm naturali no-
34 minis ſignificatione, qui ſuccedit in jus, & bona alterius; Primo modo ſucceditur in feudis, ſecundo, autem in hæreditatibus. *paulò poſt.* 114. *fol.* Agnatos non ſuccedere, *ait*, ex jure aliquo novo, ſed ex vetere, primæ nimirum inveſtituræ, nec tam ad eos feudum venire, quàm reverti, denique non tam perſonæ ſucceſſionem eſſe, quàm feudi & beneficii, *ut loquitur text. in tit.* 11.
35. *de ſucceſſ. feud. vel grad. ſucceden. in benefic.* Unde etiam eſt, quod inveſtituram ultimo quoque poſſeſſori factam, non ſolùm novam inveſtituram appellamus: ſed etiam veriùs, & magis propriè, renovationem inveſtituræ, ut apparet, non tam eſſe illud jus novum aliquod in perſonâ ultimi poſſeſſoris, quàm renovatum id ipſum jus vetus, quod per mediam primi inveſtiti perſonam, in omnibus ex eo deſcendentibus perſonis fuerat, jam inde ab initio, ut ita dixerim, radicatum. *tit.* 19. *conſtit. feud. Divi Lothar. Imp. §. ſi quis miles lib.* 1. *& tit.* 26. *ſi de feud. defunct. content. ſit §. Titius lib.* 2. *&*
36. *d. tit.* 14. *de feud. Marchiæ. §. ſi capitanei lib.* 1. Habent quidem omnes illud ipſum jus, quod habuit primus acquirens ſed non ab ipſo primo acquirente; multò minùs ab ultimo; ſed ab eo domino, qui primùm acquirentem inveſtivit, quiq́ue omnibus à primo inveſtito deſcenſuris beneficium jam inde ab initio dediſſe intelligitur, tanquam non in jus, ſed in locum primi ſucceſſoris, idemq́ue jus per mediam quidem perſonam; ſed ex proprio tamen capite, habituris. *paulò poſt* 116. ſuccedit namque in feudo quiſquis ex eorum numero eſt, qui in primâ inveſtiturâ comprehenſi ſunt, quanto-

quantocunque gradu diſtet à primo inveſtito, ſi modò probetur ex eo de-
ſcendiſſe. *dict. tit. 31. ſi Vaſall. feud. privet. cui defer. & dict. tit. 50. de natur.
ſucceſſ. feud.* Licet neque natus, neque conceptus fuerit, tempore mortis
primi inveſtiti, dum tamen aut natus, aut ſaltem conceptus fuerit, morien-
te eo qui fuit ultimus feudi poſſeſſor. Ergò ultrò & libenter admittimus, in
feudis non ſuccedi primo inveſtito, jure ullo hæreditario; non magis, quàm
ultimo poſſeſſori, ſed in utriuſque locum ſubintrare illum, qui feudum oc-
cupat. Hæc *ex Antonio Fabro* excerpere voluimus, ut appareat, quale &
quàm ſtabile jus ſuccedendi in feudis antiquis & dignitatum competat, ac
propterea illud non ſit æſtimandum & judicandum communi ſententiâ &
opinione Juriſconſultorum, legumque civilium. *Bartol. in l. t. C. de liber.
præteritis vel exhæred. & in l. 1. §. ſi ſit nepos 2. D. de dotis collation. ubi dicit,*
quod filius ſubintrans in locum Patris, intelligatur intrare in gradum Pa- 37.
tris, ut proinde ſuccedat, & tantùm habeat, quantum haberet Pater; ſcili- 38.
cet ex perſonâ ſuâ ſuccedere, quæ conſideretur, non autem Patris. *idem
Bart. in l. 1. §. ſi ſit filius 16. D. de conjungendis cum emancipato liber.* Qui ve- 39.
rò ex ſuâ perſonâ capere hæreditatem poteſt, fruſtrà perſonam alterius ad
eam capiendam mutuatur. *inquit Hottom. in controverſia Nepotis & Patrui.
tit. 4. per l. 6. §. ſed ſi Pater. De injuſt. rupt. teſtam.* Atqui hæreditas regni,
vel feudi, natu maximo & primogenito aſſignata eſt, propter ætatis præro-
gativam, & naſcendi ordinem, quæ prærogativa, & ordo, ſeu gradus, non
alieno jure niti poteſt, ſed ſuo tantùm, & proprio jure conſtat, ſicuti gradus
propinquitas; quæ in naturâ poſita eſt, ſuoque jure nititur. Hinc repræſen- 40.
tationi in regno & feudo, ubi jus ſucceſſionis in ætatis prærogativâ conſi-
ſtit, locus eſſe non poteſt. *ait ibid. Hottom.*

Quod autem communiter à Feudiſtis aſſeritur & inculcatur, in feudo 41.
antiquo ex pacto, ſuccedi primo acquirenti non autem ultimo poſſidenti,
& proximitatem ſucceſſoris non conſiderari, aut æſtimari hujus, ſed illius
reſpectu. *Bald. conſ. 137. n. 1. vol. 2. Gail lib. 2. obſerv. 149. n. 2. & obſerv. 154.
Pariſius conſ. 23. n. 131. & ſparſim vol. 1. Menochius conſil. 690. n. 5. & conſ. 815.
n. 59. Philip. de Matthæis inter conſilia Marpurgenſia conſ. 26. n. 130. 132.
vol. 2. Referens apud Gylmann. tom. 1. part. 2. tit. 8. voto 8. Antonius Natta
conſil. 28. n. ultim. ubi Calderin. conſil. 13. Angel. conſ. 110. Alexand.
conſ. 29. lib. 1. & Iſern. in c. 1. de inveſtitura de re alien. facta. allegat. cujus
dictum notabile.* Agnatum ad ſucceſſionem feudi non admitti, ut ex nunc,
ſed ut ex tunc, à principio ſcilicet conceſſionis: hoc ita intelligendum, ut 42.
quidem ad primum acquiſitorem reſpiciatur, quoad naturam & formam
feudi acquiſiti, & quoad qualitatem contractûs & ſucceſſionis, & quoad jus
quæſitum ex conventione primâ: *allego ad hoc & intelligo textum in c. 1. §. ſi
Capitanei de feudo Marchia cap. 1. de eo qui ſibi & hæredib. ſuis. Doctores allegati
& mox allegandi.* ad ultimum verò poſſidentem reſpicitur, quoad ordinem &
gradum proximitatis in ſuccedendo; quia ſucceſſio conſideratur in perſonâ 43.
ultimi Vaſalli, cui ſuccedere debet is, qui illi proximior eſt in gradu & linea,
licet non ſit proximior acquiſitori. *Iſern. in c. 1. de nat. ſucc feud. Soc. conſ. 249.
n. 21 vol. 2. text. in d. c. unico de nat. ſuc. feud. Decius conſ. 445. n. 19. Pariſ. d. conſ.
23. n. 363.* Per inveſtituram, *inquit*, primo ſucceditur, tamen perſona ultimò
decedens, conſideratur. *Thobias Nonius conſ. 1. n. 47.* quamvis in feudis re-
ſpiciatur ſemper ſtipes, tamen in ſucceſſione proximiorem ultimò morien-
ti, non primo inveſtito, admitti *ait. Cephal. conſil. 46. n. 25. & conſ. 600.
n. 20. Roland. à Valle conſ. 100. n. 20. vol. 1. & conſ. 82. n. 36. vol. 2. Rimi-
nald. Junior. conſ. 108. n. 31. 32. & ſeq. Erneſt. Cothmann. conſ. 26. n. 73. & ſeq.
Gutigrer. lib. 5. quæſt. Civil. 66. n. 11. Surdus conſ. 120. n. 4. Schrader. conſ. 13.
n. 180. & in tractat. de feud. part. 7. cap. 7. n. 19. Ioannes Franciſcus de Ponte*

de his qui feud. dare poſſ. lectione 9. n. 61. Plures vide apud Nigrum Cyriacum in conſult. pro Duce Mantuæ. artic. 6. à n. 83. uſque ad 280. Intrigliolius de feud. centur. 1. quæſt. 40. n. 18. licet feudum, inquit, deferatur ex proviſione primi acquiſitoris, tamen conſideratur proximitas reſpectu ultimi morientis, & ille admittitur, qui proximior eſt ultimo Vaſallo decedenti. *Caſtill. Sotomayor quotid. qu. l. 3. c. 19. n. 140. idem dicit. Cephalius d. conſ. 600. n. 19. 20. vol. 4.* Licet feudum agnoſcatur, *inquit*, à primo acquirente, & ab eo cauſam habeat ſucceſſor, nihilomnius ad conſervandum ſucceſſionis ordinem, præfertur proximior, inſpectâ perſonâ ultimi morientis, non autem prioris inveſtiti: *plures, ſi vis, vide apud Frideric. Boſium in diſquiſitione controverſiæ Mantuanæ art. 3. n. 43.* Cum igitur feuda illa ex pacto, non ſint hæreditaria, nec jus ſucceſſionis in eis hæreditarium, ſequitur illa confiſcari, & auferri non poſſe, in præjudicium eorum, quibus illa debentur jure quæſito, & ex inveſtiturâ & pacto. *Sicut infra probabitur pluribus.*

44. Feuda ſiquidem regalia, ut ſunt Electoratus & Principatus in Imperio, debentur, *ut ſæpius diximus*, ex pacto Majorum, ex diſpoſitione legis imperii, vi conſuetudinis, ex inveſtiturâ & contractu, inter primum concedentem, & primum accipientem, inito: atque ità ſucceſſor, ſive ſit filius, ſive Agnatus, modo deſcendat à primo acquirente, jus quæſitum & formatum nanciſcitur ex iſtâ, ſive legis feudalis, & conſuetudinis immutabilis, ſive inveſtituræ & ſtipulationis diſpoſitione, cujus hæc vis eſt natura, ut jus certum, ſtabile, & irrevocabile omnibus in inveſtiturâ comprehenſis, & à lege, vel conſuetudine, vocatis, & eorum ſucceſſoribus maſculis tribuat. *Bald. conſ. 389. n. 8. vol. 2. Andr. Knichen Comment. in privilegium Saxon. de non appellando cap. 3. in princ. Roſenth. de feud. cap. 6. concluſ. 12. n. 6. Hartmann. Piſtor. lib. 2. quæſt. jur. part. 2. qu. 20. n. 11. & ſequent. Reinking. de regim. ſæcul. lib. 1. claſ. 4. cap. 17. n. ultim. & claſ. 5. cap. 7. n. 33. Hinc Anton. Fabr. dict.*
45. *conſult. part. 1. fol. 120. dicit*, quod feuda dignitatum, hoc ſpeciali jure utantur, ut non admittant ſucceſſionem ullam hæreditariam, nec tam ex cauſâ ſucceſſionis hæreditariæ deferantur, quàm ex pacto & inveſtiturâ. *ut ſcriptum eſt. dict. tit. 14. de feud. Marchiæ. & ibi notant. præſertim Bald. in dict. §. hic quoque de ſucceſſ. feud. & ad dict. tit. de eo qui ſibi vel ſuis hæredib.*

46. Feudum enim, & inveſtituram feudi, contractum eſſe à jure civili & conſuetudine introductum, quamvis nec gentibus, nec Romano populo cognitum fuerit, non eſt dubitandum. *cap. 1. de natura. feud. Iaſon. ſuper uſus feud. in proœm. n. 26. Bart. in l. de quibus. n. 8. §. de. ll. & in h. jusjurand. §. ſi liberi n. 5. D. de oper. libert. Baro Schenk. cap. 1. §. 1. n. 15. ex quibus cauſis feud. amitt. Siguard. in conſil. 210. n. 11. Curt. in tract. feud. part. 1. quæſt. 3. n. 1. ubi hanc receptam eſſe interpretum ſententiam dicit, Cravett. conſ. 41. n. 36. & 669. n. 8. VVeſenbec. tract. feudal. cap. 1. n. 7. Prukman. conſil. 2. tom. 1. n 283. ubi plures allegat. Ludolphus Schrad. de feud. part. 10. ſect. 1. n. 131. Caccheran. deciſ Pedemont. 79. n. 24.* Contractum nominatum feudum eſſe, *tenet Clarus lib. 4. ſentent. §. feudum q. 6. n. 1. Bartol. in l. juris gentium. §. quin imò poſt. n. 10. D. de pactis. quod & Curtius junior de feudo in 1. part. in 9. principali quæſtione, an feudum ſit contractus nominatus, an verò innominatus, affirmare videtur*, ſtricti autem potius juris, quàm bonæ fidei eſſe, *ait, quod & Ruin. conſ. 45. n. 16. lib. 1. affirmat.* alii autem bonæ fidei contractum eſſe, ideoque non ſtrictam, *ut vult. Ruin.* ſed latam interpretationem, contra concedentem, in favorem feudatarii, ſicuti in beneficiis fieri ſolet, faciendam. *Caſtrenſ. conſil. 354. per tot. libr. 1. & conſ. 63. eodem libro Beccius conſ. 88. n. 36. Natta conſil. 464. n. 15, 16. ubi dicit:* feudum etiam à privato conceſſum habere latiſſimam interpretationem, quantò uberiùs
47. id fieri debere in beneficio, conceſſo à Principe. Conventio ſiquidem, & con-

contractus, verſatur in feudo, & mutua utrinque intercedit obligatio, ex
parte Domini, & Vaſalli. *cap. de forma. 22. quæſt. 5. Abbas, & alii, in cap.
quæ in Eccleſiarum de conſtit. Bart. in l. juris gentium §. quin imo. n. 19. ibique
Iaſon n. 16. & ſequent. D. de pact. idem in l. ſi pecuniam. n. 14. D. de conditionib.
& cauſis.* Conceſſionem feudi contractum ultrò citroque obligatorium
eſſe, quia detur gratiâ utriuſque, & eſſe actum in ſuo eſſe perfectum, qui
minui non poſſit, cuivé nihil addi; & eſſe contractum de jure gentium,
ideoque Principem teneri, ad obſervantiam; *demonſtrat Ioan. Iacobus de* 48.
Leonardis inter conſil. Brunii feudalia. conſ. 104. *n.* 203. *& ſeq. lib.* 1. *Ioannes
Fichard. conſ.* 8. *n.* 14. *tom.* 2. Hinc Dominus, vel Imperator, *ut dicit Pa-* 49.
riſius in conſil. 23. *n.* 79. *vol.* 1. concedendo feudum, & inveſtituram, con-
trahere dicitur, *ſecundum Bartol. in d. §. quin imo. & Bald. in c. quæ in Eccle-
ſiarum. ubi Imola, & alii. de conſtit. Mynſing cent.* 4. *obſerv.* 61. *n.* 10. infeu-
datio, *inquit*, eſt contractus ultro citroque obligatorius, in quo una par-
tium tenetur ad faciendum ex diſpoſitione legali, ut eſt Vaſallus, qui ad ſer-
vitia præſtanda obnoxius eſt, ex legis diſpoſitione, ad quod poteſt præcisè
compelli, *ſecundum doctrinam Bartol. in l. ſtipulationes non dividuntur.* 72.
D. de verbor. obligat. Ergo æquitatis ratio ſuadet, fidem Domini viciſſim 50.
obſtringi Vaſallo, ut rem ipſam, de quâ facta eſt inveſtitura, præcisè ac ne-
ceſſariò tradere cogatur, ſi facultatem tradendi habeat; Quia contrahen-
tium debet eſſe æqua conditio. *l. Si id quod in fin. D. de peric. & com. rei
vend. Hac Mynſinger.* Contractum quidem nominatum eſſe feudum com-
muniter, uno ore affirmant Juriſconſulti, quoniam à conſuetudine no-
men ſingulare, feudum ſcilicet, & formam, à cæteris contractibus differen-
tem habet: *Bald. conſ.* 327. *in princ. lib.* 1. *& conſ.* 291. *incipit. ad evidentiam.
n* 12. *verſ. ſed videamus lib.* 2. *ubi*, quod eſt contractus nominatus, ſecun-
dum omnes doctores; & quod ſit nominatus eſt communis opinio, *ait
Cardin. Tuſchus concluſ.* 104. *n.* 6. *ubi & hoc habet:* Feudum, inquit, eſt con- 51.
tractus, ſive innominatus, ſecundum aliquos, ſive nominatus, ſecundum
alios, ſive anomalus, ſatis eſt, quod eſt contractus, cui nihil addi, vel minui
poteſt, invito feudatario. *Natta conſil.* 408. *n. idem.* nempe feudum con- 52.
tractum eſſe perfectum, cui nihil addi, vel detrahi poſſit, niſi de partium
conſenſu. *per l. ſicut C. de action. & obligat. Roſenthal. cap.* 1. *concluſ.* 4. *n.* 4.
Bartol. in l. juris gentium. §. quin imo. n. 19. *Iaſon ibid. n.* 16, 17. *D. de pactis.
Abbas & Doctores in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. Schrad. de feud part.* 2.
n. 1, 2, 3. *Communium opinionum ſcriptores in voce feudum. Iulius Clarus §. feu-
dum quæſt.* 6. *Zaſius tractat. feudal. parte* 1. *n.* 5. *Oldendorpius poſt claſſ.* 5. *§. de
action. benefic. Mozzius de feud. in princip. n.* 37. Hinc dicitur filius, & Agna- 53.
tus, ſuccedere in feudo ex contractu, & jus acquiſitum habere jure con-
tractûs. *per Bald. in l. qui ſe Patris. col.* 6. *verſ. & eſt ratio. C. unde liberi. ita
refert Pariſius conſ.* 23. 135. *in fin. vol.* 1. *Mynſing. cent.* 3. *obſervat.* 67. *n.* 6.
*juxta Alexand. in l. quod dicitur. D. de verbor. obligat. & Nota. ad ſpecul. tit. de
ſentent. verſic. filius poſt. VVeſenbec. conſil.* 41. *n.* 102. *&* 114. *dicit.* inveſtitu-
ram feudalem vim contractûs habere, & contractum eſſe. *per Menoch.
conſ.* 101. *n.* 28 *conſil.* 103. *n.* 53. *addens*: quod quando ex contractu, vel ex oc-
caſione contractûs, per diſpoſitionem legalem, eſt jus quæſitum alicui ter-
tio, re, vel ſpe, non poteſt ab illo contractu recedi, in ejus non conſentien-
tis præjudicium. Hinc poſſunt ſuccedentes acceptare feudum tali jure 54.
quæſitum, & repudiare hæreditatem Patris, *ut ſupra diximus. Alexand. in
addit. ad Bald. in l. qui ſe Patris C. unde liberi. Gail* 2. *obſervat.* 149 *n.* 5. *&* 154.
n. 1. *Alvarot. ad cap. l. agnatus vel filius n.* 19 *in fine. Zaſius part.* 8. *n.* 6. Eſt
enim liberum filio renuntiare hæreditati, & ſtare contractui Patris. *Bald.
in authen. unde ſi Parens. C. de inoffic. teſtamen. & l. filio, quem Pater. D. de*

 legat.

legat. l. prout refert. Mynſing. in dict. obſervat. 67. *n.* 7. Et hoc caſu filius non tenetur debita Patris ſolvere creditoribus. *Gail dict. obſervat.* 154. *num.* 1. Communem eſſe, *ait*, Doctorum Concluſionem, filium, vel Agnatum, debita defuncti Patris, vel Vaſalli, ſi ejus hæreditatem, quo ad bona propria, ſive allodialia, non adeunt, ſolvere non teneri, niſi de fructibus ejus anni, quo mortuus eſt Vaſallus, ſecundum diſtinctionem, *text. in cap.* 1. *de his conſequenter. tit. hic finitur lex, communiter Feudiſtæ in cap.* 1. *an Vaſall. vel filius defunct. VVurmbs. tit.* 20. *obſerv.* 22. *Burſat. conſil.* 49. *n.* 49. *Hart. Piſtor. lib.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 73. *in prima parte, & quæſt.* 14. *n.* 34. *eadem. Vult. de feud. cap.* 9. *n.* 115. *Sneid. part.* 2. *n.* 35. *ubi ait*, Agnatos non quidem teneri ſolvere æs alienum defuncti ex feudo, niſi adeant hæreditatem; tamen de fructibus, à morte Vaſalli relictis, Creditoribus ſatisfacere debere.

CAPUT XI.

ARGUMENTUM.

Nullum jus & juſtitiam validiorem & ſanctiorem eſſe, quàm eam quæ in contractu & pacto fundata ſit. Cum enim pactiones juris gentium ſint, naturalique æquitate ſubſiſtant, & Princeps lege ſtipulationis ſuæ, non ſecùs ac privatus, obligetur, ideò eum, ne ex plenitudine poteſtatis, poſſe ea, quæ in contractum tranſiverint, mutare, aut minimùm ab eo, in feudalibus maximè, recedere, vel juri, ex ſtipulatu & inveſtiturâ quæſito, derogare, multò minus dominium directum & utile, ex pacto, vel ex lege, vel primâ conceſſione debitum, auferre, aut jus primogenituræ, ſpe tenùs quæſitum, etſi feudum ad primogenitum nondum pervenerit, lædere, ita ut nec ſpurium, quamvis Patre petente, in præjudicium ejus, cui feudum ſpe debeatur, legitimare valeat.

In feudis primum conſenſum & inveſtituram inſpiciendam, quæ mutari non poſſit, in fraudem illorum, quibus ex illâ jus acquiſitum ſit, quod etiam nec limitando, aut modificando, imminui ab Imperatore, aut Domino queat. Imò Vaſallum licitè & impunè reſiſtere Domino, feudum ſibi innocenti, & non convicto, eripienti.

CONSPECTUS.

1. NUllam majorem juſtitiam, quàm quæ ex contractu oriatur.
2. Jus ex pacto potentius, quàm ex teſtamento.
3. In omni contractu fidem requiri, maximè verò in feudo.
4. Contractus eſſe juris gentium, & naturali ratione ſubſiſtere.
5. Principem lege ſtipulationis ſuæ æquè, ac privatum, obligari.
6. Et quidem Jure gentium, nec ei fas eſſe actum cum ipſo per ſtipulationem initum revocare, ex ſuâ potentiâ.
7. Privilegia etiam ſubditis data, ſi in contractum tranſiverint, revocari à Principe nequaquam poſſe.
8. Imperatorem & Principem contractum ſuum reſcindere non poſſe.
9. Ligari contractui, per viam feudi initi.
10. Non fas ei eſſe, mutare, vel imminuere ſtatum Vaſallorum:
11. Nec derogare, vel ex ſupremâ poteſtate, juri ex ſtipulatione quæſito:
12. Et à jure gentium procedenti.
13. Rationem naturalem & civilem plus poſſe, quàm Principem:
14. Ideò dominium & jus, ex contractu debitum, auferre non poſſe;
15. Ne quidem ex plenitudine poteſtatis.
16. Minus verò, quando de privando jure quæſito agitur, procedere contra partem non citatam.
17. Jus enim alicui quæſitum, ſine ipſius facto auferre, nefas.
18. Quod & de jure, ex lege, aut conſuetudine, vel ſpe, & ex inveſtiturâ quæſito, intelligendum.

19. Va-

19. Vaſallos fortius jus in feudis, quàm Dominum habere.

20. Ex prioribus inveſtituris quæſitum, non poſſe alterari in præjudicium ſimultaneè inveſtitorum.

21. Imò neminem privari debere jure, quod in ſolâ ſpe habeat.

22. Res enim & jura noſtra, ſive ea re, ſive ſpe, ad nos pertineant, niſi ob conſenſum, aut delictum noſtrum, auferri;

23. Jus certè primogenituræ, etiamſi nondum pervenerit ad primogenitum, lædi à Rege, & Principe, non poſſe:

24. Nec Imperatorem vi ſolius imperii, facere, ut alius, quàm Primogenitus Electoris, ejuſque Proſapia, Electores fiant.

25. Nullo jure induci poſſe privationem juris primogenituræ.

26. Imò nec Imperatori, aut Papæ ſpurium, in præjudicium illius, cui feudum ſpe debeatur, legitimare fas eſſe;

27. Parte licet petente.

28. Spem illam non de nudâ, ex alieno arbitrio & futuro eventu dependente:

29. Sed de certâ & invariabili, in re, vel jure, radicatâ.

30. Talem ſpem dici & eſſe, jus ſucceſſionis primogenito acquiſitum, ipſo nativitatis die:

31. Ideò eam tranſmittere ad filium ſuum, licet ipſe moriatur, antequam ſuccedat:

32. Differre à jure, quod liberi, communiter habeant in bonis Parentum.

33. Hanc ſpem & prærogativam naturæ & juris, primogenitis Friderici, per vim & injuſtitiam auferre nefas ſummum, & cauſam turbatæ Reipublicæ.

34. Indubium ſanè eſſe Cæſarem non poſſe juri ex feudo quæſito, vel quærendo, derogare.

35. Nam feudi jus Domino non licere lædere, in præjudicium liberorum & agnatorum:

36. Nec ad feudum alios, quàm eos, qui in inveſtiturâ comprehenſi ſint, vocare.

37. Jus primogenituræ per poſteriores inveſtituras lædi non poſſe.

38. Primum conſenſum in feudi contractu pro lege habendum.

39. Formam primæ inveſtituræ Principem mutare, aut alterare non poſſe:

40. Veterem inveſtituram non tolli per novam.

41. Inhærendum primæ ſemper conceſſioni.

42. Cum feuda judicentur ſecundum inveſtituram, & ſucceſſio in iis reguletur juxta eam:

43. Ideò tenorem illius ſemper, & ſuper omnia, attendendum.

44. Novas inveſtituras cenſeri factas ad confirmationem præcedentium.

45. Imperatorem non poſſe antiquas inveſtituras infringere.

46. Jura regaliorum feudi, contractu quæſita, ut lædi; ita nec minui poſſe:

47. Nec pro parte auferri, ſine culpâ Vaſalli.

48. Imperatorem non poſſe Vaſallum, ſine feloniâ commiſsâ, privare feudo:

49. Si fecerit, dici ſpoliare Vaſallum, qui debeat tunc reſtitui:

50. Imò licere Vaſallo, impunè reſiſtere, & poſſeſſionem ſuam etiam armis defendere.

51. Difficilius aliquid minui, quàm tolli.

NUlla autem major eſt juſtitia, quàm illa, quæ ex pacto & 1.
contractu oritur. *Bald.conſ.366. vol. 3. l penult. C. de pactis.*
& cap.1. & 2. de pactis l. juris gentium 7. §. ait Prætor.7. D.
de pactis. conſ.78. n.17. inter conſil. illuſtrium Iuriſconſulto-
rum ſuperior. Germaniæ lib.1. Nihil enim tam æquitati &
fidei humanæ congruum, quàm ea, quæ inter contrahen-
tes placuerunt ſervari: *l. 1. in pr. D. de pact.* Hinc conſtat 2.
potentiùs eſſe jus, quod acquiritur ex contractu, quàm quod ex teſtamen-
to, aut aliâ ſpecie quâlibet ultimæ voluntatis; *ait Anton. Fabr. in conſult.*
Montiſferrat. part.1. fol. 299. per l. is cui 42. ubi id omnes notare ait. D. de ob-
ligat. & action. Cum vero feudum datur ob cauſam, conſtituitur hinc inde
inter contrahentes *συνάλλαγμα, id eſt,* mutua obligatio, & quidem arctiſſi-
ma, *inquit Roſenthal in Synopſ. feudal. cap. 1. concluſ. 2. n. 1. Clarus in §. feu-*
dum. quæſt. 5. & 6. ubi addit, Licet in omni contractu, *inquit,* requiratur fi- 3.
des, tamen exuberantiùs requiritur in feudo, quia ſumit nomen à fide. Con- 4.
tractus autem ſunt juris gentium, naturalique ratione ſubſiſtunt, & non
ſubjacent poteſtati principis, *ait conſilium 31. n. 99. inter conſil. Iuriſconſult.*
illuſt. ſuperior. German. vol.1. per gloſ. communiter approbatam. in clement. 1.
de

de cauſa poſſeſſ. & propriet. Alexand. conſil. 79. volum. 7. in fine. Zaſius in l. 2.
§. noviſſimè. in verb. ratum. D. de offic. judic.
5. At Princeps, lege contractûs & ſtipulationis ſuæ, eodem modo obliga-
tur, quo privatus, ſiquidem ptivati jure in contractibus Princeps æſtima-
tur, & jure communi in contrahendo uti debet. l. donationes quas divus.
ibique dd. C. de donat. inter Virum & Vxorem. c. 1. ibique Baldus & alii. de na-
tur. feud. idem Bald. in l. Princeps. D. de ll. & in l. ex imperfecto, in fine C. de
teſtament. cap. Abbate ſanè. de re judicat. l. 6. Cravett. conſ. 860. n. 14. conſ. 135.
6. n. 5. Anton. Natta conſ. 122. n. 3. Principem jure gentium teneri, ex ſuo con-
ſenſu, & in contractu, uti jure communi, & obligari jure gentium, nec poſ-
ſe revocare ex ſuâ potentiâ actum, ſecum per ſtipulationem celebratum,
per l. Cæſar. D. de publicanis, & vectigalib. c. 1. de probat. allegat. & Paulum de
Caſtro in conſ. 317. viſo & examinato puncto. col. fin. lib. 1. eumque latè oſten-
dete, ait, quod quidem ſervare fuerit introductum de jure gentium, quod jus
naturale vocetur, quia fuerit eo ipſo tempore, quo gentes eſſe cæperint, &
hoc jus Principem non poſſe tollere ſubdito, ex ſuâ omni poteſtate. Roſen-
7. thal cap. 3. concluſ. 21. n. 30. ait, Quamvis Princeps ſit omnium Dominus,
& privilegia ſubditis data revocate poſſit; tamen id fallit ſi in contractum
tranſierint, nec enim minùs conrractibus, quàm privatus ligatur. Anton.
Gabriel. Roman. in communibus opinionibus tit. de jure quæſito non tollendo,
concluſ. 7. n. 5. & concluſ. 5. n. 1. & concluſ. 6. ubi privilegium per viam con-
tractûs conceſſum, ne ab Imperatore quidem, ſubditis adimi poteſt. Bald.
Præpoſit. Alvarot. Laudenſ. & alii in cap. 1. de natur. feud. Iaſon. in l. non am-
plius. §. ſi certum. n. 14. D. de legat. 1. Ludov. Roman. conſ. 436. per totum. Za-
ſius conſil. 10. n. 4. vol. 2. communem dicit. Bald. in conſil. 326. incipit, Rex Roma-
8. norum. n. 10. Quod Imperator contractum ſuum non poſſit reſcindere. c. 1.
de probat. ibi Felinus. colum. 2. Romanus conſil. 352. n. 16. Pariſius conſ. 11. n. 53.
vol. 1. ubi dicit, in materiâ feudali, contractum celebratum à Principe,
etiam cum ſubdito, ligare ipſum Principem, nec poſſe hunc illum revo-
care: ut notent Bald. Imola, & reliqui ſcribentes. n. 1. in cap. 1. extra. de proba-
9. tion. Anton. Natta conſ. 122. n. 5. ubi habetur, Principem teneri ſtare con-
tractui, per viam feudi initi, propter mutuam & reciprocam obligationem
inter Dominum & Vaſallum. & conſ. 408. n. 10. Privilegium, inquit, Prin-
ceps quandocunque revocare poteſt, ſed non contractum. juxta nota. in c.
novit. de judic. quod eò magis procedit, in contractu feudali, quia Princeps
non habet tunc, niſi jura directa, utilibus in Vaſallum tranſlatis. Decius con-
ſil. 282. & 291. ubi non licere Principi à contractu ſuo in feudalibus rece-
dere, demonſtrat; & conſ. 186. n. 7. dicit, quod Deus ipſe ex ſuâ promiſſio-
ne obligetur, Anonymus dict. conſil. 31. n. 101. conſ. Iuriſconſult. ſuperior Germ.
n. 102. Poſtquam Princeps contrahendo legibus feudalibus ſe ſubjecit, ul-
tra præſcriptum illarum, ſine culpâ Vaſalli feudum auferre, aut Vaſallum
diſveſtire non poteſt, etiamſi Imperator ſit. Bald. in cap. 1. §. quia videmus.
verſic. quæro nunquid Imperator. tit. qui feud. dare poſſunt. Anton. Natta
10. conſ. 408. n. Impetator, ait, non poteſt mutare ſtatum, nec imminuere
jura Vaſallorum. ut eſt expreſſum in §. Præterea. in authenticis de referen-
da. Etiamſi proprio motu contrarium ſtatuat, fingitur circumven-
tus, adeò quod contrarium probari non poteſt. l. prædia. C. de locatione
prædiorum civilium vel fiſcalium. libro 11. l. penultim. C. de diverſis prædiis
urbanis & ruſticis. Nam juri ex ſtipulatione quæſito, vel quærendo, de-
rogare nequaquam poteſt. cap. 1. ibique Doctor. de probationib. Cravetta
11. conſilia 993. num. 12. Juri planè contractûs, inquit, derogare, ne ex po-
teſtate ſupremâ Princeps poteſt. Equidem quempiam, inquit alibi, a-
deò impudentem futurum non credam, qui hoc aſſerere non dubitet: id
quia

quia conſenſu & voluntate contrahentium nititur, quæ à jure gentium
exiſtit. *conſ.669. n.7. verſ. ſecundo & expreſſius.* Quandoquidem ne ex po-
teſtate ejus ſupremá, cauſâ incognitâ, juri alterius derogare poteſt, quòd à
jure gentium eſt: *inquit idem Cravett. conſil.976. n.13. per clement. paſtoralis.
circa fin. de re judicat. l. ſi accepto latum fuerit. D. de acceptilatione §. 1. Inſtit.
quibus modis toll. obligat. Innocent. & alii in cap. qua in Eccleſiarum. ibique De-
cius n. 18. de conſtitut. Bartol. in proœmio digeſt. n. 4. verſ. quæro ſecundum
Bald. in 1. conſtitut. digeſt. n. 5. circa med. & in l. n. 5. circa med. D. de conſtitut.
princip. Cravett. de antiquit. temp. part. 1. argument. 1. n.33. ubi demonſtrat,*
Principem juri alteri quæſito ex contractu, vel aliter de jure gentium, dero- 12.
gare, aut illud tollere non poſſe; quod etiam locum habet in jure poſitivo,
fundato in ratione, aut æquitate naturali. *Abbas in dict. cap. quæ in Eccle-
ſiar de conſtitut. & in cap. per tuas. de arbitr. Ripa in l. quo minùs D. de flumi-
nibus, & lib. 2. reſponſ. 19. Hyppolitus in pract. cauſar. crim. §. ſequens. n. 39.
Cravett. dict. part. 1. n. 46. Pariſius conſ. 11. n. 55. vol. 1.* Nam ratio natura- 13.
lis, & civilis, plus poteſt, quam Princeps, *ait Bald. in conſil. 345. lib. 1. & in
cap. 1 §. final. qui feud. dare poſſunt,* bonas & naturales rationes ligare Prin-
cipem. *Iaſon. conſil. 1. lib. 1. text. in l. eas obligationes. D. de capit. diminuit.
cap. item adverſus. 13. diſtinct.* Propterea etiam non poteſt derogare juri 14.
quæſito, ex conceſſione, aut privilegio, quod tranſivit in contractum; mi-
nùs auferre Dominium directum, vel utile, debitum ex pacto. *Bald. in l. qui
ſe Patris 3. circa med. C. unde liberi. & in c. 1. §. ad hæc de par. jur fir. ubi dicit,*
jus quæſitum ex contractu, ne quidem ex plenitudine poteſtatis, Principem 15.
alicui auferre poſſe. *Pariſ. conſ. 11. n 55. vol. 1. idem dicit*, & quidem de con-
tractu, & conceſſione feudi, *addens omnes ſcribentes, in l. fin. C. ſi contra jus,
vel utilit. publ. & omnes Canoniſt. in c. qua in Eccleſiarum de conſt. hoc affirmare.*
Obtinere enim talem contractum vim legis. *l. penul. C. de donat. inter vir.
& ux. l. Cæſar. D. de publicis jud. l. fin. C. de legibus. Alexand. conſil. 155. l. 6.
Angel. in l. Antiochienſium. D. de privileg. creditor. plures allegat Cravet-
ta dict. part. 1. n. 11. & n. 54. 55. Decius conſ. 198. & conſ. 220. ante finem.
conſ. 357. verſ. nec obſtare videtur.* Eſt certè communis concluſio, quod in 16.
his, quæ non dependent à liberâ poteſtate Principis, prout ſunt contra-
ctus, & ubi agitur, de privando jure aliquem quæſito, ſine cauſâ non poteſt
Princeps procedere, parte non citatâ, *ait idem Cravett. dict. part. 1. n.30.
allegans Socinum in conſ. 16. verſ. ut poſſet fortè contraria opinio. in conſ. 266.
verſ. ſextus & ult. caſus. lib. 2. in conſ. 120. lib. 3. Decius conſil. 498. ad finem. &
conſil. 528.*

Generaliter verum eſt, quod jus alicui irrevocabiliter, ſeu quâcunque 17.
ratione quæſitum, ſine ipſius facto, auferri non poteſt. *l. ultim. C. ſi contra
jus & utilitat. public. l. id quod noſtrum. D. de regul. juris l. fructum. ſi. D. de le-
gat. 1. argumento l. quoties 3. C. de donation. quæ ſub modo, vel condition Paulus
de Caſtro in conſ. 161. verſ. applicando igitur, ait*, ex quo per donationem fa-
ctam à Rege uni, & ejus primogenito, ac aliis ſucceſſivè omnibus, compre-
henſis in tali ſucceſſione, jus fuit acquiſitum, illud non poſſe, in præjudi-
cium comprehenſorum, per alios mutari. *Pariſius conſ. 5. n. 20. vol* 1. quod
jus ex primâ inveſtiturâ quæſitum non poteſt auferri per alios. *Cravett. co
ſil 78. n.20.* ne à principe quidem. *cap. quamvis in fin. extra de pactis. Soci-
nus conſil. 164. vol. 2. Decius conſ. 286. Iaſon. conſil. 1. n. 5, 6. volum. 1. Gratus
conſ. 147. n. 11. lib. 2. Natta conſ. 554. n. 17. l. 3. in conſil. 79. n. 33. Anonym. in-
ter conſil. celebrior. Iuriſconſult. ſuperior. Germ. vol. 1. Antonius Peregrinus de
jure fiſci. l. 1. n. 49. ubi dicit,* jus illud, ex lege, aut conſuetudine, quæſitum, 18.
quamvis ſpe tantùm competens; tamen à jure ita conſiderari, ut nec Im-
perator, aut Papa, illud, ſine cauſâ, poſſit auferre: *adducit Oldradum in*

 conſil.

conſil.224.& teſtatur, ſecundùm illius ſententiam ita judicatum fuiſſe per Rober-
tum Regem Siciliæ cum aſſiſtentia duorum Cardinalium. Anonymus in diſcurſu
de Septemviratu Palatino. Zachar. Fridenreichius de tutel. Elect. Palat. in h.
argum. ubi dicit, ne ſummum quidem Principem, jus fidei commiſſi Majo-
ratûs, & primogenituræ, in necem alterius evertere poſſe. Quod etiam de
jure, ſpe quæſito, purà ex inveſtiturâ aut ex alia obligatione, intelligi debet;
Ex inveſtitura enim filii, & Agnati, jus quæſitum habent, quod illis, cirra
19. ſuum factum, poſtmodùm auferri non poteſt: ut dicit VVeſ. conſ.41.n.103.in
fin. ubi n.106. addit, Agnatos fortius jus in feudis habere, quàm ipſum Do-
minum. l.in cauſæ. §. final. D. de Procurat. Oldrad. conſ.224.n.16. Bald. conſ.328.
l.1. Tuſchus in concluſion. 204. tom.3. Feudatarius habet potentius jus in feu-
do, quàm Dominus. Illo igitur jure neminem Princeps privare poteſt. l. fi-
nal. §. de pactis. facit. & l. cum à ſocero C. de jure dotium. ubi Dd. Bald. in l. ſi con-
ſtante. in fin. C. de don. ante, vel propter nupt. ubi docet, non poſſe ab illo contra-
ctu, cujus occaſione per diſpoſitionem legalem, & ex conſenſu contrahen-
tium, jus in re, vel in ſpe, quæſitum eſt alicui, recedi, eo non conſentiente.

Inveſtitura autem contractus eſt, & jus ex contractu competens tolli
non poteſt. Bald. conſil. 38. Roland. à Valla conſil. 10. n.37. volum. 3. ubi ha-
20. betur, jus, ex prioribus inveſtituris, quæſitum, non poſſe rolli, & alterari,
in præjudicium illorum, quibus jus eſt quæſitum. Alexand. conſil. 27. lib.3.
Aretin. conſil. 7. Decius conſil. 167. verſ. nec obſtat. Mynſ. conſil. 64. n. 10.
ubi dicit. dominum inveſtiendo alium, non poſſe iis, qui ſimultaneè in-
veſtiti fuerunt, jus ſuum auferre. Tiraquell. de tract. conventional. §. 1. gloſ. 7.
n. 20. per legem. in diem verſ. non autem D. de aqua pluv. arcend. text. in l. 2.
in fin. D. de natal. reſtituend. & in cap. in fin. in tit. de ſucceſſion. feud. Card.
Alexand. in cap. Titius Col. 4. in fin. tit. ſi de feudo fuerit controverſ. inter
21. dom. & Agnat. affirmat, non poſſe aliquem privari, ſine ejus conſenſu ſuo
jure, quod in ſolâ ſpe eſt: Et quod plus eſt, addit Tiraquell. n. 21. etiamſi
id jus per te, aut contractum tuum, mihi quæſitum ſit, ex legis, vel ſtatuti,
diſpoſitione; nam nec tu me invitum, eo privare poteris. per ultim. D. de
partis. & l. qui Romæ. §. Flavius D. de verbor. obligat. & l. 1. §. 2. ubi gloſ. D. de
ſtipulat. ſerv. l. inſulam. §. ultim. D. ſolut. matrimonii. Cyn. Bartol. Bald. in
l. petendæ C. de temporibus in integr. reſtitutionis tam minor. in Anonymi dict.
conſil. 79. n. 22. alios apud Tiraquell. vide dict. n. 21. Prukman de regal. part. 1.
in effectu 5. membri 3. n.13. Jus, ait, quæſitum, legitimis hæredibus, con-
22. ceſſione ſuâ; Princeps eripere non poterit. Cum jura & res noſtræ, ſive ex
re, ſive ſpe, ad nos pertineant, (diſcriminandum non eſt à nobis,) niſi ob
conſenſum, aut delictum noſtrum, jure non auferanrur. Idem Pruckmann.
in effectu. 8. n. 10. dicit: injurioſum, indignumque majeſtate regnantis,
jus, quæſitum vigore reſcripti, alicui auferre. Archidiac. & Geminian. in
c. jus civile. 1. diſtinct. ajunt, ſummi Principis conſtiturionem ferendam
23. non eſſe, quâ ſuum cuipiam jus, ſine cauſæ cognitione, adimatur. Et certè
jus primogenituræ ex lege, conſuetudine, vel inveſtiturâ quæſitum adimi,
aut lædi à Rege, vel Principe non poſſe, quamvis ad primogenitum feu-
dum nondum pervenerit, atque adeò ſpe tenus quæſitum jus ſit, clari juris
eſt. Caſtrenſ. conſil.164. in cauſa quæ vocatur Majona. colum. 6. verſ. ad ſecun-
dum reſpondetur. ibi. unde nec ipſe Rex. l. 2. quem citat. Cravett. conſil.669.n.13.
verſ. ſecundo reſpondetur. & conſil. 749. n.10. Decius conſil. 498. n. 19. Socinus
junior conſil.108. n.3. lib.2. Prukman. de regalib. membr.1. cap.3. effect. 3. n.11.
24. ubi docet, Imperatorem, vi ſoluti imperii, facere non poſſe, ut alius, quàm
primogenitus Electoris, ejuſque proſapia, Electores fiant. Iacob. Omphal.
25. lib.1. Politices cap. 80. n.7. dicit, quod primogenituræ jus, per nullam quam-
cunque poteſtatem, adimi cuipiam, ſine cauſæ cognitione rectè poſſit. text.
in

in c. 1. & ibi. Bald. de natura feudi, & in fine ex Bald. in authent. de fidei commiſſ. dicit, nullo jure induci poſſe privationem juris primogenituræ. *& n.* 8. quod nec Pontifex, nec Imperator, adimere poſſit primogenito beneficium primogenituræ. *ut notatur in c. Apoſtolicæ, de regul. jur. lib. 6. per Bald. in l. ultim. C. de legib.* In tantùm; ut facultatem Princeps, vel etiam Papa, 26.
Imperatorque, non habeant legitimandi ſpurium primogenitum, in præjudicium ſecundogeniti, cui feudum ſpe debetur, etiamſi legitimatio, pe- 27.
tente & conſentiente Patre, fieret. *Cravett. dict. conſil. 669. n. 13. ante fin. & conſil. 749. n. 17. Imolan. & Dom. ad id citans, in cap. grande. in princ de ſupplend. neglig. Prælat. in 6. Alexand. in conſil. 25. n. 9. in conſil. 67. n. 9. in conſil. 94. n. 5. lib. 1. Decius in conſil. 85. colum. penult. in fine verſ. & ideo legitimatio primogen. Iaſon in l. ſi is qui pro emtore. 277. D. de uſu capion. & in l. Gallus. §. & ſi quid tantum n. 78. D. de liber. & poſthum. Bald. quidem in cap. ſi lii nati ſi de feudo defuncti controverſ. n. 2. dicit*, quod Imperator poſſit hoc per plenitudinem poteſtatis; ſed tamen non habeat præ oculis juſtitiam honeſtatis, & ſit unum pecus. *Roſenthal cap. 7. concluſ. 19. in gloſſ. a a.*

Quod paulo ante diximus de jure ſpe quæſito, illud accipiendum eſt non 28.
de ſpe nudâ, quæ non eſt conſiderabilis, neque ullum jus, actionemve producere poteſt, ut eſt ſpes illa, quam liberi in bonis Parentum, aut legitimâ habent, quæ ex futuro eventu, & ex alieno arbitrio, aut à conditione dependet. *l. 1. §. ſi impuberes. ubi Bartol. D. de collation. bonorum. & in l. final. in fin. C. de pactis. l. legatum. C. de condition. inſert. l. cedere diem. D. de verbor. ſignific. Gail 2. obſervat. 132. n. 1, 2. & ſeq. ubi dicit*, fidei commiſſum conditionale non tranſmitti ad hæredes, & conditionem nihil ponere in eſſe. *c. t. de plus petiti.* Sed de ſpe certâ in re, vel jure præterito, aut præſen- 29.
ti, radicatâ non pendente ex alieno arbitrio, de qua idem judicatur, quod de re ipſâ, & jure acquiſito, adeò ut & tranſmittatur. *Cardinal. Tuſch. tom. 4. concluſ. 629. n. 1. per Aretinum conſ. 3. ubi dicatur*, ſpem hanc dummodò ſit cauſata ex facto, & præterito, non pendens ex alieno arbitrio, jus conſiderabile eſſe. *l. poſt emancipationem. §. fin. D. de liber. legat. Cephalus conſil. 381. lib. 3. n. 6. Cavalcan. deciſ. 19. n. 95. p. 3. ſicut refert & ſequitur Arnold. Engelb. de ſucceſſione in Electoratib. addens ibi rationem*, quia radicatio ſpei illi adſit. *per Bartol. Bald. Imol. in l. non amplius §. de legat. 1. concludendo dicit*: Jus illud, *inquit*, invariabile ſucceſſionis, quod primogenito ex voca- 30.
tione & diſpoſitione legis, ex primi acquirentis ſucceſſione, imò ex eo ipſo, quo primus naſcitur, primo etiam nativitatis die, plenè acquiritur, non incommodè, ſpes diei poteſt. Sic ſpes probabilis & radicata fidei commiſſarii ſpes dicitur, quando de teſtatoris voluntate conſtat fidei commiſſum, quamvis conditionale, velle tranſmitti ad hæredes. *Alexand. conſ. 5. n. 9. verſ. quia etiam antequam. lib. 7. Decius conſil. 395. n. 5. & conſ. 515. n. 1. & 2. Gail dict. obſervat. 132. n. 7. Tuſch. tom. 7. concluſ. 365. n. 2. ubi Alex. conſil. 187. n. 12. & conſ. 188. n. 21. lib. 5. allegat. In concluſ. 83. n. 11. tom. 1.* potentia, *inquit*, de facili reducibilis ad actum, habetur pro ipſo actu; & 31.
ideò ſpes firma, & non variabilis, quam habet primogenitus ſuccedendi in majoratu, habetur pro ſucceſſione, & licet moriatur, tamen tranſmittit ad filium ſuum, licet ipſe non ſucceſſerit. *Abbas conſ. 85. incipit. in præſenti. verſ. moveor. lib. 1. & conſ. 91. n. 3. lib. 1. Felin. in cap. eam te. n. 16. verſ. reſultabit ergò de Reſcript.* Quemadmodum autem naturæ prærogativa inſtantanea eſt, & immutabilis; ita quoque juris prærogativa, ipſo nativitatis momento adquiſita, invariabilis ſemper eſt. *ut ait Engelbrechtus dict. loco.*

Ex his, & aliis ſupra deductis, & infra deducendis, evidenter apparet, quàm ſolida, firma, immutabilis, καὶ ἀναφαίρετος, ſpes & jus ſit, primogeniti, ipſo conceptionis die, à lege regni, & conſuetudine, data, adſcripta,

& attributa, non dependens à conditione, aut voluntate hominis, legiſvè
32. civilis ſcito; plurimùm etiam differens à jure, quod liberi communiter
habent in bonis Parentum, quod mutabile, alienabile eſt, & ex arbitrio poſ-
ſidentium dependet, qui ſua bona vendere, transferre, aut etiam per cri-
men, amittere poſſunt. Spes illa, & jus, κτῆμα ἀναφαίρετον τοῦ πρωτογόνου: hoc
33. προσδόκημα ἀμφίβολον καὶ ἀφαίρετον dici non abſurdè meretur. Sed quæ nunc
quæſo juſtitia eſt, quo colore, quové prætextu juris, excuſari poteſt, quod
hæc ſpes & prærogativa naturæ & juris, quæ filiis primogenitis Regis Fri-
derici diu, antequam Pater ipſorum alicujus criminis inſimulabatur, aut
proſcribebatur, natis acquiſita, & à lege Imperii, accedente Majorum pa-
cto, & inveſtiturâ primævâ, velut in peculium caſtrenſe tradita & appro-
priata fuerat, uno tamen impetu & ictu adimi & auferri, ſine ipſorum facto
& culpâ, ex ſolo prætenſo non probato, nec unquam probando, Patris de-
licto in vim proſcriptionis, contra eum, nulliter promulgatæ, præſumitur
& attentatur: Quod vix in ſpe incertâ, non conſiderabili, ex futuro eventu
totâ dependente, & in poteſtate atque diſpoſitione Patris unicè repoſitâ,
locum habere ſinunt jura, etiamſi bona Parentum juſtè & legitimè publi-
centur, & fiſco adjudicentur. Quid aliud hoc eſt, quàm naturæ opera ſub-
vertere, jura ſanguinis dirimere, ordines ſucceſſionum confundere, leges
Imperii fundamentales diruere, pacta majorum antiquare, inveſtituras &
primævas conceſſiones eradicare, ſalutem & quietem Reipublicæ diſtur-
bare, cuncta per vim agere, & ſurſum ac deorſum vertere?
34. Sine controverſiâ igitur, & extra omne dubium eſt, Principem, vel Cæ-
ſarem, non poſſe ſpei, & juri ex feudo quæſito, & quærendo, derogare.
*Ruin. conſil. 7. n. 30, 31. & conſ. 36. n. 16. colum. penult. in fine. Guid. Papa
conſil. 595. n. 6. Pariſius in conſil. 5. n. 97, 98, 99. & n. 108. lib. 1. & conſil. 17.
n. 15. & conſil. 22. n, 45. Cravett. de antiquit. tempor. dict. part. 1. n. 16, 17.
& n. 33. ubi multis probat.* quod Princeps non poſſit privare Vaſallum feu-
do, ſine causâ, & ſine ejus culpâ, *per cap. 1. de feud. ſine culpa non amittendo
cap. 1. de natur. feud. conſil. 326. & 345. lib. 1. conſil. 182. Curt. Iunior in ſe-*
35. *cund. part. tract. feud. quæſt. 12. Abbas in conſil. 3. quæſt. 19. lib. 2.* ſiquidem
feudi jus lædere, Dominus non potis eſt, in perniciem filiorum & Agna-
torum, ad quos venturum feudum eſt, fœminas putà admittendo, aut per-
mittendo, ut Vaſallus de eo teſtetur, aut alio modo jus illud violetur, aut
auferatur. *Cap. 1. qui ſucceſſores teneantur in uſib. feud. 1. tit. 9. cap. 1. ibi. &
Baldus de alienat. feudor. patern. ait*, Patris etiam rogatu filiam de feudo
inveſtiendi in Agnatorum perniciem dominus non habet licentiam. *Iaſon.
in conſil. 152. colum. final. lib. 4. & in conſil. 168. colum. 7. lib. eodem.* ubi jus
non eſſe Vaſallo, teſtandi de feudo, etiam Regis permiſſu. *Cravett. conſ. 669.
n. 8. verſ. ſi dixeris quærendum. & n. 12. & conſil. 125. n. 19. conſil. 214. n. 4.
conſil. 592. n. 54. Alexand. conſil. 15. ante fin. lib. 5. Decius conſil. 193. col. 2.*
36. *& conſil. 139. n. 3. idem Cravett. conſ. 749. n. 10. ubi probat*, facultatem
Principi non eſſe, alios ad feudum invitandi, quàm qui vocati ex inveſti-
turis ſint: *per Curtium in tractat. feud. part. 1. Colum. 2. verſ. 2. adde circa*
37. *utramque limitation.* lædi namque jus primogenituræ ex inveſtituris, qui-
buſvis poſterioribus, nequit. *cap. 1. ibique Bald. de Vaſall. decrepit. ætat. c. 1.
ibique Alvarott. an Agnat. vel filius c. unico cum gloſ. 2. de eo qui finem fecit
agnato. de feud. Bald. conſil. 215. proponitur, quod in inveſtitura. colum. 1. lib. 2.*
38. Stipitem primum, primumque Domini conſenſum ſpectare, & pro lege
habere, oportet. *ita Bald. in cap. 1. n. 12. in fin. de eo qui ſibi & hæredib. ſuis
tradit. Cardinal. conſil. 92. in primo dubio. Paul. de Caſtr. conſil. 425. ponitur
in facto, in fine primi dubii lib. 2: Curtius Senior in conſil. 49. n. 45. Cravett.
conſil. 674. n. 44.* Nullâ ratione, *inquit referens aſſeſſor Cameralis in voto,*

&

& deciſion. 8. tit. 8. part. 2. n. 45. apud Gylmann. in Symphorem, per novas inveſtituras poreſt immutari natura & qualiras cærerarum inveſtiturarum. *Bald. conſ. 205. n. 4. vol. 4. & conſil. 198. n. 2. & conſil. 205. n. 1. volum. 1. Iaſon conſil. 7. colum. 9. & colum. penul. vol. 3. Iſern. cap. 1. §. hoc quoque n. 6 & 9. de ſucceſſ. feud. Afflict. c. 1. §. ſi quis n. 11. ſi de feud. fuer. contentio. Decius conſil. 445. n. 7. vol. 4.* Ratio prædictorum eſt, quia non licer à providentiâ antiquorum Parentum recedere, cum non verſetur hac in re favor unius, ſed multorum. *Hac ille:*

Ac ſic quidem formam inveſtituræ antiquæ Princeps mutare non po- 39.
teſt; quamvis non niſi juris quærendi ratione liberorum & Agnatorum interſit, *dict. cap. 1. de Vaſall. decrep. atat. Decius conſil. 445. colum. 2. Gozard. in conſil. 26. n. 48. Petrus de Gregorio de conceſſion. feudi part. 3. q. 4. n. 1, 2.* quod dominus, vel etiam Imperator & Rex, non poſſit mutare primam formam inveſtituræ, ſeu conceſſionis: nec aliquod gravamen, aut pactum, apponere, nec mutare, vel imminuere, veterum Vaſallorum ſtatum. *Pariſius conſ. 5.
n. 20. ubi dicit*, Jus Vaſalli prioris, quæſitum ex primâ inveſtiturâ, non ex- 40.
ſtingui per novam inveſtituram factam poſtmodum, *ita tradere omnes in cap. qua in Eccleſiarum de conſtitut.* nec novam inveſtituram in alium factam obſtare, quin deſcendentes proximiores ad feudum venire poſſint, jure eis quæſitito, per primam inveſtituram. *ut plenè Cuman. conſ. 167. per totum Roman. in conſil. 367. in quinto dubio. in ultimo fallent. Cravett. con. 679. n. 1. ubi dicit*, Inveſtituram primam mutari, aut alterari per poſteriores inveſtituras non poſſe, in perniciem eorum, qui ad feudum vocati ex priori inveſtiturâ ſunt. *idem conſ. 606. n. 9. & conſ. 828. n. 2. & conſ. 960. n. 4. ubi
dicit*: inhærendum eſſe primæ inveſtituræ, ne præjudicium fiat his, quibus 41.
jus quæſitum ex eâ eſt. *per cap. 1. de Vaſall. decrepit. atat. cap. 1. ibique. Alvarott. an Agnat. vel filius. Curtius Senior in conſ. 49. n. 48. text. in cap. 1. §. 1. de ſucceſſ. feud. in cap. de alienat. feud. Cardin. dict. conſ. 92. n. 1. Decius conſil. 267. n. 2. in fin. & conſil. 445. n. 7. addit Cravett.* Sic ad commodum, *inquit*, mulietum quæ à feudo regulariter ſubmoventur, inveſtituram alterare priorem non licet. *Bald. conſ. 215. lib. 2. Decius conſ. 263. n. 3. Ripa lib. 1. reſponſ. cap. 1. n. 48. Curtius Iunior conſil. 185. n. 2. in fin. Brun. in conſil. 14. num. 2.* Quantò minus in Agnatorum fraudem, quos commune feudorum jus vocat. *l. quantò magis. D. de jure jurand. authent. multo magis. C. de ſacroſanct.
Eccleſiis.* Cum enim feudum reguletur, & judicetur, ſecundum inveſtitu- 42.
ram, & natura ejus plus pendeat ab inveſtiturâ & pacto, quàm à jure communi, & ſucceſſio juxtà inveſtituras reguletur, atque ex illarum pactis natura feudi alreretur, ita quod etiam contrariam naturam aſſumat, quia contractus, & feuda, ex conventione legem accipiant. *Bald. conſ. 207. n. 2. verſ. nam potius. lib. 2. conſ. 327. n. 2. lib. 2. & conſ. 353. n. 3. lib. 1. & conſ. 199. n. 4. lib. 3. Oldradus conſ. 59. in princip. Calderin. conſ. 310. circa princ. & conſil. 306. & 314. Afflict. in lib. 1. in princip. in tractat. de jure prothimeſeos. Andr. de Iſern. cap. 1. verſ. aut livellario. Quibus modis feud. amitt. Tuſch. concluſ. 108.
n. 1. 6. 10. vol 3. & concluſ. 356. n. 3.* Ideò tenor inveſtituræ ſemper & ſu- 43.
per omnia, etiam contra naturam feudi, attendi debet, inprimis autem antiquæ conceſſionum & inveſtiturarum, pactorumque conventiones, à quibus per novas non licet recedere, inſpiciendæ ſunt. *Bald. in cap. 1. de duob. fratr. à capit. inveſt. Brunius in conſ. feud. 180. Afflict. deciſ. 265. n. 101. Caſtellion. conſil. 10. n 3, 4, 5. Ioan de Anania conſil. 7. & conſil. 84. Iaſon in uſibus feud. n. 98. & conſ. 87. & conſ. 114. lib. 1. Franc. Duarenus comment. in conſuet. feud. cap. 7. n. 10.* Veteris, *inquit*, inveſtituræ, & primæ, maximam habendam eſſe rationem; formam tenoremque illius eſſe ſemper inſpiciendum, etiamſi quid contra naturam feudi contineat. *Curtius ſecunda parte tractat.*

feud. quæſt. 7. n. 43. ubi habetur, in feudo antiquo primævum ſtatum non
eſſe mutandum; nec novam inveſtituram immutare formam antiquæ.
*per text. in cap. 1. de Vaſall. decrepit. ætat. & per not. in c. 1. in fin. An agnatus
vel filius. facti. c. 1. §. 1. de ſucc. feud. Decius conſ.184. n.3. ubi aſſerit,* ſequen-
44. tes inveſtituras, quæ aliter loquuntur, quàm prima non derogare huic; Imò,
ut eſt apud Alexand. conſ. 29. novæ, cenſentur factæ ad confirmationem
præcedentium, non ad derogationem. *Caſtrenſ. conſil. 176. n.3. lib.1. Pari-*
45. *ſius conſ. 23. n. 84. vol.1. dicit,* ipſum Sereniſſimum Imperatorem minimè
poſſe antiquas inveſtituras, conceſſas per prædeceſſores ſuos, revocare &
infringere, per quas jus fuit alteri quæſitum: *probari in cap. 1. qui ſucceſſ.
& per Bald. & Andr. de Iſernia. col. 3. in tit. ſi de feud. fuer. controverſ. inter
Dom. & Agnat. & in tit. quid juris ſi poſt. c. 1. Caſtellion. conſ. 10. n. 44. Duaren.
d. n. 10. in fine.* Per primam, *inquit,* inveſtituram, jus quæſitum certis per-
ſonis, non poſſe illis pacto adimi. *per l. ſi unus. §. autem omnia. D. de pactis.* ut
prætercam, *quod dicitur lib. 1. c. 8.* ſi inveſtitutâ appareat feudum ad maſcu-
los pertinere & dominus in teſtamento ordinavit, ut fœminis deferatur,
non poſſe jus, aliis quæſitum, hac conſtitutione defuncti mutari. *Bald. conſ.
215. n. 4. verſ. adverte hic. lib. 2. Decius conſ. 185. n. 3. Clar. §. feudum. quæſt. 73.*
46. Non igitur feudi jus lædi, aut minui, nec auferri poteſt à Domino dire-
cto, aut à Principe & Imperatore. *Bald. d. conſ. 326. Rex Romanorum n. 9.
poſt med. & in conſil. ſeq. n. 4. lib. 1. Socin. Iunior. in conſil. 74. num. 20. lib. 7.
Natta conſil. 408. n. 8. & ſequent. prout eos adducit. Cravett. conſ. 983. n. 14.
ubi addit,* Cum ex pacto, *ait,* & contractu feudi jura hæc regaliorum quæſi-
ta ſint; ſicut in ſolidum auferri non poſſunt, ita nec limitando, aut modi-
ficando, minui. *Caſtrenſ. in conſil. 283. incipit. viſis & ponderatis. col. 2. poſt.
med. l. 1. eodem ſpectat. quod Felin. ſcribit 12. cap. quod ſuper his. n. 9. verſ. hoc
ultimum de detractione. de majori. & obedient. Roſenthal cap. 10. concluſ. 11.*
47. *n. 7. ubi,* Quemadmodum, *ait,* nec in totum, ita nec pro parte, neque mi-
nuere, neque adimere jus Vaſallo quæſitum, ſine culpâ poteſt. *Gozadin.
conſil. 9. n. 43. Nicolaus Everhard. in locis legalibus, loco à toto ad partem. Natta
conſil. 408. n. 8, 9.* Sicut Imperator, *inquit, ex Bald. conſ. 327. lib. 1. circa prin-
cip.* non poteſt feudum revocare, ita non poteſt gravare, nec adventitium
aliquod onus apponere, quia perfecta donatio nec tolli, nec mutilari po-
teſt, nec ei aliquid adjici. *l. perfect. C. de donat. quæ ſub modo vel conditione.
Tuſchus concluſ. 111. n. 5. Bald. conſil. 326. n. 4. & 9.* quod qui non poſſit tol-
48. lere jus alterius, etiam non poſſit minuere. Quod adeò verum eſt, *ut ait
Roſenthal dict. concluſ. n. 9.* ut nec Imperator, nec Pontifex, Vaſallum ſine
feloniâ commiſſâ, diſveſtire, & feudorum poſſeſſione, queat exuere. *per
text. notab. & ibi gloſſ. Iacob. de Belvis. Andr. de Iſern. & alii. Bald. in dict. c. 1.
n. 5. de natura feud. & conſ. 326. incipit. Rex Romanorum. n. 4. verſ. pone quod
ego. lib. 1. ubi dicit,* Imperatorem qui conceſſerat Duci Mediolani Duca-
catum non potuiſſe omnia ſubvertere, Imò Vaſallum poſſe recurrere ad
Pares Curiæ, & ſi hoc non ſuffecerit, bellum fieri fas eſſe. *& conſ. 323. lib. 2.*
49. Dominum in caſibus, in quibus requiritur ſententia per Pares, non poſſe
privare Vaſallum poſſeſſione feudi, & ſi privat eum, dicitur ſpoliare, & Va-
ſallus reſtitui debet: *ita refert Tuſchus concluſ. 200. n. 27. tom. 3.* nedum
adverſus Dominum, qui ſpoliavit, ſed etiam adverſus ſucceſſorem in ſpo-
lio: *Bald. d. conſil. 323. n. 2. Tuſchus concluſ. 134. n. 3. eod. tom. Afflictus in
cap. 1. §. ſi vero Vaſallus, ibi, malo ordine. n. 74. de milit. Vaſall qui contumax
eſt. Vincentius de Annama in repetitione cap. 1. n. 122. de Vaſallis decrepit. ætat.*
Ita Cameram mandaſſe, ante omnia fieri, reſtitutionem feudi, à Domino,
de facto, juris ordine non ſervato, occupati. *teſtatur Roſenthal concluſ. 41.
n 90. cap. 10. Alvarot. Frideric. Schenck. Petrus Rav. in cap. 1. de his qui feuda*

dare

dare poſſunt. ille enim n. 6. alter. n. 2. tertius n. 5. & 6. In tantùm, ut Vaſallus, 50.
cui Princeps, ſine convictâ culpâ feudum aufert, eidem de facto reſiſtere impunè, & poſſeſſionem ſuam armis etiam defendere poſſit. *l. 1. ubi gloſſ. & dd. C. unde vi. Panormit. de reſtit. ſpoliator. in cap. olim. 12. n. 5. & conſ. 3. incipit. Nitar in præſenti cauſa n. 12. colum. penult. in fin. verſ. tertium remedium lib. 2. Iaſon. conſil. 86. n. 6. vol. 3. plures vide apud Roſenthal d. cap. 10. concluſ. 20. n. 26, 27. & Mynſing. conſil. 19. n. 1. Andr. Koler. in tractat. de ſervitiis feudalibus. part. 4. n. 70. Schrad. de feud. part. 1. nonæ partis. cap. 4. n. 61. & cap. 13. n. 15. Cacher. conſil. 64. n. 14, & 15. Niger Cyriacus in conſultat. pro Duce Mantuæ art. 7. n. 21. ubi hanc concluſionem ponit.* Dominum feudi, etiam Imperatorem, non poſſe auctoritate propriâ, & juris ordine non ſervato, privare Vaſallum, ſub prætextu alicujus culpæ, & feloniæ, quando Vaſallus intendit ſe defendere, & facere controverſiam, contra talem imputationem. *probat. c. 1. §. ſi vero Vaſallus. de milite Vaſallo qui contumax c. 1. de feudo ſine culpa non amittend. text. in l. C. de conductor. & procurator. prædior. fiſcal. lib. 11.* Quemadmodum autem jus in feudo, ipſaque feudi poſ- 51.
ſeſſio tolli in totum, ita nec in parte aliquâ extenuari, & diminui poteſt. *allegat ſupra.* Nam difficiliùs quid minui, quàm tolli. Nam oſtenditur *ex gloſſ. in clem. final. in verbor. defenſor. de rebus Eccleſ. non alienand. Card. in conſil. 65. n. 3. verſ. & quod actus talis. Cravett. dict. conſil. 983. n. 14. ubi in fine.* Quod tamen, *inquit, Gloſſa & Card.* dictum perpetuum non puto: in perniciem tamen alienam veriſſimum id exiſtimo, non magis diminutionem, quàm ademptionem totiùs, permittendam.

Capvt XII.

ARGUMENTUM.

Ius primogenituræ & ſucceſſionis, in feudo antiquo & regali, tam firmum ac fixum, ut loco moveri, labefactari, vendi, legari, oppignerari, minui, nullo modo queat, ſive à Patre, ſive à Primogenito in præjudicium filii, aut ſecundogeniti, ne ob extremam vel famis quidem neceſſitatem, animæve ſalutem.

Succeſſionis enim ordinem à lege, vel conſuetudine, aut pacto & conventione ſtabilitum & introductum, jureq; acquiſito ſucceſſori debitum, citra ſummum nefas, citraque juris gentium læſionem, Reique publicæ exitium, violari haud poſſe. Regalia enim, & bona regni, ſive Principatûs, non eſſe propriâ Regis, aut Principis: ſed regni & Principatûs, dignitatisque cohærentia; ideò ſucceſſoribus, jus habentibus, & per legem, vel conventionem, & primævam inveſtituram vocatis, auferri non debere.

Id ejuſdem ad Reipublicæ ſalutem, & communem tranquillitatem, ad ſecuritatem ſubditorum, ad familiarum illuſtrium conſervationem, & ne ſucceſſor in incerto foret, conducere, variarum quoque nationum moribus & exemplis, ipsâque lege Dei, & Moſis, confirmari & approbari.

CONSPECTVS.

1. IUs primogenituræ & ſucceſſionis in feudo tam firmum, ut ne à Patre quidem mutari poſſit:
2. Quia illud Primogenitus, ſpe firmâ & invariabili, conſequatur;
3. Et non ſit beneficium Patris, ſed legis, vel conſuetudinis.
4. Sit prætereà, ſicut ipſa dignitas regalis, publici juris.
5. Nam & generaliter Vaſallum non poſſe præjudicare filiis, & Agnatis, in feudo antiquo.
6. Id diuturnius eſſe, quod à capite in membra cœperit tranſmitti.
7. Poſſeſſorem nihil poſſe facere in præjudicium comprehenſorum in inveſtiturâ:
8. Nec Patrem hæredibus quidem ſuis præjudicare.

9. Aut

9. Aut ullâtenus de feudo diſponere illudvè uni filiorum prælegare.

10. Vaſallum habere tantum limitatum dominium ad dies vitæ.

11. Primogenitum non poſſe renunciare in favorem tertiogeniti, præterito ſecundogenito.

12. Sic Patrem, qui feudum & jus primogenituræ habeat, non poſſe renunciare in præjudicium filiorum natorum.

13. Alienationem in Agnatos remotiores, etiam de conſenſu Domini, fieri non poſſe.

14. Jus primogenituræ non ceſſibile, nec vendibile eſſe.

15. Quæ à Majoribus conſequamur, familiæ potiùs eſſe, quàm noſtra.

16. Feudi poſſeſſori nequaquam integrum, ullo titulo feudum antiquum alienare:

17. Nec ob cauſam neceſſariam.

18. Vel piam, pro animâ ſuâ.

19. Nec ob propriæ famis neceſſitatem:

20. Multò minus ob alimenta Uxoris;

21. Aut dotem filiæ.

22. Nec etiam, Domini permiſſu, alienationem factam ratam eſſe, nocerevè liberis & Agnatis:

23. Quia jus acquiſitum habeant, quod non poſſit tolli.

24. Ideò eos admitti, non obſtante alienatione.

25. Nullam diſpoſitionem, nullum in feudo valere teſtamentum.

26. Eum, à quo nihil acquiratur, non debere gravare hunc, qui proprio jure feudum conſequitur.

27. Patrem non poſſe præjudicare filio in hæreditate, quàm hic per legem, vel aliam perſonam habeat.

28. Succeſſionis ordinem, quem lex, aut contractus, invexerit & conſtituerit, Vaſallo violare non eſſe integrum.

29. Feuda in præjudicium ſuccedentium non poſſe alienari, nec in totum, nec in partem.

30. Dominum alienando feudum, cadere proprietate.

31. De alieno gratiam facere, eſſe ſpeciem furti.

32. Jus proviſione legis, aut vi ſanguinis, acquiſitum, mutari, vel minui, ne quidem permiſſu Imperatoris poſſe.

33. Quod ex toto adimi nequeat, illud neque diminui jus eſſe.

34. Summâ, feuda nulla pacto, aut titulo, alienari & diſtrahi poſſe.

35. Nec hypothecari.

36. Alienationem Vaſallorum ad Imperii damnum ſpectare:

37. Ideò alienationem, partim etiam ob dignitatem familiæ, partim ob pacem ſubditorum, prohibitam.

38. Præſertim in feudis regalibus, in Principatibus, & regnis.

39. Reges enim, Imperatores, & Principes eſſe Adminiſtratores potius & Curatores jurium Imperii, quàm abſolutos Dominos:

40. Nec eſſe proprietarios feudorum dignitatum.

41. Dominium, eſſe facultatem, de re liberè & perfectè diſponendi.

42. Quam Imperatores, Reges, & Principes, de regnis ſuis non habeant, cum ſint Tutores veriùs, quàm Domini rerum regni.

43. Sicut Tutori, non liceat, propter ſuam neceſſitatem, alienare pupilli patrimonium; ita nec Regi, & Principi, bona regni, aut ſubditos ſuos.

44. Eſſe inſtar mandatarii & depoſitarii, in cujus fidem, regnum & Principatus, depoſiti ſint;

45. Ut eos reſtituat & tradat illi, quem jus ſanguinis, lex, & conſuetudo, vocat ad continuandum depoſitum.

46. Principes eſſe velut commodatarios, quibus uſus regni & Principatûs conceſſus, ut commodatum integrum tradat ei, qui poſt ipſos commodatarii munus ſuſtinere debeat.

47. Depoſitarium & Commodatarium, non poſſidere depoſita & commodata, jure hæreditario, aut proprietatis.

48. Bona regni eſſe regalis dignitatis propria, ideò alienari non poſſe.

49. Res regiæ dignitatis eſſe potiùs regni, quàm Regis.

50. Imperium corpori humano ſimile, cui membra abſcindi non poſſint.

51. Res regni relinquendas ſucceſſoribus.

52. Aliarum gentium omnium, exceptis Athenienſibus, Legem fuiſſe, ne prædia teſtamento legâre liceret.

53. Nec Moſen permiſiſſe, prædia diſtrahere; quæ tamen diſtracta, quinquageſimo anno, redierint ad gentiles.

54. Apud Lacædemonios jus primogenituræ viguiſſe, alienatione interdictâ.

55. Reipublicæ utilem eſſe, vetitam prædiorum gentilitiorum diſtractionem.

56. Lege Voconiâ fœminas à ſucceſſione ſubmotas.

57. Lugubre, & ſubditis, & Dominis, videre Majorum bona devolvi ad exteros.

58. Inter arcana Imperii referri, ne Principatus diſtrahantur:

59. Feudi alienationem, uno caſu permiſſam, ſi nimirum in proximum jus habentem transferatur.

60. Ar

60. At ſi in remotiorem, omnes proximiores conſentirè debere.

61. Renunciationem & alienationem juris ſui, nunquam nocere alteri; ſed tantùm renoncianti.

62. Falſam eorum opinionem, qui putent, feudum antiquum alienari poſſe in remotiores, in præjudicium proximiorum.

63. Facultati alienandi obſtare prohibitionem tam legis, quàm hominis: quæ geminatio vim majorem habeat.

64. Feoda, ex pacto & providentiâ, & regalia Imperii poſſe, nec bello, nec procurandæ pacis causâ, acquiri.

65. Sive bellum juſtum fuerit cum Patre, ſive non, filium, vocatum ab inveſtitutâ, non poſſe privari feudo, ex illo bello.

IAm & hoc animadvertendum, jus primogenituræ & ſuc- 1.
ceſſionis in feudo antiquo gentilitio, & regali, ex inve-
ſtitutâ quæſitum, & vigore pacti majorum debitum, tam
firmum & immutabile, liberiſque & Agnatis, tam arcto
nexu mancipatum eſſe, ut ne à Patre quidem ei derogari
poſſit. *Ioan. Andr. & alii in cap. licet de voto. Oldrad. in con-
ſil. 94. n. 7. Abbas in conſil. 3. col. 3. in ſecundo dubio. lib. 2.
Alexand. in conſil. 87. col. 1. l. 6. Craveti. conſ. 624. n. 17. Roland. à Valla con-
ſil. 10. n. 40. vol. 3. ex Tiraquell. de jure primogenii. quæſt. 21. n. 7. qui dicit*,
quando jus primogenituræ competat ex diſpoſitione, vel privilegio Prin-
cipis, & tunc illud conſequatur primogenitum non à Patre, aut lege com-
muni; ſed ex illâ ſpeciali diſpoſitione. *ut per Bartol. in l. jurisjurandi. §. ſi
liberi. D. de oper. libert. & Baldus in authent. ſi quas ruinas, colum. 2. C. de ſa-
croſancta Eccleſia.* ſequi primogenitum, cum primum in lucem prodiit, id jus 2.
conſequi, & habitu, & ſpe firmâ, & invariabili, quæ per Patrem aut alium
tolli non poſſit, cum tranſierit in contractum. *cap. 1. de probat. Ioan. Andr.
in c. ſignificaſti. de foro compel. ita tradere. Panormit. in conſ. 85. vol. 1. & Mo-
lin. in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. in §. 85. gloſſ. 3. quæſt. 2. in fin. Cephal. conſil. 12.
n. 13.* Patrem non poſſe præjudicare in teſtamento ſuo, juri primogenituræ,
inquit. Lancell. in templ. omn. judic. lib. 1. cap. 2. §. 1. n. 17. ubi ait, primoge-
nitum nunquam poſſe privari à Patre jure primogenituræ, imò nec alios
conſanguineos à paternâ lineâ deſcendentes. *per Innoc. in c. grandi. de ſup-
plend. neglig. prælator. in 6. ubi Doctores præcipuè Philipp. Franc. n. 2. Iacob.
Omphal. lib. 1. politices c. 80. n. 7.* quod nullâ, qualicunque diſpoſitione, de-
bitum primogenituræ jus filio, ſive prærogativam, primogenito adimere
Pater poſſit. *per Felinum. Ioan. Andr. in cap. licet. extra de voto.* Ratio, quia 3.
primogenitura non eſt beneficium Patris; ſed legis, vel conſuetudinis, ideò
ab illo non poteſt infringi. *Bald. conſ. 360. Carol. Molin. in conſuetud. Pari-
ſienſ. d. §. 8. gloſſ. 3. n. 7. Reinking de regim. ſecular. lib. 1. claſſ 4. cap. 17. n. 72.
ubi Hercul. Mareſcot. 2. variar. reſolut. 120. n. 16. adducit, referentem ita in
Curiâ Neapolitanâ judicatum fuiſſe, contra Matthæum de Afflictis Advocatum;
& ſubdit. n. 74. aliam rationem*, Quia primogenitus, *inquit*, ratione digni- 4.
tatis regalis, non minùs, quàm ipſa regalis dignitas, publici juris eſt, *argu-
mentum eorum. quæ tradit Bart. ad l. 1. Cod. de dignit. & ibi Luc. de Pen. Tiber.
Dec. reſp. 7. & ſeq. vol. 3.* Quæ autem publici juris ſunt, diſpoſitioni teſtamen-
tariæ, & pactioni privatorum, non ſubjacent. *l. jus publicum. D. de pactis. l. 2.
§. Sed quia veremur. C. de juram. colum. l. cum ſervus 39. §. Si vero. Salluſtia-
nus cum §. ſequent. D. de legat. 1.* Indeque de rebus primogenituræ Regali
dignitati ſubjectis, nec compromitti, nec tranſigi poſſe, ſine regiâ, ſive ſum-
mi Principis, auctoritate, *multis oſtendit Molin. de jure primog. Hiſpan. lib. 4.
cap. 8. n. 20. Hæc Reinking.* Nam & generaliter, *ait Tiraquell. de retract mu- 5.
nicipal. §. 32. gloſſ 5. n. 2.* non poteſt Vaſallus præjudicare filiis, aut Agna-
tis, etiam ſuis hæredibus, in feudo antiquo. *cap. 1. §. hoc quoque. & ibi gloſſ.
in verb. inveſtire. & dd. tit. de ſucceſſion. feud. cap. 1. de alienat. feud. Bald.*

cap. 1. colum. 3. verſ. quaro utrum pater. tit. de prohibit. feud. alienat. per Fri-
6. der. Angel. conſil. 110. col. 2. ubi addit. Id eſſe diuturnius, & ad noſtros tranſ-
miſſibilius; quod à capite in membra tranſmitti cœpit. per l. ſi pater. §. quin-
7. decim D. de legat. 3. Poſſeſſor nihil poteſt facere in præjudicium compre-
henſorum in inveſtiturâ. d. cap. 1. de ſucceſſ. feud. ubi omnes per illum textum,
inquit Anonymus in conſ. 31. n. 84. inter conſil. Iuriſconſult. ſuperior. German.
8. adducens Cravett. conſ. 266. & Panciroll. conſil. 170. hac addit: Et ne Pater
quidem hæredibus præjudicare poteſt. Anton. Gabr. tit. de jure Emphyteuteſ.
concluſ. 2. n. 52. Socin. Iunior. conſil. 77. n. 120. vol. 1. regulam eſſe, dicit,
quod Vaſallus in feudo antiquo non poteſt ſucceſſoribus & Agnatis ſuis
præjudicare, qui ad illud feudum ex antiquis inveſtituris venire poſſunt,
cum illud ſint habituri, jure ſuo, & ex proviſione primi parentis & ex gratiâ
& conceſſione concedentis, & non ex proviſione Vaſalli alienantis. per
Bart. in d. l. ut juriſjur. §. ſi liberi D. de oper. libert. ſicut refert. Roland. conſ. 57.
n. 6. vol. 3. Andreas Knichen comment. ad jus Saxon. litis provocat. neſcium.
9. verbo Ducum Saxonia. cap. 3. ubi dicit, receptiſſimam eſſe ſententiam, Pa-
tri in feudo antiquo, avito, & paterno, ex pacto & providentiâ, nullatenus
diſponere, vel prælegare uni filiorum aliquid, fas eſſe. Iſern. Bald. Alvarott.
& alii in d. cap. 1. de ſucceſſ. feud. Ruin. conſ. 25. n. 13. vol. 1. per multos, Menoch.
conſil 161. n. 1. quorum ratio redditur, quod prædictâ feuda ſucceſſoriâ lege,
ex pacto & beneficio primi acquirentis, non intuitu & contemplatione Pa-
tris, deferantur, inde jus quæſitum per contrariam diſpoſitionem tolli ne-
queat. d. c. 1. de ſucceſ. feud. & cap. licet de voto. Schrad. de feud. p. 10. ſect. 20.
10. n. 106. cum ſeq. Hæc Knichen. Hanc etiam rationem addere licet, quia Va-
ſallus habet tantùm limitatum dominium ad dies vitæ, & eo mortuo, filii,
& proximi Agnati, ex legis providentiâ, & proprio jure ſuccedunt. Et ſic
feudum dicitur uſusfructus quodammodo, qui cohæret perſonæ, neque
tranſmittitur, niſi quatenùs conſuetudo, & natura feudi diſponit. ita ait
Refer. Cameral. in voto ſuo apud Gylm. part. 2. tit. 8. voto 8. n. 36. & 37. per Bald.
in conſ. 38. n. 2. part. 1. Iaſon in term. in conſ. 7. vol. 4. Iul. Clar. in §. Emphyteuteſ.
qu. 16. in fin. aſſerens, hanc opinionem eſſe indubitatam, neminemq; repe-
riri, quid ab eâ diſſentiat, quin hæredes illi jus ſuum conſequantur. Alex.
conſ. 13. n. 10. l. 5. Zaſius de feud. part. 9. n. 32. Hondedæus conſil. 32. n. 9. vol. 2. Et
quod in primogeniturâ præcedens, ſequenti non poſſit præjudicare: tenet
Andr. de Iſern. d. c. 1. §. & olim de ſucceſſ. feud. Natta conſ. 52. latè Iaſ. conſ. 236. l. 1.
11. Sic primogenitus non poteſt juri primogenituræ renunciare in favorem
tertiogeniti, prætertito ſecundo genito, qui medius eſt. Bald. conſil. 389.
conſuetudo eſt. colum. penult. verſic. hic incidit dubium lib. 2. Ferronius de con-
ſuet. Burdigal. tit. de Retraict lignagier §. 5. colum. 2. verſ. quid igitur. & citat
Tiraquell. de retract. municipal. §. 26. gloſſ. 2. n. 4. & in tract. de primogen.
12. quaſt. 27. Sic Pater, qui feudum, & primogenituræ jus habet, non po-
teſt renunciare in præjudicium liberorum ſuorum natorum, ut probat ex
Alexand. in c. 1. colum. ultim. tit. de feudo March. & per Doctores in cap. gran-
de de ſupplend. negligent. prælat lib. 6. Tiraquell. de jure primogen. quaſt. 26. n. 5.
& quaſt. 27. n. 3. & 4. ubi demonſtrat per cap. Titius tit. ſi de feud fuerit con-
troverſ. & per Doctores, ibi: Vaſallum non poſſe, in præjudicium proxi-
mioris Agnati, feudum cedere Agnato remotiori, licet in ſui ipſius præju-
dicium poſſit. Iaſon in l. ſi poteſt. colum. 5. verſ. ideo reſpondeo ſecundo modo.
13. D. de acquirend. hæredit. Bald. conſil. 198. lib. 3. alienationem in Agnatos
remotiores, etiam de conſenſu Domini, fieri non poſſe. Idem Bald. con-
ſil. 250. incipit: ad evidentiam præmittendum in pr. lib. 1. mortuo renuncian-
te feudum, reverti ad Agnatos; non enim fas eſſe Vaſallo renunciare feu-
dum, in præjudicium eorum, ad quos, ex naturâ feudi antiqui, poſt mor-
tem

tem renunciantis, illud redire debeat. *Cumann. conſ. 167. in hoc omnes con-
venire Doctores dicit Clarus in d. §. feudum. quæſt. 34. n. 3. Tuſchus concl. 186.
n. 17. vol. 3. Adde quod Bald. in l. eum antiquioribus. colum. penult. verſ. ſe-
cundò, ſic jus quod non eſt C. de jure deliberandi, aſſerat.* Jus primogenituræ 14.
non eſſe ceſſibile: imò nec vendibile: *ſicut per Imolam, & per Petrum de
Monteforti; & per Matth. de Afflict.* qui reſpondent ad illud de Eſau, quod
vendiderit pro pulmento, re nullius pretii, jus primogenituræ. *Tiraquell.
docet de jure primogen. quæſt. 29. per totum. ubi pulchrè tractat hanc materiam.*
Idque ſummâ ratione ſubnixum eſſe, *dicit idem Tiraquell. d. n. 2.* quia ea, 15.
quæ à majoribus accipimus, magis ſunt familiæ, quàm quæ nos ipſi com-
paravimus. *argument. l. 3. D. de interd. & relegat. ideò Bald. in cap. inter dile-
ctos colum. 3. verſ. item extra. de fide inſtrum. dicit,* quod ſi Vaſallus alienat
feudum, quod ſuâ induſtriâ quæſivit, nocet ſuis poſteris; non etiam, hoc
eſt, non nocet, ſi alienat feudum, à primogenitoribus acceptum.

Feudi quippe poſſeſſori non eſt conceſſum, quoquo modo, aut titulo, 16.
feudum antiquum alienare, vendere, oppignorare, legare, teſtamento
transferre, in præjudicium legitimorum, & jus ex inveſtiturâ, vel à lege
feudali, vel vi conſuetudinis, vel ex pacto & contractu, habentium ſucceſ-
ſorum. *tot. tit. de prohibit. feud. alienat. per Frider. & per Lothar. c. 1. de ſuc-
ceſſion. feudum cap. qua in Eccleſiarum. de conſtitut. Alexand. conſ. 30. n. 10.
lib. 1. Baldus conſil. 151. Iohan. de Anania conſil. 37. n. 4, 5.* non valere di-
ſpoſitionem Patris in feudo antiquo, contra inveſtituram. *& hanc eſſe
communem opinionem. Clarus in §. feudum quæſt. 40. in princ. n. 1, 2, 3. Oldra-
dus conſ. 159. & 237. in princ. Baldus conſ. 300. n. 3. lib. 2. Octav. Bamma-
cayus ad tit. ſi de feudo defuncti controv. ad §. omnes filii ejus. quæſt. 3. n. 40.*
Nec ob cauſam neceſſariam permiſſa eſt diſpoſitio. *cap. 1. qualiter olim* 17.
*feud. alien. poter. Baldus in cap. 1. in princip. n. 10. verſu. quaro nunquid
ſi ex conſuetudine. & n. 18. tit. de prohibit. feud. alienat. per Frider. Socin. con-
ſil. 19. n. 11. verſu. & non ſolum. lib. 1. Decius conſil. 445. n. 24. Iaſon in l. de
pluribus n. 64. verſ. tertio ergò adverte. D. de legibus. Cravett. hos citat in con-
ſil. 1000. pro Genero n. 30. & n. 69. ubi ait,* Jus commune feudorum, feudi 18.
alienationi uſque adeò reclamare, ut ne quidem ob neceſſitatem, aut piam
animæ cauſam, alienare feudum liceat. *c. 1. §. donare. Qualiter feud. olim
alien. lib. 2. tit. 9. & tit. 55. verſ. habito eodem libro. ibi Affl. n. 31. & communi-
ter omnes Feudiſtæ. Roland. à Valla. conſil. 57. n. 6. & conſ. 41. n. 30. vol. 2. &
conſ. 71. eodem volum. ubi dicit ex Iſernia in c. 1. An Agnatus vel filius,* quod
nec unam candelam poteſt relinquere pro animâ ſuâ, de feudo antiquo.
Prukmannus §. ſoluta poteſtas. membr. 2. effect. 7. n. 170. ubi dicit, quod feu-
dum, ut anima ex Pancratii antro redimatur, legari nequeat ſacrificulis. *Ni-
colaus Reuſn. conſil. 6. n. 21. lib. 3. Clarus §. Feudum. quæſt. 40. n. 4. per text. in
cap. 1. §. donare. Qualiter olim feud. alien. poter. Giaccharius in addition. ad
dict. quæſt. 40. Clari lit. a. Roman. conſil. 494. n. 2. Alexand. conſ. 19. n. 14.
lib. 6. & conſ. 10. in princ. lib. 5. & conſ. 30. in princ. libri 1.* Imò, ne ob pro- 19.
priæ famis neceſſitatem. *Paulus de Caſtr. in l. ſi finita §. ſi de vectigal. n. 6. D. de
damno infect. Zaſius in tract. feud. part. 9. n. 13. Iacobus de S. Georgio in tract.
feudal. verſ. ita etiam quod ipſi n. 17. & in verſ. & cum pacto. n. 14. Bald. in c.
unico §. neceſſit. Qualiter olim feud. alien. Rittersh. de feud. l. 2. c. 4. quæſt. 81.* vo-
cat ſententiam duram & inhumanam. *Gothofred. Ant. diſput. feudal. 9. theſ. 4.* 20.
Prukmann. conſil. 13. n. 65. ubi, id ipſum multò minùs, ob alimenta conjugis
permiſſum eſſe, *ait. §. final. de inveſtit. de re aliena facta.* Ideò, nec in do- 21.
rem filiæ dari poteſt, ſine licentiâ Domini, aut in fraudem, ex inveſtiturâ,
& lege feudi, vocatorum. *Bald. conſ. 108. n. 3. verſ. Item bona feudalia. lib. 1.
Cardinalis Franciſcus Zarabella conſ. 64. in fine. Angelus Aretinus conſ. 29.*

n. 20.

*n. 20. verſ. quoad ſecundum, allegans cap. 1. §. donare. Qualiter olim feud. po-
ter. alien. Clarus in §. feudum. quaſt. 36. eundem textum adducens, communem
dicit, hancque rationem annectit,* quia ſi non poteſt alienare propter neceſ-
ſitatem propriam, multò minùs propter dotem. *Roman. conſil. 457. n. 4.
verſ. tertio videmus. Tuſchus concluſ. 188. n. 1. 2. ſeq. tom. 3.*

22. In tantum, ut feudi alienatio domini etiam permiſſu facta, damnum li-
beris & agnatis non afferat. *cap. 1. de alienat. feud. patern. Bartol. in con-
ſil. 303. quidam nobilis circa princ. lib. 5. & in cap. 1. §. hoc quoque. n. 16. verſ.
ſexta concluſio. de ſucceſſ. feud. Alex. in conſ. 106. circa finem. lib. 4. & in con-
ſil. 269. colum. 2. & in conſil. 390. colum. 3. & in conſil. 395. colum. 1. ita eos re-
fert Cravett. conſil. 674. n. 43. Iaſon in conſil. 8. n. 27. inter conſilia Bruni. Ia-
cob. de S. Georgio in ſua inveſtitura ſuper verbo, ut cum pacto. colum. 2. n. 3.
verſ. ſed ponamus quod Vaſallus. Clarus lib. 4. ſentent. §. feudum quaſt. 41.
n. 1. dicit,* communem concluſionem eſſe, Vaſallum non poſſe, etiam cum
conſenſu Domini, feudum alienare, in præjudicium Agnatorum, *atteſtante
Curtio Iuniore in 4. parte, in ultima parte. in 1. regula. colum. 3. verſ. ſtat ergo
ex promiſſis. & Alvarota in c. 1. poſt. n. 4. verſ. oppono. Quemadmod. feud. ad
23. fæmin. pertin.* Cum enim, *addit Clarus*, ſit jus quæſitum deſcendentibus ex
tenore primæ inveſtituræ, meritò non poteſt tolli, per aliquem ex ſucceſ-
ſoribus primi inveſtiti. Et hæc eſt communis omnium concluſio, *ut dicit
Curt. Iunior. conſ. 171. n. 5.* & eſt valdè rationabile, ut in hujusmodi feudis,
quæ à majoribus ſuis proveniunt, non poſſit Vaſallus aliquo modo præju-
dicare filiis ſuis, quia ad feuda ipſi veniunt, non ex pacto ipſius Patris, ſed
ex antiquorum ſuorum proviſione. *Ita dicit Andreas Iſern. in c. 1. §. quid
ergo. De inveſtit. de re alien. facta.* Et hæc eſt veriſſima, & communis, & ab
omnibus approbata concluſio, *ut dicit Socin. Iunior. conſ. 112. num. 1. lib. 2.
ſubdens,* quod hoc eſt apud Doctores noſtros indubitatum. *Hac Clarus.
Giacharius Lugienſ. in notis ad Clarum. d. §. feudum. quaſt. 9. lit. a. dicit,* Feu-
dum ex pacto & providentiâ, pro ſe & liberis, quod primi contrahentes
ſemper voluerint conſervari, non poſſe vendi, etiam cum conſenſu Domini
directi in præjudicium liberorum vocatorum. *Pariſ. conſ. 5. n. 16. ſeq. n. 24. di-
cit,* feudum paternum & antiquum, ex pacto & providentiâ; non poſſe alie-
nari in præjudicium filiorum, etiamſi in alienatione interveniat conſenſus
Domini. *c. Titius. Si de feud. fuerit controv. c. unic. §. hoc quoque. de ſucceſſ.
24. feud. ibi Doctores plures allegat. Pariſius d. conſil. n. 26. & dicit,* filium, & pro-
ximum Agnatum, non obſtante tali alienatione, admitti ad feudum, mor-
tuo alienante, excluſo etiam Domino directo. *per Alexand. conſ. 98. vol. 4.
& conſil. 2. volum. 5. Deciſio. Neapolitan. 385.* Aſſenſus enim Domini efficere
non poteſt, ut feudum non tranſeat ad illas perſonas, ad quas ſui naturâ
aliàs fuiſſet tranſiturum. *eſt in voto & deciſione 8. tit. 8. part. 2. n. 29. apud A-
drianum Gylmann. in Symphoremate ſupplicat. Camerali per c. 1. de Vaſallis de-
25. crepit. ætat. & c. 1. de alien. feud. pater. & ibi Bartol.* Nulla quoque valet or-
dinatio & diſpoſitio in feudo, nullúmve teſtamentum. *cap. 1. in Princip. de
feud. ſucceſſ. ibi.* nulla ordinatione defuncti in feudo manente, aut valente
*cap. 1. §. donare. tit. 9. lib. 2. Qualiter olim poterat feud. alienar. Afflict. de-
ciſ. 119. Cacheran. deciſ. 20. n. 7. Baro Scheuk à Tautenberg in cap. 1. §. &
quia n. 3. de his qui feud. dare poſſunt. Clarus d. §. Feudum quaſt. 40. n. 1.* com-
munem hanc eſſe regulam. *affirmantibus Socino Iuniore in conſ. 72. poſt n. 40.
lib. 1. & Curtio Iuniore in 4. parte principal. in 1. regul. in penult. quaſt.*

Cum enim Vaſallus, *inquit*, non ſit Dominus feudi, niſi donec vixerit,
meritò non debet poſſe de eo diſponere, in præjudicium eorum, quibus
ex providentiâ primi acquirentis, poſt ejus mortem feudum debetur. *Ful-
goſius conſil. 32. n. 1.* nullam ordinationem teſtamenti attendi in præjudi-
cium

cium vocatorum. *Prukmannus conſil.32. n.84. ubi Intrigliolium Romanum Decium & alios adducit. Baldus conſil. 151. & conſil. 309. in princip. in 1. volum. & conſil.351. n. 1. eod. Abbas conſil. 82. num. 6. colum. final. in 1. volum, Cardinalis Zabarella conſil. 92. in princip. & conſil. 300. num. 4. & in deciſ. Neapol. 240. in 3. dubio n. 7. Mar. Socin. Iunior conſil.72. n. 18, 21. & 51. vol. 4. & alii.* Cum enim feudum ſucceſſor accipiat, non tanquam 26.
hæres Patris, ſed à primo acquiſitore, & ſic proprio jure, lege ſucceſſoriâ, & gentilitio pacto, is ſanè, à quo nihil acquiritur gravare neutiquam debet. *l. ab eo. 9. C. de fidei commiſ. l. 1. §. ſi hæres 16. ubi Dd. ad Senatus conſul. Trebellian. l. 1. D. ſi certum petatur. Knichen comm. ad jus Saxon. litis provoc. verbo. Ducum Saxoniæ cap. 3. ante finem.* Sic Pater, in legitimâ portione, 27.
jure filiationis debitâ, non poteſt filio præjudicare, aut illi eam impedire, quia non ejus judicio ad filium pervenit, ſed legis providentiâ, *ut ſcribit Ioannes de terra rubea de jure ſucceſſion. in regiis hæred. tract. 1. in 18. concluſ. per l. ſi arrogato. D. de adept.* Prætereà, *inquit, dicit l.* quod Pater non poteſt onerare, vel præjudicare filio ſuo, circa portionem hæreditatis, quam ex lege, vel per aliam perſonam habet, *ut habetur clarè in l. qui fundum. §. qui filios. D. ad legem Falcid.* quin imò gravamen adjectum, ut invalidum, tolleretur. *Oldradus conſil. 237. in princ. & Tuſchus per eum. concluſ. 193. n.3.* nec feudum, *ajunt*, quod eſt dignitas, & ad primogenitum ſpectat, poſſe prælegari alteri filio, quàm primogenito.

Eum igitur ſucceſſionis ordinem, quem vel lex, vel conſuetudo, vel in- 28.
veſtitura, pactio, diſpoſitio, & providentia majorum, tum Domini concedentis, tum primi acquirentis, inſtituit, ordinavit, præſcripſit, eum Vaſallus violare non poteſt, etiam conſentiente Domino. *Anonymus conſil. 30. n.15. inter conſil. celebr. juriſconſult. ſuperior. German. vol. 1. per Pariſ. conſil. 98. n.3. in 2. volum. Afflictum in cap. 1. de ſucceſſ. feud. Iaſonem inter conſil. Brun. in 8. conſil. colum. 3. verſ. 3. n.23. & Caccia Lupum in tractat. de feud. recognit. artic. 5. in regul. 18. n. 18. Oldrad. conſ. 159. verſ. circa ſecundum. Bald. conſil. 275. lib. 2. & conſil. 192. lib. 3. & 397. lib. 5.* non attendi teſtamentum; ſed naturam, pactum, vel conſuetudinem feudi: nec inter filios, & nepotes, Patrem aliter teſtati diſponendo poſſe, quàm loquatur inveſtitura. *idem Bald. conſ. 356. lib. 5. in princip. Signorol. conſ. 11. Tuſchus concluſ. 186. n. 31. Clarus in §. Feudum. d. quæſt. 41. n. 2.* Cum enim in inveſtiturâ primâ proviſum ſit ſucceſſoribus, ex eâ proviſione jus ipſorum eſt æſtimandum, non ex ultima voluntate vaſalli; *ait Ioann. Gæddæus diſputat. feudal. 7. theſ. 1. in gloſſ. e.*

Notiſſimi juris eſt, *inquit Referens, in voto ſuo apud Gylmann d. part. 2. tit. 8. 29.
n. 26.* feuda non poſſe aliquâ ratione in præjudicium eorum, ad quos ſucceſſivè, poſt mortem prædeceſſoris debeant venire, in rem propriam alienari, aut alterari, nec in totum, nec in partem, quocunque diſtractionis genere hoc fiat. *c. 1. de prohibit. feud. alien. per Frider. cap. 1. de alien. feud. Zaſ. part. 5. n. 30. Paris. conſil. 65. n. 29. vol. 3.* Quod non ſolùm in Vaſallo, alienante utile dominium, locum habere puto, verùm etiam in Domino, ſine diſtinctione alienanre directum dominium. *text. expr. in c. 1. §. præterea de probibit. feud. alien. Zaſ. part. 9. n. 9.* Et eſt ratio quia pari jure invicem cenſentur. *c. 1. de form. juram. fidel.* Quare Dominus alienando feudum, ipſâ 30.
proprietate privatur. *c 1. qualiter Domin. propriet. feud. privet. gloſſ. in d. c. 1. de forma fidel.* eaque ad Vaſallum pervenit. *gloſſ. d. c. 1. qualiter domin. Zaſ. d. part. 9. n. 9. Idem referens. n. 41.* In præjudicium deſcendentium omnem, *ait*, diſpoſitionem; tam inter vivos, quàm teſtamento, invalidam eſſe. *c. 1. §. donare. de alien. feud. c. 1. de ſucceſſ. feud.* Cum enim jus ſuccedendi in feudo, non ex beneficio, ultimi defuncti proveniat, ideò per ejus diſpoſi-

tionem tolli non poteſt: ac propterea feudi poſſeſſori fas non eſt, in bene-
ficio ex pacto & pro videntiâ, & quod ex ſimultaneâ inveſtituræ lege, debe-
tur, vocatis, aliquid in præjudicium ſucceſſorum, quibus operâ majorum
jus quæſitum eſt, ſive teſtamento, ſive contractu inter vivos, diſponere, or-
dinare, & conſtituere, etiamſi conſenſus, aut ratihabitio Domini inter-
veniat & accedat. *argum. l. in concedendo. D. de aquâ pluv. arcendâ. Martin.*
Laudenſ in in c. unic. §. donare. Qual. feud. olim poter alien. Natta conſil. 502.
n. 30, 31, 32. *ubi ex Bald. in c.* 1. *colum.* 6. *verſ. quærit. gloſ. An cognat. vel fi-*
31. *lius. firmat, dicente,* in feudo Agnatis aperto, nil poſſe Dominum facere in
eorum præjudicium, quia facere gratiam de alieno, ſit ſpecies furti, nec
poſſe alteri per alterum iniquam conditionem afferri. *l. ſi poſt mortem. § fin.*
D. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. l. fin D. de pactis. VVeſenbec. conſ. 41. *n.* 105.
Erneſt. Cothmann. conſ. 67. *n.* 69. *Marian. Socin. Iunior. conſ.* 65. *n.* 19. *Theod.*
Reinking de regimin. ſæcular. lib. 1. *claſ.* 4. *cap.* 17. *n.* 50. *ubi n.* 51. Primævum
feudi ſtatum, ne quidem de conſenſu Domini, in præjudicium ſucceſſo-
rum mutari poſſe, *per Menoch. conſil.* 1. *n.* 125. *& conſ.* 103. *n.* 58. *Vult. conſ.*
32. *Marpurg.* 25. *n.* 26. *vol.* 3. *Thoming. deciſ.* 23. *n.* 7. Jus ſiquidem natum &
acquiſitum, quod proviſione legis & ſtatuti, ac pleniſſimo publicoque ju-
re, alicui debetur, illud neque pacto & contractu, neque ultimâ voluntate
Prædeceſſoris, diminui, vel auferri poteſt, ne quidem permiſſu Imperato-
ris. *l. ſi arrogator.* 22. §. 1. *D. de adoption. l. Papinianus.* 8. *ſi quis impubes D. de*
inofficioſ. teſtament. l. unic. v. ex his C. de imponend. lucrativa deſcriptione. l.
cum Patronus 28. *D. de teſtam. Novell.* 22. *c.* 33. *ubi*, lucrum ex datum auferri
non poſſit *Bald. in l. final. n.* 3. *de pactis conventis. Crav. conſ.* 671. *n.* 12. *Erneſt.*
Cothm conſ. 3. *&* 44. *n.* 88. 96. *& conſ.* 74. *n.* 141. *Cacher. deciſ.* 139. *n.* 1. *&*
deciſ. 181. *n.* 20. *Teſſaur. deciſ. Pedemont.* 34. *n.* 3. *Zachar. Frideur. de tutel.*
Elect. Palat. in V. argumento. ubi dicit, jus legibus publicis, vi ſanguinis, &
primogenituræ, acquiſitum, non poſſe, eidem invito, teſtamento eripi,
quia id quod noſtrum ſit, ſine facto noſtro ad alium transferri non poſſit.
33. Nec minui quoque poſſe diximus: Nam quod ex toto adimi alicui ne-
quit, nec diminui poteſt. *l. cum filius. in fin. D. de milit. teſtam. l. quod de bo-*
nis. §. final. D. ad l. Falcid. l. ſi optio. D. qui & à quibus manumiſſi liberi.
Bald. in tract. de Schiſmat. & poſt rubricam C. ſi quis aliquem teſtar. prohib. verſ.
duodecimo n. 2. *ſicut allegat Cravett. conſil.* 983. *n.* 13. *dicens*, quâ ratione ex
toto prohibita eſt alienatio; ita & in partem. *l. quæ de tota. D. de rei vindi-*
cat. in conſil. 30. *n.* 1. *Anonymus inter conſil. Iuriſconſultor. ſuperior. German.*
34. *vol.* 1. *ubi dicit*, Feuda non poſſe ullo pacto alienari, nec in totum, nec in
partem, quocunque titulo, ſive pignoris, vel hypothecæ, venditionis, ſive
in animæ ſalutem, ſeu nullo prorſus diſtractionis genere, etiamſi ſub um-
brâ, ſeu nomine inveſtituræ, vel libelli, dato pretio, conventio fieret, ſe-
cùs facientes feuda amittere, *allegat. præter laudatos omnes Feudiſtas, in di-*
ctis illis capp. primis, de prohibit. feud. alienat. per Frider. & Lothar. Curt. in
tract feud. in 5. *part. in ultim. cauſ. privation. in princip. Zaſius in epitome feud.*
part. 9. *n.* 3. *Socin. conſil.* 19. *n.* 12. *in volum.* 1. *Bartholom. Chaſſan. de conſuet.*
Burgund. rubric. 3. *§.* 8. *in text. ibi. In alienation. n.* 111. *Matth. de Afflict. ſu-*
per conſtitut. Neapol. l. 3. *Rubr.* 5. *n.* 81. *adde Franciſcum Aretinum conſ.* 14.
35. *n.* 5. feudum non poſſe non ſolùm, *inquit*, alienari, ſed neque hypothecari,
vel obligari, etiam ex cauſa pacis, & ſi fiat obligatio vel hypotheca in toto
vel in parte, cadere ab eâ parte, pro quâ ſit facta traditio pro pignore, vel
obligatione. *Tuſchus concl.* 193. *n.* 1. *& ſeq. & n.* 16. *ex Signorol. conſ.* 251. *n.* 3.
feudum non poſſe ſine licentiâ Domini vendi, neque in pignus dari, vel
obligari, & ſi fiat contrarium, non acquiri jus aliquod habenti pignus.
36. Et ratio eſt quia Vaſallorum alienatio & denudatio, ad Reipublicæ, &
Imperii,

Imperii, detrimentum ſpectat, *ut idem Anonymus ait. Reuſnerus conſil. 6.*
n. 10. libri 3. per text. in c. imperialem de prohibit feud. alienat. Hermannus
Lather. de cenſu libro 1. cap. 17. n. 2. Adhæc familiæ etiam intercide rent, &
feuda redigerentur ad nihilum, & ad extraneos pervenirent, ſi diſtractio
eorum non eſſet introducta & interdicta. *Reuſnerus conſ. 3. lib. 1. n. 30.* ubi 37.
quidem de pactis gentilitiis loquitur, ea eſſe favorabilia, partim ob digni-
tatem familiæ, & augmentum Imperii, partim ob pacem ſubditorum, eo-
rumque defenſionem, quorum intereſt, ne alienis Dominiis ſubjiciantur,
cum ſatis foret lugubre, & deplorandum, videre majorum prædia, & ca-
ſtra, unà cum ſubditis ad manus pervenire externas. *l. 38. in feudo D. de rei*
vindic. l. 1. §. 2. D. de liber. agnoſc. l. 38. ſi ſervos. D. de pignorat. action. Benè
Cravetta, & hoc, *inquit*, ampliùs, ſi Domini permiſſu feudum alienatur,
Agnatis tamen noxia alienatio non eſt, quò minùs alienatore ſublato ad
feudum adſpirent *In conſil. pro Genero. n. 295. allegat. ad hoc cap. 1. de alienat.*
feud. patern. Baldus in cap. 1. §. hoc quoque n. 16. verſ. ſexta concluſ. de ſucceſſ.
feud. & in conſil. 303. quidam nobilis circa princip. libri 1. Alvarot. in cap. 1. §.
denique n. 19. verſ. vigeſima ſecunda concluſio. Quæ fuit prima cauſa benefic.
amitt. Alexand. in conſ. 106. viſo themate circa finem lib. 4. & in conſil 15.
colum. final. lib. 5. Decius in conſil. 193. colum. 7. circa princ. & in conſ. 269.
col. 2. in conſ. 390. col. 1. in princip. & in conſil. 395. col. 1.

Hæc alienationis prohibitio, maximè locum habet in feudis regalibus, 38.
in Principatibus & regnis, in quorum præjudicium & imminutionem, præ-
ſertim ſi alienatione læderetur dignitas regalis, vel ducalis, Rex, vel Prin-
ceps, alienare bona nequit; Et ratio eſt, quia Rex aut Princeps, *ut ait idem* 39.
Anonym. dict. conſil. 30. n. 28. non eſt merus Dominus jurium regni, aut
ducatûs; ſed potiùs Præpoſitus & Adminiſtrator; *Molinæus in conſ. Pariſ.*
§. 2. gloß. 4. n. 17. Rimin. §. 1. n. 82. Inſtitut. Quibus alienare licet vel non.
Quod maximè locum habet in Imperatore, ſuffragiis Electorum aſcito, qui
Adminiſtrator, tutor, & Curator Imperii, non abſolutus Dominus, aut
Proprietarius, & hæres, illius eſt. *Paris de Puteo in tract. de Syndicat. in ru-*
bric. de exceſſibus Imperatoris n. 11. dicit, Imperatorem non poſſe alienare 40.
bona Imperii, quia non ſit Proprietarius Imperii, ſed Adminiſtrator. *per*
not. in l. benè à Zenone. C. de quadriennii præſcriptione 8. diſtinction. c. quo jure.
Hinc Carolus Magnus ſe Gubernatorem tantùm Imperii appellavit. *Mun-*
ſter. Coſmographus libro 3. Knichen in comment. ad jus Saxon. litis provocatoriæ
neſcium. verb. Ducum Saxon. c. 1. ubi dicit; Imperatorem jurium regalium,
& feudorum dignitatum, non eſſe proprietarium: ſed tantùm Admini-
ſtratorem, ſicuti tutor & curator. *Dominicus Cardin. Tuſch. tom. 4. concl. 40.*
n. 1. Imperator, *inquit*, licet ſit maximus Procurator Imperii; tamen non
eſt Proprietarius, ſed officialis, & ideò non poteſt proprietates Imperii à
ſe eradicare, & vendere: quia non habet jure ſuo; ſed jure legis regiæ. *Bald.*
conſ. 327. Pridie enim n. 7. verſ. ſed Imperator libri 1. Reges & Imperatores 41.
non ſunt Domini, nec jure Dominii tenent regna & Imperium: Dominus
liberè poteſt diſponere de rebus ſuis: Dominium enim eſt jus de re liberè
& perfectè diſponendi. *Bartol in l. ſi quis vi. §. differentia. n. 4. D. de acquir.*
poßeßion. & ibi Iaſon Alexand. & alii. Mynſ. ad Rubr. Inſtit. de rerum diviſion.
n. 4. Coraſ. Miſcell. 6. cap. 20. n. 1. ubi dicit, in hac finitione propemodum
omnes conſentire. *VVeſenb. ad Rubr. inſtit. de rerum domin.* plenam, *ait*, ha-
bere rei poteſtatem eſſe dominium. *per §. final. Inſtit. de uſufr. Goeddæus ad*
l. Bonorum appellatio. 49. n. 7, 8, 9. dicit, eſſe jus dominandi jure patrimo-
nii. *l. ſubſtitutio D. de acquir. rerum dom. l. pretia rerum. D. ad l. Falcidiam.*
At Reges, Imperatores, Principes, non habent liberam & perfectam di- 42.
ſponendi, alienandi, vendendi, teſtandi, de regnis ſuis & principatibus,

facul-

facultatem, neque res regni & Imperii, pro voto voluntatis, relinquendi, cui velint. Ergò Domini & Proprietarii non ſunt: ſed adminiſtratores, curatores, uſufructuarii. *Ioan. de terra Rubea in 1. tract. de Rebelli. in 1. artic. concluſ. 13. in fin.* Natura, *inquit*, Patrimonialium eſt, ut de eis ſint diſpoſitiones liberæ inter vivos, & ultimæ voluntatis, ad votum Domini, non ſic in regnis, quorum natura reſiſtit, nedum exigit, ne de iis fiant teſtamenta,
43. legata, aut aliæ diſpoſitiones, niſi conſuetudine fuerit uſurpatum. Imperatorem autem, Regem, & Principem, legitimum Reipublicæ tutorem eſſe, & ſicut hic ob neceſſitatem ſuam non poſſit pupilli patrimonium abalienare; ita nec illum bona regni aut ſubditos ſuos. *docet Prukmannus §. ſoluta poteſtas. part. 1. memb. 2. in quarti capitis effectu 6. n. 137, 138. Eodem in loco paulo ante n. 13. & 14. oſtendit*, Principem eſſe maritum Reipublicæ, & ſicut huic denegata ſit rerum dotalium alienatio, ita Principi rerum Reipublicæ, civitatum & opidorum diſtractionem facere, fas non eſſe. *per Lucam de Penna l. quicunque col. 3. C. de omni agro deſerto, & quando. lib. 11. Igne. l. neceſſarios §. non alias. part. 4. n. 38. D. de SC. Syllan.*

Alias rationes, quod nimirum Princeps Pater communis omnium ſit, & ſicut bona libertorum adventitia alienare non poſſit hic; ita multò mi-
44. nùs illum Reipublicæ bona diſtrahere poſſe: item quod Princeps mandatarius ſit, cui populus in mandatis dediſſe cenſeatur, ne bona ad Principatum pertinentia, abalienet, ideò eum mandati fines tranſgredi non poſſe, *vide apud eund. Prukmann. d. loco. n. 16, 17, 18. & ſeq.* Quod Imperatores, Reges, & Principes majorum gentium, non Domini & Proprietarii ſint Imperii, Regni, & Principatûs; ſed Depoſitarii, in quorum fidem & cuſtodiam, imperium, regnum, principatus, deponuntur & commendantur, reſtituenda bonâ fide, eâdem in ſpecie, ſine diminutione & deterioratione, ratio & experientia oſtendit. Populus enim dat cuſtodiendum;
45. Princeps recipit, receptumque & commendatum cuſtodit; quod ex hac vitâ demigrans reſtituit & tradit ei, quem jus ſanguinis, & prærogativa naſcendi, populi pactio & voluntas, lex regia, & conſuetudo, majorumque providentia & ſtipulatio, confirmata per ſimultaneam inveſtituram, & obſervantiam, vocat ad continuandum depoſitum. *Baſilius Imp. Exhort. ad filium Leonem. cap. 10. ubi dicit*, φύλαξον βασιλείαν, ὡς παρακαταθήκην, cuſtodi regnum, quaſi depoſitum fidei tuæ commiſſum, ut incolume conſerves, *§. 28. Inſtitut. de action. l. 1. §. 5. de obligat. & action. paſſim in D. & C. de depoſito. §. Præterea. Inſtitut. de obligation. quæ re contrab. Vult. Iuris pr. 1. c. 33.*
46. Imò optimo jure Principes commodatarii vocantur & reverà ſunt, utpote quibus uſus rerum, & jurium imperii, regni, & Principatûs conceſſus eſt eâ lege, ut tempore commodati finito, non anteà, hoc eſt, quando decedunt, commodatum bonâ fide in ſpecie integrum reſtituant & tradant ei, qui poſt ipſos commodatarii munus & locum ſuſtinere & continuare debet, vel lege, vel conſuetudine, vel pacto, ad id deſtinatus, & vocatus. *§. Item is cui res. Inſtit. Quibus modis re contrah. oblig. l. 1. D. commodati l. §. item is cui. D. de obligat. & act. Vult. juris pr. 1. cap. 32. Hottomannus obſerv. libri 5.*
47. *cap. 24. Zaſius in l. de rebus credit. Duaren. 1. diſputatione 14.* Quemadmodum igitur, depoſitarius & commodatarius, depoſita & commodata non habent jure proprietatis, nec hæreditariò, ac proinde de illis liberè diſponere, cavè vel alienare, oppignorare, minuere, & deteriorare non poſſunt: ita nec Imperatori, Regi, & Principi, jus & fas eſt, res & jura Imperii & regni propria, depoſitò & commodatò data, abalienare, & pro
48. lubitu ſuo diſſipare. Et ſanè bona regni non ſunt propria Regis & Principis, ſed regalis, aut Ducalis dignitatis, *ut idem Anonymus d. conſ. 30. ait per Abbat. in cap. intellect. n. 3, & 4. Quem refert & ſequitur Matth. de Afflict. ſuper*

ſuper conſtitut. Neapol. in prælud. quæſt. 24. n. 2: & in dict. cap. 1. §. præterea
Ducatus, in 6. notab. in 45, 46. & ſequ. de prohib. feud. alienat. per Frideric. &
Felinum in cap. ad audientiam n. 4. & ibidem Pariſius remiſſivè in princip. de
præſcript & Franciſcus de Ripa lib. 2. reſponſ. cap. 25. n. 20. Antonius Corſe-
tus in tractat. de poteſtat. reg. in 1. part. in quæſt. 4. n. 14. Anonymus d. conſ. 30.
n. 27, 28. ubi addit n. 30. Item Rex, inquit, non poteſt facete alienationes
dignitatem regiam lædentes, adducens inter alios Chaſſan. ſuper conſuetud.
Burg. Rubric. 3. §. 5. in princip. n. 32. Matth. de Afflict. ſuper conſtit. Neapol.
libri 3. Rubr. 5. in fine. Didacus Couvarruv. in relect. cap. quamvis de pact. in 6.
part. 2. §. 2. de juramento confirmatorio alienat. rei dotalis n. 4. ubi dicit:
Quod Rex non poſſit alienate res ipſius Regiæ dignitatis, quia ipſæ potiùs 49.
ſunt regni, quàm Regis. Adducit Hoſtienſ. & Felinum cap. dilecti de major.
& de obedient. Ioan. Lup. in cap. per veſtras. 2. notab. §. 1. n. 40. extra de do-
nat. inter Virum & Vxorem, adde & Iaſon in uſibus feud. §. 1. n. 77. Alexandr.
conſil. 3. n. 19. in 5. volum. Angel. in l. contra juris §. ſi filius §. 1. verſu: Et nota
benè. D. de pactis. Reſtaur. Caſtald. in tract. de Imperat. quæſt. 104. n. 4. ait. Im- 50.
petium eſſe ſimile corpori humano, cui membra abſcindi non poſſint.
Ioan. Lup. in repet. d. cap. per veſtras in d. 2. notab. verſu, ſed & pulchra dubi-
tatio n. 41, 42. extra. de donat. inter Virum & Vxorem. ubi dicit, quod Villæ, 51.
Caſtra, oppida, & fortaliria Regni, ſeu Ducatûs, quamvis ſint Regis, aut
Principis, tanquam Domini; Regno tamen aut Ducatui de jute perti-
nent. Debenr ergò ſucceſſoribus relinqui. Idem voluit Ioannes de Imola
ſuper Rubric. n. 20. cum ſequent. D. de verbor. obligat. & Gratus in conſ. 147.
n. 18. in 2. volum. Hæc Anonymus in dict. conſil. 30. n. 30. & 32. Ioan. de terra
rubea in tract. contra Rebelles, tract. 1. artic. 1. concluſ. 24. dignirates regiæ,
inquit, ſunt totius corporis civilis, ſive myſtici regni: ſicut dignitates Ec-
cleſiaſticæ ſunt Eccleſiarum: igitur in præjudicium eorum, quorum ſunt,
aut præter eorum voluntarem, caput nihil poteſt. ut l. in concedendo. D. de
aqua pluvia. arcend. & l. per fundum de ſervit. ruſtic. prædior.

Non autem res nova, neque hodiè vel heri, nata eſt, quod bonorum
gentilitiorum & Principatuum diviſio, alienatio, & diſtractio, lege & ſta-
tuto in utilitatem Reipublicæ, & familiarum illuſtrium conſervationem,
prohibita & interdicta eſt. Aliarum gentium omnium, inquit, Bodinus l. 5. 52.
cap. 2. de Republica. Exceptis Athenienſibus, una lex erat, ne prædia teſta-
mento legare licetet, Plutarch. in Solone. At ne viventibus quidem ullâ ta- 53.
tione diſtrahere prædia Moſes permiſir. Num. 27. Levit. 25. Idcitcò lege
divinâ cautum erat, ut ad ſummum quinquageſimo anno ad proximos
gentiles prædia, ſi fuiſſenr diſtracta, redirenr, Levit. 25. Nam iſto modò, ut
idem Bodinus ait, fructuum erat, non prædiorum venditio, æſtimatione an-
nui reditus factâ. Sic Nabothus vineam ſuam, quia poſſeſſio erat majorum
ſuorum, ut ipſe ait, 1 Reg. 21. v. 3. & lege, ut Tremell. & Iunius ibi notant,
prohibebatur poſſeſſionem rertæ illius alienari, lege mancipii. Levit. 25. 23.
& Numer. 36. 7. & ſeq. Regi Achabo vendere recuſavit. Pari modo apud 54.
Lacedemonios, jus primogenituræ vigebat, alienatione & diviſione præ-
diorum interdictâ, & inſtituto Lycurgi, qui ſeptem millibus Spartiata-
rum agrum Lacedemonicum totum diviſit, alienandi poteſtate ereptâ.
Hæc diſtributio, inquit Bodinus, tam diu conſtitit, quoad Ephorus aliquis,
in odium filii primogeniti, civi legirimam agri partem eripere cupiebat, le-
gem teſtamentariam pertulit, quâ cuique omnia bona legare permiſſum:
quæ lex Athenienſibus quoque, ac cæteris, tum Græcis, tum Italis, multa-
rum, in omnibus Civitatibus, controverſiarum peperit occaſionem. Quod 55.
autem lege divinâ (verbis Bodini loqui pergimus) prohibetur prædiorum per-
petua diſtractio, ſive pactis, ſive teſtamentis, ſive Judicum decretis id fiar,

Y quod

quod etiam ſeptem Spartiatarum millibus individua pars agri ſemper tri-
bueretur, Reipublicæ utile eſt, quod his hominibus, quaſi ſempiternis &
firmiſſimis quibuſdam columnis, Reſpublica niti videatur, quæ columnæ,
ſi exiles & tenues, tametſi plures fuerint, ingens tamen Reipublicæ ædifi-
56. cium ſuſtinere vix poſſint. Ita lex Voconia, à Quincto Voconio Tribuno
plebis, Catone Cenſorino ſuadente, rogata, quâ fœminas ab omni jure hæ-
reditario ſubmoveri placuit, Civitati, opibus affluenti, valdè ſalutaris, *ait*
Bodin. dict. cap. Ex eâdem conſideratione, *Plato de legibus cap.* LXXVIII.
57. avita prædia diſtrahi prohibuit, aut ærario inferri. Lugubre & deploran-
dum, non ipſis ſolùm ſubditis; ſed & Dominis, videre antiqua majorum
prædia & caſtra devolvi ad exteros. *l. in fundo* 38. *& ibi Dd. ad verb. cogatur,*
laribus, ſepulchris avitis, carendum habeat. D. de rei vindicat. l. dudum 14.
C. de contrahend. emtion. l. 35. *de minor. l. Lex qua tutores.* 22. *§. nec vero. C.*
de adminiſtr. Tutor. ubi dicitur, domum alienare, aut vendere non licere, in
quâ defecit Pater, crevit minor, in qua majorum imagines, aut non videre
fixas, aut revulſas videre ſatis ſit lugubre. Sic Locrenſium lege prohibitum
erat, avitas hæreditates alienare, vendere, oppignerare, aut quovis modo
58. diſtrahere. *Ariſtot.* 2. *Polit.* 5. Hinc, *inter arcana Imperii Clapmarius refert,*
lib. 2. *de arcan. Rerump. cap.* 22. ne Principatus diſtrahantur; ſed ut penes
unum ſit omnis vis Imperii, omnia regalia, omniaque feuda & publici redi-
tus, alioquin ex illâ partitione, & ipſi ſubditi, & Imperium detrimentum
capiunt. *Hermann. Latherus de cenſu lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 2.

59. Uno autem caſu alienatio feudi permiſſa eſt, quando nimirum in proxi-
mum, & jus quæſitum habentem, feudum transfertur. *cap.* 1. *ubi Bald. in pr. &*
n. 1. *& dd. de alien. feud. pat. c.* 1. *§. & ſi clientulus de alien. feud. ibi Bald. n.* 11. *Iulius*
Clar. §. feud. q. 42. *n.* 4. *Rom. conſ.* 299. *incipit. Præſens. col. pen. n.* 9. *in fin. verſ.*
Secundo hoc idem, allegans textum in c. 1. *§ ſed & res. tit. Per quos fiat inveſtitura.*
& ibi. apoſtilla. in verb. per textum. quod licet ſit prohibita alienatio feudi,
poſſit tamen alienari in conjunctam perſonam, ad quam feudum devenire
debet, poſt mortem alienantis, *ita Tuſchus Cardinalis, concluſion.* 186 *n.* 127.
tom. 3. *Hartmann. Piſtor. quæſt.* 6. *n.* 19. *vol.* 2. *Senesbek de feud. part.* 12. *n.* 94.
Prukmann. conſ. 28. *n.* 24. *Tiraquell. in tract. de utroque retract. in præf. part.* 1.
n. 52. *& diſtinctius in §.* 11. *gloſſ.* 6. *n.* 9. 10. *ſequent.* Requiritur tamen, ne
60. prætereatur medius, aut proximior: ſi nihilominùs in remotiorem ſit alie-
natio, ea non aliter rata eſt, niſi omnes, quorum intereſt, priùs conſenſe-
rint. *Tiraquell. de retract. municipal. §.* 26. *Nous eſtants dudit lignage. gloſſ.* 2.
n. 2. non eſſe liberum, *ait,* proximiori cæteros, poſt ſe proximiores, hoc
jure retrahendi privare, cedendo remotiori, quod minimè ferendum. *per*
l. non debet. D. de regul. jur. & ibi. concord. in gloſſ. allegat. Franc. Aretin. con-
ſil. 112. *ex facto. colum. penult. verſ. præterea data. & Bl. in cap.* 1. *colum. penult.*
tit de feud. alienat. nempe, quia id eſſet diſponere de jure tertii, quod ne-
mo poteſt ſine conſenſu illius. *l. ſi cum Hermes* 7. *C. de locato & conducto cum*
61. *ſimilibus id generis.* Renuntiatio & alienatio juris ſui, nunquam nocet alte-
ri, ſed tantum renuncianti & alienanti, *l.* 1. *C. de commun. reb. alien. & l. ſi*
poſt mortem. D. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Bartol. in l. ſi quis in conſcri-
bendo. colum. 2. *verſ. Secundo caſu C. de pactis. Tiraquell. dict. §.* 26. *& gloſſ.* 2.
n. 4. *ubi & Ludovic. Bologn. conſil.* 34. *colum.* 6. *verſ. vel ſecundo dicimus. &*
62. *Ferron. in conſuet. Burdig. allegat.* Fuerunt quidem aliqui, qui opinati ſunt,
feùdum antiquum alienari poſſe in Agnatos remotiores, ſine permiſſu Do-
mini, idque in præjudicium proximorum Agnatorum. *Collegium Medio-*
lanienſe, & Salicetum, & Chriſtof. Caſtell. ita reſpondiſſe, referre Martin. Laud.
& Cardin. Alexand. in c. Titius. Colum. uterque penultim. verſ. circa ultimum
dubium. tit. ſi de feud. fuerit content. inter Domin. & Vaſall. Tiraquell. ait de
retract.

retract. municipal. §. 11. *s'ileſt plus prochain. gloſſ. 6. n.* 10. Verùm iſta opinio rationi, & æquitati jurique contraria eſt, & refutatur *à Ioanne Fabro in* §. *ita tamen demum. Inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. defer. à Tiraquell. d.* §. 11. *& gloſſ. 6. num.* 14. *à Martino Laudenſ. & Cardin. & Alexand prout refert idem Tiraquell. d. l. faciunt ad hæc, quæ nos ſupra diximus, & mox pluribus dicemus.*

Sed & hoc mente tenendum facultati alienandi feudum, obſtare dupli- 63.
cem prohibirionem, aliam legis, aliam hominis: quæ geminata vim majorem debet habere, quàm ſimplex. *gloſ. final. in c. verum. de condit. appoſ. Bart. Immol. & alii. in l. filius famil.* 114. §. *divus Severus in ſecunda oppoſ. D. de legat.* 1. *ibique Alex. & in conſil.* 93. *colum. final. lib.* 7. *Aretin. in conſil.* 22. *colum.* 1. *Corſet. ſingul.* 253. *incipit. ubicunque concurrit. Decius in conſil.* 193. *colum.* 1. *Socinus Iunior in conſ.* 48. *num.* 9. *lib.* 1. *in conſil.* 31. *n.* 72. *lib.* 2. *in conſil.* 49, *num.* 10. *lib.* 3. *prout eos refert Cravett. conſil.* 983. *num.* 28. *& in conſil. pro genero num.* 335. *c.* 9. *Sanctiſſimas vero. in*
authent. 120. *de alienatione & emphyteuſ.* Non inconvenienter hoc loco 64.
animadvertendum venit, feuda antiqua ex pacto & providenriâ, regalia, dignitatem annexam habentia, non poſſe bello, nec procurandæ pacis causâ acquiri, in præjudicium innocenrium filiorum, & Agnatorum, *ita tradit Franciſcus Aretinus conſil.* 14. *quod incipit: viſo & diligenter. num.* 5. ſi fiat bellum, *inquiens,* intet duos Vaſallos Imperii, non poreſt alter ex bello hujuſmodi acquirere bona feudalia Imperii, vel alrerius Principis: *& num. 6. verſ. ſed dubitatur.* loquirur de Duce Bavariæ, qui non potuit in bello ſibi acquirere caſtra feudalia Marchionis Montisferrati, etiamſi nata ſit concordia ex cauſâ pacis, & feuda dimiſſa Duci, quia non valet talis alienatio. Extende maximè, *inquit Tuſchus concluſ.* 186. *num.* 67. *tom.* 3. *ex eodem Aretin. d. conſil. colum.* 4. *circa medium. num.* 7. *verſ. præterea falſum eſt. & num.* 9. quando bellum fuir motum contra Patrem, &
filius vocatus, non ut hæres Patris ad feuda; ſed ut vocatus ab inveſtiturâ, 65.
quia ſive bellum juſtum fuerit cum Patre, ſive non, filius non poteſt privari ex tali bello, & ſic alienatio & occupatio nulla eſt. Non igirur, ſive Ferdinandus, cum quo tanquam convaſallo Imperii Fridericus de Sceptro Bohemiæ litem & bellum habuir, ſive Bavariæ Dux, qui ad bellum acceſſit, ullum tirulum, & jus acquiſitionis Palatinatûs jure belli prætendere & allegare poſſunt.

CAPUT XIII.

ARGUMENTUM.

Si feudum antiquum alienatum, aut in remotiorem Agnatum tranſlatum fuerit, filio, præſertim primogenito, integrum ſemper illud repetendi & revocandi, citra pretii quidem reſtitutionem, etiam, ſi ipſo tacente Agnatus inveſtitus ſit. Cum autem proximior Agnatus jus habeat revocandi, multò magis, & fortiore cum ratione, illud filiis competere, qui vocentur ad ſucceſſionem, non ut hæredes, ſed ut filii. Feuda enim pactionata, ſingulari & proprio jure, ad deſcendentes pertinere, qui jus in eis radicatum, & ex pacto primi acquirentis & concedentis quæſitum habeant: quod ſanè illis, niſi & ipſi deliquerint, auferri minimè poſſit.

Facultatem autem revocandi non omnibus tantùm deſcendentibus jam natis, ſed iis etiam, qui tempore alienationis nondum nati & concepti fuerint, competere, ac proinde rei vindicatione, in aſſerendâ poſſeſſione, uti poſſe, etiamſi nunquam feudi poſſeſſionem habuerint; quia filius vivo etiam Patre habeatur pro inveſtito, nec ei deſit jus, ſed ſolùm adminiſtratio, neque dicatur acquirere ſuccedendo, ſed quod ei dudum acquiſitum eſt, capere & retinere, atque ad poſſeſſionem venire continuative magis, quàm adipiſci novam.

CONSPECTUS.

1. Filios & Agnatos poſſe alienationem feudi tevocate:

2. Factam in temotiotem, intermediis etiam licere revocare;

3. Non ſecùs, ac ſi alienatio eſſet in extraneum facta.

4. Primogenitum, à repetitione juris ſui non excludi, etiamſi, ipſo tacente, alius ſit inveſtitus.

5. Alienationem, etiam Domino conſentiente, factam infirmari:

6. Quamvis feudum in Agnatum fuerit alienatum.

7. Hoc revocandi jus, validiote ratione competere filiis, quàm Agnatis.

8. Citra ptetii reſtitutionem fendnm alienatum filium revocare.

9. Eandem filiorum ae tranſverſalium canſam, ubi ex pacto feudi jus contingat.

10. Indubitati jutis filium recuperare fendum alienatum, nullo reſtituto pretio.

11. Pretium, emptotem malæ fidei, non recupetare à venditote.

12. Imperii feuda ſcienter tecipientes, nullâ præſcriptione juvati.

13. Bavatum ſcientem, malâ fide, tem alienam præſtinaſſe.

14. Dubium eſſe nnllnm, quin feudum alienatum recte tevocetut à filus;

15. Etiamſi alienatio licitè facta ſit.

16. Feuda enim antiqua debeti jure ſingulati, ex contractu, omnibus deſcendentibus.

17. Ideò jus illud quæſitum, anferri non poſſe.

18. Revocandi facultatem dari etiam iis, qui ptoximiotes, vitâ functos, ſeqnantut;

19. Eandem & nondum natis, nee conceptis.

20. Ad recuperationem feudi alienati, competere tei vindicationem contra poſſeſſotem:

21. Etiam actionem tevocatoriam, vel eondictionem ex cap. Titius inſtirui poſſe.

22. Jus teale filios & Agnatos habete in feudo:

23. Hinc tei vindicationem, aliamquo tealem actionem ipſis dati.

24. Nam vivente adhuc Patre, filio, ab initio, ptoviſnm eſſe.

25. Quamvis, in tebus à Patre relictis, poſſeſſio, niſi naturaliter apptæhenſa non ttanſmittatur: in feudis tamen tranſmitti.

26. Filium intelligi inveſtitum vivo Patre, & in eum continuari poſſeſſionem, ſine aliâ inveſtiturâ.

27. Non acquitete ſuecedendo; ſed acqniſitum capete cum libetiote adminiſtratione.

28. Dici vivo Patte fendatatium.

29. Venire ad poſſeſſionem continnativè potiùs, quàm ad adeptionem poſſeſſionis novæ.

30. Primogenitum, vivo Patte eſſe cum eo Dominum.

31. Primogenitum Regis conregnate cum

cum Rege, & debere appellari juvenem Regem, & Dominum.

32. Rege impedito, & inhabili reddito, adminiſtrationem, & Regimen, filio competere.

33. Primogenitum Electoris vocari hæredem Electoratûs.

34. In Italiâ primogenitum Ducis, nominari Principem, ſic in Hiſpaniâ, & aliis regiis familiis: in Galliâ vocari Delphinum.

35. Alienationem revocandam eſſe intra annum, à morte alienantis.

36. Præſcribi anni ſpacio contra ſcientes & tacentes.

37. Alienationem ipſo jure nullam infirmari poſſe, non expectatâ morte alienantis.

38. Alienantis filios revocare poſſe feodum, vivo Patre, pretio reſtituto, eo mortuo, ſine pretio.

39. Alienationem factam in extraneum non præſcribi, niſi ſpatio triginta annorum.

IAm & hoc ſciendum, quod filii, & proximiores Agnati 1.
poſſint alienationem feudi paterni & antiqui, ex pacto &
providentiâ virtuteq; inveſtituræ debiti, & familiæ mancipari,
revocare, etiamſi alienatio, cum conſenſu Domini
fuiſſet facta. *text. eſt clarus in cap. 1. de alienat. feud. pa-
tern. & ibi communiter Feudiſt. ut & in c. Titius. ſi de feudo
defunct. contentio. c. 1. §. è contrario. De inveſtit. de ſe alien.
e: unico. §. ſed etiam res. Per quos fiat in veſt. Hartm. Piſt. lib. 2. p. 1. quæſt. 6.
n. 1. Ioan. Koppen deciſion.* 54. *n.* 27. *Zaſius in Epitome feud. part. 9. n. 23, 24, 25.
Curtius Iunior conſil. 1. n. 31. & Senior in tractat. feudal. in 4. parte. in 3. regula.
Iacob. de S. Georgio in tractat. de feud. ſuper verbo. Et cum pacto de non alie-
nando. num. 48. Anonymus in conſil. 30. n. 40. inter conſil. Iuriſperit. Superior.
German. tom. 1. adde l. filiusfamilias miles* 114. *§. cum Pater* 15. *& ſeq. D. de
legat.* 17. *ubi*, filius exhæredatus nihilominùs propter juris ſanguinis con-
ſervationem revocare poteſt rem, cujus alienatio extra familiam fieri pro-
hibita eſt; quoniam exhæredati non privantur iis bonis, quæ familiæ, ſive
ſanguinis ſunt, idque ſingulari benignitatis favore, & conſervandæ fa-
miliæ ſtudio, quod priſci Romani diligentiſſimè ſunt amplexi, *ut ait Om-
phal. lib. 1. civil. Politices. cap. 48. n. 4, 5.* In tantùm, ut ſi Vaſallus in remo- 2.
tiorem Agnatum, conſentiente etiam proximo, feudum alienaverit; ta-
men illi qui medii ſunt, ſcilicet inter proximiorem illum, qui conſenſit, &
remotiorem, cui facta eſt alienatio, poſſint eam alienationem revocare,
*ait Tiraquell. de retract. muncipal. §. 26. gloſ. n. 3. & ita voluiſſe Bald. in cap. 1.
colum. penult. de alienat. feud. & Cardinal. Alexand. in c. 1. §. Titius colum.
penult. verſ. circa ultimum dubium. tit. ſi de feud. fuerit controv. inter Dom. &
Agnat. & Iacob. à S. Georgio. in dict. tract. feud. & verb. & cum pacto. col. 9.
verſ. ſed moveo vobis. & colum. ſequent. verſ. tertia concluſio. Zaſius in epitom.
dict. part. 9. verſ. pone ſi Vaſallus. chart. 3. adde Cacheran. deciſ. Pedemont.* 177.
n. 4. Andr. Fachin. 7. controverſ. 17. Tuſch. concluſ. 194. *n. 15. qui ex Baldo
conſil. 16. in princ. lib. 1. & conſil. 265. circa med. lib. 5.* devolutionem feudi
alienati fieri ad proximiorem Agnatum, ordine ſucceſſivo, *dicit*, ita, ut ſi
primus in ordine non revocaverit alienationem intra annum, devolvatur
ad ſecundum, & ſic deinceps ordine ſucceſſivo. *Neviſan. conſil. 10. n. 17.
Roſenth. cap. 9. concluſ. 81. & n. 12. & 13. Idem Tiraquell. §. 11. gloſ. 6. n. 14.*
Si Vaſallus, *inquit*, alienaverit feudum paternum in Agnatum remotiorem, 3.
perindè poſſe proximiores ab eo revocare, niſi ipſi conſenſerint, atque ſi
in prorſus extraneum alienatum fuiſſet, *ad hoc optimum textum eſſe. in dict.
cap. 1. & §. Titius. & ibi Dd. præſertim. Martin. Laudenſ. & Card. Alexand.
tit. ſi de feudo controverſ. inter Dom. Voluiſſe quoque idem Andream Iſerniam
& Cardinal. Alexand. in dict. cap. 1. per text. illum de alien. feud. patern. &
eundem Andr. in cap. 1. tit. de ſucceſſion. feud. Iacob. Bellois. in cap. 1. ad princip.*

& ibi quoque Bald. colum. 2. verſ. quæro an inter. tit. de prohibit. feud. alienat.
per Frider. plures ad eam rem accumulat. Tiraquell. dict. n. 14. & in præfat. tract.
4. de retract. municipal. n. 52. feudum item. Ideò dicitur in perſonâ majoris
natu jus ſucceſſionis adeò radicatum, ut etſi alius de feudo ſit inveſtitus
ipſo tacente: Alvarott. in cap. 1. §. præterea. n. 3. quib. mod. feud. amitt. aut
aliquamdiu paſſus ſit fratres, vel Agnatos, juriſdictionem adminiſtrare, à
repetitione tamen juris ſui non excludatur. Surd. conſil. 260. n. 18. Anony-
5. mus conſ. 31. n. 88. inter conſil. juriſconſult. ſuper Germ. vol. 1. Ipſo jure com-
muni feudorum alienationem feudi non hæreditarii, rectè ab Agnato pro-
ximiore, alienatore ipſo extincto, pretio etiam non reſtituto, infirmari,
quamvis jure, hoc eſt, domino directo conſentiente, alienatio facta ſit, ait
Cravett. in eruditiſſimo conſ. pro genero ſuo. 1000. n. 21. hæc ſequentia addu-
cens cap. 1. §. Titius. ibique Afflict. n. 20. in nono notab. ſi de feud. fuerit. con-
troverſ. cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſion. feud. Roman. in conſil. 22. in fine. De-
cius in conſil. 144. colum. 2. poſt med. verſ. 3. nam dato. in conſil. 208. col. 3.
in fin. verſ. & hoc maxime videtur. & in conſil. 506. colum. 1. Ruin. in conſil. 1.
n. 2. in fin. lib. 1. Brunius in conſil. 80. n. 12. & tribus ſequent. Cardinal. Tuſ-
chus concluſ. 186. n. 20. ex Cumano conſil. 167. & Alexand. conſil. 15. n. 11.
lib. 5. ubi dicit, alienatione de feudo antiquo, cum conſenſu Domini factâ,
jus emtoris & inveſtiti, non poſſe durare ultra vitam alienantis; ideò mor-
tuo vel profeſſo, alienante, agnatos revocare feudum. & n. 23. per c. 1. §. 1.
de ſucc. feud. & Alex. conſ. 106. lib. 4. feudum alienatum poſſe, mortuo ven-
ditore, vocatos illud retinere, ſi habeant, ſi non habeant, petere & conſe-
6. qui, etiamſi de conſenſu domini facta eſſet alienatio. Idque locum tum
etiam habet, cum Agnato remotiori feudum alienatur. dict. §. Titius. Ro-
man. in dict. conſil. 22. n. fin. c. 1. de alienat. feudi patern: 7. Baldus conſ. 170.
in princ. libri 2. & conſ. 198. libri 3. etiamſi Domino conſentiente facta ſit alie-
natio proximiorem tamen revocare feudum.

7. Quod dicitur, Agnato proximiori jus hoc revocandi eſſe, ad filios in
primis pertinet, qui ad feudum quaſi filii, non tanquam hæredes, vocati
ſunt. Quocirca, quod Agnatis tranſverſalibus in feudo alienato revocan-
di jus datur, ratione validiore competere filiis debebit. Baldus in d. cap. 1.
§. hoc quoque n. 4. & n. 14. de ſucceſſion. feud. Iſern. in cap. 1. verſ. & ſi. Livel-
lus n. 7. verſ. ſi vero ex pacto de alienat. feud. patern. Alvarott. in c. 1. §. deni-
que. n. 22. verſ. vigeſima ſexta concluſio. Quæ fuit prima cauſa benefic. amitt.
Paul. de Caſtr. in conſil. 311. circa id quod primo quæritur. colum. 2. in fin. in
conſil. 461. viſis & diligenter examinatis privilegiis colum. 4. lib. 1. in conſil. 173.
præſuppoſitis his. in fin. in conſ. 207. dico verſ. hoc tamen verum eſt. & in con-
ſil. 217. permittendum eſt, quod cum. per totum ferè. lib. 2. Alexand. in conſ. 26.
n. 7. verſ. nec obſtat etiam. & circa finem. verſ. non obſtat ultimo id. lib. 5. De-
cius conſ. 445. n. 15. Riminald. conſil. 303. n. 14. & 17. lib. 2. Ruin. dict. conſ. 1.
n. 2. in fin. lib. 1. Brun. in dict. conſil. 80. n. 15. verſiculo. præſuppoſito ergo. in fin.
numeri. Rubeus in conſil. 85. n. 6. Natta conſil. 130. n. 9. Abb. in conſil. 76. n. 4.
in fin. Hæc Cravetta, qui in condimento Reſponſi pro genero idem, nempè à filio
8. citra pretii reſtitutionem feudum alienatum revocari poſſe aſſerit, n. 25.
allegans præter adductos. Afflict. deciſ. 112. n. 2. collegium Bononienſe inter con-
ſil. Curtii Senior. in conſil. 50. n. 10. verſ. ſed quia nonnulli poſſent dicere. & n. 12.
& ipſe Curtius in conſil. 82. n. 6. & conſil. penult. eod. n. Iaſon. conſil. 56. col. 3.
poſt med. verſ. ſecundo principaliter. & colum. penult. in fine. verſ. præterea.
& 4. & colum. ſequent. lib. 3. Sigiſmund. in conſil. 1. n. 90. Schurpfius in con-
ſil. 132. in fin. inter feud. Corn. in conſil. 309. colum. penult. ante med. verſ. &
iſthoc in emphyteuſ. lib. 1. Curtius poſterior in conſ. 78. n. 4. Petrus Gerard. ſin-
gular 89. Socinus Iunior in conſil. 77. n. 135. & duob. ſequent. lib. 1. Roland. in

conſil.

conſil. 21. n. 145. vol. Alexand. in l. ſi finita §. ſine vectigalibus n. 30. in fin. D.
de damno infecto, ait, eam præſumptionem, ſecundum magis communem
opinionem, tantum valere, ut is, qui probat, quod res ſemel fuerit in Do-
minio majorum ſuorum, eam à reo poſſeſſore auferre poſſit. Menoch. con-
ſil. 99. n. 132. Ex omnibus iſtis teſtimoniis ſatis demonſtratur & probatur, 9.
eandem filiorum ac tranſverſalium cauſam eſſe, ubi ex pacto & providen-
tiâ jus feudi contingit, imò rationem fortiorem in filiis ad retrahendum,
quàm in aliis; ut dicit Cravetta conſil. 983. n. 17. ubi eoſdem Doctores adducit.
Indubitati igitur juris eſt, quod feudum alienari prohibitum, ſi tamen 10.
alienetur, poteſt Agnatus id recuperare, nullo reſtituto pretio: ut dicit Ti-
raquell. in præfat. de retract. municipal. n. 16. per cap. 1. §. Titius tit. ſi de feu-
do fuerit controverſ. inter Vaſall. allegans Phil. Decium in conſil. 208. quod in-
cipit. & clariorem: colum. 3. verſ. ſed tamen prædictis non obſtant. & conſ. 586.
in cauſa quæ Mantuæ: text. in cap. ſi clientulus. §. inde poteſt. de feud. alienat.
Iacob. de S. Georgio in tractat. feud. verſu, & cum pacto quod de ipſo. etiamſi
feudum eſſet alienatum & legatum ad pias cauſas, aut Eccleſiæ, ut ibi dicit
per Bald. in lectura, non dico: in Repetitione. C. de ſacroſancta Eccleſia. Iacob. Al-
varott. in §. donare, Qualiter olim feud. alien. Paulus Pariſius conſ. 7. n. 2.
& 13. volum. 1. & hanc communem concluſionem eſſe dicit, quod ne æſti-
matio feudi legati debeatur, nedum ipſum feudum. Nicolaus Reuſn. conſ. 6.
n. 22. lib. 3. Apoſtilla ad Roman. ad conſil. 199. n. 12. Clarus in §. feudum.
quæſt. 40. communem dicit.

Imò nec id recuperat malæ fidei emptor à venditore. per text. à contrario 11.
ſenſu in cap. 1. ubi id notat. gloſſ. in verb. in bona fidei. in princip. ut dicit ibid.
Tiraquell. allegans. Cardin. Alex. volum. 2. in ult. notat. titulo. de prohibit. feud.
alienat. per Frider. cum ſimilibus adductis, à Barta. conſil. 14. clementiſſimè. co-
lum. 2. verſ. & ex iſtis. lib. 3. Conſtat nempè, ait Couvarruv. var. reſolut.
lib. 3. cap. 17. n. 12. verſ. ad eam quæſt. emtorem rei alienæ, cum malà fide,
& certâ rei alienæ ſcientiâ, non poſſe de evictione, etiam ad pretium, age-
re. l. ſi fundum. D. de eviction. Iaſon. & alii in l. ultim. C. communia. de legatis
& fidei commiſſis. Ioan. Lup. in Rubric. de donat. §. 65. n. 53. text. in l. ſi fra-
tres C. communia utriuſque judicii. Prætereà qui bona ejuſcemodi aliena, & 12.
imperii feuda, ſcienter recipiunt, nulla præſcriptionis ſpecie juvantur, quò
minus reſtituere illa Domino vindicanti teneantur, ait Zoan. in libro de Ro-
man. Imper. n. 170. per l. 1. ubi Dd. omnes hoc tradunt. C. de rebus alien. non
alien. text. in l. traditio. D. de acquirendo rer. Domin. Hinc Andr. de Iſern. in
§. hoc quoque. verſ. & ſi primus. de ſucceſſ. feudi. hanc dat cautelam, quod em-
ptores iſtorum feudorum caveant; quoniam præſcriptio non poterit no-
cere aliis non natis, qui veniunt gradatim, & ordine ſucceſſivo, ut quiſque
eſt proximior, & non ut hæredes primorum, ſed ordine ſanguinis, poſt
diem mortis illius, qui feudum tenebat. ita Pariſius conſ. 23. n. 199. volum. 1.
Hæc Bavariæ Ducem, qui rem alienam, qui feudum Imperii, qui bona an- 13.
nexa dignitati in præjudicium tot Agnatorum proximiorum, ſciens &
contra omne jus & fas præſtinavit, accepit, & uſurpavit, conſiderare
oportuiſſet.

Inconcuſſa igitur manet regula, quod feuda antiqua paterna (: de novis 14.
& hæreditariis non loquimur, quia ſcimus, quantum contentionis pulve-
rem circa eam Juris conſulti cient:) etiamſi conſenſu Domini fuerint alie-
nata, per filios & Agnatos rectè revocari, vindicari, & repeti poſſint: ita
ait Roſenthal cap. 9. membr. 2. concluſ. 67. n. 2. per text. in cap. 1. in princip.
& ibid Iſern. n. 3. in fin. & n. 7. ad cap. 1. §. è contrario. de inveſtitur. de re
alienat. fact. cap. 1. §. ſed ad res. Per quos fiat inveſtitur. Thom. Marin. tit. 2.
de feud. ex pacto & provident. ſect. 1. n. 47. verſ. pro contraria. VVurms. in ob-
ſervat.

15. *ſervat. pract. libro* 1. *tit. de feudis. ſi obſervat.* 4. *n.* 2. *ubi dicit*, in feudo an-
tiquo, etiamſi fiat alienatio legitimè cum conſenſu Domini, eam non no-
cere filiis, neque Agnatis, imò in revocando præferri filios omnibus agna-
tis: *Carus* §. *feudum quæſt.* 41. *n.* 2. *& quæſt.* 40. *n.* 5, *&* 6. *Hartmann. Piſtor.*
libro 2. *quæſt. jur. part.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 1. *& ſexcentos alios allegat.* Hæc regula
etiam in alienatione licitâ, locum obtinet. *ut ibidem Roſenthal probat per*
Iſern. in cap. n. 2. *de alienat. feud. patern. Hartmannus Piſtor. dict. part.* 1.
quæſt. 13. *n.* 1. *hoc omnes uno verbo affirmare ait de filio. Zaſius part.* 8. *n.* 61.
n. 62. *Maſcard. de probat. concluſ.* 767. *n.* 4. *volum.* 2. *Mynſing. obſerv.* 85.
n. 3. *cent.* 4. *Michaël Graß, libri* 2. *commun. opinion. cap.* 2. *de feud. quæſt.* 25.
16. *verſ. ſed dubium eſt.* Cum enim feuda antiqua beneficio primi conceden-
tis, & ex contractu acquirentis, omnibus deſcendentibus jure ſingulari
debeantur. *cap. Imperialem.* §. *praterea Ducatus. n.* 38. *in fin. verſ. hoc in-*
dubitanter. ibi. non enim habet à Patre, ſed ex munificentiâ donantis. *tit.*
de alienation. feud. prohib. per Frider. cap. 1. §. *& quia. cum vero Conradus. de*
his qui feud. dare poſſunt. VVeſenbec. conſ. 15. *n.* 21. *part.* 1. *Maſcard. dict.*
concluſ. 767. *& n.* 4. *Schrad. de feud. part.* 10. *ſect.* 19. *n.* 113. *Intriglíolius*
17. *in cent. feud. quæſt.* 47. *n.* 29. per Vaſalli & Domini conſenſum, iis jus ra-
dicatum & quæſitum, auferri juris auctoritas non ſinit: *ita ait idem Roſen-*
thal dict. cap. 9. *& concluſ.* 67. *n.* 2. *argum. l. id quod noſtrum. D. de regul.*
juris. l. cum qui. 3. *D. de interdict. & relegat addens n.* 4. Quamobrem Do-
minus & Vaſallus, acquirentis & concedentis ſucceſſores, iis, quibus per
inveſtituram primam jus quæſitum eſt, præjudicium inferre non poſſunt.
Referens in voto 8. *part.* 2. *tit.* 8. *apud Gylmannum in Symphoremate n.* 45, 46.
Gail 2. *obſerv.* 49. *n.* 4, 5, 6. *Decius conſ.* 445. *n.* 22. Quoniam ſic ipſis ſi-
mul jus à principio quæſitum videtur, quare id eis, ſine facto ipſorum non
debet, nec poteſt adimi, quin alienatum revocare poſſint, quantum ſcili-
cet iis acquiſitum fuit à principio; *ut ait Roſenthal d. cap.* 9. *concluſ.* 66. *n.* 6.
Iaſon & reliqui in l. qui Romæ. §. *Flavius D. de verbor. obligat. VVeſenb. de*
feudis cap 11. *n.* 17. Hæc traditio *pergit in d. concluſ.* 67. *n.* 6. *Roſenth.* ob-
tinet, ſive feudum antiquum in extraneum conſenſu Domini, vel in re-
motiorem agnatum, ſine conſenſu Domini fuerit tranſlatum, adhuc etiam
proximior, cui jus ſuccedendi in hoc feudum delatum eſt, quem modò
ordo ſuccedendi tangit, id repetit. *cap. Titius filios. Si de feud. defunct. con-*
troverſ. ibi Feudiſtæ communiter. Andreas de Iſern. in §. *hoc quoque verſ. &*
ſi primus. de ſucceß. feud. n. 6. *dicit*; ſecundum revocare poſſe, ſi non revo-
cet primus, & ſi ſecundus negligat, tertio jus eſſe revocandi, & ſic deinceps
aliis. *Zaſius part.* 9. *n.* 25, 26. *Hartmannus Piſtor. libro* 2. *quæſt. jur. part.* 1.
quæſt. 6. *per totum. ubi n.* 20. *hanc ſententiam veriorem dicit. Cravett. con-*
ſil. 814. *n.* 2. *Referens in d. voto.* 8. *n.* 66. *ſingulariter decidere Iſern. d.* §. *hoc*
quoque dicit, Si primus, *inquit*, Agnatus non revocat feudum alienatum,
poterit hoc facere ſecundus, & eo non revocante, tertius, & ſic deinceps
gradatim, & ordine ſucceſſivo: rationem addit, quia veniunt, *ait*, ad feu-
dum jure proprio, & ut hæredes primi inveſtiti, tanquam habentes cau-
ſam ab eo, & non ab aliis Agnatis: *VVurmſer. tit.* 50. *obſerv.* 4. *verſ. tamen ſi*
plures. Rolandus à Valla. conſ. 57. *n* 58. *libri* 3. *ubi dicit*; proximiori Agnato
competere facultatem recuperandi feudi, nullo reſtituto pretio. *per cap.* 1.
§. *Titius. Si de feud. fuer. controv. ubi omnes ita affirmare ait. Referens in d.*
voto. 8. *n.* 68. *ubi dicit*, ſine ullâ reſtitutione pretii agnatos natos, & naſci-
turos, revocare poſſe feudum alienatum. *per d.* §. *Titius filios. ibi Alvar. n.* 3.
Fructus tamen emptorem, vivo alienatore perceptos, ſuos facere. *Alvarot.*
d. §. *Arius Pinellus in part.* 3. *l.* 1. *C. de bonis maternis fusè hanc materiam tract.*
& n. 95. omnibus, *inquit*, maturè expenſatis, in eâ ſum ſententiâ contra
omnes

omnes ferè ſctibentes, *curioſè ſupra citatos*, ut hætes alienantis rem feudalem, ſuccedens in feudo ex tenore conceſſionis, abſque facto & voluntate alienantis, admittatut contra alienationem, factumque defuncti; & hoc non ſolùm in feudo familiari, ſeu ex pacto & providentiâ; ſed etiam in hæreditario, quod tamen ad extraneos transfetri nequit, idque etiam non facto inventatio. Pro quâ opinione adducit, quod in juribus ſæpe legamus, factum unius Vaſalli, vel Poſſeſſoris ſibi ſoli, non ſucceſſori, nec Domino, nocete poſſe. *c. 1. §, quid ergò de inveſtitur. de re alien. c. 1. in princip. de feud. ſucceſſ. c. 1. §. Titius. ſi de feud. fuerit. controverſ.* Hanc denique opinionem tobotati utgenti tatione, quia feudum cenſeatur honot familiæ, qui citiſſimè abolererut, ſi proximioribus hæredibus & ſucceſſoribus, jus negaretur, fieretque injuria primo acquirenti, cui poſteri omnes ſucceſſionem feudi debent.

Hæc tevocandi feudi facultas non tantùm iis competit, qui tempote 18.
alienationis, alienatori in ptoximo gradu ſuperſtites exſtiterunt; ſed & his
vitâ defunctis, ſequentibus defertur. *per Andr. de Iſern. cap. 1. §. hoc quo-*
que n. 61. de ſucceſſ. feudi & Alvarott. ibid n. 6. & per multos alios Roſenthal.
dict. cap. 68. n. 15. & ibi in gloſſ. literæ N. addens: ſed &, tempore alienatio- 19.
nis nondum natis, nec conceptis, jus revocandi datut. *Zaſius part. 9. n. 23. verſ. verum tamen ſi poſtea. Burſat. conſ. 291. n. 119. vol. 3. Tiraquell. de retract. municipal. §. 1. gloſſ. 9. n. 62. Pariſius d. conſil. 23. n. 199. vol. 1. ubi dicit*, ptæſcriptionem non currere contra non natum, neque eam nocere poſſe naſciturìs: quia in feudo ex pacto & providentiâ non datur ſucceſſio, & unus non habet cauſam ab alio; ſed omnes eam habent à ptimo, & eam habent, ut ex tunc, non ut ex nunc. *per colleg. Bononienſ. inter conſil. Franciſ. Carti conſ. 50. Referens in d. voto* 8. *n.* 67. Quaptopter, *inquit*, neque conſenſus, neque tacitutnitas Agnatorum, poterunt præjudicate Agnatis natis, & in futurum naſcitutis, ſed, ultimo poſſeſſote mottuo, omnes otdine ſequentes, proprio jute, alienatum feudum, nullo obſtante præſcriptione, revocare poſſunt. *Baldus conſil. 215. proponitur, quod inveſtitur. vol. 2. & in c. 1. n. 18. an Agnat. vel filius repud. hæred. ubi ait*, in feudi ſucceſſione tempus conceptionis non conſiderati: Etſi enim, *ut ait Roſenthal dict. concluſ. 68. n. 16.* in multis caſibus tempore actûs, ut eo uti poſſit, conceptum eſſe oporteat: tamen id hoc loco non obtinet, ubi ea fuit ptimi acquirentis, & concedentis intentio, ut feudum ad ejus deſcendentes in infinitum pertineat, & ità perperuò in ejus familiâ maneat. *per Hartm. Piſtor. dict. quæſt. 6. n. 39, 40, & 41. Tiraq. dict. gloſſ. 9. n. 62. Pinellum in repet. authent. niſi tricennale n. 54. de bonis maternis. & per alios quos citat.*

Hinc feudatario, ad recupetationem feudi, indebitè ab aliis poſſeſſi, 20.
competit directa rei vindicatio contra poſſeſſorem. *cap. 1. §. res autem. de inveſtit. de re alien. facta.* nec requititut Domini conſenſus. *Paris de Puteo in tractat. de feud. redintegr. ſub rubr. actio qua competit feudatario contra poſſeſſores feudi. §. nunc videndum n. 1, & 2.* Et quod feudum antiquum, ex pacto & ptovidentiâ, venditum, ſine conſenſu omnium Agnatotum, tempore alienationis exiſtentium, poſſit, pet non conſentientem, vindicari. *Anonymus in conſil. 30. n. 55, & 56. inter dict. conſil. Iuriſconſult. German. ſuperior. vol. 1. & ait idem tradere Matth. de Afflict. cap. unic. n. 12. an agnat. vel fil. poſſit*: quodque poſſit etiam revocatoriâ actione agi, & condictione ex conſuetudine, vel condictione *ex cap. Titius. filios maſcul. 5. tit. ſi de feud.*
fuerit controverſ. 26. Et quod hæc actio dicatut revocatoria ad feudum, 21.
teſtatur Sebaſt. Neapol. & Bartholom. de Capua ſuper placit. Princip. ſeu conſtitution. Regni Neapolit. lib. 3. tit. 38. de rei action. & except. in cap. conſuetudinem. in §. cæterum, ſuper verbo, cum his. paulo poſt princip. ſicut refert & ſequi-

tur Anonymus dict. conſ. 30. n. 56. Jus ſiquidem reale habent filii & Agnati
in feudo, ideoque alienatio eis non nocet. Roſenthal cap. 10. concluſ. 7. n. 2.
& cap. 3. concluſ. 11. n. 7. ubi n. 8. addit; Et hanc, inquit, puto rationem,
quod Agnatis (: quantò magis filiis:) ultimò defuncti Vaſalli, ex primo ta-
men acquirente deſcendentibus, etiamſi ipſi poſſeſſionem feudi nunquam
habuerint, rei vindicationem, aliamve actionem realem dari poſſe, pleri-
rique tradunt.

24. Adde, quod vivente adhuc Patre, à principio filio proviſum eſt, & is in
feudo habet intentionem ſuam fundatam. cap. 1. de duob. fratr. à Capitan.
inveſtit. gloſ. 1. c. 1. quib. modis feud. conſtitui. Hinc pulchrè Bald. in l. cum anti-
quioribus verſ. duodec. C. de jure deliberand. Quod licet poſſeſſio ad ſuum
hæredem non conſueverit tranſmitti, vel continuari; ut notatur in l. cum
miles D. ex quibus cauſis major. in §. ſed ſui. Inſtit. de hæred. qualit. & different.
tamen in feudis ſecus habet. Bernhard. VVurmſer. lib. 1. pract. forenſ. obſer-
25. vat. 2. tit. 44. lib. 1. ubi dicit, quod quamvis poſſeſſio, in rebus à Patre reli-
ctis, niſi naturaliter apprehenſa, neque ad ſuum, neque ad extraneum hæ-
redem tranſmittatur: in feudis tamen tranſmittatur, & in filium dicatur
continuari, ſine apprehenſione, in quibus, etiam vivo Patre, poſſidere æ-
ſtimetur. ita notari & haberi in cap. 1. §. final. de feud. cognit. ibi gloſ. Bald.
Alvarott. Præpoſitus, Ludolphus Schrad. de feud. part. 10. ſection. 5. n. 22. Ha-
betque jus quæſitum, non per viam tranſmiſſionis de unâ perſonâ in aliam,
ſed ex perſonâ propriâ, eveniente caſu, quo perſona anterior tollitur è
26. medio. ait Reinking de Regim. ſæcul. lib. 1. claſ. 4. cap. 17. n. 71. Quia filius,
vivo Patre, intelligitur inveſtitus, ac etiam inſidere, & ſic continuari in eum
poſſeſſio, ſine aliâ inveſtiturâ, adeò, quod vivo Patre non deſit jus; ſed ad-
miniſtratio. Iaſon in l. quoties. n. 31. verſ. nota etiam perpetuo C. de rei vindi-
cation. per text. in d. cap. 1. §. fin. de feud. cognit. Alvarott. in cap. 1. §. ſi facta. ſi
controverſia fuerit inter Dom. & agnat. Abbas Panorm. conſ. 3. n. 4. lib. 2. fi-
27. lium vivente Patre dici quaſi Dominum. Ideò, per mortem Patris, non dici-
tur filius acquirere feudum ſuccedendo, ſed in vitâ jam acquiſitum capere,
cum liberiore adminiſtratione, ait Natta conſ. 638, n. 37. ex gloſ. in cap. final.
de feudi cognit. quam ibi notat Baldus, & dicat menti tenendum. Cacher. deciſ. 161
n 11. Hartm. Hartmanni in practica forenſ. in obſervat. 19. n. 13. Anonym. in
conſil. 42. n. 17. vol. 1. conſilior. Iuriſconſultor. ſuper. German. gloſ. in d. cap. 1.
§. final. in verbo. aut ſucceſſione. de feud. cognit. ubi ait, filio ſuccedenti nihil
deeſſe, præter adminiſtrationem, & illum non acquirere ſuccedendo; ſed
acquiſitum capere. Hieron. Schurff. conſil. 23. n. 2. cent. 1. 36. num. 7. cent. 3.
Martin. Laudenſ. de primogenit. colum. 10. verſ. difficilis articulus. ibi quæſt.
quia licet. Tiraquell. tract. le mort ſaiſit le vif. part. 1. declarat. 6. n. 1. & ſeq. &
de jure primogenit. quæſt. 40. n. 99. Bald. in cap. 1. colum. ult. an mutus vel alius
28. imperfectus: quod nempe filius, vivo Patre, poteſt dici feudatarius, cum ſit
eadem perſona cum Patre. argum. l. ſi qui duo. D. de liberatione legata, igitur,
inquit, filius per mortem Patris non dicitur ſuccedere, vel acquirere, ſed
potiùs retinere. per §. ſui. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & in l. in ſuis
D. de liber. & poſthumis. ibi Bartol. & alii. quod filius continuare dominium
Patris dicatur, non acquirere. Bald. in cap. 1. col. 1. verſ. quæro ſi poſſeſſio. tit.
29. de controverſia inter maſcul. & fæmin. de benef. ſcribit, filium magis venire
ad poſſeſſionem continuativè, quàm ad novam poſſeſſionis adeptionem.
ut not. in dict. §. ſui. Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſtat. defer. Card. Alexand.
in cap. 1. colum. 10. verſ. 17. tit. de feud. Marchiæ. gloſ. in d. l. ſuis. D. de liber. &
poſthum. quod & poſſeſſio nedum Dominium continuetur in filium. Bald. in
l. cum antiquioribus. quæſt. 10. C. de jure deliberandi. ubi, filium vivo Patre
poſſidere cenſeri debere, ait, Alvarott. in c. 1. §. ſi facta. ſi controverſ. fuerit
inter

inter Dom. & Agnat. ubi dicit: nullam tradi in antiquo feudo poſſeſſionem,
cum eam Vaſallus jam habeat. *Zaſius de feud. part. 6. n.41. 42. & ſeq.* re-
ſtringit ad habitualem qualitatem, non ad actualem effectum, *ut ibi loquitur
Iohan. de terra rubea in 1. tractat. contra rebelles Regis in 2. articul. in 7. concluſ.
ubi dicit*: quod ſolâ naturali cauſâ inſpectâ, civilitate patriæ poteſtatis non 30.
attentâ, filius primogenitus ſit, Patre rege vivente, ſimul cum eo dominus:
ita quod, obeunte Patre, filius non novum Dominium; ſed ſolùm plenam
regni adminiſtrationem nanciſcatur. *per allegat. l. in ſuis & 35. quæſt. 3. §. hac
auctoritate.* Et veriùs retinere dicatur, quod habebat, quàm acquirere no-
viter. *l. ſi patronus. §. final. de bon. libertor.* imò pleniore & efficaciore jure,
regnum & Principatum primogenito, quàm liberis bona patrimonialia,
deberi: & ſi in patrimonialibus filius dicatur dominus, patre vivente; mul-
tò plus & efficaciori effectu primogenitum, Patre vivente, dominum dici
debere. *paulò poſt, in Rubric. de juribus primogenituræ in 6. concluſ. dicit*: pri- 31.
mogenitum, quia ob cauſam filiationis & primogenituræ, dominium ha-
beat regni, & adminiſtrationem cum Rege & ei contegnet, poſſe, & debere
appellari juvenem Regem, & Dominum, & ita nuncupari à beato Grego-
rio *in lib. moralium in decretis 24. quæſt. 1. & in gloſſ. cap. capit* 1 imo etiam, 32.
Patre invito, competere adminiſtrationem regni & regimen, quia jure ſuo
proprio, hoc eſt, filiationis & primogenituræ, id acquiſitum habeat. Inde
neceſſario ſequi, quod multò magis regimen & adminiſtratio regni illi ſoli-
diùs, pleniùs, & libetiùs competat in ſolidum, rege per abſentiam, demen-
tiam, infirmitatem, aut aliter (*ſive per proſcriptionem & crimen*) impedito.
*per cap. cum plures. de officio delegat. & lib. 1. de officio conſulis. & cap. religioſis.
de teſtam. in 6.*

Ita in Electoratu, in quo primogenitus idem, quod in regno Franciæ
πρωτόγονος, jus habet, eodemque jure filiationis & primogenituræ, ex vi legis
Francorum, & imperii, conſuetudiniſque ſuccedit, ſtatuendum eſt, nem-
pè, Patre regere impedito, ad primogenitum Electoratûs regimen perti-
nere, etiam Patre invito. Hinc ſucceſſuri in regno, in feudis dignitatum, 33.
in Electoratibus, Ducatibus, & Principatibus, nominantur vivente adhuc
Prædeceſſore, Reges, Duces, Principes: *gloſſ. in cap. final. 24. quæſt. 1.
Bald. & alii in d. l. in ſuis D. de liber. & poſthum. Bald. in cap. 1. in princip. de
feud. Marchia. Martinus Laudenſ. in tract. de dignit. concluſ. 17. Matth. de
Afflict. in c. 1. in 2. notab. Quis dicatur Dux. Corſet. de poteſtate regia. quæſt. 25.
in princ. relati per Nattam conſ. 638. n. 37.* in Germaniâ Churerbe / κατ᾽ ἐξοχὴν, 34.
hæres Electoratûs; reliqui vocantur Duces, in familiis Ducum; in Italiâ
appellantur Principes; in Galliâ primogenitus Regis dicitur Delphinus,
propter Delphinatum, qui ei proprio, & ſanguinis jure, ſtatim ac naſcitur,
debetur: Sic in Angliâ Princeps VValliæ vocatur primogenitus, & ſucceſ-
ſor in regno: in Hiſpania, Princeps Hiſpaniarum, cæteri Infantum nomi-
na habent. *Lancellot. in templo omn. judicum lib. 1. cap. 2. quæſt. 1. n. 4, 5. de
origine Regum. Martin. Laudenſ. in tit. qui dicatur Dux. n. 6. Afflict. in cap.
Imperialem. ſectione incipiente. decimo ſexto quæro. n. 18. de prohibit. feud. alien.
per Frider. Peregrin. conſ. 1. n. 13. vol. 2. Iaſon conſ. 192. n. 10. vol. 2. uti eos re-
fert Niger Cyriacus in controverſ. Mantuana artic. 3. n. 29. Petr. Calefatat. de
equeſtri dignitate n. 106. dicit*, Primogenitum in Italiâ Ducis, vocari Princi-
pem. *Azorius Inſtit. Moral. l. 11. cap. 7.* Regum Poloniæ, Sueciæ, Hiſpa-
niæ, Daniæ filios, primogenitos præſertim, Principum nomen, cæteros
Ducum habere. In Galliâ Principis appellatio, non niſi regiæ proſapiæ
agnatis tribuitur.

In tranſitu non omittendum, quod filius & Agnatus, quibus jus eſt 35.
revocandi alienationem factam, id facere debeant intra annum à morte
Z 2 alie-

alienantis: *ait Tiraquell. in comment. elegantiſs. ad l. ſi unquam C. de revocanda donatione. gloſs. in verb. revertatur. n. 453. per text. cap. 1. §. Titius. ſi de feud. fuerit controverſ. inter Dom. ibi gloſſ. in verbo per annum. & in cap. 1. §. porrò. tit. Qualiter olim feud. alienar. potuerit. Laudenſ. ad dict. cap. 1. §. Titius n. 12. & ibi Afflictus n. 5. & 18. Bernh. VVurmſer. practic. forenſ. obſerv. 4. lib. 1. tit. 51. n. 9. Bald. in conſ. 16. in princip. & n. 2. Gail 2. obſerv. 50. n. 9. Mynſing. 5. obſ. 9. n. 14. Roſenthal cap. 9. membr. 2. concluſ. 95. n. 1.* Ubi alie-
36. natio, *inquit*, in Agnatum ex acquirente primo deſcendentem, vel alias feudi iſtius capacem; ſed remotiorem facta eſt; & proximior revocare vult, concors & frequentiſſima eſt interpretum doctrina, quod anni ſpacio, contra ſcientes & tacentes præſcribatur. *per gloſs. & interpret. omnes in dict. d. §. Titius. Capyc. in inveſtit. feud. cap. feudorum alienationes. limit. 3. pag. 33. Hieron. Grachar. in addition. ad Clarum §. feudum. quæst. 41.* quod ſi, *inquit*, Vaſallus alienet feudum remotiori Agnato, poterit proximus, ſecundùm communem, illud revocare, dummodò revocatio fiat intra annum, à die ſcientiæ; aliàs lapſo anno excluditur à revocatione. *Ipſe Clarus in quæst. 42. n. 10.* quando alienatio, *inquit*, fit in Agnatum remotiorem, tunc, ſi proximior Agnatus taceat per annum, penitùs excluditur ab ipſo feudo; ſed ſi alienatio facta ſit in extraneum, tunc ad hoc, ut excludatur proximior agnatus, requiritur curſus, ſaltem triginta annorum. *ita tenet gloſſ. in d. §. Titius filios. in verbo. per annum. quæ in hoc communiter eſt approbata, ut dicit Alexand. conſ. 15. n. 10. lib. 5. Decius conſil. 395. in fin. & conſil. 238. n. 4. quod Doctores illam communiter ſequantur. plures apud eundem Clarum, & Roland. à Valla conſ. 57. n. 67, 68, 69. ubi admonet ex Baldo in d. §.*
37. *Titius.* ut cauti ſint, ne patiantur labi annum, quia per ejus lapſum excludantur à revocatione. Quod ſi verò alienatio ipſo jure eſt nulla, non currit hoc tempus filiis & Agnatis. *dict. cap. 1. & §. porrò. Qualiter olim feud. alien. & probatur in 1. cap. tit. de prohibit. feud. alien. per Frider. & voluiſſe Mart. Laudenſ. & Card. Alexand. in cap. dict. §. Titius. uterque colum. ultim. Tiraquell. dict. n. 453.* Quin etiam non expectatâ morte alienantis revocare poſſunt. *cap. 1. §. ſed & res. tit. Per quos fiat inveſtit. & cap. 1. verſ. alioquin. tit. de alienat. feud. Roſenthal concluſ. 97. n. 43.* Hoc dubio dignum non eſt, *inquit*, quod feudo illicitè alienato filiis, Agnatis, aut Domino ſtatim aperiatur jus.

Pro concluſione hujus materiæ de revocatione feudi notandum, *quod Iulius Clarus in d. quæſt. 42. ſcribit: ſumma illius hæc eſt:* Primò, ſi feudum in Agnatum proximiorem, qui omnino poſt mortem alienantis eſſet ſucceſ-
38. ſurus, alienatur, non fit revocatio, quia Agnatis non præjudicatur. *Iacob. de Belviſo in c. imperialem de prohibit. feud. alienat.* Deinde, quando fit alienatio in remotiorem, tunc ſic diſtinguendum: ſi alienans habet filios, hi revocant feudum alienatum, ſi volunt, vivo etiam Patre, dummodo pretium emtori reſtituant, mortuo autem Patre, ſine pretio, recuperant: ſi filios non habeat, Agnati revocant, tam vivente, quàm mortuo alienante, prætio nullo reſtituto; ſi alienatio, jure non permittente, facta ſit, revocatio poteſt, etiam vivo alienante, fieri, reſtitui autem pretium debet, ſi alienatio jure permittente facta, & revocatio vivo alienante facta fuerit. *d. c. 1. & §. Titius. filios.* Tertiò, quando alienatio facta eſt in extraneum, hoc eſt, non comprehenſum in inveſtiturâ tunc pariter admittuntur filii & Agnati,
39. ſicut revocatio feudi in remotiorem Agnatum alienati, fieri debeat, intra annum à die ſcientiæ; factâ autem alienatione in extraneum triginta annorum rurſus requiritur, ut agnatus à revocatione excludatur. Denique quando proximior alienationi conſentit, non præjudicat filio ſuo, neque Agnatis mediis, quin poſſint revocare, *& dicit communem eſſe.*

CAPUT XV.

ARGUMENTUM.

Quemadmodum Pater, & ultimus feudi poſſeſſor, non poſſint contrahendo, diſponendo, alienando, oppignerando, aliovè quovis modo, filiis & Agnatis, jus quæſitum ex lege, vel pacto, & inveſtiturâ habentibus, præjudicare; ita nec etiam delinquendo poſſe; atque idcircò crimen eorum ſucceſſori nequaquam officere. Licet enim communiter feudum per feloniam aperiatur Domino; ſi jus tamen ex inveſtiturâ acquiſitum ſit ſucceſſoribus, illud uti nec per contractum, ita nec per delictum prædeceſſoris adimi poſſe. Iniquum enim, ut Vaſallus poſſit delinquendo præjudicare his, quibus non poſſit contrahendo.

Sicut Epiſcopi, Præpoſiti, Adminiſtratores, Tutores & Mariti non poſſint officere delinquendo Eccleſiæ, Vniverſitati, Pupillo, niſi fortè quam diu vixerint. Ita nec Vaſallos, Principatus & feuda dignitatis poſſidentes, nocere per delicta ſua, legitimis ſucceſſoribus, cum ſint inſtar Adminiſtratorum, & fidei commiſſariorum, atque uſufructuariorum. Delictum ſanè Regis, & perſonæ, minimè obeſſe debere regno & dignitati.

Firmam verò regulam eſſe, Dominum, ſit ille vel Pontifex, vel Imperator, nequaquam poſſe alicui jus quæſitum adimere, vel minuere, niſi ipſe Vaſallus de crimine & feloniâ in perſonâ ſuâ convictus fuerit. Civili quidem jure, & conſtitutionibus Imperatorum bona confiſcari, in crimine læſæ Majeſtatis & liberos rei ab hæreditate removeri: ſed hoc de bonis patrimonialibus & hæreditariis, quæ delinquentis ſint, non autem de feudis antiquis, quæ filiis & Agnatis proprio jure debeantur, accipiendum eſſe. Pœnas criminis læſæ Majeſtatis non eſſe extendendas contra rationem, & in abolitionem aliarum legum.

Feuda, ea cum primis quæ ex pacto & providentiâ ad Vaſallos devolvantur, non confiſcari, ſive in læſæ Majeſtatis, ſive in fractæ pacis crimine. Non enim ſub bonorum, neque hæreditatis appellatione, comprehendi: & ſicut ad extraneos hæredes nunquam tranſeant, ita nec fiſco applicari poſſe. Vtque etiam publicatis Patris bonis, peculium filio non auferatur: ita nec feudum, quod ei loco peculii caſtrenſis cedant, auferendum eſſe.

Bona fidei commiſſaria, & quæ prohibeantur alienari, ea conſiſcari & publicari nefas eſſe, ne durante quidem vitâ delinquentis & banniti: Feuda autem regalia eſſe perpetua illuſtriſſimarum familiarum fidei commiſſa: in eis Electores & Principes, non deterioris juris eſſe debere, quam privatos in ſuis fidei commiſſis.

CONSPECTVS.

1. CUm feuda antiqua, præſertim regalia, Principatus, & regna, non poſſint alienari in præjudicium filiorum & Agnatorum, conſequens eſſe, nec ea propter crimen Patris auferri poſſe, jus quæſitum in illis habentibus.

4. Qui contrahendo alicui non poſſit; eum nec certè delinquendo poſſe præjudicare.

3. Qui favore tertii alienare nequeat, nec etiam delinquendo illi tertio præjudicare poſſe.

4. Filio non eſſe integrum alienare, ſive per contractum, ſive per ultimam voluntatem bona, in quibus uſusfructus apud Parentes ſit conſtitutus.

5. Qui non poſſit alienare per contractum, vel teſtamentum, minùs poſſe per delictum.

6. Iniquum poſſe Vaſallum præjudicare illis delinquendo, quibus nequeat alienando.

7. Argumentum à contractibus ad delicta validum: Filium non poſſe peculium adventitium contrahendo alienare, ſic nec delinquendo.

8. Sicut Epiſcopus, Prælatus, Adminiſtrator, Tutor, maritus, rem Eccleſiæ, Uni-

Univerſitatis, Pupilli & Uxoris alienare nequeant.

9. Ita eos delinquendo iſtis officere non poſſe.

10. Niſi fortè quoad vixerint:

11. Idem de Principibus, feuda dignitatum poſſidentibus, ſentiendum;

12. Quorum delicta non debeant ultra ipſorum perſonas extendi, in noxam Imperii, & familiarum.

13. In feudo, dignitati regiæ concesso, delictum Regis non præjudicare regno.

14. Delictum perſonæ, non debere nocere dignitati.

15. Neminem plus juris, vel delinquendo, vel contrahendo in alium transferre poſſe, quàm ipſe habeat.

16. Cum Vaſallus jus in feudo limitatum habeat ad tempus vitæ, illudque poſt ejus mortem ſucceſſori debeatur, ex lege & inveſtiturâ;

17. Ideò non poſſe per delictum tertii tolli.

18. Regulam feudalem eſſe firmam, Dominum nec in totum, nec pro parte minuere poſſe, jus quæſitum Vaſallo.

19. Imo nec Imperatorem, vel Papam, poſſe depellere Vaſallum feudo, ſine feloniâ commiſſâ:

20. Nec ex plenitudine quidem poteſtatis.

21. Liberos crimine paterno exſortes, non fas eſſe jure quæſito, vel quærendo privare.

22. Nullam legem feudalem reperiri, per quam deciſum & conſtitutum, filium poſſe propter alienum crimen privari feudo, quod ille ſingulari legis & contractûs proviſione, & jure primogenituræ deſponſum habeat.

23. Jure quidem civili, in crimine læſæ Majeſtatis liberos, in quibus paterni criminis metuantur exempla, ab omni hæreditate excludi:

24. Sed illud de bonis hæreditariis & & patrimonialibus intelligendum eſſe; non autem de feudis gentilitiis, quæ debeantur proprio jure, & ex inveſtiturâ.

25. Pœnas l. quiſquis. non extendendas eſſe, contra diſpoſitionem authent. bona damnatorum:

26. Sed interpretationem ſtrictiſſimam faciendam, ne jus commune violetur.

27. Extenſionem, ne ex identitate quidem rationis, permitti in pænalibus;

28. Nec de exorbitanti ad exorbitans.

29. Feudalia bona regulariter confiſcari non poſſe.

30. Fiſcum procedere de facto, ſi feudalia bona apprehendat.

31. Bonis publicatis, feuda non tranſire in fiſcum.

32. Nec ob crimen læſæ Majeſtatis.

33. Feudum, præſertim antiquum ex pacto, ſecundum conſuetudinem Germaniæ, non tranſire in fiſcum:

34. Feuda ab hæreditate ſeparata, nequaquam in publicatione bonorum venire, cujuſcunque generis ſit crimen.

35. Imo ne fructus quidem confiſcari, quando feudum non confiſcetur.

36. Nullum tam injuſtum fuiſſe, qui dixerit feuda gentilitia in confiſcationem venire.

37. Nam nec in generali diſpoſitione, obligatione, & alienatione comprehendi.

38. Bonorum enim appellatione feuda non venire;

39. Quia habeant ſeparatam naturam ab aliis bonis.

40. Non contineri appellatione hæreditatis:

41. Sed habere ſeparatam naturam â bonis hæreditariis & patrimonialibus.

42. Quæ non ſint in diſponentis poteſtate, ea in diſpoſitione non contineri.

43. Feuda certè non eſſe in poteſtate diſponentis

44. Mortuo feudatario, extingui feudum in ipſius perſonâ, & ſequentem admitti jure ſuo.

45. Quæ ad hæredes extraneos non tranſeant; ea confiſcare nefas eſſe, quia Fiſcus ſit loco extranei.

46. Bona familiæ ad extraneos non venire; ideò nec in confiſcationem.

47. Sicut jura patronatûs non tranſeant ad fiſcum, nec liberis auferantur, Patrono Patre ipſo perduellionis crimine damnato:

48. Ita liberis, jura in ſubditos clientes adimi non poſſe, & in extraneum transferri, Patre condemnato.

49. Dominum non poſſe jus Vaſalli, invito jus quæſitum habente, transferre.

50. Bonis Patris publicatis, peculium filio non auferri;

51. Caſtrenſe præſertim, quia id filio proprio jure debeatur, non hæreditario.

52. Filium in bonis Caſtrenſibus pro Patrefamilias haberi.

53. Sic ob delictum filii non auferri Patri peculium.

54. Filium de feudo inveſtitum, cenſeri id, jure Caſtrenſis peculii, accepiſſe.

55. Vaſallos milites, & militare, dici.

56. Feuda militiis, ſeu caſibus militiæ comparari.

57. Argumenta à militiis, & agris veteranis aſſignatis, rectè duci.

58. Feuda, beneficia militaria eſſe.

59. Principes Imperii imperio ſemper militare:

60. Eo-

60. Eorum regalia ad publicum militare jus pertinere.

61. Bona familiæ, & toti generi deſtinata, ne durante quidem vitâ Poſſeſſoris, fiſco conferri, ſed filiis & Agnatis.

62. Bona alienari, & dividi prohibita, & fidei commiſſo ſubjecta, non venire in confiſcationem bonorum:

63. Et hoc etiam in crimine læſæ Majeſtatis locum habere.

64. Licere propriâ autoritate bona alienari prohibita, à fiſco occupata repetere.

65. Fidei commiſſum regulariter non poſſe confiſcari;

66. Sed illicò ſpectare ad vocatos ad illud;

67. Nec durante vitâ delinquentis & banniti fidei commiſſum fiſco deberi.

68. Hoc maximè locum habere in Electoratibus & Principatibus, quæ perpetua ſunt illuſtrium familiarum fidei commiſſa, & alienari & dividi nequeant.

69. Reges, Electores, & Principes, non debere eſſe deterioris conditionis, hominibus privatis.

70. Feudum antiquum fidei commiſſo æquiparari, quod filio reſtituendum ſit.

71. Bodinum Reipublicæ perniciosſum ſtatuiſſe, confiſcationem gentilium prædiorum.

72. Non æquum, ut gentilia prædia fiſco quærantur.

73. In Galliâ feuda commiſſa reſtitui propinquis.

74. Germanorum legibus militiæ ex caſu, & prædia beneficiorum, damnato poſſeſſore, ad propinquos ipſo jure redire:

75. Sed hodiè aliud per vim & tyrannidem in Imperio exerceri.

INtelleximus, niſi non fallit ratio, abundè ſatis, feuda di- 1.
gnitatum, Principatus, & Regna, non poſſe alienari ullo
modo, nec oppignerari, vendi, diminui, aut reſtamen-
to legari, imò nec Patri ultimovè poſſeſſori integrum
vel fas eſſe, circa ſucceſſionem quidquam in præjudicium
filiorum & Agnatorum alterare, diſponere, ſtatuere, &
ordinare; jam nihil aliud inde conſequens nunc eſt, &
inferri poteſt, quàm quod nec crimen, maleficiumque Patris & Prædeceſ-
ſoris, poſſit nocere liberis & Agnatis, jus quæſitum, ex lege, & inveſtiturâ
primâ, habentibus. Nam regula eſt juris, quod is, qui contrahendo alicui 2.
non poſſit; nec etiam delinquendo, præjudicare queat. *l. Statius Florus
48. §. final. D. de jure fiſc. Roſenthal de feud. cap. 11. concluſ. 2. n. 5. & in gloſſ.
litera c. ubi dicit: hanc eſſe Theoriam Bartoli in l. ſi quis in teſtament. 7. n. 12.
adducit plures alios, inter eos Alexand. n. 44. ibid. Caſtrenſ. n. 7. Bald. in l. emancipatam. §. ſed etſi Pater n. 2. quæ fuerit prima cauſa benefic. amittend. l. ſi filius. 2. C. de bonis proſcriptor. Boerius in addit. ad Dynum in cap. non debet. 20.
de regul. ubi num. 8. in gloſſ. a. dicit Bartoli ſententiam omnes ſequi, & citat Fabian. de monte Sancti Sav. in tractat. de emption. & vendition. in 4. quæſt. principal. quæſt. 14. Franciſc. Aretin. conſil. 14. colum. 5. Afflict. in conſtitut. regn.
Neapol. de revocand. alienat. conſtit. hac edictali n. 5. lib. 3. idem Roſenthal
cap. 10. concluſ. 4. n. 4.* Juris, *inquit*, firma regula eſt, quod is qui favore ter- 3.
tii alienare nequit, etiam delinquendo illi tertio præjudicare non poſſit.
& cap. 10. concluſ. 5. n. 8. regula, *inquit*, juris eſt, quod favore tertii aliena-
re prohibitus, non poſſit delinquendo perdere. *repetit. n. 27. & 34. cap. 11.
concluſ. 20. n. 6. ubi ait:* quod ſi ex Vaſalli delicto feudum aperitur, Agna-
tis jus, ex inveſtiturâ primi acquirentis acquiſitum, nec delicto, ſicut nec
per contractum, adimi debet. *argum. text. in l. final. §. filii autem. C. de bon.
quæ liber.* ubi filiis, non eſt ullo modo integrum alienare, ſive per contra- 4.
ctum, ſive per ultimam voluntatem bona, in quibus uſusfructus apud Pa-
rentes conſtitutus eſt; ergo eâdem, *inquit Farinacius de delict. & pæn.
quæſt. 27. n. 5. in fine.* ratione, & majori, non poterit per delictum alienare:
Confiſcatio enim per delictum, dicitur vera & perfecta alienatio, ſicut illa
quæ fit per contractum, valetque argumentum; Iſte non poteſt alienare 5.
per contractum, vel ultimam voluntatem, ergo nec per delictum. *ita probat.*

bat. text. notabil. in l. Imperator. & ibi præcipuè. Bartol. D. de fidei commiſſ. li-
6. *ber. Iul. Clar. lib. 4. ſentent. §. feudum quæſt. 66. n. 3. in fine. ubi dicit ;* ini-
quum eſſe, quod Vaſallus poſſit delinquendo excludere Agnatos à feudo
eis debito, virtute primæ inveſtituræ, abſque aliquo eorum facto, aut cul-
pà. *& quæſt. 84. n. 1.* mihi ſemper, *inquit*, abſurdum & iniquum viſum fuit,
quod Vaſallus delinquendo poſſit præjudicare Domino, & Agnatis, qui-
bus non poſſet præjudicare alienando. *Franciſchinus Curtius Iunior in quin-
ta parte. n. 13. circa finem.* quod in caſibus, in quibus contrahendo poteſt
præjudicare Pater filio, in iiſdem poſſit etiam delinquendo & è contra, cum
valeat argumentum à contractibus ad delicta. *l. omnem. D. de judiciis, &*
7. *ubiquiſque. c. final. de foro compet. Gandinus in libell. maleficiorum. in tit. de
pœnis reorum. citante Everhard. in loco à contractibus ad delicta. Hieronym.
Gigant. in rubric. de pœnis committentium crimen laeſ. Majeſtatis lib. 2. quæſt. 11.
n. 1.* Dicas, *inquit*, quod cum peculium adventitium filius contrahendo
non poſſit alienare. *l. final. §. filius autem C. de bonis quæ liberis in poteſtate.*
ideò multò minùs delinquendo. *Idem Gigans quæſt. 12. n. 2.* Quia filius, *in-
quit*, in peculio Caſtrenſi, vel quaſi, habet plenum jus, & in eo eſt loco Pa-
trisfamilias. *per text in l. 11. D. ad Senat. Macedon.* & illud poteſt alienare, &
de eo libere diſponere: Ergò delinquendo poteſt illud amittere.

8. Sic Epiſcopus & Prælatus, Adminiſtrator & Tutor; Item Maritus:
quemadmodum rem Eccleſiæ, Univerſitatis, Pupilli, & Minoris, aliena-
re nequeunt: de Prælatis *cap. 1. & 2. ad noſtram. de non alienand. reb. Eccleſ.
ibi Canoniſtæ. Decius in cap. quæ Eccleſiarum n. 28. de conſtitut. Covarruv.
variar. reſolut. cap. 17. lib. 2. n. 1, 2, & ſequent. Menochius remed. recupe-
rand. poſſeſſ. 9. n. 105. per cap. ſine exception. 12. quæſt. 2. cap. delictum. 76. de
regul. juris. in 6.* De Adminiſtratoribus. *in l. ambitioſè. D. de decretis ab or-
dine faciendis. Corneus in conſil. 127. colum. 3. verſ. ſed his non obſtantibus
lib. 2. Cravett. conſil. 626. n. 8.* de Tutoribus. *l. meminerint. 6. C. unde vi. l.
neque interdicto. 199. D. de regul. juris.* de Marito; *l. lex Iulia 4. D. de fundo
dotali. ibi. ne id marito liceat obligare, aut alienare l. unic. §. penult. C. de rei*
9. *uxor. act. in fin. Inſtit. Quibus alienare licet, vel non. ibi Riminaldus.* ita de-
linquendo, aut committendo feloniam, officere Eccleſiæ, univerſitati,
pupillo, uxori non poſſunt, adeò ut propter ſuorum Prælatorum, Admi-
niſtratorum, Tutorum, Maritorum, neque Eccleſia, neque Univerſitas,
neque Pupillus, neque Uxor feudo, ipſis conceſſo & debito, priventur, ni-
ſi fortè, quoad vixerint delinquentes. *cap. delictum perſonæ non debet in da-
mnum Eccleſiæ redundare. 76. de regul. in 6. ibi Dynus & Boërius cap. 1. §. fi-
nal. de Capitul. Conrad. ibi Iacobus de Belviſio Baldus, Andr. de Iſernia, Mat-
thæus de Afflictis, Alvarottus, Martinus Laudenſis, Præpoſitus, & omnes. Capy-
cius in inveſtit. feud. cap. feudatariorum delicta. colum. 2. §. Prælati. in fin. Bar-*
10. *tol. Bald. Salycet. in l. jubemus nullam. C. de Sacroſancta Eccleſia.* quod quidem
feudum Domino, in quem culpa commiſſa eſt, applicetur; ſed non diutiùs,
quàm durante vità Prælati delinquentis. *l. neque in interdicto. 198. & ibi
dd. de regul. jur. l. penult. D. de tabul. exhibit. ibi. delictum tutoris non obligat
pupillum; Carolus Molinæus in conſuet. Pariſienſ. §. 30. n. 69. Tiraquell. de u-
troque retractu. part. 2. §. 3. gloſſ. 1. n. 31, Bart. Alexand. Iaſon, & alii in l. ſi
finita. 15. §. 55. de vectigalibus. D. de damno infect.* ubi feudum Uxoris pro-
pter mariti feloniam, Domino tantùm euſque, donec matrimonium eo-
rum durat, cedit. *tex. in l. ſi ex duobus. 5. §. ſed & Marcellus D. de in diem ad-
dict. l. grege. 13. §. 1. D. de pignor.*

11. Idem jam judicandum & dicendum de Regibus, Electoribus, & Princi-
pibus Imperii, feuda dignitatum poſſidentibus, qui non habent in Marſu-
pio & Dominio abſoluto, *ut ſupra delibavimus.* regni & Principatuum ſuo-
rum

rum ditiones; ſed ſunt earum, velut Adminiſtratores quidam & Tutores,
Uſufructuarii, & Fidei commiſſarii. *In receſſibus Imperii paſſim, & in Receſſ.*
de anno M D LIX. *in princ. Matthias Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1.*
n 57. 58. & ſeq. & cap. 2. n 65. Gail 2. obſerv. 72. n. 7. Hottom. in quæſt. il-
luſtrib. quæſt. 1. Arius Pinell. in 3. part. ad l. 1. C. de bonis maternis. Ideò eo- 12.
rum delicta non debent extendi ultrà perſonas delinquentes, nec derivari
in noxam & detrimentum Imperii, Reipublicæ, & familiarum, ad quas
feuda illa & ditiones, jure tum proprietatis, tum utilis dominii, pertinent,
Hinc Roſenthal cap. 10. concl. 4. n. 1. Sed & in feudo dignitati regiæ conceſ- 13.
ſo, *inquit*, non videtur Regno delictum Regis præjudicare, niſi eo uſque,
ac iſte Rex vivit, & regnat. *per Bald. in l. executorem. n. 34. C. de executio. rei*
judicat. quia delictum perſonæ, non debet nocere dignitati. *per text. in d.* 14.
cap. 1. §. final. de Capitulis Conrad. & ibi Præpoſitus. n. 2. ante medium verſ.
Et ideò dicit per hunc. facit text. C. delictum perſonæ. & ibi notat. de reg. jur. in
6. Ludolphus Schrader. de feud. part. 9. particula 2. ſection. 9. n. 72. per deli-
ctum Regis, *inquit*, conſiſtens in committendo vel omittendo, præjudica-
tur regiæ dignitati, quoad vivit ipſe Rex delinquens, & regiam dignitatem
obtinet, ultrà verò non.

Porrò non eſt ſitu ſilentii involvenda communis illa regula, quæ tradit, 15.
& docet; neminem plus juris, ſive delinquendo, ſive contrahendo, in
alium transferre poſſe, quàm ipſe habeat. *l. nemo plus juris, & ibid. dd. de*
regul. juris. Rem certè, ſive feudum, ſive uſufructum, ſive jus, cujus alie-
natio in favorem tertii interdicta eſt, non debere, nec poſſe per delictum
poſſidentis in alium, quàm leges, jura, conſuetudo, & pactum volunt & di-
ſponunt transferri, naturalis eſt æquitatis. *Aretin. in conſil. 14. & Carolus*
Molin. in conſuet. Pariſienſ. §. 2. gloſſ. 4. n. 21. Jam vero conſtat, & noto- 16.
rium eſt, Vaſallum habere jus in feudo, non hæreditarium, nec abſolutum;
ſed limitatum & reſtrictum ad tempus vitæ, quodque illius juris alienatio,
in favorem ſucceſſoris, idem jus proviſione legis & conventionis, ipſo na-
tivitatis articulo adepti, interdicta ſit. Hinc ergo concluditur, Vaſallum
non poſſe delinquendo præjudicare filiis, & Agnatis ſuis, ex primâ inve-
ſtiturâ jus quæſitum habentibus. *Roſenthal cap. 10. concluſ. 6. n. 31. ubi di-*
cit: Quod jus, lege quæſitum & debitum, delicto tertii tolli & alienari 17.
non poſſit.

Regula quippe feudalis & firma eſt, quod Dominus nec in totum, nec 18.
pro parte, minuere, adimerevé jus Vaſallo quæſitum poſſit ſine culpâ, eo-
que non convicto. *cap. ſancimus. & ibi gloſſ. ac omnes interpretes. de feud.*
ſine culp. non amittend. cap. 1. quib. mod. feud. amitt. cap. 1. ex quibus cauſ.
feud. amittat. cap. 1. de natur. feud. & ibi gloſſ. in verbo, natura. & Dd. omnes.
Quod adeò verum, ut nec Imperator, nec Pontifex Vaſallum, ſine feloniâ 19.
commiſſâ, doveſtire, & feudo depellere poſſit. *Roſenthal cap. 10. concl. 11.*
n. 8. Præp. in dict. cap. 1. de natur. feud. n. 8. circa med. verſ. extra gloſſam quæro,
an Imperator. Borcholt in commentar. feud. cap. 8. n. 2. Alciat. de præſumt. re-
gul. 3. præſumt. 8. n. 6. Menochius conſil. 307. n. 46. vol. 4. dicit omnes ita te-
nere in cap. 1. de feudo ſine culpa non amittend. Cephalus conſ. 241. n. 39. & ſe-
quent. Roſenthal cap. 10. concluſ. 11. n 9. & gloſſ. 1. ubi infinitos refert. Ne qui- 20.
dem ex plenitudine poteſtatis, vel certâ ſcientiâ, vel tota cum majeſtate
ſuâ. *Bald. in d. cap. 1. de natur. feud. Vult. lib. 1. de feud. cap. 11. n. 58. in fin. Cla-*
rus §. feudum quæſt. 59. n. 1. communem dicit. Aymon. Cravett. de antiquit.
temp. part. 1. ſect. 1. n. 17. Quia, *ut ſupra dictum eſt*, feuda per contractum
acquiſita ſunt, ac proinde jure gentium debentur, & hoc Princeps tollere
non poteſt *Chriſt. Caſtillio conſ. 8. n. 13. ſeq.* Quando igitur liberi feloniam 21.
non commiſerunt, neque Patris criminis participes facti ſunt, non poſſunt

jure ſuo quæſito, vel quærendo, propter factum alienum privari, ne ex ple-
22. nitudine poteſtatis. Clarus d. quæſt. 59. Auſim ego affirmare, nullum tex-
tum in toto jure feudali, neque alibi reperiri, qui dicat, filium ob delictum
Patris privandum eſſe jure & feudo, quod ſingulari proviſione legis, & ex
contractu & pacto majorum, vi primogenituræ, & ſimultaneæ inveſtituræ
23. acquiſitum habet, deſponſum, & attributum, Jure quidem civili Romano
& per conſtitutiones Imperatorum, in crimine læſæ Majeſtatis bona con-
fiſcantur, & liberi in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarii criminis metuun-
tur exempla, à maternâ, vel avitâ, omnium etiam proximiorum hæredita-
te, & ſucceſſione, habentur alieni. l. quiſquis cum 5. in fin. ibi. bonis ejus omni-
bus fiſco addictis. l. meminiſſe. & l. divi. 8. ibi. ejus bona ſucceſſori ejus eripiuntur.
C. ad l. Jul. Majeſtatis. l. ultima C. de bonis proſcript. gloſs. 1. in dict. leg. quiſquis
in figurat. caſu. in princip. verſ. & omnia bona ſua efficiuntur fiſci. Bartol. in
extravagant. qui ſint rebelles. in verbo. rebellando. n. 17. in fin. Conſtitut. Ca-
roli V. de pœnis. tit. de pæna crimin. læſ. Majeſtatis. Antonius Gomez. de delict.
cap. 2. Rubric. de crim. læſæ Majeſtatis. n. 11. gloſs. in cap. felicis. in verb. dam-
24. nentur. de pœnis. in 6. Verùm diſpoſitio illa intelligenda eſt de bonis pa-
trimonialibus & hæreditariis, & quæ ſunt propria delinquentis; non au-
tem de feudis, & præſertim iis, quæ antiqua, gentilitia, & regia ſunt, de-
benturque ſucceſſoribus jure proprio, & ex primâ inveſtiturâ, & ex contra-
ctu, ac pacto & providentiâ majorum, vi primogenituræ, & diſpoſitione
legis Imperii; ſicut ex iis quæ diximus, & mox dicturi ſumus, manifeſtum eſt.
25. Nam primò ſciendum, quod pœnæ in lege quiſquis, ordinatæ debeant re-
ſtringi, minimè verò extendi, in odium & damnum aliorum, cum ſint
odioſæ, & contra jus commune, videlicet contra legem, quâ cavetur, unum
pro alio in delictis non eſſe puniendum: & contra diſpoſitionem authenti.
26. bona damnatorum. C. de bonis proſcript. ac proinde ſtrictiſſima, ac talis fa-
cienda earum interpretatio, ut minimum ſemper, quantum fieri poteſt,
juri communi derogetur. cap. quæ à jure communi. exorbitans. 28. de regul.
in 6. ubi pluribus. Peck. n. 3. verſ. legumque. cap. odia reſtringi. 15. de regul. in 6.
l. quod contra D. eod. gloſs. in cap. ſtatutum. de præbend. in 6. in verbo numeran-
dum. cap. cum dilectus. §. quia nobis. extra de conſuetud. Butr. in conſil. 61. in
princip. Decius conſil. 438. colum. 2. in princip. & conſil. 310. in cauſa mota Mi-
laniens. col. 3. n. 15. verſ. & ulterius conſiderand. Doct. in l. omnes populi. D. de
juſtitia & jure. Dynus & Boërius ad dict. cap. quæ à jure. Farinacius de delict. &
pœnis quæſt. 25. n. 20. Curtius Senior conſil. 31. n. 1. volum. 1. incipit. proſe-
quendo. Gail 1. obſervat. 50. n. 8. & 2. obſervat. 33. n. 4. & 2. obſervat. 140.
27. n. 10. in tantùm, ut ne ex identitate quidem rationis extenſiva admittatur
interpretatio. l. præcipimus §. fin. C. de appellat. Bartol. in d. l. omnes populi.
n. 60. & in authentic. quas actiones. n. 9. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. ſi quis ita.
§. penult. D. de teſtament. tutel. Everhard. in loco à ratione legis larga n. 47.
Farinac. in fragment. criminal. part. 1. n. 277. ubi dicit & probat per multos,
quod extenſio ex identitate rationis, ubi alias de jure conceditur de caſu
ad caſum, non tamen concedatur de perſonâ in perſonam. Tiraquell. de re-
vocand. donation. in verbo libertis. n. 28. Oſaſcius deciſion. Pedemont. 23. n. 28.
text. in authent. de adminiſt. officia in ſacris appellat. §. penult. gloſs. in l. 2.
C. de Patribus, qui filios diſtraxerunt. in verb. vendideris. Gail dict. obſerv. 140.
28. n. 11. Molin. in conſuet. Pariſienſ. §. 8. gloſs. 1. n. 48. ubi concludit, quod de
exorbitanti ad exorbitans, non ſit facienda interpretatio.
29. Secundò generaliter & regulariter feudalia bona non poſſunt confiſca-
ri, ubi aliàs bona delinquentis de jure, vel ſtatuto, confiſcantur; ſed vel ad
Dominum, vel ad Agnatos devolvuntur. c. 1. Si Vaſallus feud. privet. c. unic.
ſi Vaſallus culpam. c. 1. de eo qui interfec. fratrem dom. Bartol. in l. ſi infinita. §. ſi

de

de vectigalibus n. 3. verſ. quæris. gloſſ. & ibi etiam Alexand. & Roman. D. de damno infecto. c. 1. ſi Vaſallus feudo privet. cui deferatur. Curtius Iunior part. 5. rubric. ex quibus cauſ. feud. amitt. n. 14. Albericus in authent. ſi verò Dominus temporalis C. de hæretic. Nellus de Sancto Geminian. in tractat. de bannitis in 1. part. 2. tempor. quæſt. 23. Cardinal. Tuſch. tom. 3. concluſ. 211. n. 3. ubi dicit: in confiſcatione generali facta contra Vaſallum non confiſcari feudum, *ſecundum communem, de qua Roman. poſt. Bartol. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus D. de damno infecto. Rubens conſ. 134. n. 3. Boër. deciſ. 374. n. 9. Hartmannus ab Eppinghen. practic. forenſ. lib. 2. tit. 54. obſerv. 27. per totum, concludit ex Alexandro dicente Bartoli opinionem communem*, quod ſcilicet confiſcatis bonis Vaſalli, non debeat confiſcari feudum. *Caſtrenſ. conſil. 154. incipit, circa præſentem caſum, poſt principium, ubi ait*, fiſcum dici pro- 30.
cedere de facto, ſi bona feudalia apprehendit. *Caſtrenſ. conſ. 154. col. 2. Gigas de crim. læſæ majeſtatis Rubric. de pœnis committent. crimen læſæ Majeſtatis quæſt. 5. n. 1. Farinacius eoſdem, quos ille, cum aliis refert. dict. quæſt. 25. n. 62. Rolandus à Valla conſil. 29. n. 17. tom. 3.* Iterùm dico, regulariter feuda, bo- 31.
nis publicatis, non tranſeunt in fiſcum. *cap. 1. tit ſi Vaſallus feud. privet. cui id. cap. imperialem. §. illud quoque de prohibit. feud. alien. per Frid Cæpoll. deciſion. Tholoſ. 395. Caccialup. de feud. cognit. part. 6. ſection. 2. ubi agit de differentia juris feudalis particularis & civilis n. 39. different. 29. affirmant*, nec ob crimen læſæ Majeſtatis feuda confiſcari. *idem aſſerit eodem in crimi- 32.
ne Marian. Socin. Iunior conſil. 49. n. 1. plures vide apud Roſenth. in cap. 11. concluſ. 11. gloſſ. 6. Gail. 2. de pace publ. cap. 14. n. 1. ubi dicit*, communem 33.
eſſe opinionem, feudum antiquum ex pacto & providentiâ in confiſcationem non venire, non applicari fiſco. *Sixtin. de regal. libro 2. cap. 12. n. 39. & ſequent. Sichard. conſil. feudal. 7. n. 34. Zaſius in epit. feud. part. 10. n. 99. ubi*, hanc ſententiam conſuetudine Germaniæ ſervari, ſanioremque eſſe affirmat. *Baldus in l. 1. n. 32. quæſt. 40. D. de rerum diviſion. & in l. 1. n. 6. C. de bonis libert. & inprimis in cap. 1. §. ſi verò. vel in totum n. 3. Qualiter olim feuda poterant: ubi*, publicatis bonis Patris, feuda ad liberos tranſire dicit, quibus non exſtantibus, ad Agnatos; his quoque deficientibus, ad Dominum. *idem Baldus docet ac tenet. in cap. 1. §. final. n. 9. per quos fiat inveſtit. Boſſ. in tractat. criminal. tit. de publicat. bonorum n. 19.* manifeſtè 34.
etiam illos errare, *ait*, qui aſſerunt feudum hæreditarium in publicationem bonorum venire, quantò minùs feuda pactionata & antiqua, quæ ab hæreditate ſeparata ſunt, in publicationem bonorum venire, & fiſco adjudicari poſſunt. *item n. 34, 42, 53. Clarus libro 4. ſent. §. Feudum n. 1. communem eſſe opinionem dicit*, quod publicatis bonis Vaſalli, feudum non confiſcetur, *& addit*: feudum, de quo Vaſallus non poteſt liberè diſponere, ſine licentiâ Domini, & ſine conſenſu Agnatorum, ejuſmodi eſt feudum antiquum ex pacto & providentiâ, tale feudum, etiam quod Vaſallus delinquat, & ejus bona fiſco applicentur, nunquam venit in confiſcatione bonorum, cujuſcunque generis ſit delictum. Nam, *ut dixi ſupra, inquit quæſt. 66.* mihi ſemper viſum fuit iniquum & abſurdum, quod Vaſallus poſſit delinquendo præjudicare Domino & Agnatis, quibus non poſſet præjudicare alienando: & cum ad ejuſmodi feuda, non admittatur extraneus hæres, *ut dixi quæſt. prox.* ergò nec fiſcus, qui hoc caſu habetur loco extranei hæredis, quæ conſequentia apud me nullam habet difficultatem. Jam & hoc ſciendum, nec etiam fructus feudi, confiſcari, aut ad fiſcum per- 35.
tinere, durante vitâ naturali Vaſalli, quando feudum non confiſcatur. *Theſſaur. deciſ. Pedem. 167. n. 2. Burſat. conſ. 43. n. 16. libro 1. dicit communem eſſe. Cardinal. Tuſch. tom. 3. concluſ. 211. n. 19. apoſtilla ad Clarum in §. feudum, quæſt. 84. Bartol. Socinus conſ. 266. n. 38. vol. 2. & conſ. 121. n. 16, 17.*

*vol. 4. Natta conſil. 528. n. 22. Caſtrenſ. conſil. 44. n. 2. Gemmel. in compend.
feudal. part. 10. c. 2. in princ. ſub Rubrica. Quando delictum Patris. concl. 22.
facit l. Imperator. 12. & ibi Bartol. & Albanus in additionibus. in verbo. nota
quod. Item Angelus D. de fidei commiſſ. libertat. Alexand. conſil. 23. libro 1.
Corbul. de jure emphyteut. cap. 7. n. 32. Ripa in repetitione l. filiusfamilias. §.
Divi n. 51. D. de legat. 1. plures coacervat Roſenthal cap. 11. concluſ. 11. in
gloſſ. K. & Q.*

36. Nullus unquam tam abſurdus & injuſtus inter Juriſconſultos fuit, qui
feuda gentilitia & paterna, providentiâ Majorum & jure primogenituræ,
legiſque Imperii diſpoſitione, obvenientia in confiſcationem bonorum
37. venire dixerit: Nam nec in generali diſpoſitione, obligatione, & aliena-
tione bonorum, comprehenduntur feuda. *cap. 11. ibi gloſſ. & communiter
feudiſta. de Capitan. qui curiam vendid. cap. in general. ſi de feud. defunct. con-
troverſ. fuerit inter e. 1. de prohibit. feud. alienat. Cardinal. Pariſius conſil. 7.*
38. *n. 3. verſ. 1. vol. 1.* ubi communem dicit, quod bonorum appellatione,
non veniant feuda, ſicut nec appellatione hæreditatis. *Matth. Colerus de
proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 273. Tiraquell. de retract. conventional. §. 1.
gloſſ. 3. n. 4. ubi multos accumulat. Gail. observat. 154. n. 16. libro 2. VVurmſ.
tit. de feud. 50. obſerv. 10. Baldus in l. cum Virum 16. C. de fidei commiſſariis hæ-
redit. Bartol in l. ſi patroni D. ad Trebellian. Burſat. conſ. 44. n. 3. & conſ. 122.
n. 3. vol. 1. communiorem & receptam ab omnibus ſententiam dicit. Menochius
de præſumt. libro 4. n. 8. præſumt. 142. Roland. à Valla libro 3. conſil. 29. n. 8.
ubi dicit*, quod, in quacunque generali appellatione bonorum, non ve-
niunt feudalia, neque in generali obligatione, ne ſub generali donatione,
nec in venditione bonorum, nec in renunciatione, ac propterea in ſenten-
tiâ confiſcationis non comprehendi feudalia bona, *ut pluribus deducit Ro-*
39. *land. d. conſ. n. 9, 10, 11, 12. & rationem addit*, quia natura bonorum feuda-
lium ſeparata ſit ab aliis bonis. *præterea ſubjungit Bartolum. & commun. alios
in l. finita. §. ſi de vectigalibus. D. de damno infecto. ita velle, ibique dicere* quod
publicatis bonis Vaſalli non veniat feudum, *per Alex. in conſil. 23. col. 2.
vol. 1. & in conſil. 89. colum. 1. vol. 4. & Decium conſ. 252. col. 2. & conſ. 422.
colum. penult. ubi aſſerat*, hanc eſſe communem. Imò fiſcum, etiamſi pu-
blicatio bonorum decreta ſit per ſententiam, ſi apprehendat bona feuda-
lia, dici de facto occupare, *ſecundum Caſtrenſem in conſil. 154. col. 2. Cardin.*
40. *Pariſius vol. 1. conſ. 7. n. 1. ubi ait, probat & deducit*, feuda non contineri,
nec venire appellatione hæreditatis, nec hæreditaria dici, nec in inſtitu-
tione hæredis includi, etiamſi teſtator dicat, ſe omnium bonorum hære-
dem inſtituere. *allegat. c. 1. de ſucceſſ. feud. & ita in terminis Baldum firmare*
41. *ait, & multos alios adducit*, nec apellatione bonorum comprehendi, quia
ſeparatam naturam habeant ab aliis bonis, & in generali diſpoſitione non
includi feuda, niſi feuda ſint nova & hæreditaria, de illis enim idem judica-
ri, quod de aliâ re hæreditaria, & de cæteris bonis, *ut idem Cardinal. ait.
conſil. 2. n. 42. eodem volum. per Baldum in l. cum virum c. de fidei com.* Ex his
apparet valdè errare juris feudalis ignaros, quod feudalia bona ab hæredi-
tariis, & aliis bonis, non diſtinguant, ſed pari utraque jure æſtiment. Ha-
bent enim, *ut inculcatum eſt ſatis*; feuda ſeparatam planè naturam ab aliis
bonis, & præſertim hæreditariis & patrimonialibus. *text. in cap. 1. §. quam-
vis. de inveſtitura de re alien. fact. ibi communiter. Dd. VVeſenb. conſil. 15. n. 9.
& conſ. 41. n. 9. ubi dicit Iaſon in prælud. feud. n. 4.* feudum non eſſe hæredi-
tatem, nec rem hæreditariam, neque jure, aut nomine hæreditario, veni-
re. Ergo nec in publicatione bonorum, ita ut ad fiſcum tranſeant, conti-
neri intelliguntur. *Roſenthal cap. 11. concluſ. 11. n. 7. Cephal. conſil. 29. n. 12.
& ſequent. ubi Credit* de bonis confiſcatis loquentes, feuda non complecti,
ait,

ait, quod ne bonorum appellatione, nec in diſpoſitione, quantumcunque
generali, veniant. *Salicetus in l. 2. Cod. de libert. & eorum liber. Iacob de Sancto
Georgio in tractat. feudal. in verbo. dictique Vaſalli promiſerunt non commit-
tere. n. 60.* Quæ enim non ſunt in diſponentis potoſtate, ea in diſpoſitione 42
non continentur. *cap. à nobis. de ſentent. excommun. Paulus Pariſius conſil. 7.
n. 8. vol. 1. ubi dicit,* quod quis non poſſit transferre illud in alium, quod
non habet. *per l. traditio. D. de acquir. rer. Domin. l. nemo plus juris. D. de
regulis juris. c. nemo. eodem in 6.* Feuda certè, præſertim quæ ex pacto & 43.
providentiâ deferuntur, non ſunt in poteſtate poſſidentis, ideò nec in ejus
diſpoſitione, neque etiam inter ejus bona cenſeri & numerari poſſunt. Ac
proinde nefas eſſe, ſi fiſcus ea occupet, & ad ſe transferat, *Caſtill. conſil. 10.
n. 39. ubi dicit:* quia non poteſt dici vacans. Nam mortuo feudatario uno, 44.
extinguitur feudum in perſonâ ipſius, & ſequens admittitur ſuo jure, Do-
mini beneficio, ſoliuſque primi inveſtiti providentiâ, ita quod nullum ſit
medium inter mortem Vaſalli, & acquiſitionem ſequentis, *Caſtilion. 3. ait
Tuſcho Cardinale atteſtante in volum. 3. concluſ. 129. n. 4.* Quid nunc dicen-
dum foret de Electoratu Palatino, præcipuo regalis dignitatis feudo, quod
immutabili primogenituræ & ſanguinis jure, quod lege fundamenrali im-
perii, quod inveſtiturâ & pacto progenitorum acquiſitum & debitum erat
primogenito Friderici? an illud, non ſecùs ac ſi hæreditarium & patrimo-
niale bonum eſſet, & in commiſſum cecidiſſet, fiſcus Cæſaris ad ſe rapere,
& ſibi applicare fas habuit, adimendo illud & eripiendo ſub prætextu pu-
blicationis bonorum ei, qui jam jus ipſo nativitatis momento acquiſitum,
formatum & radicatum habebat?

Porrò ea, quæ ad hæredes extraneos nunquam tranſeunt, in publicatio- 45.
nem bonorum non veniunt, nec fiſco deferri poſſunt, quia fiſcus eſt loco
extranei hæredis. *l. 2. C. ad l. Iuliam de vi l. eorum. D. ad l. Iul. Majeſtatis
gloſſ. in l. 1. C. de bonis quæ liberis, in verbo hoſtis. Bartol. ibid n. 1. idem in l. jura
libertorum n. 1. D. de jure Patron. P. Thomas Sanchez Ieſuita in ſumma caſuum
conſcientiæ, ſeu in præceptis Decalogi libro 2. cap. 14. n. 5. Sixtin. de regal. libro 2.
cap. 2. n. 37, 38. Card. Tuſchus tom. 3. concluſ. 212. n. 15. ubi dicit regulam ge-
neralem*, quod omnia, quæ tranſeunt in extraneum hæredem, quia ſunt
hæreditaria abſolute, tranſeunt etiam in fiſcum, ſecùs ſi non ſunt tranſito-
ria ad extraneum, quia neque tranſeunt in fiſcum. *Clar. in praxi crim. § fi-
nal. q. 78. n. 7. ubi dicit communem & veram concluſionem per Aleiat. conſ. 522.
poſt. n. 6. adde Curtium Iuniorem conſ. 4. vol. 1. Alexand. in l. ſi finita. & l. ſi
de vectigal. D. de damno infec. ut allegat in addit. ad Clarum d. loco. Giacharius,
& Bajardus. Emanuel Suarez in commun. opinion. verbo. confiſcatio bonorum
n. 265. Anton. Gomeſius variar. reſolut. tom. 2. cap. 15. tit. de ſervitute. poſt
n. 18. verſ. 2. quia ille. Farinacius de delictis & pœnis. quæſt. 25. n. 51. Alex.
conſil. 89. n. 1. volum. 1. Gail 2. de pace publ. cap. 1. n. 3. ubi in fine addit;* Sed 46.
feuda, *inquit*, antiqua familiæ, ſive ex pacto & providentiâ, non tranſeunt
ad extraneos, ſed deficientibus deſcendentibus, vel agnatis, ad Dominum
revertuntur; ergò in publicationem non veniunt. Sic jura patronatûs, quæ 47.
in extraneum hæredem tranſire non poſſunt, non tranſeunt etiam in fiſ-
cum, patrono ipſo perduellionis damnato, *ait Gothofredus ad l. jura libert. 4.
D. de jure Patron. l. 1. C. de bonis libert. atque etiam in hoc reſtringenda eſt lex
quisquis C. ad l. Iuliam Majeſtatis. ut annotat idem Gothof. in l. 3. D. de interd.
& relegat.* Pari ratione liberis jura in ſubditos & Vaſallos, Patre condem- 48.
nato & proſcripto, adimi non poſſunt: quia ſubditi & Vaſalli inſtar clien-
tum ſunt, & Principes inſtar Patronorum, *Iaſon in l. ſi non ſortem. §. liber-
tus in princ. D. de condictione indebiti. Baldus in l. liberti libertaque circa fin. C.
de operis libertor. Alvarott. in c. final. de alien. feud. patern. Everhard. in loco à*

liberto ad Vaſallum. Et ſicut jura Patronorum & libertorum non tranſeunt
ad extraneum hæredem, nec in fiſcum: itaquoque & potiori ratione jura
dominorum & ſubditorum in extraneos, aut in fiſcum transferri & rapi ne-
49. queunt. Nec enim poteſt Dominus in alium alienare & transferre jus Va-
ſalli, vel feudi, invito Vaſallo, & jus quæſitum habente. *gloſſ. in l. invitus.
D. de fidei com. libert. c. dilecti. De major. & obedient. ibi Doctores Angel. &
Iaſon in §. Item Serviana Inſtit. de action.* ſicut enim intereſt domini non
perdere ſubditos: ita etiam intereſt ſubditorum non mutare dominos ſuos,
*ſecund. Innoc. in c. auditis de præſcript. quod inſige memoriæ, inquit Everhar-
dus. d. loco. n. 4.*
50. Præterea notandum, quod peculium filii non confiſcetur & auferatur,
bonis Patris publicatis, quia ſeparatum eſt à bonis Patris, *ex conſtitutione
Claudii Imper. ut eſt in l. Denique 3. §. ſed utrum in fin. D. de minorib. ubi
Gothofredus ex Cujacio & Bartol.* idem eſſe, filii bonis confiſcatis, ut peculii
adventitii proprietas, neque uſus fructus, auferatur Patri. *Vigl. inſtit. ad
tit. Quibus non eſt permiſſ. facere teſtam. n. 23. ubi ſic ait*: Si olim damnati Pa-
tris bona fiſcus occupabat, & præterea etiam filiorum peculia; potior ta-
men ex benignitate & pietate ipſis filiis reſtituebatur, quo exemplo du-
ctus Claudius, ſi non partem bonorum, ſaltem peculium filiis relinquen-
51. dum cenſuit, Patris bonis à fiſco occupatis. Caſtrenſe certè peculium,
quod filii proprium eſt, pleno jure, eoque mortuo Patri acquiritur non
jure hæreditario, ſed jure peculii. *l. 2, 3, 5. C. de Caſtrenſ. pecul. ubi Cujacius.
& ad tit. inſtitut. Per quas perſon. nobis acquir. l. proponebatur. l. hæreditate.
D. de Caſtrenſ. pecul. l. 1. §. ſi is qui bona. D. de collat. bon.* filio velle auferre,
propter crimen Patris, injuſtum foret, quia Patris in bonis & cenſu non
eſt, ſed filio proprio & quæſito jure debetur.

— Quæ ſunt parta labore
Militiæ placuit, non eſſe in corpore cenſûs.

52. *ait Iuvenal. Satyr. ult.* Et hoc ſingulare eſt, quod in bonis Caſtrenſibus, &
quaſi Caſtrenſibus, filiusfamiliâs habeatur pro Patrefamiliâs, atque adeò
diverſa à Patre perſona. *l. 2. D. ad Macedon. Senatus conſ. l. miles 4. D. de Ca-
ſtrenſ. pecul. Vult. juriſpr. libro 1. cap. 17. n. 26. Gail libro 2. de pace publica.
53. cap. 13. n. 33, 34. & ſeq. n. 37. dicit*, concluſivè per communes opiniones
obſervandum eſſe, neque peculium profectitium, neque adventitium, ne-
que Caſtrenſe ob delictum filii tranſire in fiſcum, *per Alexand. poſt Bartol.
in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. D. de damno infect. & alios quos adducit in
fine.* Caſtrenſe quoque, *inquit*, filio delinquente non tranſit in fiſcum, ſed
jure ſpeciali in ſolatium Patriæ poteſtatis ad Patrem devolvitur. *text. in l. ſi
filius. C. de bonis damn. gloſſ. in l. 1. D. eodem.* Cur autem peculium, & bona
filii, non publicentur, id fit reſpectu Patris, qui in iis uſumfructum conſti-
tutum, & jus quæſitum habet, quem illo privare propter crimen filii inju-
ſtum foret: at eadem ratio militat in feudo, quod Pater non proprietatis,
ſed uſufructuario jure, poſſidet, quodque ad filium mortuo Patre, ex ſpe-
ciali conventione, pertinet, eique, propter jus à tempore nativitatis quæ-
ſitum, auferri propter Patris culpam non debet. Quomodo hoc cum ra-
tione & juſtitiâ conſentire poteſt, filium propter Patris delictum bonis pa-
ternis & avitis, quæ jure proprio, ex perſonâ ſuâ, nec Patris, ſed beneficio
aliorum ei acquiſita ſunt, privare; Patrem vero bonis filii condemnati &
proſcripti, quæ ille mero hujus intuitu conſequitur, frui ſinere? Nonne
idem jus, ubi eadem eſt ratio, ſtatui debet?
54. Jam verò filius, de feudo inveſtitus, illud cenſetur jure Caſtrenſis pecu-
lii accepiſſe. *argum. l. 1. C. de Caſtrenſ. pecul. Thomas Lindemann. exerc. feu-
dal. diſput. 1. n. 84.* datur enim, *inquit*, ob ſervitia militaria, quæ à filio, cum
præſtanda

præſtanda ſint, ad eundem quoque feudum pertinet. Hinc Vaſalli milites, 55.
& militare dicuntur. *C. unico. Quo tempore miles inveſt. C. unico. de content.*
inter dom. & Vaſall. Nonnulli Juris Conſultorum feuda militiis, quorum in 56.
jure mentio fit, comparant. *Matth. de Afflictis in præud. n. 31. ibi militia,*
ſecundum Dd. comparatur feudo. Marin. Freccia in comment. feud. in princip.
Gregor. Haloand. in Nov. 13. & 97. Conan. lib. 2. comment. juris civil. cap. 9.
n. 5. per l. 3. § ſi quid minori. D. de minor. l. ultim. C. de pignoribus. d. Novell. 53.
cap. 5. ubi dicitur & ſancitur, caſus militiæ non omnibus promte ſubjacere,
neque creditoribus facilè dari debere: ſed, ſiquidem filii fuerint, aut uxor
defuncto, iſtos omnibus modis præponendos, & ſecundum juſſionem Imperialem hoc habere filium non tanquam paternam hæreditatem ſi in aliis
inops ſit, ſed tanquam imperialem munificentiam. Nota obiter, quod
malè ibi legitur & tranſlatum eſt militiæ, quæ ex caſu appellantur. Nullæ
ſunt militiæ ex caſu, ſed caſus militiæ. τὰς ἐκ ξυναλυσίδων κάσου στρατείας, eſt in
græco: *ſicut obſervavit Borcholt. in comment. feud. cap. 1. n. 9.* Dicebatur verò caſus militiæ, *ut ait ibid. Borcholt.* id quod, mortuo milite, hæredes ejus,
vel liberi & uxor, ex communi ſcholæ placito, à Principe capiebant. *d. l. ult.*
C. de pigno. & l. omnimodo. §. ultim. C. de inoff. teſtam. Inde apparet, quod
caſus militiæ, non à Patre, nec jure hæreditario, ſed ex ſcholæ placito &
conceſſione Principis deferebatur, ideò fiſco ſubjacere & filiis auferri,
non magis ac peculium Caſtrenſe poterat. Non igitur inſcitè, ἢ ἀκαταλ- 57.
λήλως, (inconvenienter) argumenta à bonis Caſtrenſibus, à militiis, ab
agris, veteranis aſſignatis in præmia, ad feuda ducuntur. *Vigilius Zuichem.*
in rubric. inſtit. de militari teſtam. n. 22. Lælius Taurellus in lib. de milit. ex
caſu. ſub finem. Seyſſelius in ſpec. de feudi definitione §. 3. & Feudiſtæ paſſim. Habent enim illa quandam imaginem cum his, ſi præſertim ſervitia, quæ Vaſalli hodiè Dominis, & ólim milites Reipublicæ præſtabant, ſpectamus.
Hinc feuda non ineptè beneficia militaria vocari poſſe *Duarenus ait, de* 58.
feud. cap. 3. n. 1. & lib. 2. de ſacr. Eccleſ. Miniſt. & benef. cap. 3. apud Harmenopulum lib. 1. promptuar. cap. 16. n. 7. & 9. vocantur *in Novella Conſtant.*
στρατιωτικὰ κτήματα καὶ στρατιωτικοὶ τόποι: poſſeſſiones militibus attributæ, ut hoc
beneficio devincti animoſiores ad Rempublicam tuendam redderentur:
quibus perquam affinia eſſe feuda, *idem Duaren. ſcribit d. loco.* Et adhuc ho- 59.
diè Principes Germaniæ Cæſari & imperio ſemper militare, & ſumtus bellicos, occurrente publicâ neceſſitate, & lege imperii, præſtare tenentur.
Gail 2. obſerv. 127. n. 9. Knichen de autocratia cap. 1. n. 1018. Reinking de re-
gimine ſæculari lib. 1. claſ. 4. cap. 16. n. 30. Hinc illorum regalia, ad publi- 60.
cum militare jus pertinent. *ibid. Reink. n. 29. Iacob. Schultz. obſerv. 25. n. 31.*
& ſequent.

Adhæc bona familiæ & generi perpetuò, & ſingulariter, deſtinata & or- 61.
dinata, ne durante quidem vitâ poſſeſſoris condemnati, quo ad commoditates & emolumenta, fiſco conferuntur, ſed ſtatim filiis & Agnatis deferuntur, ſi quidem bona illa nec ad hæredem extraneum pervenire poſſunt, &
illarum alienatio favore poſſeſſoris, ſed tertii, jus in eis habentis, prohibita
eſt. *l. Imperator. 12. ibi. Bartol. & addit. Alban. in verb. nota quod. D. de fidei commiſ. libert. Gail de pace publ. lib. 2. cap. 13. n. 31. Baldus & Salicet. in l. 1. C. de bon. libert. Boſſ. in tract. criminal. tit. de public. bonorum n. 34. hos & alios plures refert Roſenthal concl. 11. cap. 11. gloſſ. 4. Cardin. Tuſchus tom. 3. concluſ. 211. n. 21. ubi dicit,* feuda, quæ non ſunt tranſitoria ad extraneos, non etiam venire de ſui naturâ in confiſcationem, & hoc poſſe poni pro regulâ. *Afflict. deciſ. Neap. 282. n. 15. Farin. de delict. & pænis. quæſt. 25. num. 33. dicit & probat.* bona prohibita alienari, extra certum genus perſonarum, putà extra familiam, minimè in fiſcum tranſire: ab hac ſententiâ non eſſe recedendum

in

in judicando, ſed eam debere præferri, tanquam magis communem, ac
62. etiam in practicâ ſervaram. Et ſanè planè verum eſt, quod bona alienari &
dividi prohibita, vel fidei commiſſo ſubjecta, non veniunr in confiſcatio-
ne & publicatione bonorum, neque etiam durante vitâ ejus, qui prohibi-
tus eſt alienare. authent. res quæ. C. commun. de legat. d. l. Imperator. ibi Bart.
in princ. & Angel. D. de fidei commiſ. liberta. l. jura libertorum. D. de jure Pa-
tron. Authen. bona damnatorum. C. de bonor. præſcript. Dd. in l. 3. §. res quæ
D. ad Trebell. Boer. deciſion. Burdegal. 268. n. 6. Michael Craſſus in tractat. de
ſucceſſ. tam ex teſtamento quàm abinteſtato. §. fin. n. 10. verſ. inde etiam eſt.
63. ubi & hanc ſententiam procedere in crimine læſæ Majeſtatis dixit. non
enim publicantur in iſto crimine bona prohibita alienari. Gigans in Rubrica.
de pœnis committentium crimen læſæ Majeſtatis quæſt. 3. ubi multos adducit, &
ramen ſtatuit, durante vitâ naturali ipſius defuncti, uſumfructum bono-
rum alienari prohibitorum in fiſcum venire, quod eriam de feudo ſtaruen-
dum ſit, per Ioan. Anton. Rubeum Alexand. conſ. 154. n. 2. & Matth. de Af-
flictis. in tit. Quæ ſint regalia §. & bona committentium. n. 5. Ruin. conſ. 23.
n. 15. lib. 5. Alexand. conſ. 23. volum. 1. Ægid. in tract. crim. tit. de bonorum
publicatio. Bonacoſſ. in commun. opinion. crim. part. 1. verſ. confiſcari non de-
bent. Roland. à Valla conſil. 31. n. 25. vol. 1. ubi dicit, recepram eſſe doctorum
ſenrentiam, quod bona, ſubjecta reſtirutioni fidei commiſſi, confiſcari non
poſſint, & eſſe caſum legis expreſſum & rotundum. in l. Statius in §. Corne-
lio felici. D. de jure fiſci. & conſ. 84. n. 31. & n. ultim. ubi concludit; bona pro-
hibita dividi & ſic alienari, non comprehendi in publicatione bonorum.
eodem libro. & conſ. 98. vol. 2. ubi n. 19. dicit, quod ſi propter crimen bona
aliàs erunt publicanda, atque in fiſcum transferenda, expreſſè prohibita
64. alienari, non tranſeant in fiſcum. & n. ult. quod liceat propriâ auctoritate,
bona alienata à fiſco propter delictum, recuperare. Peregr. de jure fiſci. lib. 5.
tit. 1. Rubr. de publicatione bonorum. n. 98. Soc. conſ. 121. n. 3. vol. 4. ubi regu-
lam eſſe, ait, quod ea quæ ſunt prohibira alienari, non tranſeant in fiſcum
per confiſcationem bonorum, quando in favotem alterius, quàm alienan-
tis, ſunt prohibita. Iohan. Baptiſta Bajard. in addit. ad Clarum in pract. crimin.
d. quæſt. 78. n. 38. ubi dicit, bona prohibita alienari, non venire in fiſcum,
eriam quod dictum fuerit, ut veniant in fiſcum, per D. Preda in tractat. de
fidei commiſſ. 8. n. 110. nec publicari etiam in crimine læſæ Majeſtatis. per
Grammat. d. deciſ. & n. & Decian. conſ. 442. Farinacius multos accumulat de
delict. & pœnis. dict. quæſt. 25. n. 22. & n. 31. Cardinal. Tuſch. tom. 3. con-
65. cluſ. 288. dicit, fidei commiſſum regulariter non poſſe confiſcari, quando
gravarus fidei commiſſo, eſt prohibitus expreſſè alienare, quia ſicur is, cui
facienda eſt teſtituto, poteſt ſtatim factâ alienatione agere, rei vindica-
tione, non expectatâ morte gravati. Caſtrenſ. in l. filiusfamilias. §. Divi. co-
lum. 2. verſ. interdictum res ſubjecta. D. de legat. 1. ubi Claud. n. 12. Crot. n. 27.
& conſil. 44. n. 17. Socin. conſ. 43. num. 11. in fin. l. 4. cum aliis per Maſchard. in
66. epit. fidei com. part. 2. quæſt. 37. Ita etiam ſtatim poſſunt excorporari & ven-
dicari à Fiſco per prædicta, & ſic non confiſcantur etiam durante vitâ grava-
ti iſto caſu, ſed illico ſpectant ad vocatos proximiores ad fidei commiſſum.
Bart. in l. Imperator. n. 1. D. de fidei com. libert. Clar in §. fin. quæſt. 78. Hie-
ron. Gabriel. conſ. 184. per tot. lib. 1. Thob. Nonius conſ. 97. in princip. Boſſ. de
publicat. bonorum n. 34. Alex. conſ. 23. n. 10. verſ. 9. lib. 1. Et quod bona, ſup-
poſita fideicommiſſo, non poſſint confiſcari, quando adeſt prohibitio
alienarionis. Bart. in d. l. Imperator. ubi Angel. & alii D. de fidei com. Libert.
Iaſon in d. §. Divi in 2. lection. n. 19. Decius conſ. 442. Boer. deciſ. 268. n. 6.
Grammat. deciſ. 105. n. 31. Quia factâ avocatione à Fiſco per vocaros, ſi
bannitus ſuſcipiat liberos, tenentur proximiores reſtituere filiis vocatis, ut

in

ut in terminis tradit. Bartol. in l. 1. in fin. D. de bonis damnat. & cum eo tranſeunt omnes non improbantes, addit Cardinalis n. 8. fidei commiſſum, vel ſubſtitutio in caſum mortis, non verificatur in eo, qui bannitur, cum confiſcatione bonorum; nec tamen bona poſſunt confiſcari; ſed donec vivit bannitus, Fiſcus retinet bona. *vide plenè Surdum conſ.* 90. *ubi plenè pro utraque parte, & hanc veram tuetur, & dicit procedere, etiamſi poſſet impunè offendi. Hæc ex Thuſco.* Sed quod nec durante vitâ delinquentis & banniti fidei commiſ- 67.
ſa, licet expreſſè non ſint prohibita alienari; tamen ſi mens & intentio teſtatoris fuerit, quod ejus bona conſerventur in lineâ maſculinâ vocatorum, tranſeant in fiſcum, *docet ex Bart. conſ. 39. per totum. Baptiſta Bajard. alleg. loco.*

Si fidei commiſſa privatorum, & nobilium hominum, ſola diſpoſitione teſtatoris conſtituta, in fiſcum rapere, & vocatis adimere, nefas, & injuſtum eſt, ideò quia interdicta eſt eorum alienatio & diviſio, & ſancitum, ut
bona integra maneant generi & proſapiæ: quantò abſurdiùs & injuſtiùs 68.
fuerit, auguſta illa & regalia dignitatum feuda, ut ſunt Electoratus, Principatus & Ducatus, quæ perpetua illuſtriſſimarum familiarum fidei commiſſa habentur, in quibus omnis diviſio, alienatio, ſciſſio, non ſolùm providentiâ & pacto majorum, ſed etiam lege fundamentali & ſanctione Pragmaticâ, conſuetudine quoque tot ſeculis inviolabiliter cuſtoditâ, prohibita: & è contra ad tranquillitatem, firmitudinem, & gloriam imperii, & ad conſervationem regiorum & principalium ſtemmatum, Reipublicæ columnarum, ἕνωσις, unio & conglutinatio inſolubilis ſancita, & ſucceſſio, ſecundum jus Francorum, & prærogativam primogenituræ, & ſanguinis ordinem ſucceſſivè conſtabilita eſt, in publicatione bonorum includere, & fiſco applicare, in præjudicium & noxam integrarum familiarum & ſtirpium, omniumque à lege, conſuetudine, & pacto majorum vocatorum, &
jus quæſitum habentium? An deterioris conditionis ſint Reges, Electores, 69.
Principes, Regna & Principatus, feudaque & jura regalia, quam privati homines, & eorum fundi, villæ, caſæ? Ita quidem non Themidis, ſed πανίδας ψήφῳ, Panidis ſuffragio.

Hoc loco notandum, feudum intelligi Vaſallo conceſſum pro tempore vitæ ſuæ, ipſumque cenſeri rogatum ut illud poſt obitum ſuum filiis, tanquam fidei commiſſum reſtituat, *ut ait Schrader. part.* 8. *cap.* 8. *n.* 4. *per Andr. Iſern. in c. 1. §. hoc quoque n. 9. de ſucceſſ. feud. & in c. 1. § quid ergo. n. 7. de inveſtitura de re alien. fact. Bald. conſ. 38. n. 5. l. 1. Socinus Iun. conſ. 72. n. 27. lib. 1. alios ibi plures vide.* Imò feudum antiquum æquiparatur fidei,
commiſſo, quod inter illos de familiâ reſtitui ſucceſſivè debet, *per Decium* 70.
conſ. 445. n. 33. Ruinum conſil. 151. vol. 3. n. 3. & conſ. 159. & 166. Rolandus à Valla conſ. 100. n. 15. vol. 1. In feudis autem paternis, in quibus jure Francorum ſucceditur, & in ſpecie in Electoratibus lege & ſanctione Pragmaticâ perpetuò valiturâ, omnis eſt in æternum interdicta alienatio & diviſio; ergò confiſcari nequeunt. Quocirca Bodinus quoque poſtquam multis
rigorem publicationis bonorum, tanquam Reipublicæ perniciosum im- 71.
probavit, voluit, ut etiam in crimine læſæ Majeſtatis gentilia & paterna prædia, damnatorum hæredibus relinquantur, emtæ verò poſſeſſiones, ac pecunia omnis, cogatur in fiſcum. Neque enim æquum videtur, *inquit*, ut
gentilia prædia, quæ ex maximâ parte diſtrahere prohibemus, ſecutâ con- 72.
demnatione, fiſco quærantur. *Tandem ita concludit.* Quæ de bonis avitis ac paternis diximus, præcipuè locum habere debent in prædiis fiduciariis, ſeu militiis ex caſu. Id quidem noſtris moribus locum habet in feudo com-
miſſo propter perfidiam Clientis, qui patronum ejuravit: Nam mortuo 73.
Cliente propinquis feuda commiſſa reſtituuntur (*judicatum in Curia Pari-*

74. *ſienſ. adverſ. Mareſchall. à S. Andr. & pro. D de Portenay* 1556.) Germanorum verò legibus, militiæ ex caſu, ac prædia beneficiorum, damnato poſſeſſote, fiſco non cedunr, ſed ad propinquos ipſo jute tedeunt. Quo fit, ut rarò calumniatoribus ad innocentiam hominum accuſandam locus eſſe poſſit, ſi
75. modò tei nihil habeant in bonis, ptæter militias ex caſu. Si, mi Bodine, hoc noſtto tempore viveres, & inſpiceres ptæſentem rerum in Germaniâ ſtatum, næ cauſam exclamandi habetes, & cum Ennio quiritandi;

O Domus antiqua, quàm diſpari Domino dominaris.

Ita nimirum omnia in pejus ptolapſa ſunt, vetus & laudata diſciplina labefactata, leges & conſuetudines à majotibus traditæ, & libetis cervicibus accommodaræ, in dominationem & ſervitutem commutatæ, & è civilibus in ſanguinarias transformatæ, ipſa Reipublicæ compages diſſolpta, libertas, dignitas, & ſecutitas Principum & Otdinum ptoſtrata. Quæ rerum, legum, & morum immutatio & diminutio eò graviot & acerbior eſt, quia ſub Principe, qui non hæredirario & ptoprio, ſed electionis jure regnat, cujus poteſtas non eſt ſoluta, ſed certis legibus & capitulationibus, ſub quibus ei impetium committitur, citcumſcripta, contingit & invaleſcit.

CAPVT XVI.

ARGUMENTUM.

Feudum novum & hareditarium redire ex communi ſententiâ & regulâ, ad Dominum, commiſſâ à Vaſallo feloniâ, quia tale feudum beneficio Patris, non jure proprio, ad filium ſpectet, & alienari, vendi, oppignerari poſſit, hoc in Galliâ, Angliâ, Hiſpaniâ, & aliis locis, ubi feuda non multùm à patrimonialibus & haredıtariis bonis differant, locum habere. Quicunque autem Pater contrahendo & alienando prajudicare poſſit filio, eum etiam delinquendo poſſe.

In feudis autem antiquis, & qua dignitatem & regalia annexa habeant, planè contrarium eſſe: illa enim redire ad filios, jus ex contractu inter Majores, hoc eſt, inter primum concedentem & acquirentem inito, quaſitum adeptos; Proinde Patris delictum in noxam filii non poſſe ullo jure extendi; quippe qui ſuccedat proprio jure, & ex providentiâ legis, & ex contractu.

Hanc ſententiam rationibus, in jure divino, naturali, & gentium, tum in aquitate & juſtitiâ, fundatis, probari. Filium enim non debere portare iniquitatem Patris: peccata ad ſuos auctores reſtringenda, non ad innocentes extendenda. Romanos, Perſas, & alios populos, Regeſque prudentiores non abſtuliſſe liberis bona paterna: neque hodiè in Poloniâ perduellium bona fiſco adjudicari. Ius filii in feudo à jure Patris ſeparatum; ideo etiam ſeparato jure judicandum. Si bona eveniant ab ipſo Patre, tunc nocere delictum Patris filio, ſed ſi à genere, à civitate, à rerum naturâ, proficiſcantur, non nocere.

CONSPECTVS.

1. REgulam generalem tradi, feudum novum commiſſum redire ad Dominum; non ad filios.
2. Hanc ſuis niti tationibus:
3. Quia feuda nova veniant beneficio Patris, non jure proptio, ad libetos;
4. Qui in illis nullum aliud jus habeant, ptæterquam, quod annexum ſit juri Patris:
5. Tum quia feuda hæreditaria poſſint alienari in præjudicium filiorum, & tranſeant ad extraneum hæredem.
6. Et veniant in petitione & diviſione hæreditatis.
7. Quod maximè locum habeat in Galliâ, ubi feuda redacta ſint inſtar allodialium;
8. Idem eſſe in tegno Neapolitano;
9. In Angliâ quoque & Venetiis.

10. De

10. De feudo hæreditario idem judicari, quod de bonis allodialibus.

11. Qui alicui poſſit contrahendo & alienando, eum etiam delinquendo, præjudicare poſſe:

12. In feudis autem antiquis, ex pacto & providentiâ planè contrarium eſſe ſtatutum, quod in feudis hæreditariis:

13. Illa enim non redire ad Dominum propter crimen Vaſalli: ſed ad liberos & Agnatos, jus quæſitum ex contractu & inveſtiturâ habentes.

14. In feudo antiquo & pactionato delictum Patris filiis non nocere, quia his feudum, æquè ac Patri datum ſit.

15. Succedentem in feudo antiquo dici ſuccedere ex pacto, & virtute primæ inveſtituræ, & jure proprio, non jure hæreditatis; nec beneficio Patris.

16. Firmius retineri illud, quod quis proprio jure, quàm alieno habeat.

17. Sic jus Patronatûs ex propriâ perſonâ competens, validius eſſe, quàm ex perſonâ teſtatoris.

18. Quod non noceat delictum Patris filiis, conforme eſſe ſacræ Scripturæ, juri naturali, & gentium, probarique ſanioribus Juriſconſultis.

19. Nullâ ſanè ratione æquum eſſe, ut filius propter delictum Patris puniatur.

20. Pœnam paternam nullam maculam filio infligere.

21. Quæſitam dignitatem liberis propter crimen Patris auferendam non eſſe

22. Reatum Patris filio ad honores impedimento eſſe non debere.

23. Amaziam Regem percuſſores Patris ſui interfeciſſe, horum verò filios dimiſiſſe impunitos.

24. Deum ipſum injuſtum fore, ſi innocentem puniret.

25. Filium non poſſe repelli ab hæreditate à matre, propter crimen Patris:

26. Iniquum enim ut alieno odio aliquis prægravetur.

27. Pœnam non debere ulteriùs progredi, quàm delictum.

28. Nihil iniquiùs, quàm aliquem fieri hæredem odii paterni.

29. Dominos potiùs benignitatem, quàm rigorem juris ſequi debere.

30. Cum feudum deſcendentibus æquè quæſitum ſit ac Patri; non eſſe auferendum illis, propter hujus delictum.

31. Juri naturali repugnare, aliquem lædi ex facto alieno:

32. Patris f.ctû filio obeſſe legem non pati.

33. Marcum Aurelium Imperatorem filiis Caſſii conjurationis condemnati, veniam dediſſe & bona reſtituiſſe:

34. Idem Perſarum Reges facere ſolitos:

35. Sic Polonos nullas proſcriptiones probare.

36. Apud Romanos antiquioribus temporibus confiſcationem in uſu non fuiſſe.

37. Favorabiliorem apud Imperatorem cauſam liberorum, quàm pecuniarum cupiditatem eſſe debere.

38. Bonos Principes liberis & Agnatis bona damnatorum tranſmittere ſolere, exemplo Ducis Coſmi, & aliorum.

39. Sullam primùm tabulas proſcriptionis inveniſſe.

40. Quantas calamitates in Germaniâ proſcriptiones & publicationes bonorum noſtro tempore attulerint, hoc experientiam teſtari.

41. Palatinatûs ſectionem & confiſcationem, principium fuiſſe cæterarum inauditarum publicationum.

42. In connexis non debere extendi judicium ad eum, qui in judicio non fuerit.

43. Multò minùs in re dividuâ, in quâ à jure Patris jus filii ſeparatum ſit.

44. Filium à Patre nihil conſequi in feudo, verùm à concedente, & à lege feudali.

45. Separata non eſſe connectenda.

46. Abſurdam argumentationem fieri de feudo novo & hæreditario ad feudũ ex pacto.

47. Si bona eveniant à Patre, tunc nocere crimen Patris filio.

48. Si veniant à genere, aut à Civitate, vel à rerum naturâ, non nocere.

49. Ita ſi feudum à Patre obveniat, ob hujus delictum filium privari; ſi à genere, non privari.

50. Margravios Brandenburgenſes ditiones Agnati ſui Alberti proſcripti, ex hoc fundamento eviciſſe.

51. Quia nimirum hi, qui vocentur à genere, & vi feudi antiqui, non poſſint eo privari, etiamſi crimen in ipſum patronum fuerit commiſſum.

52. Non licere abdicare expreſsè feudum in præjudicium Agnatorum: ergò nec tacitè.

53. Prohibitum alienare favore aliorum, non poſſe delinquendo alienare feudum.

54. Pœnam Patris nocere filiis tantùm in his, quæ deſcendant ex perſonâ Patris, ſecùs in aliis, quæ generi & agnationi conceſſa, ipſis à Majoribus obveniant.

55. Primogenitum Regis regno privati, non poſſe privari ſucceſſione ſuâ.

56. Quam non à Patre, nec per medium Patris actum; ſed à conſuetudine, & lege deferente habeat.

57. Idem in Electoratibus & Principatibus, in quibus eadem ſucceſſionis forma conſtituta, decidendum eſſe.

58. Delictum Patris nocere filiis, in his quæ ad eos, ut ad hæredes, ſecùs in his quæ ut filiis, deferantur.

1. VLteriùs ut progrediamur, ſciendum Regulam quidem
generalem, & communi calculo doctorum comproba-
tam eſſe: feudum novum & hæreditarium commiſſum
propter feloniam & crimen, redire ad Dominum, exclu-
ſis liberis & Agnatis, ſive delictum in perſonam Domini,
ſive in alium perpetratum ſit. *cap.1. §.aut ſi libellario. tit.5.*
Quibus modis feudum amittatur. ibi, his omnibus caſibus feu-
dum ad Dominum revertitur. cap. ſi Vaſallus culpam. tit. ſi de feud. defunct. con-
troverſ. fuerit. cap. unic. tit.31. ſi Vaſallus feud. privatur. cui id deferatur. Matth.
de Afflict. in c.1. hoc quoque n. 24. de ſucceßion. feud. Zaſius part. 10. de feud.
amißion. n. 100. & 103. Alexand. conſil.30. n. 13. lib.1. & conſil.30. n.9. l.6.
ubi dicit, communem & magis communem. Franciſc. Zabarell. Cardinalis conſ.
127. & 129. Oldradus conſ. 148. in fin. Clarus in §. feudum. quaſt. 66. in princ.
2. *& quaſt. 84. Caſtrenſis conſ. 312. n. 3. lib. 1.* Et hæc quidem regula optimis
rationibus nititur, inter quas haud poſtrema eſt, quod feuda nova & hære-
3. ditaria, beneficio Patris filiis, qui contemplatione acquirentis, non verò
jure proprio ſuccedunt. & hæredes conſtituuntur, deferantur, & tum de-
mum cum hæreditas, à quâ ſeparari non poſſunt, aditur, acquirantur. *cap.1.*
verſ. novam. tit. Qui teſtes ſunt neceßar. ad inveſtit. proband. cap. 1. de duobus
fratribus à Capitan. inveſtit. l. ſed ſi plures. §. filio. D. de vulgar. & pupill. Ro-
4. *landus à Valla conſil. 28. vol.3.* ideò non mirum, ſi Pater, *ut inquit Roſenthal*
cap. 11. concluſ. 1. n. 3. delinquendo filiis præjudicare, & jus quæſitum tol-
lere dicatur; nam filii, *ut ibi addit,* in feudo novo, jus nullum, præterquam
quod juri Patris annexum, & inſeparabiliter conjunctum ſit, habent, qua-
re illo extincto & ſublato, hoc quoque tolli ac deleri neceſſe eſt. *Gail 2. ob-*
ſerv. 50. n. 8. per l. etiam. D. de minorib. dicit, in feudo novo filium Patris
perſonam referre & repræſentare.

5. Deinde, feuda nova & hæreditaria, ſi præſertim Domini conſenſus ac-
ceſſerit, poſſunt alienari, vendi, oppignerari, in præjudicium filiorum.
Andreas de Iſern. in c. 1. num. 3. de alienat. feud. patern. dicit eſſe ſententiam ab
omnibus approbatam. Curtius Iunior. in conſil. 171. n. 6. Decius conſil. 395. Iu-
lius Clarus §. feudum. quaſt. 9. n. 2. verſ. quandoque & tertio. & quaſt. 40. n. 2.
& quaſt. 41. n. 2. & 3. & quaſt. 42. n. 14. Sigiſmund. conſil. feudal. n. 1. Barbat.
inter conſil. Alexand. conſil. 55. colum. penult. verſ. Et ſi quiſquam. lib. 4. & con-
ſil. 18. verſ. & potuit. & conſil. 26. vol. 5. Pariſ. conſil. 16. n. 44. lib. 1. Alexand.
conſil. 13. n. 11. lib. 5. Iaſon conſil. 56. colum. final. verſ. ſecundò reſpondetur. lib. 3.
tranſeunt in extraneum hæredem, ideò confiſcari poſſunt. *Boſſius in tractat.*
crimin. tit. de publicat. bon. n. 20. Roland. conſil. 29. n. 17. Iacob de Sancto Geor-
gio in inveſtitura verb. dictique Vaſalli promiſerunt non committ. felon. veniunt
in petione & diviſione hæreditatis, *vulgata gloſſ. in l. non tantum D. de pe-*
tion. hæred. Andr. Iſern. in c. 1. an Agnat. vel filius. in princip. Alexand. Imo-
lenſis conſil. 19. n. 8. vol. 5. Decius conſil. 395. n. 4. Curt. Iunior. conſil. 155. n. 5.
6. Veniunt etiam in diſpoſitione teſtamenti, & reſtitutione fidei commiſſi,
Ioan. Andreas in addit. ſpecul. in tit. de locat. §. nunc aliqui. Ludovicus de Go-
zadinis conſil. 26. Imò hujuſmodi feudum hæreditarium judicatur idem,
cum reliquis rebus hæreditariis. *Bald. in l. cum virum. circa fin. C. de fidei.*
commiſſ. ſequuntur Alexand. in d. conſ. 19. n. 14. & Decius d. conſ. ita eos refert
7. *Ioan. Fichar. tom. 2. conſ. 9. n. 3.* Hoc maximè locum habet in Galliâ, ubi
feuda redacta ſunt ad inſtar allodialium & patrimonialium. *Guid. deciſ. 59.*
n. 2. incipit, ſecundum uſus, & deciſ. 297. n. 2. Pyrrhus in conſuet. Aurelian. tit.
de feud. Boër. in conſuet. Bituenſ. eod. tit. §. 7. & in dec. 123. n. 3. & deciſ. 264.
n. 9. & quaſt. 202. n. 3. lib. 1. ubi dicit; omnia feuda regni Franciæ de conſue-
tudine

tudine eſſe redacta adinſtar patrimoniorum, quoad jus diſponendi, tam inter vivos, quàm ultimâ voluntate. *adde quaſt. 114. n. 12. Cujac. ad lib. 1. de feud. Hottomann. conſ. 67. n. 23. allegat. ſupra in præfatione. Ioan. Coraſius miſcell. 6. cap. 12. n. ult. dicit*; moribus Gallos recepiſſe, ut feuda reliqui patrimonii naturam ſequantur. *Obrechtus in tractat. feud. cap. 2. num. 7. ex Duareno.* ideò bonis publicatis fiſcus feuda conſequitur. *Boerius dict. deciſ. 264. n. 9. & lib. 2. quaſt. ſeu deciſion. 268. n. 7. ubi dicit*, quod feudalia, & emphyteuticaria, de jure quidem non tranſeant in fiſcum, nec in extraneos hæredes, *per allegat. ibi.* tamen iſtud de conſuetudine Franciæ non ſervari, quoniam emphyteuticaria & feudalia, quæ in ipſo regno adinſtar patrimoniorum redacta ſunt, tranſeunt ad extraneos & confiſcantur. *Tiraquell. de Retraict. lignagier. §. 1. gloſſ. 3. §. 12. Carol. Molin. ad conſuetud. Pariſ. §. 3. n. 182.* In regno Neapolitano ex communi formâ inveſtituræ feuda hæreditaria 8. dici, & ita conceſſa eſſe, *dicit Thom. Minodous Patritius Neapolitanus conſil. feud. 10. num. 7. conſuetud. Neapol. Iacobutius de Franchis in præludiis in uſus feud. n. 133. dicit & atteſtatur*, omnia feuda in regno hæreditaria eſſe. Sic in 9. Angliâ, *ut docet Zouchius in parvo libello de feudis.* Sic Venetiis in crimine læſæ Majeſtatis feuda quoque confiſcantur. *Peregrinus de juribus fiſci tit. 5. n. 111. & in aliis quoque locis: ubi*, bona feudalia non multùm differunt ab al- 10. lodialibus, & patrimonialibus bonis, ſicut in feudis Italicis plerumque fieri ſolere, *Gail dict. 2. obſerv. 154. in fine.* Ideò conſuetudo in hoc, ſicut in omni aliâ feudali materiâ obſervari & attendi debet. *c. 1. §. hoc quoque. De his qui feuda dare poſſunt. ibi gloſſ. in verbo ſucceſſione cap. 2. de feudo Marchiæ.* Quid multis? feudum hæreditarium, merè hæreditarium dico, non mixtum, neque hæreditarium ſecundum quid, comparatur & æquiparatur bonis allodialibus. *Clarus §. feudum. quaſt. 41. n. 3. in fine. Gail 2. obſerv. 154. in fine capitis, ubi dicit*, feudum hæreditarium eſſe, quod naturam habet bonorum allodialium, quod alienari in quemcunque, & de eo pro arbitrio diſponi poteſt, reſervatâ Domino fidelitate; & de eo judicatur, ut de aliâ re hæreditariâ. *Roland. à Valla d. conſ. & n. Decius conſ. 78. n. 5. Gail d. obſerv. 154. n. 13.*

Qui autem poteſt contrahendo & alienando præjudicare filio, is poteſt 11. etiam iiſdem caſibus, iiſdemque rationibus, delinquendo præjudicare. *regul. commun. & vulgar. Roſenthal cap. 2. concluſ. 33. n. 36. l. omnem ibi Doctores D. de judic. Franciſchinus Curtius de feud. in 5. parte. n. 13. in fine. c. final. de foro competent. Iulius Clarus d. §. feudum quaſt. 66. n. 7.* quod de feudo novo poteſt Vaſallus ad ſui libitum diſponere in præjudicium Agnatorum. Ergò & delinquendo, vel alienando, poterit eis præjudicare. Secùs autem 12. eſt in feudo antiquo, in quo Vaſallus non poteſt Agnatis alienando vel delinquendo præjudicare. In feudis enim antiquis ex pacto & providentiâ, quæ præſertim dignitatem annexam, & regalia cohærentia habent; prout ſunt Electoratus, Principatus, Ducatus, Delphinatus, & Marchionatus, alienatio, venditio, contractus, diſpoſitio, oppigneratio locum non habet, ideò in iſtis hæc regula ſuperiori διὰ μετῶν contraria, firma tamen & in jure indubia, obſervanda; quod feudum antiquum paternum & gen- 13. tilitium, ex pacto & providentiâ, quando inprimis jus primogenituræ & ſucceſſionis individuæ in eo obtinet, non redeat, propter admiſſam feloniam & crimen Vaſalli, ad Dominum, ſed ad liberos & Agnatos, qui jus quæſitum ex ſtipulatu & contractu inter majores, hoc eſt, inter concedentem & primum acquirentem inito, & ex inveſtiturâ habent, pertineat; In 14. tali enim feudo delictum Patris filiis non nocet, quandoquidem, *ut ait Roſenthal dict. concluſ. 1. cap. 11.* id non minùs filiorum, quàm Patris contemplatione conceſſum eſſe videatur, *Cynus in l. 2. in quaſt. final. n. 4. ſequitur Salicet. ibid. C. de libert. & eorum liber. Andr. Knichen de veſtiturarum*

rum pact. part. 1. cap. 15. n. 107. Gail de pace publ. lib. 2. cap. 14. n. 17. VVurmſ. in pract. obſervat. tit. 50. de feud. obſervat. 4. Gabriel. Roman. in comm. opion.
15. *tit. de jure emphyteut. concluſ. 2. n. 5, 6, & 16.* Nam indubium hoc eſt, & ſæpè inculcatum, quod ſuccedens in feudo antiquo, dicatur id ex pacto in primâ conceſſione interpoſito, & jure proprio obtinere. *c. Titius. ſi de feud. defunct. cap. 1. §. ſed & res. Per quos fiat inveſtit. cap. 1. de ſucceſſ. feud. Bartol. in l. ſi mihi & filio. D. de verbor. obligat. cap. 1. de alienat. feud. patern. C. 1. §. & quia. de his qui feuda dare poſſunt. Roſenthal cap. 11. concluſ. 7. in gloſſ. e. Gail 2. obſervat. 149. n. 4. ibi,* veniunt & ſuccedunt proprio jure & providentiâ legis, & ex pacto primi acquirentis. *VVeſenbec. conſ. 14. n. 95. & conſ. 15. n. 16.* quod feuda filius non capiat jure hæreditario, ſed beneficio primi acquirentis, ac proinde ubi ex pacto, non jure hæreditario ſuccedatur, veniat ſuo jure, non patris, non ex ſucceſſione Patris, ſed jure inveſti-
16. turæ antiquæ. *Socinus conſ. 73. n. 1. vol. 3. Mynſ. obſerv. 67. cent. 1.* Firmius autem retinetur illud, quod quis habet proprio jure, & ex propriâ acquiſitione, quàm ex perſonâ Patris vel alterius. *Bartolus in l. ſi quid bello. D. de captiv. & poſtlim. reverſ. Aretin. in conſ. 130. Decius ad regul. Fœmina. 2. D. de reg. & in l. final. C. unde legat. Tiraquell. du retraict. lignag. §. 32. n. 2. Boër. deciſion. 76. Schrad. de feud. part. 8. cap. 8. n. 40. ubi ait:* longè efficaciora & firmiora ea judicari, quæ alicui jure proprio competunt, quàm illa, ad quæ quis beneficio alterius admittitur. *per l. more. 5. & ibi Dd. D. de juriſd. omn.*
17. *judic. l. ſi filius. 33. §. 1. juncta gloſſ. D. de fideicommiſ. libert.* Ideò auferri non poſſunt propter illum, à quo non deſcendunt. Sic jus Patronatûs ex propriâ perſonâ competens, longè eſt validius & firmius, quàm jus competens ex perſonâ teſtatoris. *l. 2, & 3. & l. mater. l. ſi tuis nummis, & ibi Bald. Paul. de Caſt. & Doct. C. de oper. libert. l. ſi filius. in princ. juncta gloſſ. D. de fideicommiſſ. libert. §. 1. C. de libert. & eorum liber. ita citat Everh. in loco à legatis ad fidei comm. n. 3.*
18. Et hæc ſententia, quod in feudo antiquo ex pacto, crimen Patris non officiat filiis, nititur potentiſſimis, tam divino & naturali gentiumque jure, quàm ratione, æquitate, & conſcientiâ fundatis & ſuffultis argumentis, & à præcipuis & ſanioribus Juriſconſultis defenditur, aſſeritur, ac propu-
19. gnatur. Nam primâ æquum ac juſtum, nullâ ratione naturali, neque jure gentium, aut lege divinâ comprabatum eſt, ut filius propter delictum Pa-
20. tris puniri debeat. *l. crimen. 26. D. de pœnis ibi.* pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt. Nam unuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. *Plato: πατρὸς ὀνείδη καὶ τιμωρίας, παισὶν οὐδενὶ ξυνέπεσθαι. l. 2. §. in filiis. 2. de decurion. & filiis eorum. ibi* ne patris nota filius macularetur. *l. mancipatum 7. §. 2. in fin. D. de ſenator. ibi:* Avi potiùs dignitas ei proſit, quàm obſit caſus Patris. *l. Generali 34. §.*
21. *ultim. in fin. D. de ritu nupt. ibi:* nam quæſita dignitas, liberis, propter crimen Patris, auferenda non eſt. *l. adoptivum Patrem 8. in fin. D. de in jus vocan. ibi:* filius, quaſi innocens non vocetur. *Rubric. in Codic. Ne filius pro Patre. l. qui ad tempus. 2. §. 7. D. de Decurionibus & filiis eor.* Nullum, *inquit*, Patris delictum innocenti filio pœnæ eſt: ideoque nec ordine decurionum, aut cæteris honoribus propter ejuſmodi cauſam prohibetur. *l. &*
22. *qui originem 3. §. 9. D. de honorib. & muner. ibi:* Quod Pater in reatu criminis alicujus eſt, filiis impedimento ad honores eſſe non debet. *l. Divi. 17. D. de jure Patronat. ibi.* magis viſum eſt, nepotem, neque verbis, neque ſententiâ legis, aut edicto Prætoris, ex perſonâ, vel notâ Patris ſui excludi à bonis aviti liberti. *Dionyſ. Halicarnaſſ. libro 8. hiſtor.* Oſtendens iniquam eſſe rationem, quod liberi Parentibus ſimiles futuri plectantur, cum id incertum ſit. *adde quæ alleg. fuerunt ſupra. Deuter. 24. v. 6. 2. Regum 14. v. 6.*
23. *ubi legitur,* Amaziam, firmato regno percuſſiſſe ſervos ſuos, qui percuſſerant

rant Regem Patrem ſuum, Filios verò percuſſorum non affeciſſe morte,
ſicut ſcriptum ſit in libro legis Moſis, præcepiſſe Jehovam dicendo, ne af-
ficiuntor morte Patres pro filiis, & filii ne afficiuntor morte pro Patribus:
ſed quiſque propter peccatum ſuum morte afficitor. *2 Paralipom. 25. v. 4.
Ezech. 18. v. 20. Philo Iudæus lib. 2. de legibus ſpecial. circa finem.* Ἕκαστον τῶν
ἄξια δεδρακότων αὐτὸν ἰδίᾳ μόνον ἀναιρεῖσθαι. *& paulo poſt.* διόπερ ὁ νομοθέτης κωλύει
ἀπεῖπε, μὴ υἱὸς ἀντὶ γονέων, ἢ γονεῖς ἀνθ' υἱῶν ἀναιρεῖσθαι. δικαιώσας ὧν τὰ ἁμαρτήματα,
τούτων εἶναι καὶ τὰς τιμωρίας. ut quiſque meruit, pro ſe luat. Legiſlator diſertè
cavit, ne filii pro Parentibus, neve Parentes pro filiis plectantur; æquum
cenſens, ut qui peccant, iidem puniantur etiam. Deus ipſe, *inquit Augu-* 24.
ſtin. Epiſt. 105. foret injuſtus, ſi quenquam damnaret innoxium. *cap.* 20.
de regul. juris. non debet aliquis alterius odio prægravari. *l. ſi quis in ſuo.* 33.
§. legis autem 1. *C. de inoffic. teſtam. ubi*, filius à matre non poteſt hæreditate 25.
depelli, propter crimen & odium Patris: iniquum enim Imperator ibi ju- 26.
dicat, ut alieno odio aliquis prægravetur. *l. ſancimus. ibi eſſe pœnam. ubi &
noxia eſſe. 22. D. de pœnis. l. non debet alteri per alterum 24. D. de regul. jur. text.
in §. 2. Inſtit. de noxal. action. l. de pupillo. §. plurimi D. de nov. oper. nunciat.
l. 1. D. de alienatione judicii mutand. cauſa. fact. l. tutorem. D. de his quibus ut
indign.* Peccata enim ſuos debent tenere auctores, nec ulterius progredi 27.
metus & pœna, quàm reperitur delictum, *ajunt Imperatores in dict. leg. ſanci-
mus. 22. Seneca*, nihil iniquius, *ait*, quàm aliquem hæredem paterni odii 28.
fieri. *lib. 2. de ira cap. 4. l. pactum cuique ſuum non alii obeſſe debet. D. de regul.
juris ibi Dd. d. l. crimen 26. D. de pœn. Cic. lib. 4. de natur. Deorum.* ferretne,
inquit, ulla Civitas latorem iſtiuſmodi legis, ut condemnetur filius, aut
Nepos, ſi Pater, aut Avus deliquiſſet? Sed & Dominos, *inquit Roſenthal* 29.
cap. 11. concluſ. 3. n. 5. rigorem jus hîc ſequi non decet, quin potiùs beni-
gnitatem. Ne filius portet iniquitatem Patris; Enimverò cum Patri & 30.
deſcendentibus quæſitum feudum eſt, filiis id ob Patris noxam eripi, æqui-
tatis naturalis benignitas non patitur. *l. ſi ex duobus in fine. de negotiis geſtis. d.
l. 1. in princip. de alienatione judicii mutandi cauſ. fact. l. ſupra §. apud Ferocem,
ibi. & eſt iniquum, eum, qui non fecit, id reſtituere oportere. D. de aqua pluv.
arcend. l. neque infantes. ibi. iniquum eſt facto tutoris, qui fortè ſolvendo non ſit,
pupillum damno affici. D. de fidei commiſſ. libert. l. ſi ſervus in fin. D. de diverſ.
& temporalibus præſcript. d. l. ſi quis in ſuo §. legis. C. de inoff. teſtam. Cravett.
conſil. 983. n. 38.* Jurique naturali repugnat, ex facto alieno quempiam læ- 31.
di. *l. 1. C. ut nullus ex vicar. lib. 11. §. quoniam verò in authent. ut nulli Iudi-
cum liceat habere loci ſervatores*; nam unicuique factum ſuum, non alteri
nocere poteſt, aut debet. *l. non debet. D. de regul. l. factum. eodem tit. l. tranſ-
actione. C. de tranſact. l. ultima. D. de rejudicat. l. final. D. de pactis.* Sed nec 32.
Patris factum filio obeſſe lex patitur. *l. 2. §. 1. D. ſolut. matrim. l ex repudia-
tione. C. de fidei commiſſ. Cravett. conſ. pro Genero. n. 91. Hinc Marcus Anto-
ninus in Epiſtol. ad Senat. inter alia*, Non enim unquam placet, *inquit*, in
Imperatore vindicta ſui doloris, quæ etſi juſtior fuerit, acrior videtur.
Quare filiis Avidii Caſſii, (is in eum conjuraverat) & Genero, & uxori, 33.
veniam dabitis. Et quid dico veniam? cum illi nihil fecerint: Vivant igi-
tur ſecuri, ſcientes ſub Marco ſe vivere. Vivant in patrimonio Parentum:
Nec magna hæc eſt, Patres conſcripti, clementia, veniam proſcriptorum
liberis & conjugibus dari. Ego verò à vobis peto, ut conſcios Senatorii
ordinis & equeſtris à cæde, à proſcriptione, à timore, ab infamiâ, ab indivi-
diâ, & poſtremo, ab omni vindicetis injuriâ. *Iul. Capitolin. in vita Gallican.
& Caſſii cap. 12.* Exemplum æterna laude dignum, & quod omnes boni.
Principes imitari debent. *Bodinus illud adducens cap. 3. lib. 5. de Republicâ.*
Aurelius, *inquit*, Imperator Caſſii perduellionis damnati bona, liberos
poſſi-

34. poſſidere juſſit, quod non modò Romani; ſed etiam Perſarum Reges face-
35. re conſueverant. *Herod. lib. 3.* Ut Poloni quoque non modò proſcriptio-
nes nullas probant, ſed ne perduellionis quidem damnatorum bona, fiſco
36. adjudicant. Apud Romanos antiquioribus temporibus confiſcatio univer-
ſorum bonorum in uſu non fuit. *l. 1. §. 1. & l. cum ratio 7. D. de bonis damna-
torum*, nec etiam ſub Imperatoribus bona damnatorum lege Majeſtatis
auferebantur. P. Suilio damnato ademta tantum bonorum pars. Nam fi-
lio & nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam, quæ teſtamento
matris, aut Avi, acceperant, *ut ait Tacitus Annal.* 13. *cap.* 43. Sic ex conſti-
tutione Claudii peculium filii non publicabatur, publicatis bonis Patris.
l. denique 3. §. ſed utrum in fin. D. de minor. XXV. *annis. Paulus I. C.* ſi plures,
inquit, filios damnatus habeat, feruntur exempla, per quæ pluribus liberis
omnia bona damnati conceſſa ſunt, ſed & Divus Hadrianus in hanc ſen-
37. tentiam ſcripſit: Favorabilem apud me cauſam liberorum Albini filiorum
numerus facit, cum ampliari imperium hominum adjectione potiùs, quàm
pecuniarum copià malim, ideoque illis paterna ſua concedi volo, quæ ma-
nifeſtabunt tot poſſeſſores, etiamſi acceperint univerſa. *d. l. cum ratio 7. &*
38. *§. ſi plures.* Boni Principes, *inquit Forſchner*, cum injurias ſuas, & læſæ Ma-
jeſtatis crimen, ulti ſunt, ne magnitudinem pecuniæ, quam damnatus ha-
bebat, & avaritiam ſuam reo exitium attuliſſe dici poteſt, bona damnato-
rum liberis & Agnatis tranſmiſerunt. Quod Coſmus Hetruriæ Dux, qui
pluribus, quàm quiſquam alius ſuorum temporum conjurationibus petitus
fuit, ſæpius feciſſe dicitur. *Forſtner. in notis ad Tacit. annal. 6.* Sic Julius
Cæſar admiſit ad honores proſcriptorum liberos, *Suet. in ejus vita cap.* 41.
Adrianus Cæſar liberis proſcriptorum duodecimas bonorum conceſſit,
39. Majeſtatis crimina non admiſit, *ait Ælius Spartian. in ejus vita. cap.* 18. Cor-
nelius Sulla libertatis hoſtis, & ſæviſſimus mortalium, proſcriptionis tabu-
las, novi generis edictum, *Florus lib. 3. cap. 21.* primus propoſuit. *Aurel Vi-
ctor in ejus vita. Paul. Diacon. hiſt. miſcel. lib. 1. cap. 17.* primus, *inquit*, infa-
mem illam tabulam proſcriptionis induxit. *Vallejus lib. 2. cap.* 18. Primus
ille, *inquit*, & utinam ultimus, exemplum proſcriptionis invenit. Nec ta-
men in eos, qui contra arma tulerant; ſed in multos inſontes ſævitum: ad-
jectum etiam, ut bona proſcriptorum vænirent, excluſique paternis opibus
liberi, etiam petendorum honorum jure prohiberentur, ſimulque, quod
indigniſſimum eſt, Senatorum filii, & onera ordinis ſuſtinerent, & jura
perderent.

40. Quantas turbas, calamitates, miſerias, quantùm injuſtitiæ & crudeli-
tatis, inſolentes iſtæ & ſævæ proſcriptiones & publicationes bonorum,
pulſis in exilium Parentibus, & liberis innocentibus ad egeſtatem detru-
ſis, in Republica excitent, quamque exitioſæ & fatales ſint, optimati-
bus, & familiis illuſtribus, ipſamque formam Imperii ſubvertant, hoc fle-
bilis Germaniæ, & rerum præſentium facies, teſtatur & oſtendit. Ex hoc
fonte derivata clades in Reges populoſque fluxit, *ut canit. Horat.* Magna
41. illa & audax Electoralis Palatinatûs ſectio & confiſcatio, principium &
fundamentum fuit cæterarum, earumque numero innumerabilium dire-
ptionum & publicationum. Quamdiu res Romana & Germana ſtetit, nul-
lo ævo tot & tam crebræ, multipliceſque proſcriptiones, & confiſcationes
auditæ & viſæ fuerunt in Imperio, quàm per hoſce viginti annos, quibus
funeſtum hoc & civile inter Chriſtianos bellum flagrat. Nunquam ullo
ſæculo plures Palphurii & Armillati extitêre, qui callidis ſuis & iniquis
prævaricationibus & calumniis in gratiam Imperatoris & in compenſatio-
nem vindictæ & damni, tum ut ipſi ſe quoque rapinis paſcerent & ſuffar-
cirent, plures Principatus, Ducatus, feuda regalia, provincias, fundos

&

& bona per vim innocentibus ablata, fiſco vindicarint, quàm hac noſtrâ
tempeſtate. Sed redeundum eſt ad orbitam.

Clari porrò Juris eſt, quod in connexis & inſeparabilibus, non debeat 42.
extendi judicium, ad incommodum & injuriam ejus, qui in judicio non
fuit. *l. denunciaſſe §. final. D. de adult.* ubi quæ contra adulterum dicta
ſententia eſt, mulierem non onerat, tametſi individuum crimen ſit. *Cra-
vett, dict. conſ. 983. n. 39. Anchoranum citans ex conſil. 21. n. 1. cap. dilecto. &
cap. final. de præbend. Alexand. in l. ſæpè n. 37. D. de re judicat.* Quid hic, 43.
inquit, ibidem Cravetta, in re dividuâ dicendum, in quâ à jure Patris jus fi- 44.
lii ſeparatur? Cum à Patre nihil quicquam de feudo hoc filius conſequa-
tur, verùm à concedente, & ex lege feudi. *c. 1. §. & hoc notandum. Qui
feuda dare poſſunt. c. 1. in princip. & §. 1. de ſucceſſ. feud. Bart. in l. item viden-
dum. §. final. D. de petit. hæredit. & in l. ubi jurisjurand. §. ſi liberi n. 2. D.
de oper. libert. Iſern. in cap. 1. §. quid ergò. n. 7. poſt med. de inveſtit. de re alien.
fact. Baldus in dict. cap. 1. in princip. n. 5. de ſucceſſ. feud.* Separata autem ſe- 45.
paratorum jure cenſenda, & minimè connectenda ſunt. *l. Papinianus 20.
D. de minoribus. l. final. D. de calumniatoribus. l. ſi maritus. 10. C. de donation.
inter vir. & uxor. Rolandus à Valla libro 4. conſ. 29. n. 23. & conſ. 39. n. 52.
ubi dicit*, ex ſeparatis, & diverſam rationem habentibus, non fit recta illa-
tio. Abſurdum igitur eſt, ſic argumentari: Quoniam feuda nova & hæ- 46.
reditaria, bonaque patrimonialia in crimine læſæ Majeſtatis confiſcantur
& liberis auferuntur; ita etiam feuda paterna & ex pacto, quando in ipſum
Dominum ſcelus commiſſum, confiſcari & ad Dominum redire debent,
liberis & Agnatis inde excluſis, quia lex generaliter edicit, bona delinquen-
tis publicari, & feuda domino aperiri. Quantum enim feuda ex pacto &
providentiâ, ab aliis feudis & bonis patrimonialibus differant, hoc pluri-
bus deductum fuit, & vel Dupondiis notum eſt. Cum igitur differentia,
ſeparata, & diverſa ſint hæc & illa, non fit recta de uno ad aliud illatio, nec
bona argumentatio poſitivè, vel remotivè, *ut ait Everhardus in loco à ſe-
parat. per l. final. & l. natura 12. §. nihil. commune. D. de acquir. poſſeſſ. l. per-
miſceri in pri. 52. D. eodem. ibi Ioan. de Imol.* Hoc eos attendere & notare
velimus, apud quos receptum, ut feuda non multùm differant ab aliis bonis
hæreditariis & patrimonialibus.

Quocirca Dyni antiquiſſima & probatiſſima ſententia, *in c. non de-
bet. 20. de regul. in 6.* attendenda eſt. Aut bona, *inquit*, eveniunt ab ipſo
Patre, aut genere ulteriore, aut à Civitate, vel à rerum naturâ. Primo caſu 47.
nocet delictum Patris filio, in ſecundo & tertio caſu, non nocet, *l. 3. D. de* 48.
*interdict. & relegat. l. divi fratres. D. de jure patronat. & ita debet intelligi. C. de
quaſt. l. divo Marco. & D. ad l. Corneliam. de falſis l. ſi quis Patris ſui.* Et pro-
pter hoc ſoluta eſt quæſtio, de quâ dubitari ſolet, ſcilicet an filius debeat
privari ſucceſſione feudi, propter delictum Patris: quia erat paternum 49.
(hoc eſt, novum à Patre primò acquiſitum) privatur; ſi à rerum naturâ,
vel à genere alteri obveniens, non privatur. *per l. 3. allegat. de interdict. &
relegat.* Operæ pretium eſt addere, quæ Carolus Molinæus *ibi addit.* Ex
his & aliis, præſertim quæ *ſcripſi in conſ. Pariſ. §. 30. quaſt. 36.* Marcgravii 50.
Brandenburgenſes, Agnati ſui Alberti Marchionis Brandenburgenſis à
Carolo V. Imperatore proſcripti, contendunt hoc anno 1555. ditionem
dicti Alberti non potuiſſe hac occaſione occupari per Norimbergenſes &
Epiſcopos, & Ferdinandum Regem; ſed ſibi debere ante omnia reſtitui: 51.
quia vocantur à genere, & vi feudi aviti, & antiqui. *& ita tenent. Bartol. in
dict. l. 3. & omnes Feudiſtæ. in cap. 1. ſi Vaſall. feud. priv. cui defer. in uſibus
feud. Iacobus in inveſtit. in verb. dictique Vaſalli promiſerunt, non committere
feloniam. verſic. videamus nunc, uſque ad finem. per 5. colum. Franciſchin. in 5.*

part. feudo Hieronymus Gratus conſ. 2. libro 1. Bart. Alexand. & omnes in l. ſi finita. §. de vectigal. D. de damno infect. etiamſi propter noxiam, ſeu feloniam, commiſſam in ipſum Patronum, cum ſit feudum antiquum. *gloſ. cap. 1. §. 1. de ſucceſſ. feud. Andr. Iſern. cap. 1. §. ult. Quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. & C. firmiter. de prohibit. feud. alien. per Frederic. & C. 1. ſi Vaſall. feud. privatur. Alexand. conſ. 30. colum. 5. libro 1. verſic. non obſtant. Curt.*
52. *Senior conſ. 49.* Addo etiam rationem, quia non potuiſſet etiam expreſsè abdicare feuda antiqua in præjudicium Agnatorum, *cap. 1. §. hoc quoque. & ibi Baldus de ſucceſſ. feud. Alvarot. in cap. 1. §. ultim. concluſ. 37. Quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. gloſſ. Baldus & omn. in cap. 1. de alien. feud. patern. in uſi. feud. Iacob. de Sancto Georg. in tract. feud. in verb. & unus & dict. Vaſall.*
53. *reſu. feud. col. 3.* Ergò nec tacitè. Tum iſte prohibitus erat alienare non tam ſui, quàm alienorum favore; igitur etiam delinquendo non poterat alienare nec amittere feudum. *l. Statius in fin. de jure fiſci. Bartol. in l. ſi quis in tantam. col. 3. C. unde vi, quem omnes ſequuntur. Paul. & alii in dict. §. ſi de vectigal. colum. ult. Fabian. de monte Sancti Savi. in tract. de empt. & vend. in 4. quæſt. princip. quæſt. 14. Franc. Aret. conſ. 14. colum. 5. Decii in l. furioſi. D. de regul. juris. Matth. de Afflict. in conſtitut. Neapolit. de revocat. alienat. conſtitutione hac edictali n. 5. libro 3. Hactenus Carol. Molin. adde nunc Baldum in l. 1. C. de bonis libert. n. 6. ubi Dynus ſequitur ſententiam. Abbatem conſil. 3. n. 5. Marian. Socin. Iun. conſ. 77. n. 120. vol. 2.* qui opinionem multùm æquam vocant. *Benedict. Capra. regul. & tractat. libro 1. concluſ. 77. n. 59. Ioan. Bapt. Bajard.*
54. *in annot. ad Clar. in §. læſa Majeſtatis n. 24. dicit*, advertendum eſſe, quod in caſibus, in quibus pœna Patris nocet filiis, nocet tantùm in his, quæ deſcendunt ex perſonâ Patris, ſecùs in aliis, quæ aliunde obveniunt ipſis filiis. *Gramm. deciſ. 6. n. 14. Beroald. in conſ. 65. n. 155. n. 1. Hinc Alexand. in conſ. 30. n. 15. vol. 1. hanc regulam tradit*, quod ubicunque feudum eſt cônceſſum generi, & agnationi, & provenit ab Avo, vel proavo, tunc delictum unius non nocet alteri. *l. eum qui D. de interd. & releg. Refert Referens apud Gylmann. vot. 8. tit. 8. part. 2. tom. 1. n. 68.*

Non inconveniens propoſito fuerit adſcribere, quæ *Ioannes de terrâ rubeâ in eandem ferè ſententiam ſcripſit in tractat. 1. articul. 1. in 23. concluſione.*
55. *in tractat. de rebell.* Quod ſi Rex, *inquit*, mereretur regno privari, non ideò primogenitus, vel ſucceſſor privaretur regni ſucceſſione, quia re-
56. gnum, *(ita & Electoratus)* non defertur ſucceſſori à Patre, nec per medium activum, ſive productivum ejuſdem. *Hinc dicit l.* quod Pater delinquendo nihil jure adimere poteſt liberis, niſi ea, quæ ab ipſo proventura eſſent ad eos, ſi illi ab inteſtato ſuccederent, ut hæredes. Ea verò, quæ non à Patre, ſed à genere, vel Civitate, vel à naturâ rerum, tribuuntur, liberis firma manent, nec per aliqua Patris crimina amittuntur, *ut dicit text. in l. 3. de interd. & relegat.* Sed primogenitus non à Patre, ſed à conſuetudine deferente, ſuccedit in regno, igitur per crimen Patris non amittit. Cæterùm ea quæ debentur filiis, ut filiis, non perduntur per delicta Parentum: præſertim quando non devolvuntur per medium Patris actum, ſive productum, nec patrimonialiter. *arg. l. adoptivum. §. final. & l. emancipatum. & l. filiam. D. de Senat. & not. gloſ. in l. Divi. D. de jure Patron. & in l. 1. C. de libertorum bonis & jure patron. l. eorum qui. D. ad legem Iuliam Majeſtatis. ubi textus dicit*, quod jura, quæ competunt in ſucceſſione libertorum paternorum, non perdit filius propter crimen Majeſtatis læſæ à Patre commiſſum, ſed ad illum, & non ad fiſcum devolvuntur. Ex quibus ſequitur, quod Rege privato regnum devolvatur ad ſucceſſorem, qui debet ſuccedere ſecundum conſuetudinem, non autem ad alterum aliquâ ratione.
57. Quin idem jam in Electoratibus, & Principatibus, in quibus eadem ſucceſ-

ſionis

ſionis & devolutionis forma conſtitura eſt, ſtatuendum & determinandum, ſit quis ambigere poteſt? ſirepſe lege jubet eſſe ratio, *Plaut. in prolog. Imphitraon. Idem Ioan. de terrâ rubeâ in d. concluſ. paulò ante finem:* In patrimonialibus, *inquit*, & quæ jure hæreditario deferuntur, ex delicto Patris magis privari poſſunt ſucceſſione filii, quàm in aliis, *ut habetur & notatur per gloſſ. in l. Divi, de jure patronat. l. adoptivum. §. final. de in jus vocando. Hæc probat l. quia. de bonis libert. ideò dicit gloſſ.* quod delictum Patris nocet 58.
filiis aliquando in his, quæ competunt & devolvuntur ad eos, ut ad hæredes: ſed non in his, quæ eis, ut filiis, deferuntur. Ar regnum Franciæ, (*ita & Electoratus*) non defertur jure hæreditario: *addit poſtea*: ſucceſſurus in regno, (*electoratu etiam*) patre Rege vivente, haber jura formara in regno videlicet, quia haber in eo quandam ſpeciem dominii, & jura primogeniruræ, quæ ſunt magnæ efficaciæ: Et ideò non mirum, ſi illa ſibi reſervantur, patre privato regno, (*electoratu*) propter delictum aur alirer: imò plenificatur, *ut 1. allegat. adoptivum. in fine.* Hæc ex Johanne de terrâ rubeâ ἐγψωδῶς.

Capvt XVII.

ARGUMENTUM.

Ita plures rationes, cur injuſtum & iniquum ſit, auferre filiis & Agnatis, propter crimen Patris, feuda ex pacto & providentiâ Majorum, depromuntur in medium. Nimirum injuriam fieri Majoribus, cum quibus feudi contractus ſit initus: Eorumque diſpoſitionem cancellari. Deinde pacta fidemque ultro citroque interpoſitam violari, Progenitorum, ſolemni proviſione penitùs ſublatâ.

Præterea toti generi vim & tyrannidem fieri; ſucceſſionumque & ſanguinis jura ſubverti, quod nec lex, nec ullus Princeps poſſit. Dolorem injuriæ capiti factæ ad omnes pertinere. Primævam inſuper inveſtituram, & feudi formam abrogari. Vno Vaſallo ingrato, & memoriam beneficii dependente, cæteros, quibus id beneficium commune ſit, ſi fideles manſerint, non eſſe pari conditione cenſendos.

Pernicioſiſſimum adhæc Reipublicæ, & quieti communi pernoxium, bona gentilia auferre legitimis ſucceſſoribus; quia hi facto iſto ad deſperata conſilia adacti, turbandi Rempublicam & ſua recuperandi occaſionem circumſpicere ſoleant. Rariores in Rebuſpublicis, & ſub liberiori Principatu, proſcriptiones, crebriores ſub abſoluto dominatu exerceri, eaſque in potentiores & ditiores decerni, Principem Anhaltinum, & alios mediocritate fortunarum à confiſcatione bonorum exemtos manſiſſe, Friderico amplitudinem ditionum & opum, exitio fuiſſe.

Si dubium & controverſum eſſet, filium vel Agnatum poſſe feudo antiquo privari ob delictum Patris, eam tamen interpretationem in dubio eſſe faciendam; per quam, pœna excludatur & filio jus quæſitum ſalvum maneat.

CONSPECTVS.

1. QUando feuda ex pacto & providentiâ liberis propter crimen Patris auferantur, injuriam fieri Majoribus, & pacta ultrò citroque inita reddi irrita, contra Progenitorum voluntatem expreſſam;
2. Qui voluerint, feuda illa perpetuò in unâ eademque familiâ fixa perennare:
3. Aliàs integrum illis fuiſſe ſtipulari feuda hæreditaria & informia, niſi voluiſſent prævenire, ne ipſorum poſteri privarentur aliquando feudis.
4. Principem jura ſucceſſionum & ſanguinis dirimere non poſſe.
5. Vocabulum ſanguinis naturale eſſe, & naturaliter exaudiri:
6. Conſanguinitatem nullo delicto tolli.

7. Civilem rationem civilia jura corrumpere, naturalia verò nequaquam.

8. Nec per exhæredationem juſtam filiò jus filiationis, ſanguinis & generis, adimi poſſe.

9. Hæreditatem, ſive jus ſuccedendi nihil commone habere cum cognatione.

10. Jus filiationis & primogenituræ, & ſucceſſionem vi illius competentem, adimi non poſſe.

11. Tutelam legitimam in filium tutoris non quidem jure hæreditario, ſed jure conſanguinitatis deferri, ideò eripi non poſſe.

12. Succeſſores in feudis antiquis dici poſſidere titulo majorum:

13. Hinc cum illa iſtis auferantur, jura majorum neceſſario violari:

14. Ultimum Agnatum eſſe primi acquirentis, non ultimi poſſeſſoris ſucceſſorem.

15. Ergò primo acquirenti, à cujus providentia non liceat recedere, fieri injuriam; ſi ejus ſucceſſori feudum ſine cauſâ auferatur.

16. Primum acquirentem deferre vigore primæ inveſtituræ feudom ad poſteros; tanquam fontem aquam ad rivulos;

17. Ideò ſi feudum liberis præripiatur, ipſam ſcaturiginem obſtrui, & priorum Imperatorum beneficia obliterari.

18. In primâ inveſtiturâ conditionem tacitam ineſſe, ut omnes ominium ſuccedant gradatim, qui ſe non ingratos exhibeant.

19. Unius ingratitudinem, non debere cæteris imputari, qui beneficii memoriam conſervant.

20. Non ſoli Friderico, ſed toti familiæ Palatinæ injuriam & vim factam per ademtionem & tranſlationem Electoratûs in omnium remotiſſimum gentilem.

21. Læſo familiæ capite, totam familiam offendi.

22. Inveſtituram primam ſemper eſſe attendendam.

23. Eſſe enim primam feudi radicem, & fundamentum.

24. Dare rei legem & formam,

25. Ordinem ſuccedendi in eâ præſcriptum preciſè obſervandum.

26. Inveſtituras Electorum & Principum expreſſè vocare unum primogenitum poſt alium:

27. Si nunc primogenitus impediatur, uti jure ſuo quæſito propter crimen Patris, inveſtituras illas violari, ipſo fundamento fendi penitus ſubverſo.

28. Feudi naturam in præjudicium eorum, qui jus quæſitum habeant, non poſſe alterari. Non agi hic de unius; ſed multorum favore.

29. Non expedire Reipublicæ, bona gentilitia auferre liberis.

30. Imò januam aperiri innocentibus ad deſperationem & maleficia.

31. Proſcriptionem eò frequentiorem futuram, quò plures fuerint, quibus hæreditatis ſpes alienâ culpâ, prædicatur.

32. Egeſtate homines deſperatos ad ſcelera impelli.

33. Nullum calumniarum finem futurum, niſi avita bona relinquantur propinquis damnatorum.

34. Ex nullâ re bonum Principem faciliùs tyrannum fieri, quàm propoſitâ proſcriptione bonorum.

35. Nunquam defuturum calumniatorem & improbum Judicem propoſitâ proſcriptionis ſpe.

36. Rariorem in Rebuspublicis & liberioribus regnis confiſcationem, creberrimas ſub abſoluto dominatu exerceri:

37. Adminiſtratorum avaritiæ & egeſtati ſuccurri ſolere, per proſcriptiones & confiſcationes bonorum:

38. Hinc fieri, ut graviùs ſæpe animadvertatur in reos, & horum innocentes liberi bonis priventur:

39. Ipſi etiam Principes, malè audiant, & invidiam, odiumque in ſe trahant.

40. Anhaltinum Principem mediocritate fortunæ immunem à confiſcatione præſtitum fuiſſe;

41. Friderico verò Regi potentiam, & amplitudinem bonorum & ditionum, exilio fuiſſe, & cauſam confiſcationis extitiſſe.

42. Proſcriptiones plerumque contra ditiores & potentiores in Republica decerni.

43. Crimen prætendi quidem; ſed veram cauſam eſſe plerumque opes.

44. Fiſcum lieni ſimilem, quâ creſcente decreſcant cætera membra:

45. Ob has & ſimiles rationes Juſtinianum legem tuliſſe, quâ damnatorum bona fiſco adimantur;

46. Quam plerique populi probarint.

47. Nullâ re, regales in Galbâ opes magis creviſſe, quàm proſcriptionibus.

48. Etiamſi in dubitationem vocaretur, filium poſſe ob crimen Patris feudo privari;

49. Attamen in dubio eam interpretationem præferendam per quam jus filiis conſervetur.

50. In certamine opinionum, eam opinionem potiorem unde juris conſervatio ſequatur.

51. In re dubiâ pœnam excludendam.

52. Quæ pro utilitate hominum introducta ſint, non eſſe producenda ad ſeveritatem.

Aliæ

Liæ etiam rationes ſuperioribus addi poſſunt, quare feuda ex pacto & providentiâ, de jure confiſcari, & propter crimen Patris filiis, per publicationem bonorum, auferri nequeant; ne ſcilicet injuria fiat cùm majoribus, cum quibus feudi contractus olim fuit initus, tum etiam his, quibus inde jus eſt quæſitum. Deinde, ne fides & pacta, ultro citroque ab initio ſancita & firmata, rumpantur, & ad nihilum reducantur, fiantque fruſtranea & nulla, nev eprovifio & providentia majorum progenitorum, qui cunctis ſuis deſcendentibus, & toti familiæ perpetuò conſervandæ, per ejuſmoni inalienabilia, inamiſſibiliaque bona, proſpicere voluerunt, reſcindatur, efficiaturque inanis. *Roſenth. cap. 2. concluſ. 33. n. 43.* Sed primi, *inquit*, acquirentis, & domini primi concedentis voluntas, mens ac propoſitum fuiſſe videtur, ut perpetuò in unâ ac eâdem illâ familiâ fixa manerent. quare amplexanda opinio, per quam horum primorum contrahentium Vaſalli ac primi Domini voluntas magis conſervetur, ut & familiarum honor & dignitas hac ratione diu ſarta tecta & inconcuſſa maneat. Ni hoc in conſideratione habuiſſent, præventuri, ne poſtgeniti ipſorum deſcendentes, facto alterius, privarentur aliquando bonis, ab ipſis primò acquiſitis; potuiſſent hæreditaria, informia, & nova feuda conſtituere, & à Dominis, qui & talia fortaſſe libentiùs conceſſiſſent, ſtipulari. *Rolandus conſ. 56. n. 6. & ſeq. tom. 3. text. in l. 1 §. ubi autem. 11. verſ. Sin autem ad deficientis. C. de caducis tollend. ibi: Nam ſi contrarium volebat, nulla erat difficultas conjunctim ea diſponere. Decius conſil. 465. Cravett. conſ. 300. n. 6. Decianus conſ. 55. n. 44. libro 3. Rolandus conſ. 51. n. 8, 9. tom. 3. ubi dicunt*, non præſumi hoc voluiſſe teſtatorem, quod non expreſſit, ſi enim voluiſſet, utique expreſſurum fuiſſe. idem eſt in contractibus, & aliis ſtipulationibus. *Rolandus à Valle conſ. 59. n. 25. vol. 3.* Ne jura denique ſucceſſorum & ſanguinis ſubvertantur, quæ Princeps æquè minùs, quàm reliqua, quæ dicta ſunt, immutare & infringere poteſt. *Bald. in verſ. amplius, conſueverunt. n. 2. tit. de pace conſtantiæ.* Cum enim nullum dubium ſit, hæreditatem, ſive ſucceſſionem in regnis; ita etiam in Electoratibus & feudis dignitatum jure ſanguinis deferri; hoc autem vocabulum ſanguinis totum naturale eſſe, & naturaliter exaudiri, *ut ait Hottomann. in tractat. de controverſ. Patrui & Nepot. tit. 12. per l 2. D. unde cognati. l. vel ſi 12. D. de manumiſſis vindicta. l. jura ſanguinis. 8. D. de reg. juris. rectè dicitur*, jura ſanguinis nullo jure civili, ideò nec ab ullo Principe, & Imperatore dirimi poſſe. *d. l. 8. ibi gloſſ.* Sanguinis jura, interpretatur jus conſanguinitatis, aſſerens ipſam conſanguinitatem nullo delicto tolli poſſe, etiamſi jus ſuccedendi, tanquam agnatio, tollatur mediâ & maximâ capitis diminutione. *§. ultim. D. de legitim. tutel. ubi dicitur*, civilem rationem civilia quidem jura corrumpere, naturalia verò non. utique *l. eas obligationes 8. civilis ratio, inquit*, naturalia jura corrumpere non poteſt. *D. de capit. diminutione, ſeu capite punitis. l. ſed de pecunia. 2. §. 1. dicit, nec enim naturalem rationem auctoritate Senatûs commutari poſſe. D. de uſu fructu earum rerum quæ uſu conſum.* Adeò ut nec per exhæredationem, quamvis juſtam, filio jus ſanguinis, filiationis, generis adimere fas ſit. *l. jus agnationis. D. de pactis. l. eum. D. de interdictis & relegat. l. filius familias. 114. §. cum Pater. 13. D. de legat. 1. ubi*, filius exheredatus, nihilominùs vi juris ſanguinis revocare poteſt rem, extra familiam alienari prohibitam. *Iacob. Omphalius libro 1. civilis Politices cap. 48. n. 3, 4.* Quomodo nunc, & quo fundamento juris, & rationis, Pater poteſt delicto ſuo cauſa eſſe, ut filio adimantur bona familiæ, & jura ſanguinis, per quæ illa obtinet, cùm tamen Pater ea non poſſit per juſtam exhætedationem filio, propter proprium illius delictum

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

9. ctum exheredari promerito, adimere? Ratio, cur propter delictum Patris
non poſſint jura ſanguinis filio infringi & eripi, quia hæreditas, ſive jus ſuc-
cedendi, nihil cum cognatione commune habet; ſed abeo non aliter, atque
à filiatione eſt ſeparatum, *ut ait Omphalius d. libro* 1. *cap.* 48. *n.* 10. *per Bar-
tolum in l. is poteſt. verſ. eſt & aliud. & per Paulum de Caſtr. Franciſc. Aretin.
Iaſonem in eadem l. D. de acquirend. hæredit.* nec qui exheredatus eſt, idem
eſſe deſinit conſanguineus. *l.* 1. *§. poſt ſuos. D. de ſuis & legit. hæred. Ioan. de
terra rubea in tract. contra rebelles Regis, ubi agit de jure ſucceſſoris in regiis hæ-*
10. *reditat. tract.* 1. *artic.* 1. *in* 16, 17, 18. *concluſ.* docet & demonſtrat, jus filia-
tionis, ſive primogenituræ, quæ tantùm, *ut inquit*, conſignificat, & ſucceſ-
ſio, vi illius juris adimi & impediri non poſſit. *in* 2. *artic. & in* 2. *concluſione
dicit*, quod filiatio nihil aliud ſit, quàm illa identitas particularis naturæ
præſens, penetrans in filium. *ut l. liberorum. De verborum ſignif. cum gloſſa.*
11. Sic tutela legitima, in filium tutoris, jure hæreditario non defertur; ad
eum tamen jure conſanguinitatis, tanquam in Agnatum, non ut in hære-
dem, tranſit. *l. tutela* 16. *§.* 1. *D. de tutelis. ibi*: nullam tutelam hæredita-
rio jure ad alium tranſire: ſed ad liberos (tanquam Agnatos, non, tanquam
hæredes, *inquit Gothofr. ibi per l.* 46. *familiæ hereiſ. l.* 56. *§.* 2. *D. de jure do-
tium.*) virilis ſexûs deſcendunt legitimæ: cæteræ non deſcendunt. Ratio
eſt, quia tutela legitima, à lege, vel conſuetudine, propter jus ſanguinis
datur; ideò per hominem auferri non poteſt: dativæ & teſtamentariæ ab
homine proveniunt, ideò in liberos tutorum non deſcendunt *Ioan. de ter-*
12. *ra rubea in d. primo articul. in undecima concluſ.* Cum enim ſucceſſores in
feudis pactionatis dicantur poſſidere, jure & titulo majorum, quorum jure
utuntur, *l. qui in jus. D. de regul. jur. l. cum herus. D. de diverſ. & temp. præſcript.*
13. Igitur ſi feudum familiæ per confiſcationem ſubtrahitur liberis & deſcen-
dentibus primorum acquirentium, atque adeò toti familiæ aufertur, ma-
14. nifeſtè jura majorum violantur. Ultimus Agnatus eſt ſucceſſor non ulti-
mi poſſeſſoris, ſed primi acquirentis. *c.* 1. *in fin. de ſucceſſ. feud. & ibi Dd.
Decius conſ.* 78. *n.* 4. *incipit; licet in caſu propoſito c.* 1. *§. de feudo Marchiæ.
Zaſius epitom. feud. part.* 8. *n.* 5. *Iſern. in d. c.* 1. *§. hoc quoque n.* 6. *de ſucceſſ.
feud. Gail* 2. *obſerv.* 149. *n.* 3. *& obſerv.* 150. *n* 14. *& de pace public. libro* 2.
15. *cap.* 13. *n.* 8. Ergò primo acquirenti, à cujus providentiâ recedere non li-
cet; *Dd. in d. c.* 1. *& §. hoc quoque Decius conſ.* 445. *n.* 22. *incipit: in caſu ad
me tranſmiſſo. allegatur à Gail* 2. *obſerv.* 49. *n.* 6. *in fin.* fit injuria, & initus
cum eo contractus, atque primæva inveſtitura rumpitur, & violatur, ſi hu-
16. jus ſucceſſori feudum ſine causà, & propter crimen alterius aufertur. Sicut
enim è fontis venâ, aqua in rivos defluit & promanat; & è ſtipite rami &
ſtolones progerminant: ſic à primo acquirente & generis conditore bene-
ficium acquiſitum in poſteros, qui ex ejus lumbis proveniunt, per primam
ſtipulationem & conceſſionem, velut per alveum derivatur. *gloſſ. in l. ſi
donato. §. final. in verbo inchoare. D. de donat. inter vir. & uxor. Gail d. ob-
ſerv.* 49. *n.* 3. *& obſ.* 149. *n.* 4. *VVeſ. conſ.* 41. *n.* 105. *Vultejus conſ. Mar-
purg* 25. *n.* 25. *vol.* 3. *text. in cap.* 1. *in verbis, per inveſtituram Patris, vel*
17. *Avi. De feudo Marchia.* Quod ſi nunc deſcendentibus primi fundato-
ris feudum antiquum pacto veſtitum, ut perpetuò in familiâ permaneat,
& de uno ad alium gradatim, ordine ſucceſſivo, tranſeat, aufertur, ſive per
vim, ſive propter culpam ab ultimo poſſeſſore commiſſam, ipſe fons tur-
batur, & obturatur, & rivuli exſiccantur; caudex etiam ſucciditur, & rami
detruncantur, hoc eſt, vis & injuria, contumeliaque Majoribus benè pro-
meritis infertur, innocentes & jus quæſitum habentes poſteri, puniuntur &
privantur jure ſuo, ignominia denique fit Imperatoribus prioribus, dum
prima eorum conceſſio rejicitur & oblitteratur.

Primæ

Primæ conceſſioni conditio quædam tacita ineſſe cenſetur, talis nimi- 18.
rum, ut omnes liberi & Agnati, primo acquirenti eâ lege ſuccedant, ſi ac-
cepti beneficii memoriam non deponant, neque ſe ingratos erga primum
concedentem ejuſque ſucceſſores oſtendant, *ut ait Gail 2. lib. de pace pub-
lic. c.13. n.11. & n.13.* Si igitur unus ingratus ſit, cæteri verò beneficii me- 19.
moriam retineant; hi non debent in pari, quâ ingratus, conditione con-
ſtitui. Non igitur uni & ſoli Friderico, aut ejus liberis tantùm, ſed toti in- 20.
clytæ & tam numeroſæ familiæ Palatinæ, in quâ tot Agnati, & plus minùs
viginti, Bavaro proximiores, & ex lineâ Ruperti, directo tramite, oriundi
Nepotes ſuperſunt, qui omnes propter unius Agnati culpam, prætenſam
illam quidem, non probatam, ſummâ cum contumeliâ & violentiâ, jure
ſuo quæſito ſpoliantur, injuria & vis facta eſt. Læſo enim uno, & quidem 21.
familiæ capite, tota familia omniaque ejus membra laceſſita & offenſa cen-
ſentur. *l. Prætor edixit 7. D. de injuriis ibi gloſſ. & Bartol. l. 1. & 2. D. de libe-
rali cauſa. quæ habet, inquit, Petrus Gilkenius de Præſcript. part. 3. cap. 13.
n. 203. quod etiam ipſa ratio decernit*, dolorem injuriæ ab uno ex cognatio-
ne acceptæ, ad omnes pertinere. *Alexand. in l. ſi ſtipulatus fuero. 129. §. Chry-
ſogonus 2. Iaſon ibid. D. de verbor. obligat.*

Inveſtitura prima ſemper eſt attendenda, obſervanda, & ab eâ, ne latum 22.
unguem, diſcedendum, *Decius conſil. 193. & conſ. 443. n. 23. Pariſ. conſil. 1.
vol. 1. Peregrin conſ. 18. n. 2. Bartazoll civil. conſ. 89. n. 13.* Eſt enim prima feudi 23.
radix & fundamentum. *Bald. in cap. 1. n. 2. de eo qui ſibi & hæred. & in c. 1.
§. 1. de feudo Guardiæ. Sonsbek. de feud. part. 9. n. 25. Zaſ. epitom. feud. part. 6.
n. 23.* Dat eſſe rei, legem & formam. *Burſat. conſil. 85. n. 4. Honded. conſ. 70.* 24.
*n. 11. vol. 2. Anonymus inter conſil. Iuriſconſult. German. conſil. 31. n. 71. & con-
ſil. 34. n. 9.* Et ſecundum ordinem in illa præſcriptum ſuccceditur in feudo, 25.
qui quidem ordo præcipuè ſervandus eſt, *ita Paulum de Caſtro in conſ. 138. in
princip. per c. 1. de duobus fratrib. per Capitan. inveſtit. dicere ait Hartmann. ab
Eppinghen ſupremi in Palatinatu tribunalis Index. in lib. 2. pract. forenſ. obſ. 16.
n. 8. lit. 54. atque ex eo textu Baldum notare*, quod tenor inveſtituræ deroget
omnium feudorum naturæ, *& Præpoſitum*, quod tenor inveſtituræ ſit ſem-
per attendendus diligenter, quia deroget juri feudorum. *c. 1. de feud. non
habent. propriam feudi naturam. Roman. conſil. 494. in 2. colum. Iaſon conſ. 136.
n. 4. ubi de naturâ & efficacia inveſtituræ. Zaſ. part. 8. n. 49.* tenorem inveſti-
turæ diligenter inſpiciendum ad cognoſcendum feudi naturam, in eum
enim velut in ſcopum omnem feudi ſtatum dirigi. At inveſtitura in feu- 26.
dis antiquis, præſertim in Electoratibus & regalibus feudis, expreſſè no-
minat & vocat deſcendentes, & unum primogenitum poſt alium, *vide In-
veſtit. Principum & Electorum, quæ ſe fundant in Aurea Bulla omnes.* Ergò ſi 27.
propter crimen Patris, primogenitus, vel alius deſcendens, vigore primæ
inveſtituræ vocatus, & jus quæſitum inde habens, prohibetur uti jure ſuo,
ſanè violatur & cancellatur prima illa inveſtitura, & feudi fundamentum
evertitur, quod Principi nequaquam licet. Feudi enim naturam in præju- 28.
dicium aliorum Agnatorum, quibus ex pacto & providentiâ primi acqui-
rentis jus quæſitum, alterari non poſſe, *ait Germania Papinianus (ita eum vo-
cat Iacobus Campius in Epiſt. dedicat. ad regulas juris Bulgari) in dict. obſ. 49. n. 1.
& n. 3.* Attendi igitur debet prima inveſtitura, & ad eam, tanquam ad ſco-
pum & primam radicem collimandum, & ſurrogatum ſecundum qualita-
tes primæ inveſtituræ accipiendum, ut ſit confirmatio antiquæ inveſtitu-
ræ, non nova inveſtitura. *arg. l. ſi donato. §. final. D. de donat. int. vir & uxor.
gloſſ. ibidèm in verb. inchoare, ubi dicit per illum textum*, quod ultimus teneat
locum primi. Nam primus acquirens vigore primæ ſtipulationis & inve-
ſtituræ defert feudum ad poſteros, ſicut fons aquam ad rivulos.

Ex

Ex quibus planè perſpicuum eſt, quod Dominus & Vaſallus non poſſint Agnatorum conditionem, quibus jam jus quæſitum eſt, ex pacto & providentiâ primi acquirentis, ex tenore interpoſitæ ſtipulationis, & formâ contractûs feudalis, deteriorem facere, non enim hoc caſu de unius, ſed multorum favore agitur. Et factum cuique ſuum, non alii, obeſſe debet. *l. factum cuique. de regul. Bald. conſ.* 215. *n.* 4. *Hac Gailius addens n.* 1. *ex Decio conſil.* 445. *n.* 22. quod non poſſit præjudicari Agnato proximiori, nec in re, nec in ſpe, cum ſpes illi ſit debita jure contractûs, & quod conſenſus & confirmatio Principis non nocet Agnatis.

29. Poſſemus jam pluribus etiam deducere, non expedire Reipublicæ nec Imperio, quando bona, præſertim gentilitia, auferuntur liberis & familiæ:
30. imò rem damnoſam ac plenam periculi ac ſcandali eſſe, quæ januam ape-
31. riat innocentibus ad deſperationem & maleficia: Proſcriptio quippe damnatorum, *ut verbis Bodini loquamur, de Rep. lib.* 5. *cap.* 3. eò major futura eſt, quò plures fuerint, quibus legitimarum hæreditatum ſpes alienâ culpâ præciditur, niſi aliunde bona ſint obventura.

32. Iniquum autem videtur Parentum culpam in liberos derivari. Nec in eo tantum leges divinæ & naturales violantur, ſed etiam egeſtate deſperati homines, ad furta, latrocinia, cædes impelli videntur, atque ii potiſſimùm,
33. quos ad otium & inertiam affluentia rerum omnium educarat. Quamobrem, *inquit Bodinus paulò poſt,* nullum calumniarum, nullum crudelitatum ac proſcriptionum finem video futurum, niſi eâ quâ dixi ratione, ut ſcilicet paterna & avita prædia damnatorum propinquis fruenda relinquan-
34. tur, cætera diſtrahantur. Quod ſi quis, *ait idem Bodinus eod. in c.* 3. putet nihil ab optimo Principe metuendum, ut ſuorum exitio ditati cupiat, ego ſic ſtatuo, nullâ re ex bono Principe, tyrannum faciliùs quemquam fieri, quàm propoſitâ proſcriptione damnatorum, eoque magis, ſi tenues ſunt Prin-
35. cipis opes ac fortunæ. Quibus enim Principibus nulla diripiendi cauſa eſt, propoſitâ bonorum proſcriptionis ſpe; nec occaſio, nec crimen, nec calumniator, nec improbus Judex unquam deerit; ac ſæpè Principum uxores, dum alienis opibus ac prædiis inhiant, maritos ad cædes & proſcriptio-
36. nes impellunt. Hinc fit, ut confiſcatio & ademtio bonorum damnatorum, rarò in liberioribus imperiis & Rebuſpublicis, creberrimè verò & ordinariè
37. in regnis, & ſub Regibus abſolutionis potentiæ exerceatur; ſæpè enim adminiſtrorum & purpuratorum, aulicorumque avaritiæ & inopiæ ſuccurrendum eſt, quod commodè & citra Regis & Principis diſpendium, ſineque ærarii gravatione fieri ſcitum putatur, ſi bona damnatorum eò impenduntur & adhibentur. Cum enim ejuſmodi Cæſareenſes, καὶ βασιλικοί, ex infimo plerumque in ſummum dignitatis gradum evecti, nihil domi ſuæ, & à majoribus partum habeant: ſed ex eo tantùm vivere cogantur, quod liberalitate, & largitione Regis & Principis conſequuntur: nec verò Reipublicæ aut regni, Regiſque ærarium & proventus ordinarii, ad eos locupletandos & remunerandos ſufficiant, neceſſe eſt, ut ex confiſcationibus bonorum, & ſimilibus fiſci reditibus emolumenta & præmia habeant, opeſque cumulent, quibus dignitatem ſuam ſuſtineant. Quam multos in vicinis regnis magnates novimus, & nominare poſſemus, qui per aliena bona quæ à Rege & fiſco impetrarunt, collocupletati & ſaginati fuerunt, quibus, niſi hunc bolum adepti fuiſſent, in ſqualore, & ære alieno oppreſſis,
38. vivendum & moriendum fuiſſet. Hi bonorum & facultatum emunctores ſæpè cauſa ſunt, ut innocentes defetantur & mulctentur; in reos etiam & nocentes ſeveriùs & graviùs, quàm decet, animadvertatur: ut filii propter egeſtatem ad deſperationem adacti ſcelera audeant, quæ nunquam cogitaſſent, ſi ipſis bona paterna & materna relicta fuiſſent.

Præter-

Præterea ejuſmodi hitudines intervertunt & impediunt, quò minùs 39.
Princeps clementiam ſuam erga innocentes liberos, reliquendo ipſis portionem bonorum, exercere queat: uno verbo, Principem odio & ſermoni vulgi objiciunt, quaſi is hujus rei gratiâ innocentibus calumnias ſtruere paſſus ſit, quod ſuem excotiaverit, ut illius ſpolio ſe, vel alium indueret: non propter crimen, ſed propter opes, hunc vel illum damnatum & proſcriptum: occaſionem exitii de induſtriâ quæſitam, facile eſſe, fuſtem invenire, qui cupit cædere canem: & ſimiles exprobrationes, contemtus, & odii indices, quas populus in Principem propter hujuſmodi bonorum publicationem & tranſlationem effutire ſolet. *Scot. commentar. in Tacit. annal. lib. 2. & 4. Scipio Ammirat. diſcurſ. in Tacit.* 11. Sic apud Ælium Spartianum legimus ſententiam Antonini Getæ in proſcriptionem, quam Præfecti urgebant, conſentire nolentis locum habituram fuiſſe, niſi Plautianus Præfectus vel Juvenalis inſtitiſſent, ſpe proſcriptionum, ex quibus ditati ſunt. *Spart. in vita Getæ cap.* 4. Quiſquis inops peccat, minor reus eſt, *inquit Petronius.*

Ad rem facit, quod ſuperioribus annis nobis præſentibus Orator qui- 40.
dam regius, in familiari congreſſu reſponderat hís, qui diſſerendo & admirando, in arcanum illud imperii, hoc eſt, in veram cauſam inquirebant, cur Ferdinandus Imperator erga Anhaltinum Principem, qui tamen præcipuus Bohemicorum motuum auctor habitus, cujuſque potiſſimum conſilio Fridericus & Bohemi uti eſſent, tam moderatum & clementem ſeſe exhiberet: in Fridericum verò adoleſcentem, & conſiliis Anhaltini & Marchionis Anſpacii, quem utrumque in gratiam receptum, Cæſar bonis, ditionibus, & honoribus frui fineret, ſeductum, tam ſeverè procederet, & cum omnibus fortunis dejectum, & in exilium pulſum, perſequi non deſiſteret, neque veniam dare vellet, licet tot Reges & Principes pro eo intercederent & utiles reconciliationis conditiones offerrent: Quid, *inquit Orator,* ſolliciti eſtis, an neſcitis, Fridericum potentiorem fuiſſe, & plus habuiſſe quod perderet, quàm Anhaltinus & Anſpachius? His mediocritas fortunæ ſaluti; illi potentia, divitiæ, & bonorum amplitudo exitio fuerunt. Præ- 41.
terea ex iſtorum ruinâ non tantum utilitatis, & emolumenti atque potentiæ Cæſar & Auſtriaci conſequi poterant, quàm ex Friderici primarii Electoris exterminio. Deinde non habuerunt illi tam potentes Agnatos, quos obnoxios reddere, & ſuis uſibus adjungere Auſtriacæ domus & ſedis Romanæ Pontificiæ intererat, ſicut Fridericus, cujus gentilis, ut remotiſſimus, ſic hoſtis proximus eſt. Denique haud ſcio, an tantorum Regum & Principum interceſſiones Friderico magis noceant, quàm proſint, eique plus invidiæ, quàm miſericordiæ concilient.

Et ſanè experientia ab omni tempore teſtata eſt, & teſtatur, proſcriptio- 42.
nes & publicationes bonorum plerumque contra potentiores & ditiores in Republica cives decretas fuiſſe, eum in finem, ut, vel illorum auctoritas in defendendâ contrà tyrannidem libertate, & benevolentia apud plebem attereretur, vel exhauſto Principis ærario, conſuleretur, & pecunia ad inſtrumenta dominationis paranda & fovenda, ad bellum & motus continuandos, ad amicos & complices remunerandos & abnoxios ſuis partibus reddendos, cogeretur & conficeretur. Sic in proſcriptionibus Syllæ, 43.
Lepidi, & aliorum, crimen & delictum prætextus erat; opes verò & divitiæ, vera cauſa Sic apud *Dionem Caſſ. legimus lib.* 47. λευκώματα αὖθις ἐξετέθη, θάνατον μὲν μηδενὶ ἐπιφέροντα, τὰς δὲ οὐσίας τῶν ζώντων ἀποσυλῶντα: tabulæ proſcriptionis iterum propoſitæ, nemini mortem imponentes; ſed vivis facultates adimentes. Trajanus Imperator exactiones improbas, & confi- 44.
ſcationes deteſtatus Fiſcum Lieni comparavit: ſicut enim creſcente in

humano corpore liene, reliqui tabeſcunt corporis artus; ita turgente Principis fiſco, mareſcunt cætera Reipublicæ membra & graviter ægrotant. *Aurel. Victor. in Iulian. Alciat. Emblem.* 146. *& ibi Claudius Minos. Coraſius Miſcellan. lib.6.cap.19.n.6. Thom. Dempſter ad Antiquitates Roſini lib.7. cap.36. Hinc apud Iuvenal. Satyr. 4.*

Quidquid conſpicuum pulchrumque ex æquore toto
Res fiſci eſt, ubicunque natat.

In hanc rem vide, ſis, mi Lector, Philonem Hebræum d. l. 2. de ſpecialibus legibus circa finem, virum per omnia clariſſimum, ut eum vocat Ioſephus lib. 18. antiquitat. cap. 10. deteſtantem illorum immanitatem, quorum tam dira eſt ferocia, ut clamvé palamvé, pro aliorum culpis, ab aliis pœnas graviſſimas exigere audeant, objiciendo eis cognationem reorum, aut ſocietatem, aut amicitiam, aliudvé ſimile, ut in vitam eorum ſæviendi occaſionem habeant, & hæc interdum faciant, nullâ provocati injuriâ, tantum ut per avaritiam rapinas exerceant.

45. Hæc, & ſimilia argumenta, Juſtiniano proculdubio occaſionem præ-
buiſſe videntur, ferendæ legis, quâ damnatorum bona fiſco ademit, ut le-
gitimis hæredibus relinquerentur. *Authent. bona damnatorum C. de bonis*
46. *damnat.* quam, ut legi divinæ conſentaneam, ſummâ conſenſione plerique
populi, exceptâ perduellionis cauſâ, comprobarunt, *dicit Bodin. cap.3. qui*
47. *& hoc addit,* Quod tametſi quamplurimos habuerit Gallia Principes inte-
gritate, fide, & juſtitiâ clariſſimos, & quidem plures, ut ipſe opinatur, quàm
ulli populi, nullâ re tamen regales opes majus incrementum, quàm publi-
cis proſcriptionibus accepiſſe: id multis comprobat exemplis.
48. Pòrrò etiamſi tam perſpicuè & clarè deciſum in jure non eſſet, ſed du-
bitaretur, & controverteretur utrum delictum Patris noceat filiis in feu-
49. dis antiquis; in dubio tamen ea interpretatio facienda, agnoſcenda, &
præferenda eſſet, per quam jus filio, quod ex lege & inveſtiturâ habet quæ-
ſitum, maneret incolume. *l. final. D. de legibus l.* 1. *§. nunciatio fit. & §. juris
noſtri. D. de operis novi nunciat. C. de uſucapione transformanda. poſt princip.*
50. *Cravett. conſ.* 389. *n.* 41. *& in conſ. pro gener. n.* 50. *ubi ait*: in opinionum
certamine potiorem eam habendam, unde conſervatio juris ſequitur. *Paul.*
51. *de Caſtr. conſ.* 109. *dubia in quibus quæritur. colum* 1. *in fine libri* 1. Præ-
tereà in re dubiâ pœnam excludi oportet. *l. cum quidem. D. de liberis &
poſthumis c. odia de regul. libro* 6. *Nam in his* & ſimilibus locum habet divi-
na illa lex à Modeſtino *libro* 8. *Reſponſorum præſcripta. quæ eſt l.* 25. *D. de le-*
52. *gibus ſic ſanciens.* Nulla juris ratio, aut æquitatis benignitas permittit, ut
quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore inter-
pretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeveritatem. *l. Car-
bonianum edictum* 3. *§. duæ autem ſunt cauſæ* 5. *in fin. D. de Carbon. edicto. l.*19.
in fin. C. de fide inſtrument. l. 5. *§.* 1. *C. de ſecund. nupt.*

Caput XVIII.

ARGUMENTUM.

Feudorum Commentatores circa hanc quæſtionem, de privando ob crimen Patris feudo filium, diſtinguere ſolere, an nimirum delictum Vaſalli contra tertium; an verò contra ipſum Dominum commiſſum ſit:

Primo caſu non nocere delictum Patris, filiis ſtatuere; altero verò nocere, & feudum ad Dominum redire, ut injuriæ ſuæ ſaltem ultionem habeat: Hâc tamen cautione, ut, niſi durante vitâ delinquentis illud retineat, hoc vivis ex puncto, Agnati ſuccedant.

Alios quidem Doctores, excludere tantùm filios à feudo; ſed admittere ad illud Agnatos, qui melioris in eo conditionis ſint, quàm liberi:

Alios, iterùm, & quidem in crimine læſæ Majeſtatis diſtinguere, an illud ex primo capite, hoc eſt, quando ipſe Dominus directò lædatur: an verò ex ſecundo capite, cum per alium & indirectò offendatur, perpetratum ſit. Si ex primo capite commiſſum, & ipſa perſona Principis læſa fuerit, tùm Patris maleficium Liberis officere opinari. Rationes quas pro Agnatis allegent, etiam locum habere in filiis. Ob delictum enim alterius non magis filium, quàm Agnatum privandum jure quæſito: Filium æquè ac Agnatum venire ad feudum jure contractûs, & ex propriâ perſonâ, ut ex tunc, non ut ex nunc. Imò præferendum potiùs, quia proximior ſit, & prior vocatus. Aliam rationem cur filii deterioris in privatione feudi conditionis ſint Agnatis, in eo poni, quia hos hæredes eſſe oporteat, iſtos autem non. Sed ſatis evictum fuiſſe in feudo Regali, quod jure primogenituræ obveniat, & ex lege atque pacto; filium non magis dici hæredem, quàm Agnatum. Filios quidem cenſeri ſimiles Patri, & eadem perſona cum illo. Multos tamen diſſimiles eſſe Parentibus. Sicut hi propter delictum illorum non teneantur, licet ſint una eademque Perſona cum iſtis; ita filios non teneri ob facta Patrum. Ex præſumtione & probatione dubiâ neminem puniendum.

Diſtinctiones adductas, cum micâ ſalis intelligendas; nihil etiam cauſæ adverſari: modò etiam diſtinctio inter feudum hæreditarium & informe, & inter feudum antiquùm, ex pacto, adhibeatur.

Sententia, quæ feudum ex pacto & providentiâ ob delictum Patris etiam in Dominum commiſſum, filiis non adimat; ſed hos Domino & Agnatis præferat, veriorem, benigniorem, & juſtioremeſſe. In feudo informi vulgatas diſtinctiones admitti poſſe: Ita ut in delicto in perſonam Domini commiſſo feudum tale huic applicetur. Feudum autem conceſſum omnibus principaliter ſivè in ſolidum, ſive generi, vel ut de uno primogenito, ut alium vadat, non devolvi ad Dominum, ſed filiis & agnatis ſtatim deberi; etiam quod offenſa directè & principaliter tangat perſonam ipſius Domini. Abſurdum ut regalia dependeant ab hæreditario corpore; cum ſint nobiliora & potiora.

Electoratuum, & Ducatuum feuda concedi in ſolidum, & ut de uno primogenito in alium vadant: ergò crimen Patris nocere non poſſe filiis: Quia jure proprio feuda iſta obtineant.

Ius Civile expreſſè diſponere, quod in iis, quæ à Majoribus proveniant, & acquiſita ſint, delictum Patris nihil præjudicii adferat filiis.

Bannitum & deportatum haberi pro mortuo, ergò ei tanquam mortuo ſuccedere eum, qui jure vocetur. Ius quod tranſverſalibus competat, potiori jure competere filiis, qui verè proximi Agnati ſint & vocentur in jure feudali.

CONSPECTUS.

1. IN reſolvendâ quæſtione, an delictum Vaſalli noceat ſucceſſori, Doctores diſtinguere, an delictum commiſſum ſit contra ipſum Dominum vel alium.

2. Primo caſu nocere Liberis & Agnatis, & feudum redire ad Dominum: altero, non nocere:

3. Ut injuriæ ſuæ ultionem habeat.

4. Hanc enim conditionem tacitè ineſſe feudo.

5. Sed tenorem inveſtituræ ſpectandum.

6. Feudum autem apud Dominum, durante duntaxat vitâ delinquentis manere, hoc defuncto, ad proximiores redire.

7. A nonnullis Doctoribus liberos & deſcendentes delinquentis excludi; Agnatos verò admitti.

8. His liberos deterioris eſſe conditionis, quàm Agnatos.

9. Ob delictum alterius neminem jure ſuo quæſito privandum.

10. Agnatum, feudum antiquum, non mediante perſonâ defuncti, ſed benevolentiâ concedentis & acquirentis, conſequi.

11. Sic etiam filium, qui non ut hæres, ſed jure proprio ad ſucceſſionem ut ex tunc, non ut ex nunc veniat:

12. Filium non magis jure quæſito privandum, quàm Agnatum;

13. Imo præferendum potius.

14. Hæredem eſſe debere, ſi ſuccedere velit, non autem Agnatum.

15. Imò non magis hæredem eſſe æſtimandum, quàm Agnatum; quia & ipſe hæres ſanguinis eſſe cogatur.

16. Filios cenſeri eandem perſonam cum patre.

17. In crimine læſæ Majeſtatis iterùm à Doctoribus diſtingui; an crimen ex primo capite, hoc eſt, directè & principaliter in ipſam perſonam Domini perpetratum ſit, an ex ſecundo capite.

18. Si in ipſum Dominum, liberos in totum privari ſucceſſione Patris:

19. Secùs ſi indirectè Dominus læſus fuerit.

20. Diſtinctiones illas non adverſari cauſæ:

21. Modò etiam adhibeatur diſtinctio inter feudum hæreditarium & informe, & inter feudum ex pacto.

22. Iniquum ut Vaſallus poſſit delinquendo excludere Agnatos à feudo, de quo non poſſit diſponere.

23. Si feudum filius habeat proprio jure non ut hæres, ei delictum Patris non nocet.

24. Si habeat ex ſucceſſione paternâ tunc nocere.

25. Cyni ſententiam, quod Patris delictum non officiat filio in feudo, quòd hic ex propriâ perſonâ & Majorum acquiſitione conſequatur, commoniter approbari:

26. Et ſingularem eſſe deciſionem.

27. In bonis, quæ à genere & anteceſſoribus procedant, culpam Patris Filio non nocere.

28. Sententiam, quæ feudum antiquum non adimit filiis & Agnatis ob delictum Patris in ipſum etiam Dominum commiſſum, probatiorem, mitiorem & veriorem.

29. In feudo hæreditario vulgatam diſtinctionem adhiberi poſſe, nimirum, ut feudum tale Domino aperiatur.

30. In feudo verò ex pacto, quod omnibus principaliter, ſive in ſolidum, ſive generi conceſſum ſit, crimen Patris non noceat, etiamſi offenſa directè tangat perſonam Domini.

31. In Electoratibus filium non ſuccedere ex voluntate Patris, ſed etiam invito illo, ex ſolâ vi legis, inveſtituræ, & jure primogenituræ.

32. Ideo, quod lex ei aſſignat, pactio & inveſtitura, non poſſe ullo jure auferri.

33. Patrem non poſſe in legitimâ, jure ſanguinis debitâ Filio præjudicare, cùm eam legis providentiâ habeat.

34. Sententiam, quæ filium & alios non privat feudo antiquo, ob crimen patris, etiam in ipſum Dominum commiſſum, pluribus autoritatibus confirmari.

35. Eſſe qui limitent hoc modo, ut jus delinquentis quidem, non autem aliorum ad Dominum revertatur:

36. Abſurdum ut feuda regalia & Principatus dependeant ab hæreditario corpore, cum ſint nobiliora & potiora.

37. Conceſſione feudi cuilibet jure proprio & in ſolidum factâ;

38. Et ut de uno in alium perveniat, ſicut in primogeniis, delictum Patris etiam continens crimen læſæ Majeſtatis non præjudicare Filiis.

39. Hoc maximè locum habere in Electoratibus, Principatibus, & feudis dignitatum, quæ unicuique primogenito, & ſingulis in ſolidum concedantur.

40. Nec jure etiam Civili delictum Patris obeſſe Filiis in iis, quæ à Majoribus proveniant, & acquiſita ſint.

41. Hanc eſſe communem ſententiam & non habere contradicentem.

42. Quod factum defuncti non noceat ſucceſſoribus, hoc provenire ex primi acquirentis & concedentis conventione.

43. Feudum datum Patri & Liberis in ſolidum,

ſolidum, & ut de uno in alium tranſeat, nequaquam filio & Agnatis auferri poſſe, culpâ etiam in ipſum Dominum admiſsâ.

44. Sicut feuda hæreditaria & informia alienari & confiſcari poſſint, ita antiqua regalem dignitatem annexam habentia nequaquam per fiſcum eripi poſſe:

45. Quia non judicio & beneficio Patris, ſed lege Aureæ Bullæ, ex pacto & contractu Majorum, filio natu maximo, non ut hæredi, nec perſonæ, ſed gradui, loco, & ætati, acquiſita ſint:

46. Et cenſeantur Filii feudum habere potius ab Avo & Proavo, quam à Patre.

47. Quod filius non habeat à Patre, hoc Patrem ei nec per delictum auferre poſſe.

48. Sic confiſcatis bonis Patris jus Patronatûs, quod Filius aliundè habeat, auferri non poſſe:

49. Ita nec jura libertorum, Patre licet perduellionis damnato:

50. Quia hæc Majores dediſſe cenſendum ſit.

51. Pari modo feuda regalia à genere, à lege accepta, propter delictum Patris adimi non poſſe.

52. Bona patrimonialia ſucceſſores habere ab eo cui ſuccedant:

53. Ideò ea per alienationem auferre fas eſſe.

54. Regem Franciæ non poſſe ſucceſſorem regno privare, per qualecunque crimen.

55. Quia ille Regnum non habeat à Rege, ſed ex conſuetudine & lege Salicâ.

56. Quod ſpeciali lege, & quidem lege Regni acquiratur, illud non amplius ſubjacere diſpoſitioni Principis.

57. Rem reſtitutioni ſubjectam, ſicut ſint feuda ex pacto, non ad fiſcum, ſed ſtatim ad eos, qui poſt delinquentes vocati ſint, tranſire.

58. Primogenitum vivente Patre habere jus formatum, quod Patre regno privato plenificetur.

59. Bannitum & deportatum, cujus bona publicata ſint haberi pro mortuo:

60. Igitur in ejus tanquam mortui locum ſuccedere vocatos à lege vel inveſtiturâ.

61. Jus competens tranſverſalibus, potiori ratione competere filiis.

62. Per proximos & proximiores Agnatos intelligi inprimis Filios.

63. Filiis non minus quàm Agnatis jus in feudo quæſitum eſſe.

64. Primam & potiſſimam cauſam eſſe liberorum.

65. Hinc fieri ut Nepos etiam ex primogenito præmortuo ante Patrem, excludat patruum ſuum.

66. Nepotem, quam primùm naſcatur, ſibi & poſteris jus primogenituræ vindicare.

67. Patruum hodiè à Nepote in omnibus Regnis excludi:

68. Licet Papa olim contrarium pronunciârit: quem Baldus ideò partialem, & non Apoſtolicum vocârit.

69. Hodiè quæſtionem illam penitus ſublatam eſſe:

70. Et deciſam per Auream Bullam, & per omnium regnorum conſuetudinem.

71. Primam ſemper cauſam in ſucceſſione eſſe filiorum.

72. Votum primum Parentum ut hæreditas ad liberos veniat.

73. In Filiis paterni criminis exempla quidem metui.

74. Et idem præſumi de illis quod de Patre:

75. Etiam quoad qualitates animi:

76. Et eſſe ſolere paterni odii hæredes.

77. Ideò deterioris conditionis haberi in privatione bonorum Agnatis remotioribus.

78. Parentes magis terreri in perſonâ liberorum, quàm in propriâ.

79. Ex præſumtionibus & rationibus fallibilibus neminem puniendum & condemnandum.

80. Satius eſſe impunitum relinquere facinus nocentis, quàm innocentem damnare.

81. Ex ſolâ præſumtione aut ſuſpicione neminem gravandum:

82. Probationem debere eſſe per neceſſe.

83. Plurimos filios diverſis à Genitoribus, moribus, ingenio, vitâ & actionibus eſſe præditos.

84. Nonnullos filios Parentes ſuos perduellionis reos peregiſſe.

85. Ita econtrà Genitores filios ſuos detuliſſe, morti addixiſſe, rebellionis, conſpirationis, proditionis & regni affectati convictos interfeciſſe.

86. Si filius propter præſumtionem, quâ Patri ſimilis præſumatur, privari poſſit jure ſuo in bonis Patris; ſic etiam Patrem, quia Filio ſimilis cenſeatur, privandum fore jure, quod is in bonis filii habeat.

87. Sed jura permittere, ut delictum Filii noceat Patri.

88. Crimen Filii, ob rebellionem, in bannum declarati, minime nocere Patri in feudo:

89. In delictis enim factum Filii non dici factum Patris.

90. Filium & Patrem correlativa eſſe; ideò diſpoſitum & ſtatutum in uno, in altero etiam ſtatui debere.

91. Rationes, quæ Patrem à delicto Filii eximant, eaſdem etiam eximere Filium.

1. NOn equidem ignari ſumus diſtinctionis, quam hoc loco
Doctores afferunt, dum diſtinguendum eſſe ajunt, utrum
delictum Vaſalli commiſſum ſit contra tertium; an verò
in ipſius perſonam Domini; quæ quidem diſtinctio com-
muniter recepta eſt, & dicitur tàm ratione, quàm mori-
bus, comprobata. *in cap. unic. §. denique. 2. Feud. 24. Quæ
fuit prima cauſa benefic. amittend. Petr. de Ferrariis in Pract.
in formul. ad revocation. feud. gloſſ. nec ſuperſtitibus n. 27. Nicolaus Everhard.
Præſes in loco à liberto ad Vaſallum. n. 11. Anton. Gabriel. libro 3. commun.
concluſ. tit. de jure Emphyteut. concl. 2. n. 17. & VVeſenbec. de feud. cap. 16.
n. 1. & ſeq. Roſenthal capite XI. concluſ. 1. Vincent. Carocius in tractat. de excuſ-
ſion. bonor. 3. quæſt. 10. n. 3. Ioan. Fichardus conſil. 18. n. 32. vol. 1. plures apud
Ioan. Rudinger. libro 3. controv feud. cap. 20. in princip.*

2. Primò caſu delictum Vaſalli in aliquem tertium commiſſum, vel alio
modo exorbitans & grave, non nocere liberis & Agnatis in feudo anti-
quo ſtatuunt communiter, *per textum expreſſum in dict. c. unic. §. ultimo.
quæ fuerit prima cauſ. benefic. amitt. c. 1. An ille qui interfecit fratrem Domini.
& ita tenere Andream de Iſern. Nicolaum de Neapol. Baldum & omnes ſcriben-
tes in locis præalleg. referre etiam & ſequi Alvarot. in d. c. 1. §. final. in 11. concl.
ait Curt. de feud. in 5. part. n. 10. text in cap. 1, 2. Feud. 14. de Vaſall. decrepit.
ætat. cap. 1, 2. Feud. 8. de inveſtit. de re alien. facta. Cynus in leg. 2. quæſt. final.
num. 4. & Salicetus ibi n. 3. C. de libert. & eorum liber. Paul. de Caſtro in
l. adoptivum §. final. n. 4. D. de in jus vocando. Afflict. in c. 1. §. præterea ſi va-
ſallus. in gloſſ. 3. n. 2. & in §. final. n. 1. & ibi Feudiſt. quæ fuit prima cauſa be-
nefic. amitt. Gail 2. de pace public. c. 13. n. 7. Roſenthal cap. 11. concluſ. 8.
per totum.*

Altero caſu, alii docent Vaſalli crimen & feloniam officere, quoad ſuc-
3. ceſſionem, omnibus tam liberis, quàm agnatis, & feudum redire ad Do-
minum, ut hanc ſaltem injuriæ ſuæ ultionem habeat. *per text. in cap. t.
tit. 37. libro 2. an ille qui interfecit fratrem Domini ſui. & per text. in c. 1. §.
fin. quæ fuerit prima cauſa benefic. amitt. & ibi gloſſ. & alia gloſſ. 1. in §. final.
de pace jurament. firmand. Iacob. de Belviſo. Nicolaus de Neapol. & Baldus in
d. §. ult. Quæ fuit prima cauſa. Franciſc. Curtius d. part. 4. n. 1. Franciſc. Sonſ-
beccius part. 13. n. 6. in tractat. de feud. Fachinæus controv. part. 3. libro 7.
cap. 22. Gloſſ. in cap. 1. §. ſi vaſallus culpam 2. Feud. 26. Si de feudo defunct.
controv. ſit inter Domin. & agnat. Hartmann. Piſtor. quæſt. feudal. 15. n. 20.
Baro à Tautenberg in d. §. denique ſive final. n. 1. quæ fuit prima cauſ. benef.
amitt, Franciſc. Duarenus in comment. feud. c. 17. n. 2. ubi cauſam reddit, cur
4. Domino aperiri exiſtimet:* Quia, *inquit,* tacitè ab initio actum videtur, quaſi
ita datum eſſet Feudum Titio, & agnatis ejus, ut, ſi offenderet graviter Do-
5. minum, excluſis agnatis, reverteretur ad Dominum. Sed, *addit,* ſpectan-
dum ſemper eſſe tenorem inveſtituræ, num aliud expreſſum ſit in eâ. *Pere-
grin. de jure fiſci libro 5. tit. t. n. 108. Zaſius in Epitom. feud. part. 10. n. 101.
Pariſius Cardinalis. conſil. 21. n. 52. vol. 1. communem dicit. ut & Decian. con-
ſil. 18. n. 34. Menoch. conſ. 99. n. 144. alibi tamen aliter conſulens. Baldus in c.
Si Vaſall. feud. amittat. cui defer. parum tamen ſibi conſtans in l. 12. C. de legit.
hæred. Sic Alexander conſ. 30. n. 17. libro 1. aliter in alio conſilio mox allegan-
do ſentiens. Ita Burſatus parum ſibi conſtans conſil. 148. n. 9. VVeſenbec. con-
ſil. 73. n. 30. libro 2. ubi* hanc communem *profitetur, quamvis addat ex con-
ſtitutione Ducatus Saxoniæ filios feudo non privari. ita teſtatur Gilkenius de præ-
ſcript. part. 3. cap. 13. n. 176. ubi Præpoſitum in §. Denique. Quæ fuit prim.
cauſa. benef. amitt. n. 3. allegantem gloſſam Iuris Canonici, Baldum, Iacobum
de*

*de Arena, Odofredum, Iacobum Ardizonem, adducit cum aliis: plures etiam vi-
dere apud Roſenthal. contrarium tamen ſentientem d. cap. 11. concluſ.5. n. 2. &
præſertim concl.*8.*n.*4.*gloſſ.d. Gail d. cap.*13.*n.*10. hanc ſententiam communi-
rer receptam dicit; Quam nonnulli ita mitigant, ut ſtatuant feudum Do- 6.
mino ob commiſſam culpam apertum, apud ipſum manere ſaltem ad vi-
tam delinquentis, & ſic injutiæ ſuæ ultionem aliquam conſequi: delin-
quente verò vivis exemto, ad agnatos proximiores feudum redire. *Ita An-
dreas de Iſernia in d. §. denique & in cap.*1. *ſi Vaſall. feud. privat. cui defer.n.*7.
& 8. *quem ſequi Hartmann. Piſtor. d. quæſt. feud.*15.*n.*32.*qui n.*46. *alios citat
hanc opinionem amplexos aſt Ruding. lib.*2.*controv. feudal.cap.*50. *n.* 4. *Hiero-
nym. Gigas in rubric. de pœnis committentium crimen læſa Majeſtatis. quæſt.*3.
n. 4. *in fin. ubi* hanc opinionem veriorem *putat. & quæſt.* 5. *n.* 8. *Matthæus
de Afflict. in tit. Quæ ſint regalia §. & bona committentium. n.*5. quod Agnati in
feudo antiquo propter crimen læſæ Majeſtaris ab ultimo poſſeſſore perpe-
tratum non priventur: Fiſcus tamen teneat donec condemnatus vixerit,
eo verò mortuò, agnati ſuccedant, qui aliàs ſuccedere debebant: nimi-
tum ut tam diu apud Dominum maneat, quamdiu durat jus delinquentis.
Marinus Freccia de auctoritate & poteſtate Baronis in ſubdit. feudal. l. 2. *aucto-
rit.* 29. *n.* 1. *&* 2. *Thomas de Marinis de generibus & qualitat. feudal. tit.*7. *de
feudo heredit. novo. n.* 8. *&* 9. *Caſtrenſ. in l. ſi finita* 15. *§. Si de vectigalibus
n.* 6. *D. de damno infecto. Nellus de Bannitis in princ. part.* 2. *temp. quæſt.* 23.
Albericus de Roſatis in 3. *parte ſtatut. quæſt.* 16.

Alii verò ſtatuunt, Vaſalli delictum, ipſum in Dominum deſignatum, 7.
non quidem nocere Agnatis, ſed tantùm liberis & deſcendentibus delin-
quentis; qui in eo deterioris ſint conditionis Agnatis. *per text. in c. unic.* 8.
§. Si vaſallus culpam. 2. *Feud.* 26. *Si de feudo defuncti. ibi: neque filius, neque
ejus deſcendentes ad id feudum culpâ amiſſum revocabuntur, ſed agnati. & cap.
unic.* 2. *Feud.*31. *Si Vaſallus feudo privat. hanc opinionem tenere gloſſ. magnam
in c.*1. *tit. de ſucceſſ. feud. & gloſſ. in c.*1. *Si Vaſall. feud. privat. eandemque opi-
nionem ſequi Andream de Iſernia ſummum Feudiſtam. in d. c.* 1. *§. final. Quæ
fuit prima cauſa benef. amitt. & in d. c. ſi Vaſall. feud. priv. & in §. firmiter. de
prohib. alien. feud. per Frider. quæ opinio placuerit etiam Hoſtienſi in ſumma
ſua, in tit. de feudis, ait Franciſchinus Curtius d. part.* 5. *num.* 2. *quanquam ille
feudum ad Dominum reverti ſtatuat & aſtruat. Iacob. de Ardizo in ſumma Ru-
bricella. Quibus modis feudum amittatur. §. idem quod dictum eſt. Menochius
conſil.*226. *n.* 218. *&* 305.*n.*2. *& conſ.*534. *n.*14. *aliter tamen ſenſit conſil.* 99.
*n.*144. *Guido Papa. conſil.*28. *n.*7. *Alexand. conſil.*103 *n.*7.*lib.*1. *Marinus Frec-
cia de auctoritate & poteſtate Baronis lib.* 2. *c.* 29. *n.* 1. *ubi ita judicatum dicit
in Regiâ Camerâ, teſtante Gilkenio de præſcript. parte* 3. *cap.* 13. *n.*175. *& addu-
cente inter alios Socinum Senior. conſil.* 4. *n.* 27. *lib.* 3. *& Curtium Seniorem
conſil.*50. *in fin. Cæſarem Urſillum in addit. ad deciſion. Neapolit.* 282. *num.*20.
Ruinum conſ. 65. *n.*1. *lib.*1. *Burſatum conſil.* 91. *n.* 12. *lib.*1. *Cujacium in tit. quæ
fuit prima cauſa benef. amitt. cap.*2. *§. denique Pariſius conſil.*1. *n.*131. *lib.*1. *De-
cian.* 117. *n.* 28. *lib.*2. *Iacobus de Belviſo in d. c. Si Vaſallus culpam n.* 6. *ibi &
Baldus n.*1. *&* 2. *Matth. de Afflict. n.* 24. *Præpoſitus n.*5. *Laudenſis n.*13. *Cra-
vetta conſ.*84. *n.*2. *& ſeq. & conſ.*859. *Roland. a Valla conſil.*57. *n.*63. *&* 64. *vo-
lum.* 3. *Teſſaurus deciſion. Pedemont.* 227. *n.*5. *Borcholt de feud. c.* 8. *n.*150. *Gail
dict. cap.* 13. *n.*12, 13, 14. *plures apud Roſenthal, qui tamen filios etiam Domino
præfert. d. cap.* 11. *concl.* 9.

Rationes allegantur primò: quia lex prohibet ob delictum alterius, 9.
alium jure ſuo quæſito privari. *l. crimen. D. de pœnis. l. ſancimus. C. eod. c. non
debet de regul. in* 6. *c.* 1. 2. *Feud.* 39. *de alienat. feud. patern.* quia indignum
& injuſtum, ut quis alienæ incogitantiæ & temeritatis pœnas luat; natu-
rali

ralilege docente, ur non ab alio; quàm à quo læſi ſumus, vindictam deſi-
gnati flagirii experamus. *l. cum quis in ſuo. §. 1. C. de inoffic. teſtament. Gil-*
10. *ken. de præſcript. part. 3. n. 13. n. 179. & 201. allegat ſupr.* Deindè: quia Agna-
rus feudum antiquum, non mediante perſonâ defuncti, nec ejus beneficio
accipit, ſed gratuitâ benevolentiâ primi concedentis & acquirentis. *ita
ait Rudinger. lib. 2. controv. feudal. c. 50. n. 12. allegans Alvarottum & Baro-
nem à Tautenberg in c. 1. 2. Feud. 45. Andream Gail plurib. lib. 2. obſervat. 49.
n. 6. facit textus in c. 1. de feudo Marchiæ. & c. 1. de feud. fœmin.* Habent, *in-
quit idem Ruding. n. 10.* agnati in feudis ex pacto primi acquirentis jus quæ-
ſitum eò, ut illa non à proximo defuncto, ſed à primo acquirente, jure pro-
prio capere cenſeantur: arque hinc deſcendit, ut Vaſallus, nullo ſuo facto,
11. agnaris jus ipſorum auferre poſſit, ſive contrahat, ſive delinquat. Sed hæ
rationes æquè benè locum habent in filio, cui Patris caſus nocere non de-
bet. *l. emancipat. in fin. de Senat. canon. non imputantur 1. quæſt. 4. & eod. in
canon. macula l. eorum D. ad l. Iuliam Majeſtatis.* tùm quia in feudo, ex pa-
cto & providentiâ, adminiculante & declarante inveſtiturâ, filius æquè, ac
Agnarus, non venit ut hæres, ſed jure contractûs & ex providentiâ legis, &
jure proprio, & ex propriâ perſonâ, & conſideratur Origo, principium &
ſtipes, & ex inveſtiturâ factâ in perſonam ſuam, & tanquam habens cau-
ſam à concedente, & non à Parre, aut Agnato Vaſallo ultimo poſſidente:
& venit ad ſucceſſionem feudi, ut ex tunc, non ut ex nunc: *Sicut ait Cardi-
nal. Pariſ. conſ. 23. n. 177. & nos ſupra totoque hoc libro ad nauſeam uſque dedu-
12. ximus.* Quapropter filius, ob earundem rationum concurſum & parita-
rem, non magis, quàm Agnatus, jure ſuo quæſito privari debet; imò jure
meritò, quia proximior, & prior à lege & inveſtiturâ vocatus eſt, potiorique
13. jure per prærogativam genituræ nititur, præferendus, *ſicut infra oſtendetur
pluribus.* Ubi autem eadem ratio, ibi idem jus ſtatui debet. *l. illud. 32. D. ad
L. Aquiliam. l. ult. C. de pecun. conſtit. l. à Titio D. de verbor. obligat. cum simili-
14. bus.* Alia autem ratio magis appoſita & propria afferri poteſt ex opinione
eorum, qui ſtatuunt neceſſe eſſe, etiam in feudo ex pacto & providentiâ, ut
filius ſit hæres, licet agnatus non: & in hoc filium eſſe deterioris condi-
tionis quàm agnatum, *ut ait Iacobutius de Franchis in præludiis in uſus Feudo-
15. rum. n. 115. 116. per c. 1. an Agnatus vel Filius poſſit retinere feudum.* Sed di-
ctum fuit ſupra pluribus, quantum ad ſucceſſionem in Regno, & feudo
regali, ex pacto & providentiâ quod nullam diſpoſitionem Patris admittit,
nec ejus beneficio & voluntate, imo ſæpè eo invito, ex ſpeciali lege, conſue-
tudine, & conventione filiis, jure proprio & primogenituræ, uno poſt alium
ad regimen & adminiſtrationem expreſſim vocato, ſicut fit in ſucceſſione
Electoratûs, acquiritur & defertur, filium non magis hæredem dicendum
& æſtimandum, quàm agnatum, qui æquè neceſſe habet, ut ſit hæres ſan-
16. guinis, & primi acquirentis ſucceſſor, atque filius. Alia ratio cur filii de-
terioris ſint conditionis agnatis, in privatione feudi, ob delictum paternum,
in eo ponitur, quod Filii cenſeantur pars corporis Patris, & eadem perſo-
na, præſumanturque futuri ſimiles Patri, ſecundum proverbium, mali cor-
vi malum ovum. *l. ult. C. de impuber. & aliis ſubſtit. l. cum unus D. de ali-
ment. & cibar. legat.* Sed quid de hâc ratione ſtatuendum ſit, infra vi-
debitur.

17. Parimodò, quando in crimine læſæ Majeſtatis delinquentis maleficium
noceat liberis & agnatis, Doctores iterum conſiderare jubent, an nimi-
rum crimen ex primo capite, quando directè & principaliter, ipſa Domi-
ni perſona, vel ejus lateri aſſiſtentes, & conſiliarii læduntur & offenduntur.
*Foller. in practic. criminal. in verbo. Item quod commiſit n. 90. Cynus in l. quiſ-
quis. C. ad L. Iul. Majeſtatis. Afflict. in tit. quæ ſint regalia. in verbo. & bona*
com-

committentium n.53. n.70. Capyc. deciſ. 130, ſub n. 8. verſ. ſed non in primo capite. Gigas lib. 1. rubr. Qualiter & à quibus crimen læſæ Majeſtatis committ. n.42 in fin. Farinac. de crimine læſæ Majeſtatis quæſt. 112. inſpect. 1. n. 9.10. & ſequent. An verò ex ſecundo capitè, quando contra alios maleficium intenditur, & indirectè dominus læditur, commiſſum ſit, *per jam allegat. adde Peregrin. de jure fiſci lib. 4. tit. 5. n.19. verſu hinc autem. Menoch. conſil. 99.
n.67. lib. 1.* Si igitur ex primo capite perpetratum ſit crimen læſæ Majeſta- 18.
tis, immediatè nimirum contra Principem & Rempublicam, tunc illud no-
cere liberis ajunt, ita ut ſucceſſione Patris priventur in totum: ſecus ſi ex 19.
ſecundo capite, tunc pœnas *in l. quiſquis* ordinatas non tranſire ad filios. *gloſſ. in l. eorum D. ad L. Iul. Majeſtatis. Cynus in d. l. quiſquis & n. 5. in 3. oppoſit. C. eod. Mynſing. reſponſ. 44. n. 7. 8. Menoch. conſil. 99. n. 1. lib. 2. & in arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 316. n. 29. Bajard. ad Clarum §. Læſæ Majeſtatis n. 1. in fin. Angel. de maliſic. in verb.* Er hai tradito la tua patria. *num. 3. verſ. quod credo verum. Cravett. conſil. 128. n. 6. in princ. verſ. non licet. Farinacius per plures quæſt. n. 115. §. 3. n. 123. 124.*

Diſtinctiones iſtas ſuo loco relinquimus, nec omninò improbamus aut 20.
rejicimus; non enim adverſantur eis, quæ hactenus diximus aut dicemus
nunc; dummodo etiam illa, cujus mentione primam & imam ceram im- 21.
plemus, diſtinctio & differentia inter feudum hæreditarium informe & alienabile: & inter antiquum ex pacto & providentiâ, benè advertatur, & in conſideratione habeatur, ſicut omninò neceſſe eſt, ut fiat, ſi jus & juſtitia locum habere debeat. Feudum enim antiquum ex pacto & providentia, etiam quod Vaſallus delinquat, & ejus bona fiſco applicentur, nunquam venit in confiſcationem bonorum, cujuſcunque generis ſit delictum.
Clarus ibid. qui & quæſt. 66. n. 33. in fine. Videtur, *inquit*, iniquum, quod 22.
Vaſallus poſſit delinquendo excludere agnatos à feudo eis debito virtute primæ inveſtituræ, abſque aliquo eorum facto aut culpâ, *ſicut ſupra quoque retulimus: & n. 7. ſub finem.* Poſtquam dixerat ſe conſuluiſſe, feudum, de quo Vaſallus liberè poſſit diſponere in præjudicium agnatorum ſemper aperiri Domino, non autem filiis & agnatis. Si verò Vaſallus, *inquit*, non poteſt de feudo in præjudicium Agnatorum diſponere, nunquam feudum aperitur Domino, ſed ipſis Agnatis, quibus jam ex tenore inveſtituræ jus erat quæſitum. Neque ſcio videre bonam aliquam rationem differentiæ, cur, qui non poteſt mihi præjudicare alienando, etiam cum conſenſu Domini, debeat mihi poſſe præjudicare alienando, ſine ejus conſenſu, vel ali-
ter delinquendo. Hinc *Cynus de Piſtorio Præceptor Bartoli, vulgo ſequela Pe-* 23.
tri appellatur, quem cæteri Scribentes, ut dicit Alexand. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus. n. 29. D. de Damno infecto. ſequuntur; aliique Saniores & moderatiores I. C. probant in l. ſi manumiſſio 2. n. 4. C. de libert. & eorum liber. aut quis, *inquit*, debet habere feudum de ſuo jure, & non ut hæres patris, ut quia quæſitum pro ſe & filiis ſuis, & tunc delictum patris illi non nocet, quoniam
ipſis filiis jam jus quæſitum: aut verò ex ſucceſſione paternâ, & tum ipſis 24.
delicta patris nocent. *Iacobinus de Sancto Georgio de feudis rubrica: Dictique* 25.
Vaſalli promiſerunt non committere. n. 6. Cynus, *inquit*, dicit, quod aut filius venit ad feudum ex perſona patris, & tunc delictum Patris nocet ipſi filio: aut filius venit ad feudum jure proprio, & ex perſonâ propriâ, & tunc delictum Patris non nocet ipſi filio. Exemplificate hoc ultimum in caſu, quando feudum eſſet conceſſum alicui pro ſe & liberis deſcendentibus, vel avus, vel parer fuiſſet ſtipulatus feudum, pro ſe, & liberis deſcendentibus. Nam vult Cynus, quod hoc caſu delictum Patris non noceat filio. Et hanc opinionem tenuit *Bartolus in. l. eum qui D. de interdict. & relegat. & Baldus in lege 12. tabb. C. de legitim. hæredib. & Salicetus in d. l. 2. C. de libert. &*

cor. liber. & Paulus de Caſtro in l. adoptivum §. final. D. de in jus vocando. &
idem Paulus in l. ſi finita. & ſi de vectigalibus D. de damno infecto. & clarius ac
apertius determinat idem Paul. de Caſtro conſ. 162. & eſt de mente Pet. de bella
Pertica, & Ioan. de Imola in l. ſtipulatio iſta §. ſi quis ita. D. de verbor. obligat.
Ita etiam vult Imola in c. final. extra de feud. Optimè faciunt. notat. per Modern.
26. in l. apud Iulianum §. ſi quid quid alieni D. de Leg. 1. Et noteris benè illam
27. deciſionem quia eſt ſingularis. Sitis ergò adviſati conſiderare tenorem in-
veſtituræ, quia ſi feudum ſit conceſſum alicui pro ſe, & liberis, ſeu deſcen-
dentibus ſuis, tunc quia liberi non veniunt ad feudum ex perſonâ Patris,
ſed jure proprio, certè delictum Patris non habebit nocere filiis. Hac Ia-
cobinus. Abbas Panormitanus in c. ex parte de Feudis. poſt gloſſ. ibi Dynus in c. non
debet de regul. in 6. Zaſius in Epitom. feud. part. 10. n. 98. Mynſing. reſponſ. 44.
n. 30. decad. 5. Gail 2. de pace publicâ cap. 14. n. 7. Hartmann. practic. obſervat.
lib. 2. obſerv. 27. tit. 54. Cravetta. conſil. 373. n. 30. Borcholten de feud. cap. 8.
n. 150. Afflictus in cap. 1. §. præterea. gloſſ. 3. n. 1. & verſu pro ſolutione. & c. 2.
Quæ fuit prima cauſa beneſ. amitt. ibi: Siquidem Pater, inquit, commiſit de-
lictum, & habet bona à genere, puta, quod fuit anteceſſorum ſuorum, qui
acquiſiverunt feudum pro ſe & deſcendentibus, tunc culpa Patris non
præjudicat filio. Andr. Fachin. controv. juris part. 3. cap. 18. verſ. octavum
argumentum lib. 7. & cap. 21. eod. libr. Ruin. conſ. 7. n. 12. & conſil. 149. n. 44.
28. vol. 1. Roſenthal cap. 11. concl. 10. n. 11. & concl. 5. n. 1. ubi hanc, inquit, dico
mihi videri ſententiam probatiorem, mitiorem & veriorem, quæ feu-
dum antiquum, ex pacto & providentiâ, pro acquirente & filiis ejus, putà
acquiſitum; ob delictum patris, ſive hoc in perſonam Domini, ſive in alium
ſit perpetratum & admiſſum, filiis & deſcendentibus non adimit, ſed relin-
quit, & eos Domino, ac Agnatis, delinquentis præfert. ad id præter allega-
29. tos adducit in gloſſ. a. plurimos. In feudo verò hæreditario, verba ſunt Roſen-
thal n. 2. d. concl. 5. vel etiam informi, ubi in conceſſione nulla hæredum,
vel liberorum mentio habita, vulgatam illam diſtinctionem ab omnibus
quidem, ſed in eodem feudorum genere, receptam adhibeo: quod nimi-
rum, ſi delictum in perſonam Domini ſit admiſſum, feudum hoc, excluſis
filiis, ac omnibus deſcendentibus & agnatis delinquentis, Domino, ut in-
juriæ ſuæ ultionem ac vindictam conſequatur, applicetur. ad hoc adducit
in concl. 4. in gloß. d. & 1. & in concluſ. 5. gloſſ. b. quamplurimos. VVurmbſ.
tit. 50. de feud. obſerv. 36. l. 1. practic. obſervat. Iulius Clarus §. feudum.
quæſt. 66. n. 3. Iacobin. de Sancto Georgio in tractat. de feud. in verb. dictique
Vaſalli promiſerunt. n. 58. 59. 60.
30. In feudo ex pacto & providentiâ ad quod filii & deſcendentes non ex
patris Perſonâ, nec tanquam Patris hæredes, aut ſucceſſores, ſed jure pro-
prio veniunt, delictum Patris filio non nocet, & propterea feudum in ca-
ſu confiſcationis bonorum, ſeu privationis feudi, non domino, ſed filiis
& deſcendentibus devolvitur. ita ferè ait Farin. d. qu. 25. n. 87. allegans quam-
multos, Bartol. Cyn. Salicet. Iaſon. Decium & ſimiles: addit autem limitationes n.
93. quod ubi feudum conceſſum eſt omnibus principaliter ſive in ſolidum,
ſive generi, tunc, quia omnes conſiderantur per ſe, non, tanquam ſucceſ-
ſores primi inveſtiti ſed tanquam primi ipſi ſucceſſores, idcircò unius deli-
ctum alteri non nocet, & propterea in caſu confiſcationis & privationis feu-
di, feudum ipſum non devolvitur Domino, ſed filiis & Agnatis, etiam quod
offenſa directè, vel principaliter, tangat perſonam ipſius Domini. per Bal-
dum in c. 1. §. denique poſt n. 1. verſ. & nota. & ibi etiam Alvarott. colum. 4.
verſ. 7. concluſ. 10. tit. quæ fuit prima cauſ. beneſ. amittendi & in c. 1. colum. 2.
de Vaſallo qui contra conſtitut. Lotharii. Boſſius in tit. de bonorum publicat. n. 54. in
fin. Curt. Iun. in tract. feudal. in 5. part. in 1. concl. col. 2. verſ. limitatè nunc. Plures
videſis apud eundem Farinac. d. loco.

In

In feudo enim antiquo, ut ſæpius inculcavimus, filii non habent à Patre 31.
cauſam & jus, ſed ex contractu & per providentiam majorum. Sic in Ele-
ctoratibus & Principatibus, ubi ſucceſſio primogenito, jure & prærogativâ
naſcendi ex diſpoſitione legis Imperii, conſuetudinis & inveſtituræ debe-
tur, filius vel agnatus, quem lex, ordo & gradus vocat, non ſuccedit ex
voluntate Patris ſive diſpoſitivâ, & teſtamentariâ ſive ex tacitâ, ab inteſta-
to: ſed etiam invito illo, ex ſolâ vi legis, conſuetudinis, pacti à progenito-
ribus & avis interpoſiti, & ex inveſtituræ præſcripto. Unde illud: Quod 32.
filio, lex, conſuetudo, pactio, & inveſtitura prima tribuit & aſſignat, non
debet auferri per Patrem, minùs per Dominum ob Delictum Patris. *l. ſi
arrogato. §. Sed an impuberi. in verſ. caterùm ſi fides ejus. D. de Adoption. l. qui
fundum* 87. *§. qui filios.* 7. *D. ad L. Falcid.* Sic pater in legitimâ portione 33.
hæreditatis jure filiationis debitâ non poteſt filio præjudicare, aut illi eam
impedire, quia non ejus judicio ad filium pervenit, ſed legis providentiâ.
*ut per iſtos textus ait Iohann. de rubeâ in tractat. 1. articul. 1. in 18. concl. de rebell.
ſub rubricâ de jure ſucceſſoris in regiis hæredit.* Et propterea, *ut inquit Farinac.* 34.
dict. quæſt. 21. n. 76. filium ob delictum Patris non privari feudo antiquo
*dixerunt Cynus in d. l. 2. C. de libert. & eor. lib. & in l. 2. C. de oper. libert. Bartol.
in l. eum qui. D. de interd. & relegat. Bald. in c. 1. in princ. de ſucceſſ. feud. Iac.
de Sancto Georgio in tract. de feud. in verb. & cum pacto n. 15. Duarenus. regul.
346. in 7. limitat. Sic Franciſcus Niger Cyriacus Iuriſconſultus Mantuanus in
diſquiſit. pro Carolo Duce Mantuæ in 7. artic. n. 292.* Delictum, *inquit*, Pa-
tris etiam commiſſum in perſonam Domini non præjudicare filiis & aliis
deſcendentibus in feudo antiquo ex pacto, ſed tantùm in hæreditario vel
informi. *ut late defendit Roſenthal cap. 11. quæſt. 5. per totum. maximè n. 1.
& n. 5. n. 9. 13. gloſſ. g. ubi multos cumulat. Paulò poſt, idem Cyriacus n. 296.*
Eandem, *inquit*, ſententiam quod delictum Patris etiam in Dominum non
noceat filiis, nec aliis deſcendentibus in feudo antiquo ex pacto, probarunt
*Alexand. conſ. 30. n. 15. vol. 1. Decius conſ. 445. ſub n. 69. Ruin. conſ. 23. n. 32.
vol. 5. Gozadin. conſ. 46. n. 5. Burſat. conſ. 225. n. 187. & benè Cravetta con-
ſil. 859. ſub n. 12. & conſ. 983. n. 25. Menoch. in crimine læſæ Majeſtatis con-
ſil. 815. n. 39, 40. & in effectu hæc eſt opinio Cyni in l. 2. n. 4. C. de Libert. &
eor. libert. quem ſequuntur multi relati à Iacobin. in ſuâ inveſtit. feudali. in verb.
dictique Vaſalli. il primo. qui loquuntur explicitè de feudo ex pacto & providen-
tiâ. & ipſe Iacob. ſub d. n. 60. verſic. ſitis ergò adviſati. benè declarat ſe loqui in
feudo ex pacto. Idem Niger Cyriacus n. 299. & ſequent.*

Quæ opinio, *ait*, ut delictum patris non noceat filiis, vel aliis deſcenden-
tibus fortius procedit, quando feudum conceſſum eſt generi, ita ut vadat
de uno in alium & de primogenito in primogenitum. *Baldus in c. 1. n. 3. in
fin. & ibi Petr. de Ravenn. Si Vaſallus feud. privetur. idem Baldus in c. 1.
§. denique n. 1. Quæ fuit prima cauſa benef. amitt. ubi inquit:* Conſideran- 35.
dum eſſe tenorem inveſtituræ, &c, ſi feudum conceſſum eſt generi, maximè
quando conceſſa ſunt regalia, reverti ad Dominum jus tantùm delin-
quentis, non autem jus reliquorum, quod habent ex propriâ perſonâ,
quodam ordine mortalitatis, non per viam hæreditatis; quia abſurdum 36.
eſt, ut ea dependeant ab hæreditario corpore, cum ſint nobiliora & potio-
ra; & ad ea admittantur filii & agnati jure udgenituræ, beneficio Domini,
expreſsâ formâ inveſtituræ, à cujus tenore non eſt recedendum. Et licet de 37.
inde concludat hæc de jure communi eſſe vera; ſed de jure conſuetudina-
rio ſcripto aliud ſervari: tamen quando inveſtitura eſt aliter concepta, ut
conceſſio videatur facta cuilibet jure proprio, prout videntur iſtæ, tunc
magis communiter Doctores admittunt delictum patris non obeſſe filiis.
Alvarott. in d. c. 1 §. denique. ſub num. 9. in 7. concl. & ibi Præpoſit. qui legit
 d. §.

d. §. in §. prædictis. col. 3. circa finem. verſ. vel ex tenore inveſtituræ apparet,
quod ſingulis &c. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. Iacobin. in ſuâ Inveſtit. in
verbo. dictique vaſalli promiſerunt. il primo. ſub n. 58. verſu. quarto limitatis,
niſi inveſtit. Curt. Iun. de feud. part. 5. n. 5. in tert. limit. fol. 504. Franciſcus
Maria Plot. conſ. 66. n. 24. vol. 1. crim. diverſ. magnæ impreſſionis. Decius
conſil. 606. ſub n. 15. Roland. conſ. 1. n. 54. vol. 3. Mozzius. de feud tit. fin. ſub
n. 39. verſ. limitatur primo. fol. 321. Peregrin. de jure fiſci. lib. 5. tit. 1.
n. 109. Burſat. conſ. 225. n. 187. Roſenthal de feud. cap. 11. quæſt. 5. n. 15. &
38. *quæſt. 7. n. 3. ubi:* quando conceſſio facta eſt, ut de uno in alium perveniat,
ſicut in primogeniis. *& d. cap. 11. n. 7. ubi:* quando conceſſum eſt familiæ
vel generi, & tunc etiamſi delictum contineret crimen læſæ Majeſtatis non
præjudicatet filiis. *ut per Menochium d. conſ. 815. n. 39, & 40. Hæc Cyriacus*
Andr. de Iſern. in c. 1. §. denique. Quæ fuit prima cauſa benef. amitt. tenet, feu-
dum antiquum non devolvi ad Dominum, ſed ad Agnatos, etiamſi fuetit
offenſa in perſonam Domini directa. *quem Clarus citat & ſequitur. §. feu-*
dum quæſt. 66. n. 3. Cardinal. Tuſchus tom. 3. concl. 198. n. 13.
39. Er hoc maximè locum haber, quando feuda liberis æquè principaliter
ſunt conceſſa, vel pro ſe & hæredibus & ſingulis in ſolidum, ſicut fit in Ele-
ctoratibus, Ducatibus, & ſimilibus beneficiis dignitarum, ur apparet ex in-
veſtiturâ: tunc delictum parris non nocet filiis, quin ad hos feuda perti-
neant jure proprio, vel etiam jure non decreſcendi in caſibus ſuis. *Alvarott.*
qui communem aſſerit in cap. 1. §. final. n. 9. concl. 7. & ibidem plerique tit.
Quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. Vultejus de feudis libro 1. c. 11. n. 71. Meno-
chius conſ. 304. n. 14. Roſenthal d. c. 11. concl. 7. n. 1. pulchrè, eruditè, & ve-
40. *rè, ac candidè refutat contrarium ſentientes:* Nam jus civile ex approbatâ om-
nium ſententiâ expreſsè diſponere, *ait*, quod in iis quæ à majoribus noſtris
proveniunt, & pro ſe ac liberis aut filiis accepta, ſeu acquiſita ſunt, deli-
ctum patris nobis nihil præjudicii, aut detrimenti adferat. *l. cum qui 3. &*
ib. Bartol. n. 3. & addit ad eum ac cæter. ff. de interdict. & relegat. Dynus in
c. non debet. n. 7. de regul. jur. in 6. l. ut jurisjurandi §. liberi. ibi Bartolus &
cæteri D. de oper. libert. Clarus §. Emphit. quæſt. 16. n. ult. Gratus conſ. 22. n. 9.
41. *vol. 2.* communem eſſe *dicit*, nec habere contra dicentem. *Marcus Anton.*
42. *Peregr. de jure fiſci. libro 1. tit. 1. n. 120. Ludov. de Molina de jure primogenit.*
Hiſpan. libro 4. c. ult. n. 4, 9. Roſenthal d. concl. n. 9. ubi n. 13. quod filiis,
inquit, in feudo pro ſe & liberis ſimilique modo datis factum defuncti non
noceat, hoc provenit ex primi acquirentis ac Domini concedentis con-
ventione, eo ipſo quod prædicto modo conceduntur, & quod in hujuſmo-
di rebus ex juris civilis auctoritate, delictum patris filio non obſit. *text. &*
Dd. in d. l. ut jurisjurandi. & §. Si liberi D. de operis libert. & tandem idem
43. *Roſenthal concludens.* Ex his, *inquit*, dilucidè apparet, quod feuda antiqua
alicui & generi, familiæ, poſteris conceſſa, ob delicta parris, filiis aliiſque
deſcendentibus non adimuntur. Idem multò magis ſtatuendum eſt, ſi
conceſſio ita facta ſit, ut de uno in alium feuda pervenite debeant. Sed &
multò magis hoc obtinet, ſi patri & liberis, vel hæredibus & omnibus in ſo-
lidum feudum datum fuerit. *Baldus in c. 1. §. ult. n. 1. tit. 24. Quæ fuit pri-*
ma cauſ. benef. amitt. & in c. 1. n. 3. in fine. Si vaſall. feudo privet. cui defer.
tit. 31. Gemellus in compendio feudali part. 10. rubric. Quando delictum Patris
noceat filio. concl. 4. Zaſius de feud. part. 10. n. 102. Idem Roſenthal c. 11. con-
cluſ. 9. n. 1. Pactionata, *inquit*, feuda culpâ etiam in Dominum admiſsâ li-
beris & agnatis non eſſe auferenda, ſupra defendi *& n. 10.* Ego autem jam
tradidi, *ait*, feuda ex pacto & providentiâ ob delicta etiam in perſonam Do-
mini commiſſa agnatis adimi non poſſe; ſed iis ſtatim aperiri.
44. Concluſivè igitur dicendum & ſtatuendum quod ſicut feuda nova hæ-
reditaria

reditatia & infotmia alienari & confiſcari poſſunt in præjudicium filiorum, ideò & ex hâc potiſſimum cauſâ, quia illa veniunt beneficio & intuitu Patris, filiuſque in eis nullum jus habet vivo Parente, niſi quod annexum eſt juri Genitoris, à quo ille illa conſequitur: ita econtrà feuda anriqua ex pacto & ptovidentiâ præſertim ea, quæ dignitatem annexam habent, ut ſunt Regna, Electoratus, Ducatus, Principatus, nequaquam filiis jus quæſitum ipſo momento nativitatis adeptis & jute primogenituræ à lege & conſuetudine vocatis, auferri, neque per teſtamentum, contractum, vel ullam aliam patris diſpoſitionem, neque propter crimen ab eo commiſſum per fiſcum adimi, eripi, tolli, publicari poſſunt: ex hâc potiſſimâ in ratione naturali fundatâ cauſâ, quia illa non beneficio Patris, nec jure hæreditario, non judicio, amote & ſtudio erga ſucceſſorem obveniunt; ſed lege fundamentali regni Aureæ Bullæ, vi conſuetudinis & antiquæ renovatæque ſæpius inveſtituræ, ex pacto & providentiâ majotum, invito etiam & nolente Patte & Prædeceſſote proximo, filio natu maximo, non ut hæredi, nec perſonæ, ſed gradui, loco, & ætati deſtinata & acquiſita ſunt. *c. 1. de ſucceſſ. feud. c. licet. de voto. Michaël. ab Aguirr. in reſponſ. pro regno Portugall. part. 4. n. 32. Knichen in commentar. in jus Saxonicum litis provocatoria neſcium. cap. 3. ubi habetur:* Jus quæſitum filio non poſſe per ultimam voluntatem vel conttactum à patre tolli, quia id filius non conſequitur à patre, ſeu jure communi, ſed lege ſingulari vel conſuetudine. *& in verbo, Ducum Saxoniæ cap. 3. ſcribitur* rationem cur in feudo paterno, avito & antiquo nulla diſpoſitio valeat, hanc eſſe, quia feuda talia ſucceſſoria lege ex pacto & beneficio primi acquirentis non intuitu & contemplatione Patris deferuntur. *Caſtrenſ. conſ. 162. col. 2. ſicut refert Rolandus à Valla conſil. 29. n. 33. vol. 3. dicit,* quod quando quis eſt inveſtitus pro ſe & liberis vel deſcendentibus cenſentur filii potius feudum habere ab avo & proavo ſuo, ſeu à primo inveſtito, quàm à ſuo Patre, qui non fuit acquiſitor feudi. Et ideò, *addit Roland.* quod delictum Patris, à quo non habet feudum filius, ei non nocet, nec poteſt, vel debet eſſe cauſa auferendi feudi, quod ab eo non habuit, ſed ab alio. *argum. l. emancipatum D. de Senat. Cyn. & Salic. in l. 2. col. 3. C. de libert. & eor. lib. Decius conſ. 389. col. 2. in princ. Gozad. in conſ. 84. in princ. & n. 14. Afflictus in c. 1. §. hoc quoque n. 53. de ſucc. feud. & in c. 1. §. ſed & res n. 32. per quos fiat inveſt. alios adhuc addit Roland. d. n. 33. ita in deciſ. Rotæ Rom. Bapt. Cocc. Rotæ Decan. deciſ. 232. n. 3.* Delictum, *inquit,* patris non nocet filio in iis, quæ filius non conſequitur ex perſonâ Patris; & ex hoc fundamento probat & definit, jus Patronatus confiſcatis bonis Patris non auferri filio vel filiæ, quia non habeat illud ex perſona Patris. *allegat Igneum in repetit. l. neceſſarios §. non aliàs. in prim. part. n. 438. verſ. vel melius & n. 482. verſ. ſimiliter jus Patronatus. D. ad SC. Syllan. & addit:* hujuſmodi materiam regulari ſecundum tetminos feudi & emphyteuſeos, in quibus prædicta diſtinctio locum habeat. *per Roch. de jure Patron. in verſ. ipſe vel is. n. 72. Cyn. in l. 2. in fin. C. de libert. & eor. liber. Bart. in l. 1. n. 2. C. de interd. & releg. l. cum qui 3. D. eod.* expreſsè ſancitur, bona quæ non à Patre, ſed à Genere, à civitate, à retum naturâ tribuuntur, manere liberis incolumia, Patre relegato, vel deportato, *Sic l. 4. D. de jure Patronat.* Jura, *inquit*, libettorum Patronorum libetis, cum Pater eorum erar perduellionis damnatus ſalva eſſe Divi Severus & Antoninus benigniſſimè reſctipſerunt, ſicut ex aliâ causâ punitorum liberis jura libertorum ſalva ſunt. *l. etiam liberis 5. C. de obſeq. Patron. præſtand.* Non enim hæc patrem, ſed Majores ejus dediſſe cenſendum, *& ſic habetur in d. l. 3. in fin. D. de interd. & relegat. Gramm. deciſ. 6. n. 14. Bajard. in annot. ad Clar in §. læſa Majeſtatis n. 24. ubi dicit*, pœnam patris nocere filio tantùm in his, quæ ex perſonâ pattis, non autem quæ aliunde

45. 46. 47. 48. 49. 50.

51. conſequitur. Ar feuda antiqua regalia, ex pacto & providentiâ, & quæ lege Imperii, jure proprio obveniunt, non à Patre filius, ſed à primo acquirenre, à genere, à lege & conſuetudine accipit: ergò ea adimi non poſſunt ſive per volunratem & diſpoſirionem parenris, ſive per crimen ab eo commiſſum *Ioann. de terra rubeâ de rebell. in prim. artic. primi tractatus in concl. 2. ubi in concl.* 13. vulgo dici, *inquit,* hoc abs te habere cenſeor, quod
52. non auſers cum poſſes. Ev ideo in patrimonialibus ſucceſſores ab inteſta-
53. to videntur ea habere ab eo, cui ſuccedunr, ex illius tacitâ volunrate; quia ab eis poſſet & poruiſſet per alienariones & per teſtamentum auferre. *l. Codicillis in princ. D. de Codicill. gloſſ. in l.* 1. *§. pen. D. de leg.* 3. *l. quidam teſtamento §. final. de Legat.* 1. E converſo, quod mihi auferre non potes, abs te dicor non habere *ut D. de hæred. inſtit. l. ſi ſervo. hinc dicit textus:* nihil enim videtur de ſuo dediſſe, qui quod tradidit, neceſſariò habuit tradere. *ut l. unum §.* 1. *D. de Legat.* 2. *& l.* 2. *C. de libert. & eor. lib.* Igitur cum Rex per alienariooes aut aliter non poſſit ſucceſſorem regno privare, neque illi
54. conferre, igirur hic ab illo habere non cenſetur. *Idem Ioan. in* 19. *concluſ.* quod per iograrirudinem aut aliam ſimilem cauſam commiſſam per primogenitum vel ſucceſſorem contra Rgem Franciæ: ille non perdat ſucceſſionem, nec ob id Rex illum poſſit ſucceſſione privare in vim ſuæ volun-
55. ratis; quia Regnum non conſequatur à Rege, ſed ex cooſuetudine & lege
56. Salicâ. Alia ratio cur regna, feuda dignitarum & principatus, in quibus jure primogeniruræ ſucceditur, auferri & confiſcari non poſſint in præjudicium filiorum, quibus jus quæſirum eſt, hæc dari poteſt, quia quod ſpeciali lege, & quidem lege regoi datur, acquiritur & poſſidetur, illud non ſubjacet amplius alicujus privati, neque Principis ipſius diſpoſitioni, ideo nec proprer crimen Parris auferri poteſt. *Carol. Molinaus ad conſuetud. Pariſ. de matern. feud.* §. 8. *gloſſ.* 3. *n.* 8. *Hottomann. in controverſ. patrui & nepotis tit.* 34. *ubi & Ioann. de terra rubea adducit, Engelb. ad* 7. *tit. Aurea Bull. ubi Theſſaur. & Burſat. Cacheran. & alios adducit.*

57. Delicto commiſſo & publicatis bonis delinquentis res reſtitutioni ſubjectæ, prout ſunt feuda ex pacto & providentiâ, non ad fiſcum ſed ſtatim ad eos, qui poſt delinquentes vocati ſunt, tranſeunt, *l. jura libert.* 4. *D. de jur. Patronat. l. eum qui D. de interdict. & releg. l. Imperator. D. de fideicomm. libert. ibi Bartol. Alexand. & aliis in l. ſi finita. §. Si de vectigalib. D. de damno infecto. Iaſon in l. fin. §. ſed quia noſtra. n.* 1. *C. communia de legat. & in l. filiusfamilias.* 114. *§. Divi. n.* 27. *Peregrin. de jure fiſci. tit. de publicatione bonorum. libro* 5. *n.* 98. *communem dicit. & Roſenthal d. cap.* 11. *concl.* 9. *n.* 20. *receptam opinionem. Ioann. de terra rubea in* 1. *tract. articul. in* 25. *concluſ. ubi*
58. *dicit:* Primogenitum vivente Parre & Rege habere jus formarum, quod Parre regno privaro plenificetur. *ut l. utrum. de aſſignand. libert. & l. communi liberto. de bonis libert. ut l.* 1. *C. Si liberalitatis imperialis ſocius. ubi patet:* quod jus alicujus deficieos applicetur alteri, qui in re illâ habet jus aliquod formatum: ſed primogenirus habet jus aliquod parre vivenre in regno (electoratu, principaru, feudo dignitatis) *l. in ſuis de liber. & poſthum.* Igirur ad eum, ſive ei applicatur.

59. Jam & hoc ſciendum, Bannitum, deportatum & cujus bona publicata ſunt, quique regno aut principaru jure privarus eſt, haberi & æſtimari non aliter, quam ſi reverâ morruus eſſet & ex hominum conſorrio remotus. *l.* 1. *§. filium habuit.* 8. *ib. Deportatos enim mortuorum loco habendos D. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. l. Gallus ſic poſſe.* 29. *§. & quid ſi tantum* 5. *ubi aqua & igni interdictus, hoc eſt, bannitus habetur pro mortuo. D. de liberis & poſthum. l. verum eſt quod Sabino.* 63. *§. Societas ſolvitur.* 10. *Harmenopol. lib.* 3. *promt. tit.* 11. *§.* 2. *§.* 1. *Inſtit. Quibus modis jus patr. poteſt ſo. v. Rolandus à*

Valla

*Valla conſ.*84.*n.*31.*ubi dicit*,mortem civilem habere officium mortis natura-
lis.*Cardin. Tuſchus concl.*12.*tom.*1.*Baldus conſ.*63.*in fin.n.*4.*lib.*5. Ergò in ejus 60.
locum filii ut filii,& agnati ut agnati,vocati ex inveſtiturâ & lege ſubrogan-
tur & ſubeunt, non ſecus ac ſi prædeceſſor naturali morte inter mortales
degere ceſſaſſet. *d. §. filium habuit. ubi dicitur*, Nepotem ad bonorum poſ-
ſeſſionem Avi admittendum eſſe Patre deportato *d. l. Gallus & §. 5. ubi di-
citur*,ad ſimilitudinem mortis cæteros caſus admittendos eſſe. *l. ſi necem.*4.
§. 2. *D. de bonis libert. ubi dicitur*, Deportati Patroni filio competere bo-
norum poſſeſſionem in bonis liberti, nec ei impedimento eſſe talem Pa-
tronum qui mortui loco habeatur. *l. ſi qua pæna pater.* 7.*D. de his qui ſui ſunt
vel alien. Alexand. conſil.* 23. *lib.*1. *& conſ.*75. *n.*9. *eod.lib. & conſ.* 88. *l.*3.*n.*7.
ubi Bannito, tanquam omninò mortuo ſuccedant vocati poſt ejus mor-
tem. *l. ſi qua pæna. ubi Bartolus D. de his qui ſui vel alien. jur.* filium banniti
qui habeatur pro mortuo intrare in locum Patris, prout ſi eſſet mortuus.

Modò diximus haud paucos eſſe qui ſtatuant, feuda pactionata propter 61.
crimen Vaſalli in Dominum directè commiſſum liberis auferri, non verò
agnatis *Iſern. in c.*1. *§. & quia videmus. n.*14. *de his qui feud. dare poſſunt. Af-
flict. Balzaran. in c.*1. *§. denique. Quæ fuerit prim. cauſ. benef. amitt. alios re-
fert Roſenth. d. cap.*11.*concl.*8.*in gloſſ. C. & in concl.*9. ac proinde conditionem
liberorum deteriorem eſſe Agnatorum conditione, *in quâ opinione etiam
Gail fuit de PP.* Sed illorum error manifeſtus eſt, & ſuprà deductum, quod
jus quod competit tranſverſalibus potiori cum ratione competat filiis: ac
proinde hi rectè præferuntur agnatis *d. cap.* 1. *§. fin. ibi. proximi qua fuerit
prim. cauſ. benef. amitt. ubi, & aliis etiam in locis* per proximos & proximio- 62.
res agnatos intelliguntur inprimis filii: Nam hi ſunt verè agnati proximi
l. ſi filius 12.*D. de ſuis & legit. c. an ille. Qui interfecit fratrem Domini. cap.* 1.
*§.*1.*de ſucceſſ. feud. c.*1. *de gradib. ſucced. in feud. Afflict. in c. Titius filios. n.*9.
*ibid. Iſern. Feron. in conſuetud. Burdigal. tit.*2. *de retract. §.*10. *l. proximus eſt
quem nemo antecedit.* 92. *D. de V. S. Roſenthal d. c.* 11. *concl.*8.*n.*2. *& in gloſſ. a.
& cap.* 9. *concl.* 67. *n.* 1. *gloſſ. a. plures eam in rem adducit Hieronym. Gratus
conſ.* 2. *n.* 46. 47. 48. *volum.*1. *Cynus in l. ſi manumiſſus* 2. *C. de libert. & eor.
liber. Fachin. controv. jur. l.*7.*c.*18. *ubi dicit*, ſi agnati revocare feudum,etiam
filium poſſe, quia filius dicatur agnatus Patri. Abſurdum quippè foret &
rationi ac legi ſentiæq; communi contrarium, ſi remotior præferretur pro-
ximiori. Deinde filiis non minus quam agnatis vigore primæ conceſſionis, 63.
quæ à jure feudali, aliud in feudo informi diſponente, diſcedit, jus debetur,
ut ait Roſenthal d. concl. 9. *cap.* 11. *n.*2. *Zaſius de feud. part.*10. *n.*88. *ubi*, in re- 64.
futatione feudi facta à Vaſallo primam & potiorem cauſam eſſe liberorum:
his non exſtantibus feudum refutatum reverti ad agnatos. *Alvarott. in c.*1.
in 1. *notab. in tit. Imperator Lothar. Eugen. & in c.*1. *de eo qui fin. fecit agna.*
ergò filii rectè præferuntur agnatis. *Fachin. d. c.* 18. *ubi dicit*, Eandem ra-
tionem eſſe, & multò majorem in filiis quam in agnatis. Hinc fit ut Nepos 65.
etiam ex primogenito præmortuo ante Patrem excludat Patruum ſuum,
quanquam is jure tranſverſali Patri Nepotis, hoc eſt, fratri ſuo prædefun-
cto proximior ſit, quod maximè in ſucceſſione, quæ jure primogenituræ
regulatur, locum habet: & expreſſis verbis cautum eſt in Aureâ Bullâ in
Electoratibus: Cum enim ea ſit natura primogenii, & à jure conſtitutum,
ut *ait Roland. à Valla conſ.*39. *n.*48.*vol.*4. ut cum quis decedit relicto nepote
ex primogenito jam mortuo & ſecundogenito, licet ipſe ſit proximior fra-
tri, is non ſit primogenitus, ſed qui deceſſit. *ut eſt videre apud Oldrad. in con-
ſil.*234. *plures allegat Roland. & rationem addit:* quia quamprimùm natus 66.
eſt, ſibi & poſteris jus primogenituræ vindicavit, & qualitas primogeniti
tranſlata cenſetur in Nepotem, *ait n.* 50. *per Dd. in capite licet de voto.*

Scriben-

Scribentes in l. ii poteſt. D. de acquirenda hæreditate. Ruinus conſil. 19. col. 1. volum. 1. Hottomannus hanc rem ex profeſſo tractavit in controverſiâ Patrui & Nepotis. ubi in c. 23. dicit, quod in regni & feudi hæreditate, ubi certus ordo & graduum ſucceſſio perpetuâ ſerie conſtituta eſt, ii qui inferiori loco locati ſint, antecedere ſuperiores non debeant, quia ſemper propinquiores obſtent poſterioribus. *l. 1. D. quis ordo in poſſeſſ. ſervet. l. 2. de ſucceſſ. edict. l. 1. §. ſi quis proximus D. unde cognati l. creditor. 12. §. ult. l. Lucius 18. D. qui potior. in pignor.* ita ut frater & agnatus ad fratris & agnati defuncti ſucceſſionem, non ut frater & agnatus, ſed ut filius natu maximus admittatur. *Hotomann. d. l. per §. 3. tit. 4. l. 3. & §. 2. tit. 19. l. 1. de conſtitut. Frider.*

67. Patruum à Nepote excludi hodiè in omnibus regnis conſtat, & caret ſcrupulo atque dubitatione, ſicut experientia teſtatur, *& Dd. communem & veriorem receptamque opinionem eſſe dicunt. Iacobin. de Sancto Georgio de feud. §. Quid ſi Rex. n. 8. ubi dicit hanc ſententiam quotidiè obſervari. Baldus in l.*

68. *liberti libertæque, C. de oper. libert. ubi* Papam pro Parruo pronunciantem, præferendo Robertum ſecundogenitum filium primogeniti, partialem magis quàm Apoſtolicum fuiſſe. Quanquam *idem Baldus, alibi fluctuet & dicat:* opus eſſe Apolline ad ſolvendam illam quæſtionem. *in l. cum antiquioribus C. de jure deliberandi. Bartolus etiam* pro Patruo contra Nepotem judicavit *in Authentic. poſt Fratres. C. de legit. hæred.* Illa enim ætate quæſtio iſta & controverſia, uter, an Nepos prædefuncti primogeniti, an Patruus eſſet præferendus valdè fuit agitata, & Papæ ex affectu pro Patruo reſcribentis auctoritas plurimos Doctores à veri tramite tranſverſum abduxit, & eo-

69. tum judicium corrupit. Sed poſteà per longum & continuum uſum, perque diverſas in variis regnis promulgatas leges Nepotis cauſa & prælatio fuit ſtabilita & confirmata ita ut hodiè vix ulla ſit amplius hæſitatio. Au-

70. rea Bulla certè in eo tàm clara eſt, ut clarior eſſe nequeat: ita legibus Taurinis in Hiſpaniâ idem cautum legitur. *Anton. Gomez. in lege Taurinâ* 40. *n. 66. Suarez in quæſt. Majorat. n.* 8. *Melchior Pelez. in tractat. de Majoratu. part. 2. quæſt. 3. illation.* 4. In Galliâ idem ex conſuetudine quingentorum annorum, *ſicut Hottomann. in d. tractat. paſſim & ferè per totum. & Ioan. de terra rubea in tractat. de rebellibus articul. 1. primi tractatûs & alii aſſerunt.* In Angliâ, in Italiâ, in Sueciâ, quoad regias & Principum ſucceſſiones idem

71. jus Nepotis viget. Utut ſit, prima ſemper cauſa in ſucceſſione, vel hæreditatis, vel feudi, eſt filiorum. *Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. in princ. §. 1. in Authent. C. de heredit. ab inteſt. c. 1. de ſucceſſ. fratern. 11. lib. 2. Feud. ubi dicitur:* Mortuo eo qui beneficium tenebar, prima cauſa liberorum eſt. Filiis enim exiſtentibus maſculis, vel ex filio Nepotibus, vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri removentur agnati, quod jure naturæ introductum eſt *§. hoc natura in Authentic. de trient. & ſemiſſ. collat. 3. l. ſcripto. D. Vnde liberi. Roland. à Valla colum. 2. conſ. 82. n. 1. ubi ex Bartolo in repetit.*

72. *l. cum acutiſſimi. C. de fideicomm. refert.* Legem naturæ & primum votum parentum eſſe ut hæreditas ad poſteros ſuos confluat & decurrat. *l. cum ratio. D. de bonis damnat.* deinde ad agnatos, *Inſtit. de legit. agnator. ſucceſſ. in princ.* imò ſucceſſionem filiorum inventam eſſe jure divino *juxta Auguſtinum. c. final. 17. quæſt. ult. gloſſ. in §. final. Inſtit. de hæred. qual.*

73. Sed Doctores binas rationes adducunt, cur filii in commiſſo feudo per feloniam Patris, deterioris ſint conditionis quàm agnati: quia nempe paterni in illis criminis exempla metuantur. *l. quiſquis. §. 1. C. ad L. Iul. Ma-*

74. *jeſtatis.* nam idem præſumi de filio, quod de patre *argum. l. ſi fugitivi. C. de ſerv. fugitiv. Grammat. in deciſ. 18. n. 4. & in conſ. 31. ubi eum tradere Roland. à Valla volum. 3. conſ. 1. n. 42. dicit,* quod filius præſumatur geſta parentis imitari, tam in vitiis quàm in virtutibus, *juxta notata per Specul. in proœmio in verſ.*

verſ. cæterum. & per l. quodſi nolit. §. *quod mancipia D. de ædilit. edicto. adde*
ibi gloſſ. & aliam in c. ſi quis 6 quæſt. 2. Hinc dixiſſe Baldum ſecundum textum in
l. liberti in 2. colum. C. de oper. libert. Quod ejuſdem affectionis & volunta- 75.
tis præſumatur filius ſicut & pater, *allegat. præterea Boſſ. in tit. de crimin. læſæ*
Majeſtatis n 35. qui dicat, quod ad præſumendum malum & deterius de fi-
lio, conſiderandum eſſe, an Pater ejus diverſarum fuerit partium, ſive rebel-
lis contra ſuum Principem, quia idem præſumendum eſt de filio. *Cardinal.*
Pariſ. conſil. 23. n. 265. vol. 1. dicit: filios eſſe ſimiles Patri, etiam quoad qua-
litates animi *juxta illud Horatii*: Nec imbelles generant aquilæ columbas;
& illud: Patrem ſequitur ſua proles. *& aliud*: Arbor mala malos fructus fa-
cit; & quod Pater & filius eadem perſona cenſeatur. *l. fin. C. de Impub.*
Vaſq. illuſtr. quæſt. lib. 2. cap. 51. n. 59. Alciat. 1. præſumt. 24. Balthaſ. Alamo
Varientis ad illud Tacit. Annal. 16. c. 28. Agrippinum paterni in Principes 76.
odii hæredem *notat. in Aphoriſm.* 107. I figlivoli, *inquit*, per l'ordinario ſo-
no eredi del odio & della nemiſta de Padri ancor che ſiu contra il Principe.
& ad illud Ann. 1. cap. 12. in fin. Aſinii Patris ferociam retinent. *in aphor.* 101.
agelvolmente, *ait*, ſi crede di uno, che egli habbia hereditare le cattive
qualità del Padre. *& ad Annal. 2.* ejus filius Artaxias memoriâ patris nobis
infenſus. *in aphor. 16.* Si come, *inquit*, ſi heredita la robba de i Padri, coſi
ſi ſuol reſtare herede della amicitia, & nimicitia loro.

Secunda ratio, quod filii propter delicta Parentum puniantur, & eorum 77.
conditio durior ſit in ſucceſſione feudi, quàm Agnatorum, ut cariores effi-
ciantur liberis parentes, & hi deterriti magis obedientes & fideles maneant
Reipublicæ, quia patet facilius abſtinebit à delicto tali, ſi videat etiam filios
ſuos puniri. *ut ait Alciat. de præſum. per Bartol. in l. jure proviſum. C. de Fa-*
bricenſ. lib. 10. & parentes magis terreri in perſonâ liberorum quàm in pro- 78.
priâ. *l. 8. D. quod met. cauſ.* §. *ult. Inſtit. de noxal. action. l. 22. in fin. C. de A-*
gricol. Alciat. 1. regul. præſumt. 1. n. 2. ubi refert: Labeonem Juriſconſultum
cum apertè damnaſſet Auguſtum, ab hoc interrogatum, unde tantùm au-
daciæ aſſumeret, reſpondiſſe, quod naturæ beneficio ſenex eſſet, & filios
non haberet.

Habeant ſe iſta, ut lubet, quis tamen tàm iniquus & injuſtus eſſe velit, ut 79.
propter præſumtiones, quæ perpetuò veræ non ſunt, & ſæpè fallunt, &
propter rationes, ad delinquentis perſonam reſpicientes innocentem &
nulli crimini aut culpæ obnoxium damnandum & pœnis afficiendum eſſe
ſtatuere & pronuntiare auſit? Ex nudis præſumtionibus, & quæ contra-
riam probationem non reſpuunt nemo condemnandus, & honore ſuo, di-
gnitate, poſſeſſione, jure ac ſpe acquiſitâ privandus: ſed requiruntur pro-
bationes, certæ, liquidæ, & luce meridianâ clariores. *l. abſentem 5. D. de pæ-*
nis. ibi, nec de ſuſpicionibus debere aliquem damnari: ſatius enim eſſe im- 80.
punitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnari. *l. 3. in*
fin. §. *1. D. de minorib. l. ult. in fin. C. de probat. c. ſciant. 2. quæſt.* 8. His quibus
majus periculum intenditur magis conſulendum eſt, ne facilè condem- 81.
nentur. *l. 1.* §. *ſed & ſi quis. 5. D. de Carbon. Edict.* Solâ ſiquidem præſum-
tione nemo gravari debet. *l. 3.* § *idem tamen confitetur. D de minorib. l. ſi chi-*
rographum D. de probat. l. ult. C. eod. Harmenop. promt. lib. 1. tit. 3. n. 26. ὅτι ἐξ
ὑπονοίας, ὅτι ἀπαιτοῦντες κατ᾽ δικάζ(ει). *Trent. diſp. 4. theſ. 7. vol. 2.* Probatio debet eſſe 82.
per neceſſe; minimè verò per contingens. *l. non hoc. C. unde legit. l. in multis ubi*
Bald. C. de liberal. cauſ. Franciſc. Milan in deciſ. 3. lib. 2. n. 12. vulgo: Non pro-
bat hoc eſſe, quod ab hoc contingit ab eſſe. Nonne experientia teſtatur, & 83.
nos cottidiè videmus, plurimos filios diverſis à Genitoribus moribus, in-
genio, vitâ & actionibus præditos eſſe & Parentum ſuorum conſilia & fa-
cta, licet interdum propter reverentiam diſſimulent, & ſeſe palàm oppo-

Ff nere

84. nere merito vereantur, interiori in animo improbare & deplorare? Imò exempla adduci poſſent, quod nonnulli filii Parentes ſuos perduellionis reos peregerint, detulerint, accuſarint: Sic apud, *Tacitum legimus*, Vibium Serenum accuſaſſe Patrem ſtructas Principi inſidias, miſſos in Galliâ concitores belli, indicem eundem & teſtem dixiſſe. Nec exempla deſunt hoc
85. noſtro ſæculo. Sic è contrario ſæpè contigit, ut Genitores filios ſuos detulerint, morti addixerint, exhæredarint & abdicarint, imò & ſuis manibus occiderint. Pharaſmanes interfecit filium Rhadamiſtum, proditionis inſimulatum, *Tac. Annal.* 13. *cap.* 37. Nonne Junius Brutus duos filios ſuos proditionis convictos publicè interfecit? *Liv. lib.* 1. Sic Manlius Torquatus filium ſuum ſecuri percuſſit, quod contra Imperium in hoſtem dimicaſſet? *Idem*. Caſſius filium ſuum affectati regni crimine damnavit, verberibuſque affectum necari juſſit, ac peculium ejus Cereri conſecravit, *Valer. Max. l.* 5. Aulus Fulvius filium Catilinæ partes ſecutum ſupplicio mortis affecit, *Idem*. Artaxerxes Darium concepti ſceleris convictum numeroſâ fratrum cohorte extremo affecit ſupplicio, *Coccius Sabellicus in exempl. lib.* 3. Tigranes filium majorem natu, quia patentem humi jacentem non juverat, interimi juſſit, *Baptiſt. Fulgoſ. lib.* 3. Clotharius Gallorum Rex filium rebellem captum unà cum uxore & liberis in paſtorali caſâ comburi juſſit, *Ibid.* Fridericus II. Imperator filium ſuſpectum conſpirationis cum Pontifice in carcere peremit. Carolus Calvus Carlonem filium luminibus privavit, quia rebellionem moliri videbatur. Innumera talia in medium adferri poſſunt, per quæ ſatis, ut opinamur, probatur, non ſemper verum eſſe filios Patribus, etiam in delictis ſimiles eſſe, hoſque in perſonâ
86. liberorum magis terreri quàm in propriâ. Quod ſi ex opinione, & præſumtione illâ, quâ filius cenſetur eadem cum Patre perſona, & ſimilis pejorvè Parente præſumitur, liberos puniri & jure ſuo quæſito, hæreditateque paternâ, boniſque avitis & gentilitiis privari jus faſque eſt: etiam Pater propter eandem rationem, quod filio ſuo, quem genuit, ſimilis ſit, quodque eadem cum eo perſona eſſe cenſeatur, deberet privari jure ſuo, quod habet in bonis filii, propter delictum illius, atque ita teneretur fiſco dare
87. legitimam, aut peculium profectitium, adventitium, vel caſtrenſe: quod tamen jura fieri vetant; quæ nolunt delictum filii poſſe nocere Patri. *Specul. tit. de execut. ſentent. §. ſequitur videre n.* 11. *text. in l. tam ex contractibus* 57. *D. de judic. & in l. etſi condemnatus* 35. *D. de noxal. action.* quod ſive filius ex contractu, ſive delicto condemnetur, non tenetur pater, niſi quatenus locupletior factus eſt. *Angel. in §. actiones n.* 13. *Inſtit. de Actionibus. Sanchez in præceptis decalogi lib.* 2. *c.* 15. *Pariſ. conſ.* 157. *volum.* 4. *per totum Anton. de Padilla Meneſes in repetit. l.* 3. *n.* 33. 34. *C. de juris & facti ignorantiâ. Nellus de bannitis in* 1. *parte Secundi temporis. quæſt.* 25. *Gygas rubric. de pœnis committent. crimen. q.* 10. 11. 12. 13. *Gail lib.* 7. *de Pace Publ. cap.* 13.
88. *n.* 33. 34. *& ſequent. ubi dicit*, Delictum filii, qui ob rebellionem vel proditionem adverſus Dominum in bannum declaratus & ſupplicio affectus ſit,
89. minimè nocere Patri in feudo; quia, *inquit*, in delictis factum filii, non dicitur factum Patris; nam delicta ſuos auctores tenent. *text. in l. ſancimus. C. de pœnis. §.* 1. *Inſtit. de noxal. action. l. licet. C. An ſervus ex ſuo facto poſt*
90. *manumiſſ. teneat.* Nunc verò cum Pater & filius correlativa ſint, & quod ſtatuitur ac diſponitur in uno ex correlativis, idem quoque ſtatui & diſponi debeat in alio. *l. final. C. de indict. viduitate. & l. ult. D. de Acceptil. l.* 1. *C. de cupreſſis ex luco Daphnenſi. Everhard. in loco à correlativis. ubi n.* 10. *dicit*, idem eſſe judicium, eandemque diſciplinam in correlativis. *l. ſi cum dies. §. penult. D. de arborib. l. veteres. D. de action. emti. l. cum emtor. D. de reſcind.*
91. *vendit.* Juſtitiæ & rationi congruum eſt, ut idem in filio, quod in patre, jus

ſtatua-

ſtatuatur;atque ita non magis officere deberet delictum patris filio , quàm patri delictum filii ; quia hinc inde eadem ratio eſt, & æquè dici poteſt factum Patris in delictis non eſſe factum filii, ſicut dicitur factum filii non eſſe factum Patris: Deinde regula illa, Delicta debent ſuos authores tenere, non minùs pro filio à Patris delicto immuni, quàm de Patre filio ejus peccante, patrocinari debet.

CAPUT XIX.

ARGUMENTUM.

Feuda antiqua ex pacto & providentiâ, præſertim Regalia dignitatum, non confiſcari & in commiſſum cadere, etiam in crimine læſæ Majeſtatis, contra ipſum Imperatorem commiſſo: Talia enim feuda non venire in confiſcatione bonorum, cujuſcunque generis ſit delictum. Quia debeantur ordine ſucceſſivo ex vocatione propriâ, tanquam fidei commiſſa, quibus jus Primogenituræ æquiparetur.

In jure feudali & inter Doctores ſine hæſitatione planum eſſe, Filios, Agnatoſque ſecuros eſſe jacturæ feudi: quando & ipſi principaliter per inveſtituram vocati ſint. Vocatos autem intelligi principaliter, quando ipſorum mentio fiat, nominenturque Filii, Nepotes & deſcendentes; aut quando primogenitorum potior ratio habeatur; aut unus poſt alium ordine ſucceſſivo invitetur; vel ſi inveſtitura dicat, feudum concedi omnibus principaliter; vel propter plurium merita, vel, ut de uno in alium tranſeat; feudumvè ſit individuum, tunc feudum non confiſcari Domino, licet in ipſummet flagitium perpetratum ſit; ſed eis jure competere, quos inveſtitura deſignet.

Aliquas limitationes, & caſus exceptos, à Doctoribus in medium adferri, quibus nefas ſit privare Filios & Agnatos feudo propter crimen Vaſalli, in ipſam etiam Domini perſonam perpetratum; nimirùm ſi conſtet, delictum unius non debere nocere alteri: Deindè, quando feudum conceſſum ſit patri & filio nominatim, aut etiam Generi, & toti Familiæ; item, ut de uno in alium, attentis meritis ſingulorum, deſcendat. Limitationes iſtas omnes & caſus exceptos, in causâ Palatinâ concurrere & adeſſe demonſtratur. Atque ita ſecundum communem etiam Doctorum rigidiorum ſententiam, & ſecundum feudalium jurium traditas exceptiones & limitationes, Electoratus Palatinicus, tanquam regale imperii feudum, toti familiæ, & unicuique primogenito, & ſeniori in ſtirpe, in ſolidum & ſpeciatim adſcriptum, deſponſum & appropriatum, in commiſſum cadere & ad fiſcum, excluſis liberis, & Agnatis tam clarè & enixè, verbis demonſtrativis & congeminatis, vocatis rapi nullo prætextu juris potuiſſe. In Aureâ enim Bullâ Caroli IV & Sigiſmundi, aliorumque Imperatorum conſtitutionibus, & inveſtituris, in pactis etiam gentilitiis domûs Palatinæ, unumquemque in Electoratu Palatinico ſucceſſorem, immutabili primogenituræ jure, lege, & pactionibus toties redintegratis, in ſpecie, & per ordinem genituræ, principaliter vocari, non ſecùs, ac ſi nomine proprio compellaretur, & digito demonſtraretur; tum Electoratum ipſum, jure proprio per eaſdem leges, pacta, & inveſtituras, toti Generi & Familiæ, obſervato tamen ſuccedendi ordine præſcripto, deſponſum, conceſſum & aſſignatum eſſe, cum hâc cautione, ut Electoratus, cum annexis ditionibus, regalibus, & dignitatibus, territoriis, & juribus, integrè conſervetur, neque ullo tempore, ullave ratione, ſive per contractum, ſive per teſtamentum, ſive per delictum, auferri debeat illi, qui lege Imperii, & pactis, jureque Primogenituræ, jus quæſitum conſecutus ſit.

Præcipuorum Iuriſconſultorum ſententiæ & deciſiones, quando & in quibus caſibus crimen ultimi Vaſalli, etiam in ipſum Dominum commiſſum liberis & Agnatis

Agnatis non noceat in privatione feudi, in medium proponuntur, oſtenditurque certum, deciſum determinatumque eſſe, feuda gentilitia, ad quæ liberi & Agnati, lege ſingulari, & demonſtrativè appellantur, quæque Generi & Stemmati, eâ conditione, ut de Primogenito in Primogenitum, ordine ſucceſſivo, ſecundum gradum genituræ tranſeant, conceſſa ſint; qualia ſint Electoratus & Principatus Imperii, confiſcari & in commiſſum cadere non poſſe.

Relatis Doctorum ſententiis & deciſionibus, in Henrici Roſenthalii conſummatâ, & ſolidiſſimis rationibus deductâ, & hanc quæſtionem perfectè decidente concluſione, colophon capiti imponitur.

CONSPECTVS.

1. FEuda antiqua pactionata non confiſcari in præjudicium Filiorum & Agnatorum, etiamſi illa ab Imperatore, in quem crimen commiſſum fuerit, teneantur.

2. Filios non carere Emphyteuſi, ob Patris rebellionem, ſi ut filii, non ut hæredes, ad eam veniant.

3. Feuda ex pacto nunquam venire in confiſcatione bonorum, cujuſcunque generis ſit delictum.

4. Ubi aliquid debeatur ordine ſucceſſivo, ex vocatione propriâ, ſicut in fideicommiſſis, non præjudicari filius per Patrem.

5. Fideicommiſſis æquiparari Primogenituram.

6. Inter Doctores conſtare, Filios Agnatoſque ſecuros eſſe jacturæ feudi, ubi & ipſi invitati ſint, æquè principaliter.

7. Vocari autem principaliter, quando de ipſis deſcendentibus in ſpecie memoria habeatur, nominenturque Filii, Nepotes, deſcendentes.

8. Principaliter item & expreſsè vocari, cùm primogenitorum potior ratio habeatur, ipſique in ſpecie nominentur:

9. Et inviteutur ordine ſucceſſorio, unus poſt alium:

10. In hunc modum vocatis, crimen læſæ Majeſtatis Vaſalli, noxium non eſſe; præſertim in feudo individuo.

11. Si tenor inveſtituræ dicat feudum conceſſum eſſe omnibus principaliter, vel propter plurium merita, vel, ut de uno ad alium tranſeat; tunc propter offenſam, etiam in ipſum Dominum commiſſam, feudum redire ad eos, quos inveſtitura deſignet.

12. Nonnullas limitationes à Doctoribus in medium adferri, quæ non permittant, privari feudo filios & Agnatos, propter crimen læſæ Majeſtatis Vaſalli, in ipſum etiam Dominum perpetratum:

13. Primò ſi de mente concedentis conſtet, delictum unius non debere nocere alteri:

14. Conſtare autem, quando inveſtitura dicat; Concedo de uno in alium, vel omnibus principaliter, vel attentis meritis ſingulorum.

15. Secundò quando feudum datum ſit Patri & Filio nominatim:

16. Tertiò quando conceſſum generi.

17. Omnes iſtas limitationes & caſus exceptos in hâc causâ Palatinâ concurrere.

18. In Aureâ enim Bullâ, in inveſtituris, & pactis gentilitiis clarè diſpoſitum, Electoratum Palatinicum ſpeciali, & proprio jure, ad primogenitum in ſolidum pertinere, & de illo ad alium primogenitum tranſire debere, ordine ſucceſſivo:

19. Sicut Aureæ Bullæ Caroli IV. & Sigiſmundi, pleniſſimis verbis decernant & explicent:

20. Additis rationibus graviſſimis.

21. Idem in inveſtituris Imperatorum toties renovatis, & in pactis gentilitiis confirmatis & approbatis, pluribus cautum reperiri.

22. Indubium eſſe, quin ſucceſſor Electoratûs, jure primogenituræ, lege Imperii, & ex inveſtituræ diſpoſitione principaliter, & unus poſt alterum, tanquam novâ factâ conceſſione, vocetur; non ſecùs ac ſi nomine proprio compellaretur.

23. Nominationem triplicem eſſe, aliam generalem; aliam ſingularem nomine proprio; aliam nomine appellativo & demonſtrativo:

24. Hanc æquipollere ſpeciali & ſingulari.

25. Præſertim, ſi à lege vocatio fiat.

26. Commemoratas exceptiones, quarum vi feudum antiquum liberis auferri nequeat, communi Doctorum calculo approbari:

27. Apud quos pro determinato habeatur, feudum gentilitium, quod ex pacto Majorum Generi, & ut de uno in alium, per ordinem genituræ deſcendat, tributum ſit, in præjudicium expreſsè vocatorum, Domino, etiam directè offenſo, non adjudicari.

28. Eau-

28. Eandem ſententiam per textus expreſſos juris feudalis adſtrui.

29. Imò loca illa in libris feudiſticis, quæ beneficium alienatum Domino adjudicent, de fendo novo intelligenda eſſe.

30. Summâ: In feudo, nominatim filiis Vaſalli conceſſo, delictnm Patris nequaquaquam obeſſe Filiis.

31. Idem judicandnm eſſe, ſi in inveſtituræ verbis contineatur, feudum hæredibus, juxta ſingulorũ merita, conceſſum eſſe.

32. Singulos enim tunc ex propriâ perſonâ conſiderati.

33. Denique ſi toti generi ſit conceſſum; quia vocati, non hæreditatis; ſed geniture & inveſtituræ beneficio ad fendnm perveniant.

34. Commnnem & receptiſſimam Doctorum eſſe opinionem, noxam etiam in ipſum Dominum admiſſam, filiis & Agnatis minimè officere, quoties de mente concedentis conſtet, qnod delictum unius non debeat nocere alteri:

35. Eam verò ex inveſtituræ verbis & formâ conceſſionis apparere.

36. Sicut id hoc in caſu, Sole meridiano clarius elnceſcat tum ex Aureâ Bullâ, & ex lege ſingulari Imperii, tnm ex pactis Majorum; quod nimirnm Palatinatus Electoralis perpetuò in Familiâ manere, & de uno primogenito in alinm, in ſolidum, & principaliter deſcendere debeat.

37. Receptam & conſtantem ſententiam inter Ddres. eſſe feudum conceſſum hæredibus principaliter, in ſolidum & propter merita, ſicut Electoratus conferri ſolet, non aperiri Domino, quamvis directè offenſo; ſed jus quæſitum habentibus deberi.

38. Ubi cujuſlibet perſona per ſe conſideretur, delictum alterius alreri minimè nocere.

39. In jure qnidem Pontificio filios & deſcendentes aſſaſſinorum & hæreticorum ab omnibus dignitatibus exclndi:

40. Sed illud non eſſe extendendnm ad Principes, feuda regalia, & antiqua poſſidentes:

41. Quia jus in illa ſuccedendi non à Patre, ſed à Majoribus, & à lege, & à Naturâ habeant:

42. Nec æqnum ſit, ut ob delictum alteriusillo priventur.

43. Poſſeſſorem Regni & Principatûs habere adminiſtrationem & nſumfructum, quoad in vivis degat, non plenam alienandi poteſtatem; ideò rem reſtitutioni ſubjectam non poſſe auferri propter illius delictum his, quibus reſtituenda veniat.

44. A lege vocatos, eſſe ante delictum & pœnam vocatos, ideò tanquam priores fiſco præferendos.

45. Sententiam Andreæ Gailii de privatione feudi in præjudicinm filiorum & Agnatorum non adverſari ſupra dictis; ſed conformem eſſe, & cauſæ Palatinæ patrocinari:

46. Si præſertim limitationes & reſtrictiones ab eo adductæ in conſideratione habeantur.

47. Limitationes enim iſtas in inveſtituris Palatinicis expreſsè comprehenſas eſſe.

48. Nimirum Electoratum toti Generi & Proſapiæ, poſteriſque omnibus in ſolidnm ita aſſignatnm eſſe, ut de uno primogenito in alium, vi ſanguinis & prærogativâ naſcendi, perpetuis temporibus, gradatim deſcendere, & in ſolâ illa familiâ integrè & indivulſim permanere debeat.

49. Quoties quis privetur re aliquâ, quam ad dies vitæ duntaxat fruendam habeat, illud non cedere in damnum eorum, qui poſt mortem poſſeſſoris re illâ potiturі ſint.

50. Hinc uſufructnario, etiam criminis leſæ Majeſtatis condemnato, uſumfructum tamen non confiſcari.

51. Feudum autem antiquum ex pacto eſſe & dici nſumfructum:

52. Eâ conditione inſtitutum, ut ad ſnccesſſorem traſeat, ſecundum pacta inveſtituræ.

53. Sicut nſufrnctuarius non repræſenter perſonam defuncti; Ita nec Vaſallum perſonam Patris, vel Agnati, feudum ex pacto poſt ſe relinquentis.

IAm & hoc ſciendum, nec in criminine læſæ Majeſtatis 1.
feuda, præſertim pactionata & ex providentiâ, in præju-
dicium filiorum & agnatorum confiſcari: ſed hos fiſco &
Domino, ſive idem ſive diverſi fiſcus fuerint, præferri,
etiamſi feuda ab Imperatore, in quem & crimen læſæ Ma-
jeſtatis commiſſum fuerat, teneantur, *ait Roſenthal cap.* 11.
concl. 13. *n.* 10 *per Marian. Socin. Iunior. conſ.* 44. *n.* 1. *vol.* 1.
qui feudum non confiſcari, *dicit*, in præjudicium agnatorum. *n.* 12, 13, 14.
ubi emphyteuſi filios ob patris rebellionem non carere, *ait*, quoties uti fi- 2.
lii, non ut hæredes ad eam veniunt: & hoc magis obtinere in feudo. *con-*

ſil. 165.

ſil. 165. *n.* 10. *vol.* 1. *Menoch. ex commun. conſil.* 305. *n.* 2. *Rolandus conſ.* 29. *n.* 18. *libro* 3. *ubi dicit:* emphyteuſin non venire in confiſcatione bonorum *per Alexandr. conſil.* 23. *vol.* 1. *& conſ.* 89. *vol.* 4. *Decius conſil.* 442. *n.* 31. *Idem Rolandus conſil.* 78. *n.* 5, 6, 7, *&* 8. *vol.* 4. *Hieron. Gigas de crimine læſæ Majeſtatis ſub tit. De pœnis committent. crim. læſæ Majeſtatis quæſt.* 6. *ubi n.* 8. *adſerit & probat*; Bona emphyteuticaria etiam privati hominis cum pacto ne tranſeant extra familiam in hæredes extraneos non venire in confiſcatione, confiſcatis bonis omnibus rei criminis læſæ Majeſtatis *per Bartolum*
3. *& Dd. in l. ſi finita in §. ſi de vectigalibus. D. de damno infecto.* Crimen ergò læſæ Majeſtatis à patre commiſſum non præjudicat filiis & agnatis in feudis ex pacto. *Jul. Clar. libro* 4. *ſentent. §. feudum n.* 1. *ubi dicit:* feudum antiquum ex pacto & providentiâ, etiam quod Vaſallus delinquat, & ejus bona fiſco applicentur, nunquam venire in confiſcatione bonorum, cujuſcunque generis ſit delictum. *Gigas in d. tit. quæſt.* 5. *gloſſ. in c. ſi vaſall. feud. privet. & in c.* 5. *§.* 1. *de ſucceſſ. feud. Matth. de Afflict. in tit. quæ ſint regalia. in §. & bona committentium. n.* 5. *Menoch. conſil.* 815. *n.* 39, 40. *Andreas de Iſern. in c.* 1. *§. præterea. tit. Quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. & in §. eodem tit.* rationem hanc addit *Niger Cyriacus in diſquiſit. pro Carolo Duce Mantuæ*
4. *art.* 7. *n.* 305, 306. quia, *inquit*, ubi aliquid debetur ſucceſſivo ordine, ex
5. vocatione propriâ; prout in fideicommiſſis, quibus non ſolum æquiparatur primogenitura, ſed imò ſtrictiori ordine regulatur, *ut dixi in controverſ. forenſi* 23. *n.* 12, 13. Ex crimine læſæ Majeſtatis non præjudicatur ſucceſſoribus, etiam filiis. *Craſſ. de ſucceſſ. §.* 1. *n.* 10. *Grammat. deciſ.* 105. *n.* 31. *Surdus deciſ.* 254. *n.* 19. *Bajard. ad Clarum quæſt.* 78. *n.* 39. *Guazzin. de confiſcat. bonor. concl.* 13. *limit.* 26. *n.* 2. *fol.* 144. *Scaccia de judiciis. libro* 2. *cap.* 9. *ſub n.* 1114. *fol.* 396. *&* 397. *Roſenthal de feud. cap.* 11. *quæſt.* 13. *n.* 11. *& confert idem Roſenthal d. c.* 11. *q.* 9 *n.* 20. *Hac Niger Iuriſconſultus.*
6. Operæ pretium eſt audire *Aymon. Cravett. magnum illum Iuris Antiſtitem, in conſilio* 983. *n.* 25. *&* 32. ut concertationem Doctorum, *inquit*, prætercam, utrum filiis agnatiſque noxium crimen læſæ Majeſtatis fiat; illud inter Doctores conſtat, ſecuros eos jacturæ feudi eſſe, ubicunque ad feudum & ipſi invitati æquè principaliter ſunt, ita ut non Patris, at ipſorum
7. deſcendentium cauſâ, vocatio eorum fiat. Id quod fit, ubicunque de ipſis deſcendentibus in ſpecie memoria habetur, ubi filii, nepotes & deſcendentes nominantur. *Baldus in cap.* 1. *n.* 3 *in fin. verſ. Ego autem in materia delictorum: Si Vaſall. feud. priv. cui defer. in c.* 1. *n.* 4. *de Vaſall. qui contra conſtit. Lothar. Alvarott. in c.* 1. *§. fin. n.* 9. *verſ. Septima concluſio: quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. Abbas in conſil.* 7. *quæſtion.* 7. *verſ. & ultimatè dicit. libro* 2. *Alexand. in conſil.* 103. *n.* 23. *libro* 1. *Decius in conſ.* 252. *n.* 7. *& in conſ.* 544. *n.* 35. *& ſequent. quod repetitum eſt in conſil.* 606. *Gozadin. in conſil.* 84. *verſ. octavò conſidero. Rimінald. in conſil.* 21. *n.* 9. *& duobus ſequent. Curtius Junior in tract. feud. part.* 5. *quæſt.* 1. *verſ. Limitato nunc primo hanc concluſionem. Grat. in conſ.* 2. *n.* 6. *lib.* 1.
8. Æquè item principaliter expreſſiùs vocantur deſcendentes, cum primogenitorum potior ratio habetur, ipſique in ſpecie nominantur. *Cravett. d. conſ. & n. ubi n.* 32. *poſtquam autoritatem Baldi in c.* 1 *§. aut ſi libellario. n.* 2. *circa finem. verſ. vel dic quod redit. Quibus mod. feud. amitt. & Abbatis in conſil.* 3. *quæſt.* 7. *libro* 2. *adduxerat.* Quid hic dicendum? *inquit*, ubi expreſſim primogenitis futuris revocatio facta eſt, primogenitos ipſos ordine ſucceſſorio invitandi, ita ut de uno in alium feudum ſemper perve-
9. niat. Quo caſu fatale ſucceſſoribus priorum admiſſum, nec in crimine læſæ Majeſtatis eſſe oſtendimus. Atque in ſpecie etiam *Curtius Senior in conſil.* 48. *n.* 48. & quamvis controverſiam res haberet ubicunque feudum alicui

alicui & deſcendentibus ſimpliciter datur, attamen ubi æquè principali-
ter in deſcendentibus conceſſio reperitur, ſimiliter ut factum hîc eſt, pri-
mogenitus deſcendentium imprimis, atque ordine reperendo, expeditæ
rem quæſtionis eſſe ſuperiora docent. *Hæc Cravetta qui addendo*, Secun- 10.
dò, *inquit*, principaliter dico vocatis ſucceſſoribus nec crimen læſæ Maje-
ſtatis Vaſalli noxium in feudo individuo eſſe. *conſil.* 983. *n.* 26. *Gozadin. con-*
ſil. 84. *n.* 6. *verſ. Septimo & ſi dicatur. Alexand. conſil.* 30. *n.* 20. *verſ.* 9. *lib.* 1.
& conſil. 2. *lib.* 5.

Audiamus & *Vlricum Zaſium*: fallit, *inquit*, concluſio de feudo ad Do- 11.
minum, culpâ in eum commiſſâ, devolvendo, ſi inveſtituræ tenor aliud exi-
geret, quia fortè feudum conceſſum eſſet, ut de uno ad alium tranſiret,
vel omnibus principaliter concederetur, vel propter plurium merita: quia
tunc propter offenſam Vaſalli, loquitur de offenſâ in ipſum Dominum
commiſſâ, feudum non ad Dominum, ſed eos, qui proprium ex inveſtitu-
râ jus prætenderent, reverteretur. *Bald. cap.* 1. *ſi Vaſall. feud. privet. & c.* 1.
de Vaſall, qui contra conſtit. Lothar. Quam doctrinam *ſecundum Iacobinum*
Doctores communiter tenent. *Iac. Alvarott. concl.* 7. Nam & ſupra dixi-
mus, filios etiam non excludi, dum jure proprio veniant, *Hæc Zaſius.*

Franciſchinus Curtius Iun. de feud. in 5. *parte.* poſtquam tradiderat & aſſe- 12.
veraverat feudum ſive ſit novum ſive antiquum redire ad Dominum dire-
ctè offenſum, quanquam in feudo antiquo hoc difficultatem habere di-
cat, attamen *num.* 3. concluſionem hanc limitando ſex caſus exemtos eſſe 13.
docet: quorum primus eſt, ſi ex tenore inveſtituræ conſtet de mente con-
cedentis, quod non velit delictum unius alteri nocere. Quod quidem di- 14.
citur, *inquit*, ſatis conſtare, quando verba inveſtituræ ſint ita concepta, ut
in perſonâ uniuscujuſque videatur quodammodo eſſe una nova conceſ-
ſio: aut quod omnes deſcendentes à primo inveſtito videantur eſſe ipſius
ſucceſſores. Exempli gratia: Si inveſtitura dicat, concedo de uno in alium,
vel concedo omnibus principaliter, vel concedo attentis meritis ſingulo-
rum. Ex iſtis enim verbis vel æquipollentibus videtur conſtare de mente
concedentis, quod perſonam unius cujuſque deſcendentis per ſe princi-
paliter conſideraverit. *allegat. Bald. in d. c.* 1. *ſi Vaſall. feud. privet. Iacob. Ra-*
ventin. in ſuâ ſummâ, referente Alvarotto in c. 1. *§. fin. Quæ fuer. prima cauſ.*
benefic. amitt. addit & Andream de Iſernia, & Iacob. Ardizonem in ſumma ſua
tit. Quib. modis feud. amitt. ſub rubricella: Poteſt alienari feudum. Secundò, 15.
dicit Curtius, communem concluſionem prædictam non procedere, quan-
do feudum eſſet datum Patri & filio nominatim, *per Iſern. in c.* 1. *ſi Vaſall.*
feud. privet. arg. l. ſi quis Titio D. de Vſufruct. adcreſcendo. ita etiam tenere *Io-*
ann. Andream in addit. Specul. tit. de feud. §. final. verſ. 1. Tertiò limitat, 16.
quando feudum eſſet conceſſum generi alicujus; quia tunc videatur con-
cludendum, quod delictum unius cæteris præjudicare nequeat, quia non
veniant jure hæreditario, ſed potiùs jure genituræ, & ex tenore inveſti-
turæ: & maximè ſi ſint regalia ita in feudum conceſſa; quia cum ſint no-
biliora & pretioſiora jure hæreditario non devolvuntur. *Ex Bald. ſupra*
relato. Reliquas limitationes attingere non eſt hujus loci.

Jam verò probabimus & oſtendemus omnes tres iſtos caſus exceptos, in 17.
hâc noſtrâ concurrere cauſâ. Ex lege enim Imperii, ex Aureâ Bullâ, ex con- 18.
ſuetudine, ex inveſtituris, pactis Majorum gentilitiis, aliiſque inſtrumen-
tis ſatis conſtat, voluntatem & mentem Majorum, tàm concedentium,
quàm acquirentium fuiſſe, ut Electoratus de primogenito ad primoge-
nitum, de uno ad alium ſpeciali & proprio jure vaderet, & uniuſcujuſque
perſona per ſe principaliter conſideraretur, & in unoquoque nova eſſet
conceſſio, ac proinde hoc modo præcavere voluiſſe, ne ſucceſſio aufera-
tur

tur ullâ ratione, ſive per contractum, ſive per crimen ultimi poſſeſſoris, ei, qui lege & pacto Electoratui deſtinaretur. Quid enim clarius, diſtinctius & expreſſius eſſe poteſt verbis his: Præſente lege, perpetuis temporibus valiturâ, *inquit Imperator*, decernimus, ut jus, vox, & poteſtas Electionis ad filium primogenitum legitimum, illo non extante, ad ejuſdem primogeniti primogenitum liberè & ſine contradictione cujuſpiam devolvatur. Si verò primogenitus hujuſmodi abſq; hæredibus legitimis Maſculis laicis ab hâc luce migraret, virtute præſentis Imperialis Edicti jus, vox, & poteſtas Electionis prædictæ ad ſeniorem fratrem laicum per veram paternalem lineam deſcendentem, & deinceps ad illius primogenitum devolvatur. Et talis ſucceſſio in primogenitis & hæredibus Principum eorundem in jure, voce & poteſtate præmiſſis, perpetuis temporibus obſervetur. I-
19. dem *in alia Bullâ Caroli anno* M CCC LXXVI. *inprimis in Sigiſmundi anno* M CCCC XII. confirmatâ & approbatâ per omnes Electores multò dilucidiùs & apertiùs: Decernimus, ſtatuimus & præſenti Imperiali ſancimus Edicto, in perpetuum valituro, prout idem *in Aureâ Bullâ* ſancitum eſt, quod poſt obitum Ludovici Comitis Palatini ad Rhenum primogenitus ejus filius, & poſt primogeniti obitum ejuſdem primogeniti Senior filius ex ordine geniture & ſic deinceps à Seniore filio deſcendentes ex ordine genituræ ſemper ſenior; Si verò primogenitus præfati Ludovici deceſſerit maſculini ſexûs legitimis hæredibus non relictis, ex tunc ſecundogenitus filius Ludovici prædicti, & poſt obitum ejus ſecundogeniti filius ſenior; & ſi ſecundogenitus ſine hæredibus legitimis maſculini ſexûs deceſſerit, tertiogenitus dicti Ludovici & ſenior ejus filius poſt mortem ipſius, & deinceps per talem modum directâ lineâ genituræ deſcendentes ab eo, jus, vocem, dignitatem & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, & officium Archidapiferi, cum omnibus & ſingulis dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus & pertinentiis, in perpetuis temporibus obtinebunt per ſucceſſionem hæreditariam & paternalem ex ordine genituræ.

20. Additur autem tàm in Aureâ Bullâ quàm in hâc Sigiſmundi conſtitutione cauſa & ratio, ne nempè inter Principum ſæcularium Electorum filios, ſuper jure, voce & poteſtate futuris temporibus ſcandalorum & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari, & ſic bonum commune impediri, hæc tam clara ſucceſſorum Electoralium denominatio facta & decreta eſt. Ne, *inquit Sigiſmundus*, inter hæredes & ſucceſſores Ludovici eo defuncto ſuper Electoratu futuris temporibus, dubitationum, quæſtionum ſeu litium quævis materiâ oriatur, decernimus. Item, ne ſuper jure, voce & poteſtate Electionis, nec non Principatibus, & officio Archidapiferi ullo unquam tempore contingat ſcandala ſuſcitari, vel attentari, valeant novitates de Regiæ plenitudine poteſtatis.

21. In pactis gentilitiis inter Comites Palatinos, anno M D XLV. M D LI. M D LIII. initis, in inveſtituris etiam, quæ ab Imperatoribus ſuccedentibus, à Friderico nimirum III. à Maxim. I. à Carolo, Ferdin. I. Maxim. II. Rudolpho & Matthiâ, de tempore ad tempus, ſicut conſuetudo requirit, renovata fuerunt, idem continent, confirmant & ratum habent. In pactis gentilitiis Principes Palatini ſucceſſionem in Electoratu ſecundum Aureæ Bullæ, aliarumque Cæſarearum conceſſionum præſcriptum, in ſuâ lineâ Familiæ Palatinæ perpetuo & immurabili ordine genituræ inter ſe pacti ſunt, agnoſcentes familiæ ſuæ decus à Majoribus acceptum, in Bullarum Imperalium ſanctionibus incorruptè obſervatis & poſthâc obſervandis, fundamentum poſitum, ideò de earum incolumi tuitione tàm ſolliciti fuerunt. Apud animum, *inquiunt*, perpendimus quomodo laudatiſſimum Palatinatum Electoralem, qui ultra hominum memoriam continuâ ſeriè à Ma-

à Majoribus noſtris, Comitibus, Palatinis Rheni, ad quos ille jure, æquitate, naturâ ex Bullæ Aureæ & aliis Imperatorum Conſtitutionibus pertinuit, ſalubri concordiâ huc uſque conſervatus & gubernatus fuit; porrò ut nos haud minus, laudabilibus Majorum veſtigiis, inſtitutis, conſuetudinibus inſiſtentes, in hâc familiâ Comitum Palatinorum Rheni imperturbato ordine, continuaremus: & præcipuè Sereniſſimi quondam Imperatoris Sigiſmundi, Regiæ & poſtmodùm Cæſareæ Pronunciationes, ſtatuta & Decreta, conſilio & conſenſu Electorum Imperii deſuper facta, perpetuis temporibus rata firmaq; perſtarent ac obſervarentur: ad quorum & obſervantiam omni ope tuendam nos obligatos agnoſcimus. Et clariùs: Quod & nos & omnes hæredes noſtri ac poſteri in hâc Comitum Palatinorum Rheni à Rudolpho, poſtmodum à Ruperto Rege, deſcendentium linea, quamdiu eam in terris vigere Divina providentia permiſerit, Palatinatum Electoralem Rheni & Bavariæ cum ditionibus ſubditis, Archidapiferiæ Vicariatu & aliis ad ipſum pertinentibus & ab ipſo dependentibus juribus, dignitatibus, privilegiis & prærogativis eodem planè quo à Majoribus noſtris ille tranſmiſſus ad me Fridericum Electorem Palatinum pervenit continuato ſucceſſionis ordine: Porrò quoque conjunctim & indiviſim abſque ullâ diſtractione & ſeparatione in hac ipſâ noſtrâ lineâ, juxta præſcriptum Aureæ Bullæ, Cæſarumque & Principum Decreta, ſanctiones & ſtatuta, perpetuâ ſucceſſionis ſerie ad proximos conſanguineos hæredes ſecundum Ordinem genituræ devolvendum, & ab his adquirendum, poſſidendum & gubernandum perpetuis temporibus habere & retinere, & quod planè quicquam horum, in quemquam alium, præterquam cui ex noſtris, ejuſque hæredibus, Deo ita diſponente jure ſucceſſionis hæreditario, vigore Aureæ Bullæ, Conſtitutionum & Ordinationum id debebitur, quamdiu aliquis Comitum Palatinorum in hâc lineâ ſuperſtes extiterit, quocunque modo, prætextu, & colore transferri, nunquam concedere debeamus & velimus. Plura in eum ſenſum pacta, ſancita, & ordinata adſcribere poſſemus: diverſa etiam loca & formulas ex inveſtituris; ſed hæc ſufficiant, dummodò animadvertatur in renovatis inveſtituris, & ſingulis earum, quæ Comitibus Palatinis ex more recepto, quando vel novus Imperator electus, vel Vaſallus Elector, & alius qui ſimultaneam inveſtituram petit, dari ſolent, priores conceſſiones Aureæ Bullæ & alias ſanctiones, pactiones item gentilitias confirmari, roborari, approbari & conſtabiliri. Poſtquam enim in iis cautum eſt & præſcriptum, poſt Electoratûs poſſeſſorem filios legitimos, fratres & agnatos hos & illos primam & propriam ſpem ſuccedendi in Electoratu habere; ideoque cum poſſidente Electore ſimultaneè inveſtiendos, & tanquam proximos expectantes, & ex inveſtiturâ ſimultaneâ vocatos agnatos & conſanguineos caſu eveniente Electoratûs capaces eſſe, eoque liberè & ſine cujuſpiam impedimento & contradictione gaudere, uti atque frui debere; Additur hæc clauſula: Promiſſionem hanc futuræ ſucceſſionis & ſimultaneæ inveſtituræ factam eſſe cum conſilio & conſenſu Electorum, Principum, Comitum, Nobilium & aliorum Imperii Vaſallorum, juxta diſpoſitionem Aureæ Bullæ, & vigore pactorum gentilitiorum domûs Palatinæ quibus ordo & modus ſuccedendi in Electoratu præſcribatur.

Quid multis? nonnè ex adductis Imperatorum Bullis & Conſtitutioni- 22.
bus, ex pactis & inveſtituris ſatis evidentur καὶ ὀφθαλμοφανῶς oſtenſum, unumquemque in Septemviratu Palatinico ſucceſſorem immutabili primogenituræ jure, lege Imperii, pactionibus & inveſtituris toties redintegratis, in ſpeciè & per ordinem genituræ principaliter, & unum poſt alterum, tanquam novâ conceſſione factâ, vocari, non ſecus ac ſi nomine proprio

compellaretur, & digito demonſtraretur: tum Electoratum ipſum jure proprio, ex iiſdem legibus, pactis, inveſtituris toti generi & familiæ, obſervato tamen ſuccedendi ordine præſcripto, conceſſum, aſſignatum & attributum eſſe. Imò hoc unicè cautum & proviſum à Majoribus paciſcentibus, concedentibus & accipientibus, ut Electoralis Palatinatus, unà cum ditionibus, regalibus, juribus & dignitatibus integrè, indiviſim & ſine diſtractione conſervaretur, ad decus & incrementum familiæ; neque ullo unquam tempore, modové, ſive per contractum ſive teſtamentum, ſive per delictum auſerri & eripi poſſet illi, cui is ex lege Imperii & pactis Ordine genituræ debetur.

23. Jam verò hoc obiter annotandum, Nominationem triplicem eſſe. *Bartol. in l. turpia §. ſi pars. n. 5. D. de Leg. 1.* Generalem, quæ huc non pertinet: Aliam, quæ nomine proprio fit: Tertiam, quæ nomine appellativo, vel per prænomina demonſtrativa fit; ut ſi primogenitus & primogeniti filius & Nepos, vel ſecundo vel tertio-geniti vocentur; vel prænomina, ipſe,
24. iſte, hic apponantur. Hæc ultima quia & ipſa ſpecialis eſt, nec in alio quoquam quàm deſignato locum habere poſſit, æquipollet ſingulari. *l. Titius in pr. de lib. & poſthum. ubi Dd. Socin. in l. Gallus §. etiamſi parente n. 10. D. de lib. & poſth. Alexand. conſil. 127. n. 1. lib. 1. ita eos citat. Arnold. Engelbrecht. in tractat. ad tit. 7. Aurea Bull. Roland. à Valla conſ. 61. n. 21. lib. 3. Decianus conſil. 12. n. 4. lib. 2. Cardinal. Tuſchus concl. 60. tom. 5.* ubi prænomina iſta ad oculum rem & perſonam demonſtrare & reſtringere dicitur. Eâ autem deſcriptione & demonſtratione vocatus, dicitur ſigno indubitabili & nominatim vocatus, *ait Engelbrecht. d. l. per Simon. de Prat. de interp. ult. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 4. ſolut. 2. n. 11. & ſeq. Florez Diaz de Mena ad Gammæ deciſ. 93. n. 3. verſ. Secunda concluſio.* De quo multò minus dubitari poterit ſi fiat vocatio
25. à lege. Nec enim alia nominatio aut vocatio legis eſſe poteſt, quam per nomina appellativa & demonſtrantia, *ut ait idem Engelbrecht. per Cravett. conſil. 162. n. 4. Menoch. conſ. 106. n. 164.*

26. Ut ſupra memoratas exceptiones, quarum vi feudum antiquum ex pacto & providentiâ propter crimen læſæ Majeſtatis in ipſum etiam Dominum perpetratum liberis auſerri, & fiſco addici non poteſt, neque jus fas eſt, ad manum iterum revocemus, ſciendum eas totidem verbis tradi probarique à *Nicolao Mozzo in rubricâ. Ex quib. cauſ. feud. amitt. n. 39.* Sparſim etiam ab aliis, imo ab omnibus fermè Doctoribus, qui hanc materiam vel commentando, vel conſulendo, vel decidendo attigerunt, inculcari, allegari, & in medium proponi, ſicut ex iis quæ ſuprà ſaltuatim de feudo conceſſo generi, & unicuique per ſe, ut de hoc in iſtum ſucceſſorio ordine deſcendat, & in ſolidum poſſideatur, non confiſcando, minus liberis & agna-
27. tis expreſſè vocatis auferendo, retulimus & deduximus, videre eſt. Ut paucis abſolvamus, apud Feudiſtas & Juriſconſultos pleroſque certè, nî me fallit ratio, certum, deciſum, determinatumque & extra controverſiam ac veluti pro lege habetur; Feudum gentilitium, avitum, ex pacto & providentiâ, ad quod liberi & agnati lege ſingulari, pacto Majorum, & per renovatas ſubinde ſimultaneas inveſtituras ſeu conceſſiones, per ſe & principaliter, ὀνομακλήδην τε καὶ ἀποφαντικῶς, nominatim demonſtrativè vocantur & appellantur, quodque generi & ſtemmati eâ cum conditione, ut de uno in alium, de hoc in iſtum, de primogenito in primogenitum eat & deſcendat continuà ſerie, non interrumpendâ ſequelâ, ordine ſucceſſivo, ſecundum genituræ gradum, conceſſum & tributum eſt; feudum tale, *inquam*, ſicut eſt Electoratus, confiſcari & publicari atque in præjudicium filiorum & agnatorum expreſſè & ſpeciatim vocatorum, atque jus quæſitum, formatum & reale habentium Domino directè offenſo commiſſum

adjudi-

adjudicari, & propter unius Vaſalli culpam omnibus à totâ & benè meritâ familiâ auferri non poſſe, neque jus faſvè eſſe. Ad hanc concluſionem adducitur textus *tit.* 98. *libro* 4. *Feud. qui ita loquitur:* Vaſallus habens feudum deliquit contra Dominum, cui judicatum eſt, agnari cum Domino litigant: Quidam Domino dicunt pertinere: quidam agnato. Dicimus autem ad Dominum non pertinere, donec aliquis maſculus ex delinquente Vaſallo ſupereſt. Alii verò contradicunt. De feudo antiquo ex pacto hunc textum, ſicut cæteros contrarium ſtatuentes, *ut eſt ille in c. unic.* §. *ultimo tit.* 24. *de feudo novo, informi, & hæreditario.* intelligendos eſſe, ratio ipſa dictat. *Borcholt. de feud. c.* 8. *n.* 144. *ubi dicit,* loca omnia, quæ dicunt beneficium alienatum ad Dominum pertinere, de novo, non de veteri beneficio accipienda eſſe communiter placuiſſe Doctoribus. *Baldus in l. Imperialem de prohib. feud. alien. per Frider. & ibi Alvarott. in c. calidis. Rolandus à Valla conſ.* 60. *n.* 13. *ubi textus iſtos accumulat & dicit* locum habere in feudo novo, non in paterno & antiquo. *& rurſus conſ.* 64. *n.* 14. 3. *vol. ubi allegata jura* procedere in feudo novo, ſecus eſſe in paterno dixit. 28. 29.

Magis ad rem facit, quod ſcribit *celebris ille Feudiſta Iacobinus de Sancto Georgio in* §. *dictique promiſerunt n.* 58. *& ſeq.* Poſtquam retulerat tres Doctorum opiniones de feudo novo & paterno, quando ad Dominum propter crimen in eum commiſſum, vel ad agnatos devolvatur: ſubjungit ſex ſupra commeratas limitationes, *dicens inter alia:* Ex quo Dominus concedens expreſsè nominat filium ſeu filios illius, cui facit conceſſionem, videtur contemplatione illorum filiorum nominatorum expreſſè, feciſſe illam conceſſionem ſaltem pro parte, ideò patris delictum non nocere filio *allegat. l.* 2. §. *fratris D. Si quis aliquem teſtament. prohib. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de Feud.* §. *fin. v.* 10. *Idem Bartolum in l.* 3. *D. de interd. & releg. & Ioann. Iſern. in c.* 1. *Si Vaſall. feud. privet. ſentire.* Deindè addit & illam limitationem, quâ cavetur, quod ſi in inveſtitura ſunt appoſita talia verba: Concedo feudum Titio & ejus hæredibus, de uno ad alterum revertendo: vel ſi dicat hoc modo; concedo vobis feudum attentis meritis veſtrûm ſingulorum: tunc his caſibus delictum unius, quamvis in ipſum Dominum commiſſum non debeat aliis præjudicare: quia unuſquiſque per ſe conſideretur, non autem repræſentet perſonam alterius. Ita eleganter determinare Baldum, quem omnes ſequuntur, *in d.* §. *fin. Quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt.* Denique *dicit Iacobinus,* ſi feudum conceſſum ſit generi, tunc delictum (loquitur ſemper de delicto in Dominum perpetrato) non præjudicare cæteris, quia jure hæreditario non veniant, ſed geniture, & ex tenore inveſtituræ, maximè ſi ſint regalia ita in feudum conceſſa; quia talia cum ſint nobiliora, & potiora jure hæreditario non devolvuntur. 30. 31. 32. 33.

In eandem ſententiam *apud Proſperum Farinacium* plura habentur *in tit. de delictis & pœnis. quæſt.* 25. *etiam apud Decium nonnulla conſil.* 252. *n.* 8. *& conſ.* 606. qui ſe ad *Alexandrinum* refert, idem in variis conſiliis ſtatuentem. *apud Mozzium ſub tit: Ex quib. cauſis feud. amittatur n.* 39. *verſ. limitatur primo. habes eadem, quæ Iacob in. de Sancto Georgio, & Curtius Iunior de caſibus illis exemtis ſcripſerunt. Pleraque etiam apud Roland. conſ.* 1. *n.* 54. *vol.* 3. *ubi dicit:* quod feudo conceſſo vel generi, vel omnibus principaliter, vel ut de uno in alium tranſeat, felonia Vaſalli non præjudicet aliis, delicto quamvis in perſonam Domini commiſſo. *Idem Rolandus in conſ.* 15. *n.* 3. *vol.* 4. Receptiſſimam eſſe Doctorum ſententiam, quod quoties conſtet ex tenore inveſtituræ concedentem voluiſſe, ut per delictum unius, alteri non præjudicetur, tunc offenſam factam in Dominum non præjudicare nedum agnatis, ſed nec etiam filiis delinquentis; formam enim inveſtituræ obſervandam 34.

vandam eſſe. *ita Alvarottum in c. 1. §. Denique colum. 4. v. 7. tit. Quæ ſit*
35. *prima cauſa benef. amitt. dicere*, poſſe nimirum inveſtituram taliter eſſe
conceptam, et agnati non priventur feudo, propter delictum commiſſum
in perſonam Domini; ut ſi inveſtitura dicat; Concedo feudum de uno in
alium, vel omnibus principaliter: quia ex iſtis verbis conſtare videatur de
mente concedentis, quod perſonam unius ejusque deſcendentes per ſe
principaliter conſideraverit, non tanquam omnes deſcendant à primo, ſed
tanquam ſint primi ſucceſſores. *Idem dixiſſe Baldum in cap. 1. vol. 1. verſ. ego.*
tit. Si Vaſall. feud. priv. in c. 1. colum. 2. de vaſallo qui contr. conſtit. Lothar.
ubi: quando in conceſſione dicatur, quod de uno in alterum revertatur,
tunc ſecundum tenorem inveſtituræ feudum non Domino, ſed agnatis acquiri.
hanc opinionem ſequi Alexandr. in conſ. 103. vol. 1. Præpoſitum in §. denique. Alciatum conſil. 82. in fin. Boſſium tractat. criminal. in tit. de bonorum pu-
36. *blic. & alios quos adducit, addens:* ſed in caſu noſtro feudum prædictum fuit
conceſſum generi, quo caſu per delictum vaſalli non acquiritur Domino
in præjudicium Agnatorum & illorum de genere. *ita in term. Baldus in dict.*
c. 1. §. Denique verſ. Et nota. Iulius Clarus etiam Philippi Hiſpaniarum Regis
conſiliarius & Regens in provinciâ Mediolanenſi in §. feudum. quæſt. 66. n. 4.
in eandem ſententiam ſcribens, Sed in omnem caſum, *inquit*, iſta concluſio
quod feudum ad Dominum directo offenſum revertatur excluſis filus vel
agnatis ipſius delinquentis, non haberet locum, quando tale feudum ita eſ-
ſet conceſſum: Titio & ejus hæredibus de uno ad alterum revertendo; vel
Titio, Sejo & Cajo omnibus principaliter vel in ſolidum, & attentis meri-
ris ſingulorum; Nam his caſibus ex quo unuſquiſque *de* per ſe principali-
ter conſideratur, unius culpa aliis non nocet. *Ita ſenſit Baldus in d. §. deni-*
que. n. 2. quem poſt omnes ſequuntur, ait Iacob. in verb. Dictique vaſalli poſt
n. 58. verſ. quarto limitabitis. Et poſt eum dicit Zaſius de feud. in 10. parte in
2. part. in concl. 4. verſ. Tertio fallit. quod hanc Doctrinam communiter tenent
37. *Dd. paulò poſt idem Clarus n. 6.* Secus autem, *inquit*, ſi feudum fuiſſet rece-
ptum à Patre vel avo ipſius delinquentis, expreſſè, pro ſe & liberis, vel pro
ſe & filiis, vel hujuſmodi. Nam eo caſu admittuntur indiſtinctè omnes
agnati & filii ipſius delinquentis. *Ita tenet Cynus in l. 2. C. de libert. & eor.*
lib. quem in hoc cæteri ſcribentes ſequuntur. ut dicit Alex. in l. ſi finita §. ſi de ve-
ctigalibus columm. 15. D. de damno infecto.

38. Audiamus & *Petrum Gregorium Tholoſanum Iuriſconſultum & Politicum*
inſignem. Poſito, *inquit libro 26. cap. 5. n. 23.* quod quis poſſet privari pro-
pter delictum aut negligentiam principatu, qui ad proximos ordine, poſt
mortem poſſeſſoris devolvi debet, vel ſolet, nempè ab eo in filios, & eis de-
ficientibus ad alios ex agnatione proximiores; Num qui privat poſſeſſo-
rem principatu poſſit poſt eum ſucceſſuros, jure illo ſucceſſionis privare,
39. & in alios extraneos transferre? Poſtquam *Innocentii & Bonifacii conſtitu-*
tiones ex c. 1. de homicid. in 6. & c. ſtatutum 15. de hæretic. in 6. libro 5. Sexti
tit. 2. & c. Felicis de pœnis in 6. libro 5. Sexti Decretal. tit. 9. quibus aſſaſſi-
norum, hæreticorum, & Cardinales occidentium filii & nepotes per rectam
lineam privantur omni dignitate, & omnis honoris Eccleſiaſtici vel mun-
dani declarantur incapaces, adduxerat. Quamobrem, *inquit*, reſpónde-
rem in prædictis conſtitutionibus in principes quóque ſæculares ex cauſâ
40. peccati ſtatuere, ut in aliis. Cæterum ſententiam condemnationis in Ne-
potes ex cauſa Avorum, & privationem honorum mundanorum, non in-
41. telligi debere de dignitatibus & Principaribus; ad quos jus habent filii &
nepotes, non ex perſonâ Patrum & Avorum aut Majorum, ſed de novo
jure ſuperventuro poſt damnationem Patris. adducit deinde *c. licet. 6. de*
voto & l. 3. D. de Interdict. & releg. & addit: Neque tàm me movet ſubji-
ciens

ciens auctoritas Juriſconſultorum quàm ratio eorum, quod hoc jus ſuccedendi non pendeat à Patre, ſed à lege, vel Naturâ, neque de hoc jure adimendo loquantur Pontifices. Imò & quia delicta ſunt perſonalia, & ob alterius delictum æquum non videatur aliquem alium ſine ſuâ culpâ jure ſuo privari; & ubi delictum non eſt, pœna eſſe non debeat. Voluerunt etiam ſummi Pontifices ne dotes uxorum hæreticorum etiam publicarentur, ob hæreſin maritorum, ſi ipſæ participes non eſſent hæreſeos, vel ipſæ hæreticis ſcienter ſe non conjunxiſſent. Accedit quod poſſeſſor regni, qui delinquit, propriè tantum dicatur habere adminiſtrationem ejus & uſumfructum, non plenam ejus alienandi poteſtatem, cum illud veniat poſt eum ex lege Principatûs ad alios ſucceſſores: atque ideò res quæ ſubjecta eſt reſtitutioni, non poteſt delicto vel alio modo alienari, cum præjudicio eorum qui vocantur. Atque adverſus ſententiam dicere poſſunt vocati, ſe eſſe ante delictum & pœnam, neque fiſcum poſſe quicquam retinere, *ut in ſimil. ait Paul. Iuriſconſultus l. ſtatuit Florus 48. §. fin. D. de jur. fiſci.* Nec fiſcalis pœna locum habere debet, donec creditores cujuſmodi ſint, quibus res eſt reſtituenda, ſuum recuperaverint, *ut ait Papinian. in l. quod placuit 37. eod. l. 1. §. an bona. l. non poſſunt. l. in ſumma. l. Arrianus eod.* Jubet & jus gentium ne aliena res alienetur à non Domino ullo modo, directè vel indirectè. *Hæc quidem Tholoſanus.* 42. 43. 44.

45. Magnus ille Jureconſultus *Andreas Gailius*, cujus maxima eſt apud Germanos in decidendis cauſis auctoritas, qui non ſolùm per XI. annos ſupremi in Imperio Tribunalis Adſeſſor, ſed etiam duorum Imperatorum Maximil. II. & Rudolphi II. Conſiliarius & Referendarius annis XV. fuit, *in lib. 2. de Pace publ. cap. 13. ubi quaſtion hanc an bannum Agnati vel Patris noceat aliis Agnatis vel filiis in bonis feudalibus? tractat. poſtquam affirmaverat & ſtatuerat n. 10. & ſeq frequentiori Doctorum calculo receptum eſſe*, delictum vaſalli banniti in Dominum commiſſum aliis quoque agnatis quoad ſucceſſionem officere, feudumque quantumvis paternum aut antiquum ex pacto & providentiâ, excluſis omnibus Agnatis ad Dominum reverti; idque eâ ratione conſtitutum eſſe, ut injuria Domino facta hoc pacto vindicetur: nec ab hâc magis communi opinione in judicando recedendum, quanquam plurimi Dd. contrarium teneant; nimirum: teatum Vaſalli, etiam eo caſu quo Dominus principaliter offenditur, non nocere Agnatis, ſed tantum filiis & deſcendentibus delinquentis, quorum conditio multò ſit gravior quàm Agnatorum. *inter alia n. 17. & 18. hæc dicit*: Hanc communem opinionem limitabat *Baldus in d. cap. 1. §. fin. Quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.* ut non procedat, ſi feudum generi conceſſum ſit, ut eo caſu delictum unius non noceat alteri; maximè ſi ſint regalia in feudum conceſſa, quia cum ſint nobilia & pretioſa feuda, non veniunt neque debentur jure ſucceſſionis, ſed jure ſanguinis, gentilitatis & familiæ, quia eò reſpexiſſe videtur primus concedens. *Attamen Baldus ibid. hoc non firmat, ſed dicit alios contrarium tenere.* Secundò limitatur, ſi ex inveſtiturâ non obſcurè conſtet, feudum ita conceſſum eſſe, ut delictum unius non noceat alteri: hoc autem ex eo apparet ſi verba primæ inveſtituræ in perſonam uniuſcujuſque collata ſint, veluti ſi dicatur (concedo feudum de uno in alium, vel concedo omnibus principaliter) *ut latè explicat Baldus in d. c. 1. n. 3. in fin. Si Vaſall. feud. priv. cui defer.* 46.

At jam notandum Electoratum Palatinum nobile & regale ac pretioſum feudum & ita conceſſum eſſe, ut de uno primogenito in alium, de Patre primogenito in filium primogenitum, de filio primogenito in nepotem primogenitum his, ſine maſculis legitimis ab hâc luce migrantibus ad ſeniorem fratrem & deinceps ad illius primogenitum devolvatur, utque 47.

hæc ſucceſſio in primogenitis perpetuis temporibus obſervetur, *ſicut verba*
49. *ſunt Aurea Bulla & inveſtiturarum.* Deindè dictum Electoratum non uni
ſoli Comiti Palatino primo adquirenti, ſed omnibus ſimul poſteris, & qui-
dem unicuiq; principaliter & in ſolidum, totique adeò familiæ & genti Pa-
latinæ eo pacto tributum & adſcriptum, ut ſemper unus ptimogenitus ſe-
nior & proximior, ſecundum jus & ordinem primogenituræ ſuccedat. Er-
gò filii & agnati, jus quæſitum habentes, à lege Imperii vocati, per inveſti-
turas antiquas & ſimultaneas, per pacta Majorum & familiæ in ſpe ſucceſ-
ſionis confirmati & ſtabiliti, feudo iſto propter crimen Patris & ultimi Va-
ſalli, quantumvis in ipſum Dominum admiſſum & perpetratum privari &
exui non poſſunt ullo juris prætextu. Non pigebit huc tranſcribere, quæ
*idem Gail d. lib. c. 14. n. 7. & 8. ad hanc rem de privatione feudi in præjudicium
filiorum & agnatorum ulterius annotavit, unde apparebit, eum cenſuiſſe*, agna-
tos nullo modo, licet filii propter crimen Patris feudo cadant, excludi
poſſe à jure & ſucceſſione ipſis debitâ. Delictum, *inquit*, Patris non debet
regulariter nocere filiis. *textus ſingularis in l. final. C. de bonis damn.* Niſi de-
lictum ſit commiſſum in perſonam Domini, *per ea quæ ſupra capite proximo
dixi*, vel feudum ad filios devolvatur ex ſucceſſione Paternâ; utputa, ſi Pa-
ter ſtipulatus ſit pro ſe & hæredibus; quo caſu filii tenebuntur, quia ſucce-
dunt ex perſonâ Patris: ſecus ſi Pater ſtipulatus ſit ſibi & ſuis filiis; nam
tunc filiis jus quæſitum eſt, ut filiis, & jure proprio ſuccedunt, proinde de-
lictum Patris meritò ipſis non nocet. *Bartolus in l. eum qui. n. 2. D. de in-
terd. & relegat. Cynus in l. 2. n. 4. C. de libert. & eor. lib. Salicet. pulchrè ibid.
n. 5. Zaſius in tractat. feud. part. 10. n. 96. eum ſequ. Curt. part. 5. n. 15. Iacob.
de Sancto Georgio in verb. dictique Vaſalli promiſerunt. n. 60. Dynus in c. non
debet. de regul. jur. in 6. Panormitan. in c. ex parte. de feud. poſt gloſſ. ibi. Bal-
dus in c. 1. §. inſuper n. 5. de prohibit. feud. alien. per Frid. ubi dicit:* feudum
eſſe munus generis, non donum Patris *facit text. elegans in l. 3. D. de interd.
& relegat. ubi dicitur:* quæ à genere, à civitate, à rerum naturâ tribuuntur,
ea filiis manere incolumia, non enim hæc Patrem, ſed Majores eorum eis
dediſſe. Quod ad Agnatos ſucceſſores feudales attinet, illi ſtatim poſt mor-
tem Vaſalli banniri feudum antiquum familiæ, ſive ex pacto & providentiâ,
à Domino repetere, novamque inveſtituram poſtulare poſſunt; quia deli-
ctum Vaſalli ipſis incommodo & damno eſſe non debet, cum proprio &
ſanguinis jure, ex pacto & providentiâ primi acquirentis, & ſic jure con-
tractûs ſuccedant. *per ea quæ ſupra cap. proximo dicta ſunt. Hæc inſignis ille
practicarum obſervator conſuetudinum, ut eum vocat Hennelius in Breito-
graphia. cap. 3.*

In ſimilem ſenſum cum adductis Juriſconſultis conſummatiſſimus ille
juris utriuſque Illuminator *Philippus Decius conſil. 252. n. 6. ubi ex Alexand.
dicit:* verbis in inveſtitura, talia eſſe poſſe, ut delictum Patris etiam in Do-
minum commiſſum non noceat. *& conſil. 389. n. 2.* Quando, *inquit*, filii ex-
preſsè ſunt in conceſſione nominati, jus efficacius illis acquiritur; quia
tali caſu delictum Patris non nocet filiis. *ut notat Bartol. in l. eum qui. D. de
interd. & relegat. Cynus in l. 2. C. de libert. & eor. lib. Baldus ibi in princ. &
idem Baldus in c. 1. in § hoc quoque in verſu. pone egò recepi feudum pro me & fi-
liis meis. De ſucceſſ. feud. Paul. de Caſtro in conſ. 562. incipit. citra id quod pri-
mò quæritur. Item Decius conſ. 544. n. 31. & conſ. 606. n. 15. ibi Carol. Mo-
lin. in verbo: Generi. Cardinal. Domin. Tuſchus in concl. 129. tom. 3.* Diffe-
rentia eſt, *ait*, an filii & deſcendentes ſint in inveſtiturâ feudi nominati, vel
non: quia licet utroque caſu feudum tranſeat ad filios & deſcendentes; ta-
men eſt differentia, ſi ſunt nominati, non poteſt primus inveſtitus delin-
quendo vel alienando præjudicare filiis, neque totum feudum uni filio
relinquere,

relinquere, & filii tunc non habent neceſſe eſſe hæredes; ſi vero tacitè vocantur, debent eſſe hæredes neceſſariò, & poteſt illis, præjudicare delinquendo & alienando. *Caſtrenſ. conſ.* 244. *viſo & examinato col.* 2. *verſ. ſed ſi eſſent plures.* At in Aureâ Bullâ vocatur primo primogenitus, deinde primogeniti primogenitus, tum hujus primogenitus & ſic deinceps, atque una ſtirps poſt aliam ſecundum ordinem, & in eâ ſenior agnatus, quæ vocatio non eſt tacita, ſed expreſſa, *ut dictum fuit. Ioachim. Mynſinger. dignus ille Cameralis Iudicii Adſeſſor. conſ.* 45. *n.* 30. *poſtquam n.* 28. *dixiſſet:* ob quamcunque noxam commiſſam in Dominum feudo privetur Vaſallus, propter eandem quoque filium ejus privari, & cæteros deſcendentes feudi incapaces fieri. Quod tamen, *inquit*, limitatur in caſu, quo feudum non ſoli Patri, verum quoque ejus liberis eſſet conceſſum. Nam tunc filii non ex perſona Patris, ſed jure proprio veniunt. Ideoque Patris noxia liberis non poteſt præjudicium parere. *Bartol. l. eum qui. D. de interdict. & releg. Bald. l. lege C. de legit. haredib. Caſtrenſis l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. D. de damno infect. Imol. c. final. extr. de feudis.* Et in hoc diligenter inſpiciendus eſt tenor inveſtituræ. *n.*32. limitari etiam illam regulam, *dicit*, quæ tener, quod delicto in ipſum Dominum commiſſo, feudum ad eum ſolum devolvatur, filiis & agnatis delinquentis excluſis: plures, *inquit*, caſus eſſe in quibus hæc regula locum non habeat.

At jam iterum notandum & inculcandum, Electoratum Palatinum, nobile, regale & præcipuum eſſe feudum Imperii, ita conceſſum, ut de uno primogenito in alium, his ſine maſculinis legitimis ab hâc luce migrantibus ad ſeniorem fratrem vel agnatum, & deinceps ad hujus primogenitum devolvatur & tranſeat: utque talis ſucceſſio in primogenitis perpetuis duret temporibus, ſine ullâ alteratione: deinde dictum Electoratum, non uni ſoli Comiti Palatino, ſed omnibus ex iſtâ familiâ oriundis generatim, tum unicuique ſecundum gradus prærogativam ſuccedenti, principaliter & in ſpecie conceſſum eſſe, eo pacto, ut ſemper unus primogenitus, ſenior & proximior juxta genituræ ordinem Electoratum pleno jure poſſideat: inde itaque ex deductis concludendum & decidendum eſſe, Electoratum filiis & agnatis nominatim & ſpeciatim à lege & in inveſtiturâ vacatis non poſſe auferri & adimi propter crimen & feloniam Patris, etiam in ipſum Dominum commiſſam.

Potuiſſemus plura alia argumenta, pluresque Doctorum auctoritates, quæ æquiſſimam hanc in jure & ratione fundatam ſententiam confirmant & amplificant in medium producere. *ut Bartholom. Salicetum. qui Cyni ſequitur ſententiam in l.* 3. *C. de libert. & eor. lib. Paul. de Caſtro. in l.* 1. *n.* 5. *C. de bonis libert. in l. adoptivum* 8. *§. final. D. de in jus vocand. & in l. ſi finita.* 15. *§. Si de vectigalib.* 26. *D. de damno infecto. Ioan. Andream in addit. ad Speculator. tit. de feud. §. nunc dicemus finali. ad verb. quod ſic. n.* 2. *Auguſt. Beroum. conſ.* 77. *n.* 21. *& ſeqq. vol.* 1. *& conſ.* 78. *n.* 13. *eod. volum. Thomam de Martin. de genere & qualit. feud. tit.* 2. *de feud. ex pacto antiq. ſect.* 2. *n.* 91. 92. *& tit.* 3. *n.*26. *Iacob. Alvarott. in c.* 1. *§. denique. n.* 9. *concluſ.* 7. *ex communi ſententia. Qua fuit prima cauſa benef. amitt. ibi & Petrum Ravennam, & Prapoſ. ille in concl.* 7. *hic, in §. pradictis. n.* 3. *Antonium de Iſern. & Matth. de Afflict. in c.* 1. *illum n.* 13. *hunc n.* 11. *Franciſcum Burſat. conſ.* 225. *n.* 101. *Bartholomaum Camerar. in repetit. c. Imperialem. §. Praterea ducatus. De prohibit. feud. alien. per Frid. & in c.* 1. *verſ. oppono primo n.* 24. *an agnat. vel fil. Marian. Socinum jun. conſ.* 77. *n.* 120. *vol.* 1. *Dynum Muxellanum in c. non debet. n.* 7. *de Regul. in* 6. *Abbatem Panormitan. conſ.* 3 *n.* 5. *vol.* 2. *ubi hanc Dyni ſententiam dicit, multùm aquam videri & quod plures eam ſequantur. Antonium Gabriel. Roman. commun. opin. lib.* 3. *tit.* 1. *de Emphyteuſi n.* 21. *Hartmann. Piſtor. quaſt. jur. lib.* 2.

part.

part.1. quaſt. 16. n.27. Nicolaum Intrigliolium in centur. feud. quaſt.47. n.26. & ſeq. Ioann. Cephalum conſ.241. n.97. vol.1. Franciſc. Sonsbekium part.13. ad quos feud. amiſſum devolvatur. n.6. Iacob. Menoch. conſ.99. n.113. & conſil.151. n.13. 15. Ludovic. Gozadin. conſ. 84. n.18. 19. Eguinar. Baronem in method. feud. lib.3. de abalienat. benefic. c.8. & in c.1. Si vaſall. feud. priv. cui defer. Hieronym. Gratum conſ. 2. n. 60. Iacobum de Ardizone in ſummâ ſuâ tit. Quib. mod feud. amittatur. ſub rubricella: Poteſt alienari feudum ſi ab initio. Petrum de Gregorio de conceſſ. feud. part. 8. quaſt.16. Conrad. Schleiſium in illuſtrib. not. ad VVeſenbec. de feudis. in caput 16. ad n. 3. verbo: filii præferantur. inprimis autem Henricum Roſenthalium, qui inter Feudorum commentatores tantum eminet

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi:

quo nemo ſolidius & perfectius non ſolum de hâc quaſtione, ſed de totâ feudali diſciplina ſcripſit, in ſcenam producere, ejuſq; graviſſimas rationes in æquitate & juſtitiâ fundatas, quibus probat & adſtruit, non poſſe ullo jure filium & agnatum proximiorem, ob crimen Patris & Agnati, etiam in ipſum Dominum feudi admiſſum, feudo ex pacto & providentiâ Majorum, non uni præſertim, ſed generi & nominatim filiis, ut de uno in alium tranſeat, conceſſo & acquiſito, jureque proprio & ſanguinis ſecundum geniture ordinem, & gradatim competente privari & orbari.

Sed iſta quæ hactenus dicta & ex *eodem Roſenthalio* ſparſim adducta ſunt, in præſentiarum ſuffecerint. Ex quibus abundè, ſatis ſuperque adſtructum & aſſertum eſſe arbitramur Doctores & Feudorum Interpretes, licet diverſarum ſint ſententiarum & opinionum, quoad feudum, etiam antiquum ex pacto & providentiâ, ſub generali, ordinariâ, & conſuetâ formâ conceſſum & acquiſitum: An nimirum delicto in ipſum Dominum commiſſo, illud ad eum, ut hanc ſaltem injuriæ ſuæ ultionem habeat, excluſis omnibus deſcendentibus & agnatis, *ut quamplurimi*; an verò ad agnatos, excluſis tantum filiis & deſcendentibus delinquentis, *ſicut haud pauciores*; an denique ad filios jus quæſitum habentes & lege feudali vocatos, *prout nonnulli ſtatuunt*, devolvatur? *quemadmodum ſupra retulimus.* Tamen in eo conſentiunt, omniumque par eadem ſententia eſt, vix diſcrepante ullo, quod feudum antiqunm ex pacto & providentiâ, ſub peculiari expreſſione & formâ, ſingulari lege & pacto conſtitutum & conceſſum, ut nimirum perpetuò in familiâ maneat, & de uno in alium ſecundum ordinem geniture & ſtirpis gradatim tranſeat, & toti generi atque unicuique ſpeciatim in ſolidum attentis omnium & ſingulorum in Rempublicam meritis futuris & præteritis, filiis etiam nominatim in lege & inveſtiturâ comprehenſis & jure primogenituræ & ſanguinis ſuccedentibus attributum, deſponſum, aſſignatum & acquiſitum ſit ſucceſſione tali perpetuis temporibus conſervandâ & obſervandâ; non poſſit ullo modo, ullové ſub prætextu & jure, ne quidem ob crimen læſæ Majeſt. ex primo capite in ipſam Domini perſonam à Vaſallo poſſeſſore commiſſum publicari aut confiſcari, minus filiis, nedum agnatis, à lege & per inveſtituram expreſſim vocatis & jus atq; dominium ab ipſo ſtatim nativitatis momento adeptis, auferri, adimi, & labefactari. Tale autem Feudum Electoratus eſt, taliq; lege & pacto acquiritur & defertur: præterea juris publici & pars atque membrum Imperii eſt, regalemque dignitatem indivulſo vinculo ſibi connexam habet: ideò eò minus fiſco addici, & aliis quàm quos lex deſignat, aut imperium agnoſcit, & pacta majorum appellant tradi & concedi fas ſive jus eſt. Reipublicæ enim, toti Imperio, & Ordinibus Principibuſque univerſis ſumma injuria, noxa & damnum infertur, eorumq; ſalus, libertas, incolumitas, auctoritas opprimitur, conculcatur, imminuitur, & ſubvertitur, dum ipſis alius &

novus

novus Civis & Socius, quam volunt & ferte poſſunt; quemque teformi-
dant & avetſantur, quia ambitione & cupidirate ſuâ ſibi exitio futurum
præſpiciunt, obttuditut & velut dominationis Corycæus præficitut.

Non eſt hoc loco ſilentio involvendum indubitati & certi juris eſſe, 49.
quod quoties quis privatur te, quæ tantum ad vitam conceſſa ſit, hoc non
cedete in commodum eotum, qui poſt mottem illâ re potituri eſſent, *refert
Petr. Gilkenius de Præſcript. part. 3. cap. 13. n. 212. per l. Statius, Florus 48. §.
Cornelio Felici 1. D. de jure fiſci & per l. cum pater filios 77. §. hæreditatem filius
4. D. de Legat. 11. & l. ſi finita 15. §. ſi de vectigalibus. D. de damno infecto.*
Hinc uſuftuctuario etiam de crimine læſæ Majeſtatis condemnato uſus- 50.
fructus non confiſcatur, nec fiſco adjudicati poteſt. *Bald. in l. 1. C. de bonis
libert. per text. in l. corruptionem. C. de uſufruct. Salicet. in d. l. 1.* (quia uſus-
fructus alienati non poteſt *l. Vſusfructus D. de jure dotium §. finitur. Inſtit. de
Vſufruct.*) *Alexander conſ. 88. in 3. volum. Matth. de Afflict. in tit. de Capi-
tulis Corradi in §. prætereà. column. 1. n. 5. in uſib. feudor. ut citat Gigas, ſub ru-
bric. de pænis committentium crimen læſæ Majeſtatis quæſt. 3. n. 4.* quanquam
ipſe uſumfructum durante vitâ condemnati, fiſco manete debere affirmet,
*ex eodem Afflictus in tit. quæ ſint regalia in §. & bona committentium n. 5. Ro-
manus in d. l. finita. Menoch. remedio recuperand. poſſeſſ. 9. n. 334.*

At feudum præſertim antiquum ex pacto & providentiâ eſt uſusfructus, 51.
hoc eſt, jus te in feudum datâ utendi, fruendi, ſalvâ ejus ſubſtantiâ, ita ut eâ
abutens, Vaſallus feudo, ſicut uſufructu fructuatius ptivatut. *c. 1. §. inpri-
mis 2. Feud. 23. Quibus modis feud. amittat. Borcholt. in tractat. feudal. c. 1.
n. 13. Andreas Gail lib. 2. de pace public. cap. 14. n. 8. c. 1. §. quicunque advoca-
tiam lib. 2. Feud. 27. de Pace tenenda. ita citat Rudinger. lib. 2. controv. jur. feud.
c. 3. n. 10. & lib. 1. cap. 5. n. 2. & n. 10. ubi dicit:* Vaſallum ptopteteà quodam-
modo compatari uſufructuario, quia feudum Vaſallo eatenus ſaltem,
quamdiu uſurâ hujus vitæ fruitur, adinſtar uſusfructûs qui perſonæ cohæ-
ret, conceſſum videtut. Hinc feudum definitur à pluribus Uſusfructus
quidam rei immobilis ex benevolentiâ Domini ſub conditione fidei con-
ſtitutus. *Gæddeus 1. diſput. feud. theſ. 12. Vultej. 1. Feud. 2. n. 9. Cujacius in
proœmio ad lib. feudor. & lib. 1. tit. 5. ibi Iohann. Calvinus alias* Kahl *in collatio-
nib. ſuis & notis. Nellus diſp. feud. 1. theſ. 6.* Notandum *quod Cujacius in d.* 52.
proœmio dicit: Solet, *inquit*, uſusftuctus conſtitui in perſonam tantum: ſed
tamen conveniri poteſt, ut in hætedem fructuarii ttanſeat. Quin imò rece-
ptum eſt conveniri poſſe, ut ad ſucceſſorem tranſeat in infinitum, ſi modò
addatut lex fidei, hominii, ſervitii, ut diximus, quæ efficit, ne ſit inutilis
ptoptietas. Sicut autem uſusftuctuarius non tepræſentat petſonam defun- 53.
cti, neque ad hæreditaria onera & debita, neque ad ſolutionem legatorum
obligatut. *Decius conſ. 536. n. 13. & conſ. 590. Gozadin. conſil. 94. num. 22.
Matthæſius ſingular. 4. text. in l. uſufructu. D. ad l. Falcidiam & in l. final. §.
Sin autem æs alienum. C. de bonis quæ liber. Gail 2. obſerv. 146. n. 1. & 4. ubi
plures citat.* Ita Vaſallus quoque in feudo ex pacto & ptovidentiâ, non re-
præſentat perſonam defuncti Patris vel Agnati, nec ut hætes obligatut,
imò poteſt tepudiare hæteditatem defuncti, & retinete feudum: ut ſupta
deduximus.

CAPUT XX.

ARGUMENTUM.

Iuſtiſſimam illam & æquiſſimam ſententiam, quâ crimen Patris Filiis in feudi antiqui & Principatus ſucceſſione non noceat, ſine ullâ controverſiâ locum habere in Filiis, ante reatum Genitoris conceptis & natis, idque etiam jure civili, & legibus Romanis, expreſſè ſancitum & deciſum eſſe, ſicut ex adductis legibus & textibus pluribus appareat. Hinc in conventu Mulhuſii Anno CIↃ IↃ C XXVII. *celebrato, Electores, Filiorum ante reatum (ſicut loquebantur) Friderici, natorum rationem habendam eſſe, admonuiſſe; ſed paulò poſt mutatâ ſententiâ, Cæſaris judicio & conſcientiæ ſubmiſiſſe, an Liberi ab Electoratu, citra Aureæ Bullæ, & Capitulationis infractionem excludi poſſint.*

In lineali ſucceſſione factum Patris non nocere liberis natis ne naſcituris, in tantùm ut nullus Regum primogenitum, vel fratres, vel alios conſanguineos, ſucceſſione regni privare valeat, in vim ſuæ voluntatis; quia hi Regnum non à Rege; ſed lege & conſuetudine, conventioneque antiquâ cum populo, conſequantur. Ideoque Principe ab Ephoris depoſito, vel inhabili reddito, jus adipiſcendi Principatus conſervandum eſſe iis, quibus Lex Regni id deferat.

Electores Germaniæ revera eſſe Ephoros Generales Imperii, eandemque quam olim apud Lacedæmones Ephori habuerint, poteſtatem hodiè in imperio obtinere. Intereſſe autem plurimùm Reipublicæ, ne ſuis Ephoris orbetur.

Si propter delictum alienationis directò in Domini contemtum tendens, filius non privetur feudo, nec propter aliud crimen Genitoris in perſonam Domini redundans privari debere: Sicut is qui feudum ab Eccleſiâ obtineat, illo non privetur per publicationem bonorum à Iudice ſæculari factam, niſi ſententia quoque Parium Eccleſiæ accedat; ita multò minus Imperatorem poſſe per ſententiam ſuam privare Principem Feudo, ab Imperio dependente, niſi Parium Imperii judicium conſentiat.

Principes enim Germaniæ non eſſe propriè Imperatoris, ſed Imperii Vaſallos, eorumque feuda vocari Feuda Imperii, non Imperatoris: Hoc enim propriè habere dominium directum. Illum verò adminiſtrationem & diſpoſitionem: ideò feudum apertum ad Imperium potiùs, quàm Imperatorem devolvi: Siquidem proprietas rerum Imperii & Regni non Principi, ſed Sceptro, Dignitati & Solio cohæreat; quia Imperium, Reſpublica & Regnum, Populuſque perpetuò maneant; Imperatores, Reges, & Principes ſæpe mutentur.

Inveſtituram à Tutore accipientem, non propterea Tutoris Vaſallum, ſed Minoris, cum hic ſit Dominus, eſſe. Imperatorem, & Reges, Tutores eſſe: Rempublicam & Regnum inſtar pupilli; idcircò ſi quis offendat Tutorem, tanquam privatum aliquem, non poſſe dici offendiſſe Minorem, ſeu Dominum directum: ita ſi quis cum Imperatore, tanquam alio Principe privato litem habeat, non poſſe dici, eum Imperatori, aut Imperio negotium faceſſere. Hinc falsò aſſeverari, Fridericum offendiſſe Dominum ſuum, qui nondum electus eſſet Imperator, cum ille litem de Bohemiæ Regno, cum ipſo, tanquam Archiducæ Auſtriæ, haberet. In eo enim cardinem controverſiæ conſtitiſſe, utri, Ferdinandoné ſucceſſionem hæreditariam, an Friderico electionem prætendenti, meliori jure Regnum Bohemiæ deberetur. Hujus controverſiæ deciſionem ad Imperii Electores & Ordines, non ad ſolum Imperatorem ſpectaſſe. Diſtinguendum eſſe inter fiſcum Cæſaris & fiſcum Imperii; ad hunc, non ad illum bona Imperii commiſſa devolvi. Hinc Imperatoris exauctorationem Imperio non magis nocere, quàm delictum Tutoris, vel Adminiſtratoris, aut Prælati, Pupillo, Univerſitati, vel Eccleſiæ. Imperium, Eccleſiam, Minorem non amittere jus feudi, etiamſi Prælatus, Imperator, Tutor offendant Vaſallum Imperii, Eccleſiæ, vel Mino-

Minoris; Imperium eſſe propriè & unicè Dominum directum Feudorum Imperii: Imperatorem verò eorum Procuratorem & Tutorem: vocari quidem & eſſe Dominum, ſed ratione juriſdictionis, non proprietatis.

In crimine fractæ pacis publicæ, ſuper quo proſcriptio Friderici ſe plurimùm fundet, Imperii conſtitutiones jubere, quod confiſcationem feudorum, juris feudalis diſpoſitionem ſequi; quæ quidem feuda hæreditaria & informia Filiis ob delictum Patris auferat; non autem antiqua ex pacto & providentiâ Majorum, & jure primogenituræ, legeque Imperii acquiſita.

CONSPECTVS.

1. CRimen Patris in feudo antiquo planè non nocere Filiis ante reatum Patris natis, determinati & clari juris eſſe.

2. Quæcunque delicta Parentes commiſerint, Filio jam nato, non imputari ad pœnam.

3. Brocardicum eſſe, quod quando propter delictum Patris Filii puniantur, id intelligi debeat de Filiis poſt delictum natis.

4. Pœnas l. Quisquis, non habere locum in natis, vel conceptis, ante delictum Patris.

5. Dignitatem liberis propter caſum Parentis legati auferendam non eſſe.

6. Poſt Patris Senatoris relegationem & proſcriptionem conceptum, habendum Senatoris Filium.

7. Ingratitudinem Patris, non nocere liberis ante ingratitudinem natis.

8. Electores in conventu Mülhuſiano anno MDCXXVII. Liberorum Friderici natorum, ante Patris condemnationem, rationem haberi voluiſſe; ſed poſteà in gratiam Cæſaris & Bavari eorum excluſionem non improbaſſe.

9. In lineali ſucceſſione Patris factum non nocere liberis natis, nec naſcituris: illis quidem jus quæſitum eſſe, his nondum; ideò remitti & amitti poſſe.

10. Faciliùs impediri & tolli quærenda, quàm jam quæſita:

11. Jus quæſitum dici, quando ſit certum & indubitatum, quale ſit illud quod in inveſtiturâ & pacto fundatum habeatur.

12. Jus filii in legitimâ, dici jus quærendum, non quæſitum.

13. Si Carolus Regis Hiſpaniarum filius, regni ſucceſſione à Patre abdicatus, & propter crimen læſæ Majeſtatis morti adjudicatus, liberos habuiſſet, nullum futurum dubium fuiſſe; quin illi ſucceſſiſſent, non obſtante Patris condemnatione.

14. Etiamſi aliquis è Regio ſanguine crimen læſæ Majeſtatis commiſiſſet, & per ſententiam condemnatus eſſet, eum tamen, Rege ſine maſculo decedente, admittendum eſſe ad Regnum.

15. Regem Franciæ propter ingratitudinem, aut ſimilem culpam non poſſe primogenitum privare ſucceſſione, in vim ſuæ voluntatis, quia hic Regnum non à Rege, ſed lege, & conſuetudine, pactoque cum populo aſſequatur.

16 Reges nõ poſſe Filios ſuos, nec Fratres, nec alios Conſanguineos privare jure ſuo.

17. Rege ab Ephoris depoſito, vel regnandi inhabili, jus adipiſcendi Principatûs his, quibus id lege Regni, vel pacto debeatur, conſervandum eſſe, ne leges & fundamenta Regni evertantur.

18. Ephoris comparari Electores;

19. Imò reverà eſſe Ephoros Generales Imperii Germanici.

20. Quam olim apud Spartanos Ephori poteſtatem,

21. Eandem hodiè Septemviros in Imperio habere.

22. Eſſe columnas & baſes Imperii, partemque corporis Cæſaris:

23. Repræſentare populum ipſum, & Chriſtianam communitatem.

24. Non eſſe veriſimile, nec æquum, ut Imperator poſſit ejuſmodi Ephoros pro lubitu, officio & ſenatu movere, alioſque quos velit, ſubſtituere.

25. Intereſſe Reipublicæ ne ſuis Ephoris orbetur.

26. Idola non amare ſculptores ſuos in conſpectu habere.

27. Propter alienationem feudi à Patre, ſine conſenſu Domini factam, filios non privari feudo, ſed illud retinere.

28. Alienationem tale delictum eſſe quod in manifeſtum Domini contemtum, & quidem directò, tendat.

29. Si non propter hoc; ita nec propter aliud ſimile delictum genitoris, in contemtum & ignominiam Domini redundans, filium puniri debere.

30. Ubi eadem ratio, ibi idem jus ſtatuendum eſſe.

31. Rationem nihil aliud, quàm ipſam legem, imò animam legis eſſe.

32. Quod ratione legis deciſum ſit, ipsâ lege deciſum dici.

33. Quærere legem ubi adſit ratio, infirmitatem intellectûs arguere.

34. Condemnationem Vaſalli ex contumaciâ, non præjudicare in feudo ſucceſſori.

35. Feodum ab Eccleſiâ recognoſcentem illo non privari, factâ publicatione bonorum per judicem ſæcularem; niſi ſententia quoque Parium Eccleſiæ accedat, crimine licet læſæ Majeſtatis contra ipſum Imperatorem commiſſo.

36 Ita quoque, & fortiori ratione æquum non eſſe, ut Imperator aliquem Principem, vel Electorem privet feudo, per ſolam ſuam ſententiam, niſi accedat etiam Parium Imperii, hoc eſt, cæterorum Electorum & Principum judicium.

37. Idque cautum eſſe in lege Regiâ, & conſuetudine confirmatum.

38. Principes Germaniæ non eſſe propriè Imperatoris; ſed Imperii Vaſallos & Principes.

39. Electoratus & Principatus, feudaque regalia, non vocari feuda Imperatoris; ſed Imperii.

40. In Aureâ Bullâ Electores nunquam aliter quam Electores & Archiprincipes Imperii appellari.

41. Diſtinguendum eſſe inter Amicos Regis, & Amicos Cæſaris.

42 Imperium propriè habere dominium directum feudorum Imperii.

43. Ideò feudum apertum ad Imperium potiùs, quàm ad Imperatorem redire.

44. Proprietatem & directum dominium non Principi, ſed Sceptro & Solio cohærere.

45. Res Imperii publicas eſſe, non proprias Imperatoris, ſed in Imperii patrimonio, opponi rebus Cæſaris & fiſcalibus.

46. Hinc Imperatores Imperio fidem & hominium præſtare.

47. Imperatores Imperii, Reges Regni ſui clientes & Vaſallos eſſe, non Dominos directos.

48. Vocem Domini apud Romanos odioſam fuiſſe.

49. Perſonam Imperatoris ſæpè mutari.

50. Imperium & Rempublicam Populumque perpetuò manere, nunquam mori.

51. Ortûs & interitûs viciſſitudinem, populum immortalem facere.

52. Specie eâdem manente, eandem quoque rem manere.

53. Dignitatem Ducalem.

54 Et qualitatem Regiam non mori, licet in individuo moriatur.

55. Non reperiri perſonam, cum quâ finiantur regalia.

56. Imperium ſemper eſſe; etiamſi illius Gubernator deſinat.

57. Inveſtituram à tutore, ut tutore accipientem, non propterea hujus Vaſallum eſſe, ſed Minoris, quia hic ſit verus Dominus.

58. Imperatorem Dominum feudorum Imperii eſſe, quoad adminiſtrationem & diſpoſitionem:

59. Imperium verò Dominum directum.

60. Jura proprietatis bonorum & feudorum Imperii, ad ipſum corpus Imperii pertinere.

61. Imperatorem & Reges Tutores eſſe, Remp. & Regnum Pupillum.

62. Si quis offendat Tutorem, ut quemvis alium privatum, non poſſe dici offendiſſe Minorem, ſeu Dominum directum:

63. Ita ſi quis cum Imperatore tanquam cum privato Principe litem habeat, aut habuerit, antequam is inauguratus eſſet, non Imperatori ut Imperatori, nec Imperio movere controverſiam dici poſſe.

64. Falsò igitur aſſeverari Fridericum offendiſſe Ferdinandum, ut Imperatorem & Dominum ſuum; cùm hic nondum electus eſſet, cum ille Bohemiæ diadema ſuſciperet:

65. Litem, quam cum Ferdinando, tanquam Rege Bohemiæ habuerit, proſecutum fuiſſe:

66. Cum Imperio & Imperatore nihil negotii habuiſſe.

67. In eo cardinem controverſiæ ſtetiſſe, utri, Ferdinandonè, an Friderico, meliori jure Regnum Bohemiæ deberetur.

68. Ejus controverſiæ dijudicationem ad Imperii Ordines, tanquam Pares curiæ ſpectaſſe.

69. Imperatorem litem de feudo cum Vaſallo habentem, Parium judicio ſeſe ſubmittere teneri.

70. Sicut diſtinguendum inter Imperatorem & Imperium; ita etiam inter Fiſcum Cæſaris & Fiſcum Imperii.

71. Feudum igitur commiſſum non Imperatoris, ſed Imperii Fiſco applicandum eſſe; aliàs Imperium jure ſuo & dominio privaretur.

72. Aliud eſſe Fiſci, aliud Principis patrimonium: aliud eſſe Fiſcum Cæſaris, aliud Reipublicæ ærarium.

73. Alias res Maximiliani Auſtriaci, alias Maximiliani Imperatoris & Imperii.

74. Interdum Fiſcum ſumi pro ærario.

75. Bona principis, aut Fiſcalia, aut patrimonialia: hæc in hæredem tranſire; illa non.

76. Patrimonialia Principis non æſtimari jure publico.

77. Contra Imperatorem, tanquam caput Imperii aliquid molientem, ipſum etiam Imperium offendere.

78. Unam

78. Unam perſonam diverſarum jura habere poſſe.

79. Diverſos reſpectus in eâdem perſonâ diverſos operari effectus.

80. Imperatoris exanctorationem non magis Imperio nocere, quàm dolum tutoris pupillo, vel Univerſitati delictum Adminiſtratorum, vel Eccleſiæ prælati ἀνωτίαν.

81. Licet Dominus offendens graviter Vaſallum privetur proprietate feudi:

82. Quia Vaſallus & Dominus ſint correlativa, & judicentur à pari, in pœnis præſertim:

83. Attamen propterea Imperium, Eccleſiam, Minorem non amittere jus feudi, etiamſi Imperator Prælatus, tutor offenderint Vaſallum.

84. Ita econtra Imperatorem, Tutorem & Prælatum non debere ſibi aſſerere dominium directum, in præjudicium Imperii, Eccleſiæ, Minoris, etiamſi ipſi fuerint læſi, Vaſallo Imperii, vel Eccleſiæ.

85. In correlativis idem judicium, eandemque diſciplinam;

86. Sic contrariorum eandem rationem; cognito uno cognoſci alterum.

87. Wenceſlai ignaviam non nocuiſſe Imperio, nec Fratri ejus Sigiſmundo.

88. Imperium eſſe propriè & unicè Dominum directum Feudorum Regalium Imperii; Imperatorem procuratorem & tutorem.

89. Vocari quidem & eſſe Dominum, adminiſtratione, juriſdictione & gubernatione, non proprietate:

90. Sicut tutorem, qui etiam Dominus rerum pupillarium vocetur.

91. Nullo cum fundamento affirmari, Electoratum Palatinicum, nobile feudum Imperii Cæſari in commiſſum cecidiſſe, & ad eum, tanquam Dominum directum, devolutum eſſe.

92. Separata ſeparatorum jure cenſenda.

93. Qui non offenderit, offenſo Imperatore, ſimul Imperium, eum non poſſe dici offendiſſe dominum directum:

94. Nec ideò privari feudo.

95. In crimine fractæ pacis publicæ, quando pax adverſus Dominum frangatur, conſtitutionem Imperii, diſpoſitionem Juris feudalis quoad feuda ſequi, præſcribere.

96. Illam autem locum habere in feudis hæreditariis & informibus, non in pactionatis.

97. His enim Filios ob delictum Patris privandos non eſſe.

HÆc ſententia, quod crimen Patris non noceat filiis, 1.
maximè & ſine ullâ hæſitatione & controverſiâ, locum
habet in filiis ante reatum natis, ſicut alibi diximus &
commonſtravimus. *l. 2. C. de libert. & eor. lib. ubi clarè
dicitur:* Delicta parentum non nocere filiis, quos tunc
ortos conſtitit, dùm illi libertate potirentur. *Iacob. Con-
cenatius quæſt. libro 2. c. 14. n. 11. ubi dicit: per gloſſ. edide-
rit in l. fin. C. de Decurionibus libro* 10. quod quæcunque delicta parentes 2.
commiſerint, filio potiſſimum jam nato non imputentur ad pœnam. *Cy-
nus & Petr. in l. quisquis. ibi etiam Angel. per text. in l. 2. C. de libert. & eor. lib.
& per l. Divo Marco. C. de Quæſtionib.* inde vulgo hanc regulam extra- 3.
hunt; quod quando propter delictum Patris filii puniantur, intelligi de-
beat de filiis poſt delictum natis. *Iul. Clarus libro 5. ſentent. §. læſæ Maje-
ſtatis. n. 12. poſtquam opinionem affirmantem. Claud. in l. ſi quis id quod. n. 14.
ff. de juriſdictione omn. jud. & Gigantis fol.* 144. *quæſt. 5. poſt. n. 2. adduxit, &
contrariam*, quod ſcilicet pœnæ ſtatutæ *in l. quiſquis.* non habeant locum 4.
in natis vel conceptis ante delictum Patris. *per Cynum in d. l. quiſquis. &
per Alciat. qui communem dixit conſil. 467. n. 7. probavit, ſic concludit:* Et
hæc, *inquit*, opinio tanquam mitior & benignior mihi magis placat. In le- 5.
gibus ſanè Romanis & civilibus clarè deciſum & determinatum eſt, digni-
tatem & nobilitatem non poſſe filio propter parentis delictum auferri,
præſertim ei qui conceptus & natus fuit antequam Pater crimen commit-
teret. *l. filiumfamilias. 9. D. de Senat.* Quæſita, *inquit*, dignitas liberis
propter caſum Patris remoti à Senatu auferenda non eſt. *l. qui ad tempus
2. §. 3. & 4. D. de decurion. & filiis eor. ubi dicitur:* Filium, ſi poſt conce-
ptionem. Pater ipſius dignitatem amiſerit, non perdere tamen ipſam di-
gnitatem. *Item §. 4.* Cum qui poſt patris relegationem & proſcriptionem 6.
natus ſit, ſiquidem ante conceptus ſit, habendum eſſe Senatoris filium

l. emancipatum à patre 7. §. 1. & 2. de Senat. ubi hæc animadverte, ſi quis
conceptus quidem ſit, anrequam Pater ejus Senatu moveatur, natus autem
poſt Patris amiſſam dignitatem, magis eſt, ut quaſi Senatoris filius intelli-
gatur. Tempus enim conceptionis ſpectandum. Avi potius dignitas prod-
7. eſſe filio debet, quàm obeſſe caſus patris. Sic ingratitudo patris non no-
cet liberis ante ingratitudinem natis, hoc eſt, non retrahuntur in ſervitu-
tem, quoniam *ut Imperator Conſtantinus ait in d. l. 2. C. de libert. & eor. lib.*
illis delicta parentum non nocent, quos tunc ortos eſſe conſtiterit, dum li-
bertate parentes potirentur. *d. l. qui ad tempus. §. 7. ſancitur*: delictum pa-
tris innocenti filio pœnæ non eſſe, ideo nec ordine decurionum, nec cæte-
ris honoribus propter crimen patris prohiberi debere. *& l. & qui origi-
nem §. 9. D. de munerib. & honorib. uti edicitur*: reatum criminis paterni fi-
8. liis impedimento ad honores eſſe non debere. Idcircò etiam Electores &
Principes, qui tùm convocati fuerant, in conventu tàm Ratisbonenſi
Anno MDCXXII. quàm Mülhuſiano Anno MDCXXVII. liberorum Fride-
rici, ante ejus reatum, ut plerique inter eos loquebantur, natorum ratio-
nem habendam eſſe ſuggerebant & admonebant: iniquum arbitrati, illos
jure ſuo quæſito, formato & radicato, quod ipſis lege Imperii, jure feudo-
rum, & vi pactorum antiquorum, & per renovatas ſubinde inveſtitutas de-
bebatur, privare & exuere: præſertim cum id citra Aureæ Bullæ, & ſan-
ctionum pragmaticarum violationem fieri vix poſſet. *Sicut apud Cardina-
lem Caraffam in libro de Roma reſtaurata, & in protocollo, votiſque Electorum,
in actis Lundorpii, & alibi impreſſis, pluribus videre eſt.* Quanquam Archi-
principes iſti paulò poſt à ſuâ ſe ſententiâ, non ſine culpâ inconſtantiæ de-
duci, & in partem Cæſaris & Bavari pertrahi paſſi ſint. Imperatoris judi-
cio & conſcientiæ ſubmittendo, an ille Friderici proſcriptionem, ejus li-
berorum excluſionem, & Electoratûs tranſlationem in Bavarum, ſalvâ Au-
ctoritate Aureæ Bullæ, Capitulationis & legum Imperialium, fieri poſſe
9. putaret. *Sicut apud eundem Caraffam legitur.* Sic in lineali ſucceſſione *ut ſcri-
bit Grotius de jure pacis & belli libro 2. c. 7. n. 26.* patris factum non nocere
poteſt liberis natis; quia ſimul atque exiſtere cœperunt, jus eis proprium
quæſitum erat: ſed nec naſcituris; quia impedire non poteſt, quin ad illos
quoque ſuo tempore jus pertineat ex populi dono. Illud, *inquit idem Gro-
tius*, intereſt inter natos & naſcituros, quod naſcituris nondum quæſitum
ſit jus, atque ideò auferri iis poſſit populi voluntate, ſi etiam parentes, quo-
rum intereſt jus ad filios tranſire, jus illud remiſerint, vel amiſerint. Jus
enim de futuro facilius remitti poteſt etiam in præjudicium tertii, quàm
jus de præſenti, quia in eo tertio non poteſt præjudicari. *l. ſin autem Domi-
nicam pecuniam 29. D. de pactis cum notat. ib. Tuſchus concl. 626. n. 18. tom. 4.*
10. *qui Caſt. allegat in conſil. 112. libro 1.* Facilius impediuntur quærenda quàm
jam quæſita. *l. patre furioſo D. de his qui ſui ſunt vel al. jur. nota in l. non amplius
in princ. D. de legat. 1. Baldus in conſil. 302. vol. 5. Ioan. Rebuff. in l. 1. n. 100.
C. de ſentent. Laurent. Sylvan. in tractat. de feud. recogn. quæſt. 29. n. 24. Ro-
landus à Valla conſ. 21. vol. 2. n. ultim.* facilius, *inquit*, tolli jus quærendum,
quàm jus quæſitum & radicatum. *Card. Tuſchus d. concl. 626. n. 5. ex Cal. con-
ſil. 53.* jus quæſitum magis eſſe confovendum quàm jus quærendum: in
quo enim cadat major ambitio, faciliorem eſſe retentionem quam acquiſi-
11. tionem. Sciendum autem, jus quæſitum dici, quando eſt certum & in-
dubitatum, ſicut illud quod ex inveſtiturâ, ex pacto, lege ſingulari vel
conſuetudine habent primogeniti filii atque agnati in ſucceſſione feudi
12. vel Principatùs. Jus quod aliàs filius in legitimâ habet lege civili patre
vivente, jus dicitur quærendum, non quæſitum. *Anton. de Butrig. in c. 1.
n. 6. de Reſcript. ubi Felin. n. 9. Pariſ. conſil. 52. n. 15. libro 3. l. qui autem.*

in

in 2. reſponſione D. de iis quæ in fraudem. Tuſch. concluſione 625. dicto tomo.

Si Carolus Regis Philippi II. Hiſpaniarum filius propter crimen læſæ Majeſtatis regno à Patre abdicatus & puniendus, patribus inquiſitionis traditus, liberos habuiſſet, nemo tam abſurdus fuiſſet, qui dubitaſſet, quin iſti in regno ſucceſſiſſent: Jus enim quæſitum, formatum & radicatum habebant ipſo nativitatis momento. Si Gaſtonius Aurelianenſis Dux in reatu, & antequam reconciliatus fratri Regi Galliæ Ludovico XIII. mortuus fuiſſet, liberis ex ſe maſculis relictis, quis dicere potuiſſet, his factum Patris in ſucceſſione Regni nocere? quis eis quæſtionem ſtatûs movere auſus fuiſſet? quis agnatos Condeum & Sueſſonium præferre, potiuſque jus ad regnum habere, quàm illos, dicere præſumſiſſet? Imò *Lancellottus in templo omn. jud. libro 1. cap. 2. §. 1. quæſt. 2. n. 1.* docet & aſſerit *per Gulielm. à Monſerat. in tractat. de ſucceſſ. regni in 1. dubio. n. 39.* ut etiamſi aliquis de ſanguine regio maſculino commiſiſſet crimen læſæ Majeſtatis, etiam per ſententiam condemnatus, & omnia ejus bona ipſo facto confiſcata eſſent, Rexque abſque maſculis decederet, talem tamen admittendum eſſe, *per autorit. gloſſ. ſingul. in c. & ſinceeſſe. de donat. int. vir. Ioann. de terra rubea de jure ſucceſſionis in hæreditat. regiis tract. 1. in 19. concluſ. ubi dicit:* quod Rex Franciæ per ingratitudinem aut aliam ſimilem cauſam commiſſam per primogenitum, vel Succeſſorem contra Regem Franciæ, ille non perdat ſucceſſionem, nec poſſit illum Rex ob id privare ſucceſſione in vim ſuæ voluntatis, quia regnum non aſſequatur ab eo, ſed ex conſuetudine *l. ſi arrogato. D. de adoption. & l. qui fundum. §. qui filios D. ad l. Falcidiam.* hinc dicit textus, quod propter ingratitudinem commiſſam per libertum contra Patronum, idem Patronus non poteſt illum privare libertate, quam illi ex alterius diſpoſitione & ordinatione conceſſit: nam nihil gratuitò illi dedit, ſed ei debitam reſtituit. *l. 2. C. de libert. & eor. liberis l. 2. D. de oper. libert. Hinc Innocent. in c. grandi. 2. de ſupplend. negligent. Prælat. in 6.* Speciale eſſe dicit, in regno; quod Reges non poſſint privare nedum filios, ſed nec fratres vel alios conſanguineos ex ſtirpe paternâ deſcendentes. *Idem tradunt in d. cap. Ioann. Andr. in verb. jure regni. Archidiacon. n. 2. Ioann. Monach. n. 2. Anton. de Butrio n. 3. Dominic. n. 8. Corſetus n. 190. Franc. n. 2. Baldus in Margarita ſua. in verb. Reges non poſſunt. Anton. Bagnaſcat. conſ. 140. n. 2. vol. 2. diverſ. ultim. volunt. Lanarius conſ. 1. à n. 7. uſque ad 12. ita eos & plures adducit Niger Cyriacus in conſult. pro Duce Mantuæ. artic. 6. n. 482.* Sic quando Rex, Princeps vel Magiſtratus aliquis ab Ephoris regni, vel à ſuperiore, qui autoritatem & poteſtatem ex conſtitutione formæ Reipublicæ ſicut habebant apud Spartanos Ephori, vel à lege, aut populo habent animadvertendi in Reges & Principes, privatur Regno, Principatu, officio, & dignitate; tamen jus adipiſcendi Principatus, regni vel officii non poterit eripi his, quibus ex lege Regni fundamentali, vel ex contractu pactove vel ex conſuetudine ſucceſſio competit & debetur: imò jus illud ſalvum & illæſum ab Ephoris ſervandum eſt omnibus illis & unicuique in ſpecie ita vocatis: ni fieret, ne leges Regni & fundamenta Reipublicæ convellerentur, & pacta atque conventa violarentur ab his, qui jus quæſitum & debitum filiis ſucceſſoribus & toti familiæ, per vim & injuſtitiam ab eis auferre conarentur. *Arg. l. 3. de interdict. & relegat. vide & Althuſium in politicis c. 18. & Gregor. Tholoſan. libro 7. c. 4. n. 12. & cap. 5. n. 4. & libro 26. c. 5. n 21. de Republ.*

13.
14.
15.
16.
17.

Ephoris iſtis apud Lacedæmonios Regi adjunctis comparantur noſtri Electores Imperatori adjuncti. *Petr. Albin. de fam. VVittakindor. Petr. Heigius in quæſt. 4. n. 6. Alſted. in Encyclop. non uno in loco Electores vocat Ephoros Imperii. Schardius de Origin. Elect. Paeian. lib. 2. cap. 35. n. 25. 26. deprobat.* 18.

19. *bat. Althuſius d. c.* 18. *eos vocat, &* revera eſſe probat Ephoros Generales
20. Imperii Germanici. Non alienum fortaſſis à re fuerit, paucis conſiderare,
quam poteſtatem, auctoritatem, officium & munus in Repub. Ephori habeant. Ephori ſunt, *ut inquit & refert ex Althuſ. in Polit. c.*18. *in Encycloped. lib.* 23. *in Polit. cap.*3. *n.*52. *& cap.* 6. *n.* 8. Inſpectores, Tutores & Curatores Reipublicæ adjuncti Magiſtratui ſummo ad ejus poteſtatem limitandam. Univerſum enim populum repræſentant jureq; illius utuntur in Principe conſtituendo, juvando, & providendo, ne Reſpublica quidquam detrimenti capiat. Validiora ipſo Rege imperia obtinent: Principem enim conſtituunt & deponunt juxta leges fundamentales, id quod ampliſſimum eſt præeminentiæ argumentum. Atque hæc prærogativa mutuis pactis ſtabilitur. Hoc tamen non de ſingulis Ephoris, ſed de univerſis eſt accipiendum. Interim Princeps ſummam poteſtatem obtinere dicitur, quatenus Ephori adminiſtrationem Imperii & cumulum poteſtatis ipſi committunt. Illorum munia ſunt, Regem deſignare, conſtituere, inaugurare, conſtitutum conſiliis & auxilio juvare: ſi exorbitet, corrigere, monereque: ſine conſenſu & approbatione Principis, quamdiu ille officium ſuum facit, nihil in Reipublicæ negotiis ſuſcipere, nonnunquam conventum inſcio Principe agere, neceſſitate Reipublicæ exigente: Magiſtratu capto, prodigo, vel phrenetico, vel inhabili reddito, habenas Reipublicæ capeſſere, ipſo mortuo onus regiminis in ſe derivare, populum contra omnis generis turbatores & violatores defendere. Summus Magiſtratus eſt velut Tutor, Ephori Contutores adjuncti: atque hæc eſt cauſa, quod appellantur fratres ſummi Magiſtratûs, item Patritii, Seniores, Primores, & Officiarii regni, pacti inter ſummum Magiſtratum & populum initi Vindices, Cuſtodes & Defenſores juſtitiæ & juris, quibus ſummum Magiſtratum ſubjiciunt & parere cogunt. Sunt Conſiliarii Regni, & Cenſores honoris Regis. Ex hiſce liquet hos Ephoros quaſi pedes & fundamenta eſſe *συμβιώσεως πολιτικῆς.*

21. Si quis nunc Romano-Germanici Imperii ſtatum conſiderat, & Septemvirorum Senatum intuetur, & ejus eminentiam & poteſtatem, cum his, quæ modò dicta ſunt, confert, oportet ut Electores pro veris & generalibus Ephoris Reipublicæ Germanicæ agnoſcat; cum profectò eadem jura, officia, auctoritatem & poteſtatem, quæ Ephoris tribuuhtur reapſe & jure, ac ex conſuetudine & lege habeant, & exerceant; ſicut *ex Aureâ Bullâ, ex Capitulatione Regia, ex Sanctionibus Pragmaticis, ex Electorum à Cæſare confir-*
22. *matâ fraternitate,* & ex experientia pluribus cognoſci poteſt. Sunt enim & vocantur columnæ & baſes regni Germanici, & pars corporis Cæſaris, & latera Imperii, dicuntur aſſiſtere ſublimitati Cæſareæ, & in partem ſollici-
23. tudinis vocati. *Aureâ Bull. cap.* 3. *cap.* 12. *cap.* 16. *cap.* 24. *cap* 26. Cum hac poteſtate conſtituri, ut populum ipſum & Chriſtianam communitatem, quæ ab Imperatore gubernanda eſt, omninò repræſentent, ejuſque vicariâ utantur poteſtate, viceſque in Electione gerant, *ut ait Convarruv. lib.*3. *variar. reſolut. c.* 1. *Lupold l.* 1. *de juribus Roman. Imp. cap.* 6. *Caſtaldus de Imperatore quaſt.* 11. 15. *Althuſ. d. cap.* 16.

24. Cuivis nunc iſta perpendenti judicandum relinquimus, an veriſimile, juſtum & æquum ſit, Imperatorem tantam & tam abſolutam poteſtatem habere, ut aliquem Electorem, hoc eſt, Ephorum & Contutorem Imperii pro lubitu proſcribere, officio, honore & bonis privare, in exilium pellere,
25. & alium vel extraneum ſubſtituere? Totius enim Imperii, & omnium Ordinum intereſt, ne ſuis Ephoris, quibus adminiſtrationem & tutelam Reipublicæ commiſerunt, orbentur; quod citra ipſorum injuriam & damnum fieri non poteſt. Sunt enim ita conſtituti, ut ſint hæreditarii & perpetui;

petui, hocque eis officium per Ordines & Populum vi ſtipulationis & con-
tractus darum, eorumque ſucceſſoribus quoque attributum: Ac proinde
ſucceſſor, cui jus acquiſitum eſt, non poreſt privari citra injuriam Ordi-
num & violationem contractûs, quando prædeceſſor moritur ſive civiliter
hoc eſt, quando removetur ob crimen, ſive naturaliter.*Non autem mirum
eſt, ſi hi qui dominationem affectant, Ephororum jugum excutere cu-
piant, omnemque occaſionem & prætextum arripiant & inquirant eos in
ordinem cogendi & opprimendi, incipiendo à præpotentiore, per ejus
latus cæterorum jugulo petito. Idola, *inquit Antonius Perez Secretarius Re-* 26.
gis Hiſpaniæ in Aphoriſm. non amant habere in conſpectu & ante oculos
ſuos, ſculptores & ſtatuarios ſuos.

Propter alienationem factam à Patre ſine conſenſu Domini, filii & A- 27.
gnati non privantur feudo, quin imò illud, ſi antiquum ſit, recuperant ex-
cluſo Domino. *Alvarott. in c. 1. §. Titius filios n. 3. Zaſius part. 9 n. 29. Menoch.*
conſil. 304. n. 36. ubi n. 43. feudum ob alienationem amiſſum, filiis prius quàm
agnatis aut Domino deferri affirmat; quanquam alienatio tale delictum 28.
ſit, quod in contemptum & injuriam manifeſtam Domini vergat, & ob id
etiam alienator ſe beneficio indignum reddat eoque excidat; quia Domi-
num videatur contemnere, & ei fidem non ſervare, ideò ei dari, ut inju-
riæ ſuæ ultionem habeat. *c. 1. §. final. qua fuit prim. cauſ. benef. amitt. ibi:*
beneficium alienaverit, quia Dominum contemnere videtur: *ibid. Gotho-*
fred. per §. 2 in fin. tit. eod. c. 1. de prohibit. feud. alien. per Lotharium. & c. 1.
de prohibit feud. alienat. per Frider. Bald. in c. 1. Si Vaſall. feud. privet. & con-
ſil. 276. vol. 5. Hartmann. Piſtor. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. n. 74. Odofred. in ſum-
ma ſua, in rubricâ ſui. Ad quos feudum revertatur. Ideo nec etiam propter 29.
aliud crimen in Dominum commiſſum, per quod Vaſallus feudo privari
meretur, privandi ſunt ejus liberi & agnati: Nam ubi eadem ratio, ibi idem 30.
jus ſtatuendum *l. neque leges* 10. *l. nam ut ait Badius* 13. *l. non poſſunt omnes* 12.
D. de legibus. l. 3. C. eod. cum ſimilibus. Ratio enim nihil aliud eſt, quàm 31.
ipſa lex, imò anima legis. *Nicol. Everhard. in locis legal. in loco: à Naturâ le-*
gis ad ſtrictum jus. ut id quod ratione legis determinatur, ipſa lege deciſum 32.
dicatur. *Roſenthal c. 1. concl. 15. n. 3. allegans in gloſſ. cap. conſuetudo 1. diſtinct.*
l. ſcire oportet § ſcire. ff. de excuſat. tutorum c. 2. de appellation. Quærere enim 33.
legem ubi ratio adeſt, nîl aliud eſt quàm infirmitas intellectûs. *Angel. in*
conſ. 204. incipit: Quoniam in ultimis voluntatibus. colum fin. Curtius Iunior
in tractat. feud. part. 1. quæſt. 3. n. 12. l. Prætor ait. §. Interdictum D. de novi
operis nunciat. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. D. de verbor. ſignif. Gail 1.
obſerv. 2. n. 2. Sic ſententia contra Vaſallum lata, imo condemnatio Vaſalli 34.
ex contumaciâ factâ, non præjudicat ſucceſſori in feudo, cujus jus non po-
teſt facere deterius delictum defuncti. *ait VVeſenbec. conſ. 11. n. 38.*

Qui feudum ab Eccleſiâ recognoſcit, etiamſi crimen læſæ Majeſtatis 35.
contra Imperatorem, Regem vel Rempublicam commiſerit, feudum ta-
men non amittit, factâ confiſcatione bonorum per judicem ſæcularem,
niſi per ſententiam quoque Eccleſiæ ſit privatus. *dicit claris verbis Gigas*
rubric. de pœnis committent. crimen læſæ Majeſt. quæſt. 5. n. 8. per text in Cle-
ment. Paſtoralis de ſentent. & re judicatâ. in 6. & ita Baldum dixiſſe in l. 1.
quæſt. 42. n. 34. D. de rerum diviſion. & Iacob. Alvarott. in c. 1. Imperialem.
§. illud. n. 5. in fin. in tit. de prohibit. feud. alienat. per Frider. & Martin. de
Laudenſ. in tractat. de crimine læſæ Majeſtatis quæſt. 33. adde Farinac. in praxi
criminal. quæſt. 25. n. 66. Vultejus de feud. lib. 1. c. 11. n. 116. Menoch. conſil. 99.
n. 101. vol. 1. Roſenthal c. 11. concluſ. 11. n. 11. ubi dicit: quod per ſententiam
publicationis Vaſallus feudum non amittat, niſi ſententiâ Parium Eccle-
ſiæ privetur. Sic pari & fortiori ratione, præſertim ſi intuemur Reipublicæ 36.

Germaniex ſtatum & leges, Cæſariſque Capitulationem, dicere poſſumus; Sententiam ab Imperatore pronunciatam, confiſcationemque ab aulâ Cæſareâ decretam, non poſſe ullum Principum, qui membrum prænobile ſit Imperii, & feudum ab Imperio agnoſcat, privare feudo, niſi Parium Im-
37. perii, hoc eſt, Electorum & Principum ſententia accedat. In lege Regiâ, ſeu capitulatione, ubi ſine conſenſu Electorum ſe nihil in arduis rebus Imperii decreturum, neq; quenquam Ordinum proſcripturum, aut Imperii feuda alienaturum, jurat. Experientia & exempla atque conſuetudo probat, Imperatores in cognoſcendis cauſis, feuda Imperii Regalia ſpectantibus Principum & Ordinum tanquam Parium Curiæ judicio & conſilio uti neceſſe habuiſſe: Rodolphi I. Sigiſmundi & aliorum exempla reſtantur. *apud Crantz. lib. 5. Saxon. c. 22. Naucler. generat. 37. Cuſpinian. in Rudolpho I. Aventinus lib. 6. Annal. adde c. 1. §. 2. in fin. de prohibit. feud. alienat. Informatio juris & facti in cauſa Donavvert. Vultejus de feudis. 2. cap. 2. n. 1. de hoc nos pluribus infra.*
38. Principes enim non ſunt Imperatoris propriè Vaſalli, ſed Imperii; nec dicuntur & appellantur Principes Imperatoris ſed Imperii: Feuda ipſorum,
39. ſive ſint Electoratus, ſive Ducatus & Principatus, non nominantur nec ſunt feuda, vel Electoratus & Ducatus Imperatoris, verùm Imperii: vulgò vocant Reichslehen/ Reichsfürſten / Reichsſtände / Reichsſtädte / des Reichs Männer. Imperii feuda, Imperii Principes, Civitates Imperiales, Ordines & ſtatus Imperii, Vaſalli Imperii. Sic Reichs Marſchalck / Reichs-ſchenck / Reichs-Truchſäß / Reichs-Cammerer/ Reichs-Cantzler / Imperii Mareſchallus Saxo, Imperii Pincerna Bohemus, Imperii Dapifer Comes Palatinus, Imperii Cubicularius Brandenburgicus, Imperii Cancellarius. Sic in inveſtituris feudalibus Principum & Ordinum. Lehen/ Recht/ Gerechtigkeiten / etc. ſo er von uns vnnd dem Reich hatt; feuda, jura, privilegia, quæ à nobis ut tutore & Adminiſtra-
40. tore ab Imperio ut Domino & proprietario relevat. In Aureâ Bullâ Electores ſemper vocantur Sacri Imperii Electores, in ſpecie Rex Bohemiæ, Sacri Imperii Archipincerna; Moguntinus Archiepiſcopus, Archicancellarius Imperii per Germaniam: Colonienſis, Archicancellarius Sacri Imperii per Italiam: Trevirenſis, Sacri Imperii per Galliam & regnum Arelatenſe Archicancellarius: Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperii Archidapifer ſæpiſſimè: Dux Saxoniæ, S. I. Archimareſchallus: Marchio Brandenburgicus S. I. Archicamerarius. Sic Semptemviri hi vocantur propinquiora Sacri Imperii membra, & ſolidæ baſes Imperii, & columnæ immutabiles. Feuda etiam ſua, privilegia, literas, jura, libertates, conceſſiones, antiquas conſuetudines & dignitates ab Imperio Electores & Principes dicuntur obtinere: nuſpiam reperitur ſcriptum, Princeps vel feudum Imperatoris, aut tenere aliquis feudum ſuum ab Imperatore, ſed ab Imperio. Alius eſt, *inquit Brutus, in vindiciis. quæſt. 3.* Imperii, alius Imperatoris Cancellarius, alii atque alii hujus & illius officiarii, diverſa æraria, diverſi Quæſtores. Sic in Regnis, Polonico, Danico, Suecico, ordinariè Miniſtri, Cancellarii, Senatores ipſius Reipublicæ, qui inde vocantur, Reichs-rath / Reichs-Admiral/ Reichs-Cantzlers / Reichs-ſchatzmeiſter/ Quæſtores Regni; etſi
41. ſuos interea Reges habeant cubicularios, Miniſtros & familiares. Hinc *Iun. Brut. in Vind. d. qu. 3.* monet hanc diſtinctionem omninò adhibendam eſſe; quod nimirum alii ſint Amici Regis, alii Cæſaris. Amicos Cæſaris eſſe, qui Cæſari inſerviant; amicos Regis, Imperatoriſve, qui Regno. Cum enim quis regni cauſâ Rex dicatur, *inquit*, Regnumq; in Populo conſiſtat, regno verò perdito, labefactove, aut omninò Rex eſſe deſinat, aut minus ſaltem Rex ſit: qui ſanè regni utilitati ſtudeat, Regis verè ſunt Amici: qui regni utilitatem negligunt aut evertunt verè hoſtes. Ac ut neq; regnum à Populo, neq; Regem

gem

gem à regno; ita nec amicos Regis à Populi regnique amicis ſeparare ullo modo poſſis. *Haec ille.* Imperium ergò, hoc eſt, Senatus Populuſq; Romani 42. Imperii propriè habet dominium directum, ſicut in aliis etiam regnis Regnum ipſum eſt proprietarius, non Rex: quocirca quando feudum, vel vacat, vel aperitur & devolvitur, non ad Imperatorem, ut Dominum, illud, 43. niſi quatenus Reipublicæ & Imperii Rector & adminiſtrator eſt: ſed ad Imperium tanquam ad Dominum directum redit & devolvitur. *Carol. Molin. ad conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. 2. *gloſſ.* 4. *n.* 16. *ubi dicitur* proprietatem, & directum dominium non Principi, ſed Coronæ, Sceptro & Solio regio cohærere inſeparabiliter: ergò Corona & Sceptrum ſive Regnum habet dominium & proprietatem, non Rex. Res Imperii, *inquit Simon Toelmannus de crimine læſæ Majeſtatis n.* 56. publicæ ſunt, non propriæ Imperatoris, ſed in ipſius Imrii parrimonio, & ad ipſum Imperii corpus pertinent, quippè opponuntur Cæſaris rebus, itemque rebus fiſcalibus. *l.* 3 *§. penult. D. de jure fiſci. l. cum ſervus* 39. *§. penult. & ult. D. de legat.* 1. *l. pacta conventa* 72. *§. ult. D. de contrahend. emtion. & vendit. l.* 2. §. 2. 3. *&* 4. *D Ne quid in loco publico. l.* 1. *C. de pœnis judic. qui malè jud. l.* 1. *§. ſed & conſtitutio* 2. *D. de Calumniat. Althuſius in Polit. cap.* 19. *ubi dicit:* Penes Imperium & proceres ejuſdem regni proprietatem eſſe, adminiſtratione conceſsâ Imperatori & Regi. Hinc antiqui Imperatores, cum coronarentur fidem & hominium præſtabant Imperio, quo confitebantur Imperium eſſe Dominum, ſe verò clientes & Vaſallos illius. *Specul. Saxon. libro* 3. *§.* 54. *ibi:* Cum enim Rex eligitur, cogitur publico juramento fidelitatem & hominium Imperio præſtare. In illius locum hodiè Capirulatio introducta eſt, quâ eligendus in Imperatorem ſolemni formâ ſtipulationis, religioſo jurejurando confirmata ſe Imperio Ordinibuſque obſtringit. *Brutum vide in vindiciis, & Anonymum de jure Magiſtratus in ſubditos, qui docent & demonſtrant*; Imperatores Imperii, & Reges Regni ſui Clientes & Vaſallos eſſe: Imperium verò, Regnum, Proceres, Ordines, Populumq Dominum directum. Vox Domini apud veteres Romanos odioſa & invidioſa erat, ut in illo Virg. 4. Æneid.

44.
45.
46.
47.
48.

—— *Dominum Æneam in regna recepit*;

& alterius poëtæ dicentis

Tu Domini nomen, Principis ille tenet.

quia denotabat poteſtatem herilem, qualem heri, qui propriè Domini domûs ſuæ ſunt, in ſervos & domeſticos ſuos habent. Ideò Dominos ſe antiqui & moderariores Imperarores probioris notæ, appellari non ſuſtinuerunt, ſicut de Auguſto & Tiberio Suetonius, & Tacitus, de Trajano Plinius teſtantur. nemo ex iis niſi manifeſtè Tyrannus, qualis Nero, Domitianus, Caligula, Dominus vocari voluit. Clapmar. de arcanis imperii. lib. 3. cap. 2. Roderus in Martialem. Taubman. in Virgil.

Jam verò ſciendum eſt perſonam Imperatoris ſæpè mutari, eumque non aliter Imperio præeſſe, quàm Tutorem & Curatorem Minori, aut Epiſcopum & Prælatum Epiſcopatui & Eccleſiæ: aut Gubernatorem navi: vel Maritum doti: *per allegata ſupra & infra.* Imperium & Reſpublica ſive Populus perpetuò manet, & nunquam moritur, licet Reges, Imperatores & Rectores illius moriantur. Ut enim perennem fluvium fluxus: ita & populum immortalem ortûs & interitûs viciſſitudo facit. *l ſicut Municipum* 7. *§.* 2. *D. quod cujuſque univ. nomin. l. proponebatur.* 76. *de Iudiciis. ubi ratio additur*, quod ſpecie eâdem conſiſtente, eadem quoque res manere & eſſe exiſtimetur. *l.* 9. *§.* 3. *D. ad exhibend. l. inter ſtipulantem §. Sacram. D. de verbor. oblig. Iunius Brutus, id eſt. Philipp. Mornaus in vindic. contra Tyrannos q.* 3. *Natta conſil.* 638. *n.* 32. *ubi habetur*, quod dignitas Ducalis ſit dignitas regalis, quæ nunquam moriatur. *per c. liberti* 12. *q.* 2. *c. ſi gratioſè de*

49.
50.
51.
52.
53.

Reſcript. in 6. Et per Baldum in l. unic. §. excepto verſ. Sed quid ſi concedo. C. de
54. *caducis tollend. ubi dicit,* quod dignitas aliquid ſit regale, cum feudum regni
ſit conceſſum omnibus Regibus; & qualitas Regia non moriatur, licet in
individuo moriatur. *l. quod Princip. de leg. & dicere ait idem Natta, Petrum*
de Anchoran. & Dom. poſt Iohann. Monach. in d. c. gratioſè, quod licet ille
qui poſſidet dignitatem ſit corruptibilis, dignitatem tamen ſemper mane-
re. *§. licentiam in Authentic. Quomodo oportet Epiſcop. Baldus in c. 1. quæ ſint*
55. *regalia.* quod non ſit reperire perſonam, cum quâ finiantur regalia. *Card.*
Tuſchus tom. 2. concl. 420. n. 1. Mori non poteſt, *inquit*, dignitas, & ideò
licet Papa moriatur, tamen Papatus perennis eſt & perpetuus: ſic & Rex,
& Imperator, licet moriatur, tamen Imperium perpetuum eſt. *Baldus con-*
ſil. 159. ſuper eo quod n. 3. verſ. ſecundo præmittendum eſt. lib. 3. id. Bald in tit.
56. *de Pace Conſtant. §. hoc quod nos. verſ. unum tamen non omitto, ubi quod* Impe-
rium ſemper eſt, etiamſi deſiit eſſe illius gubernator. *allegat text. in Auth.*
quomodo oport. Epiſcop. §. ſed neque verb. licentiam.
57. Si quis inveſtituram accipit alicujus feudi à Tutore, cujus Dominus di-
rectus minorennis eſt, non propterea dicitur Vaſallus Tutoris, ſed mino-
ris. Nam pupillus dominus verè eſt, tutor verò Dominus tantùm quan-
tùm ad pupillarem providentiam attinet, habetur, *ait Brutus in vindu. q. 3.*
58. *per l. 8. & 9. de confirmand. tutor. & curat.* Ita Imperator Dominus Feudo-
rum Imperii tantùm quoad adminiſtrationem, protectionem & diſpoſi-
59. tionem: Imperium verò & Populus univerſus, Dominus verus & perpe-
tuus eſt, & exiſtimatur. *Card. Tuſch. tom. 4. concl. 31. n. 9. ubi dicit:* Pro-
prietatem Imperii adhuc in populo Romano conſervari *per Signorol. con-*
60. *ſil. 70. in quæſtione vertente n. 8. & ſeq. ver item non obſtat ſecunda.* Jura pro-
prietatis bonorum & feudorum Imperii ad ipſum corpus Imperii perti-
nent. *Vultejus de feud. libro 1. c. 5. n. 15. M. Anton. Peregrin. de jure fiſci lib. 1.*
tit. 23. n. 74. Tobias Paurmeiſterus de juriſdict. lib. 1. cap. 21. n. 19. Klockius de
61. *contribution. cap. 4. n. 110. Hottom. 1. illuſtr. quæſt. ubi dicit:* Regem tan-
quam Populi ſui Tutorem, præſcriptam tutoribus regulam ſervare debere,
ut tum denique pro Domino habeatur, cum pupillis providet, hoc eſt,
cum ſalutem & incolumitatem populi tuetur *l. tutor. 27. D. de adminiſtrat.*
Tut. Imperium autem & Reſpublica pupilla eſt *l. Rempublicam ut pupillam*
62. *extra ordinem juvari fas eſt 4. C. de jure Reip. libro 11. tit. 29.* At ſi nunc ali-
quis offendat Tutorem tanquam hominem privatum, non verò tanquam
tutorem, non poteſt dici offendiſſe minorem & dominum directum. Si li-
tem habuero cum Titio, antequam factus ſit Curator & Adminiſtrator
Caji, Domini mei directi, non propterea teneor litem deſerere, nec dici
poſſum continuando perſequi jus meum, illud contra Dominum meum
63. perſequi. Idem eſt, ſi quis Principum Imperii cum Imperatore, tanquam
cum privato & aliam perſonam ſuſtinente, cauſam habeat, aut quam ha-
buit antequam in Imperatorem ille inauguratus ſit, proſequatur, non Im-
64. peratori litem intendere, ſed primam & privatam agere intelligitur. Quo
igitur jure aſſeverari poteſt Fridericum Regem offendiſſe Ferdinandum
ut Imperatorem & Dominum ſuum directum, cum hic, quando ille Re-
gnum Bohemiæ apprehenderet, nondum creatus & electus eſſet Impera-
tor. Rei & Perſonæ non exiſtentis nullæ ſunt qualitates & nomina *l. ejus*
qui in provinciâ. verſic. quod ſi ſtipulatus. ubi Dd. D. Si certum petat. l. Celſus
D. de Vſucap. c. ad diſſolvend. de ſponſalib. impub. lib. 6. Parìſius conſil. 30. n. 25.
65. *tom. 4.* Deinde Fridericus non cœpit litem cum Imperatore, ſed eam
quam habuerat cum Ferdinando, tanquam cum Rege Bohemiæ ab Ordi-
nibus exauctorato, proſecutus eſt, quod certè jus faſque habuit, aliàs vadi-
monium deſeruiſſe & Bohemos ſocios neci tradidiſſe dici potuiſſet. Si quis
con-

controverſiam habeat cum homine aliquo privato, & is deinde in Magi-
ſtratum eligatur, an ille hunc offendere & injuriâ afficere præſumendus &
dicendus eſt, proprereà quod cœptam litem proſequarur? Adhæc Fride- 66.
ricus nequaquam dici poteſt, quod cum Imperio & Imperatore, ceu Ad-
miniſtrarore Imperii lirem & conrentionem habuerit,& per eam illud &
hunc directè offenderit; quia in eo tanrùm cardo conrroverſiæ verreba- 67.
tur, utri, Ferdinandoné Auſtriaco, an Friderico Palatino, meliori jure re-
gni Bohemi poſſeſſio & fruitio deberetur. Ar Imperium, hoc eſt, Principes 68.
Ordineſque Imperii, quibus Populus curam Reipublicæ commiſir, & Im-
peraror, ut Imperator non erant pars; ſed Judices poriùs & Pares Curiæ,
ad quorum cognitionem ſpectabar litem illam jure & judicio terminate,
cognitis & examinatis utriuſque partis allegarionibus. Ideò eriam illorum
cognitioni ſeſe Fridericus ſubmirrere ſemper paratus erat, imò ad eos mul-
toties provocavit, & auxilium legis imploravir. Sciebat enim Dominum 69.
directum, hoc eſt, Imperium quod Principes & Ordines conjuncti repræ-
ſenrant judicem eſſe legitimum controverſiæ de feudo Imperii, inrer duos
Vaſallos Imperii. *c.1.in princ. de controv.feud. ap. Pares terminandâ. c. un. An
apud Iudicem vel Curiam Domini quæſtio feud deb. term. c. un. de controverſ.
inter Epiſcop. & Vaſall.* Si uterque conrendenrium feudum ad ſe perrinere
dicar, rùm Dominus cum Patibus cognoſcit. *in c. 1. §. illud tamen. de inve-
ſtit. in marit. fact. 2. Feud. 15. Vultejus de feud. libro 2. cap. 2. n. 17. Myn-
ſing. 1.obſerv. 99. Schrader. de feud. part. 10. ſection. 1. Calvinus aliàs* Kahl *in
Iuriſpr. feudali circa fin.* Si Vaſallo cum Domino conrentio inrercedir, di-
judicario ad Pares Curiæ pertiner, cui & ipſe Imperaror litem de feudo
cum Vaſallo Imperii habens, ſeſe ſubjicere renerur. *ʃʃ. ult. De prohibitâ
feud. alienat. per Frider. c. un. §. ſententia. de pace Conſtantiæ. Vult. d. cap. 2.
n. 24. VVeſenbec. de feud. cap. 17. Schrader. d. part. 10. ſect. 5. n. 28. Burſat.
conſil. 49. n. 3. ubi habetur*, quod nec conſuetudine induci poteſt ur Domi-
nus ſit judex in lite, quæ inter ipſum eſt & Vaſallum. *Calvinus d. loco.* Hoc
verò ideò norandum eſt, quia utrovis modo, ſive cauſa hæc Bohemiæ acci-
piatur pro conrroverſiâ inter Ferdinandum & Fridericum, ranquàm Con-
vaſallos Imperii, ſive pro lite inrer Ferdinandum ut Imperatorem & caput
Imperii, & Fridericum ut Vaſallum, non Imperator ſolus præſertim judex
eſſe poreſt. Primo caſu non excludirur quidem à cognitione, ſed neceſſe
eſt, ur ex receptâ conſuerudine, & vi capitularionis regiæ Electores & Prin-
cipes Ordineſque pro qualirate feudi & perſonarum, ranquam Pares Cu-
riæ & Aſſeſſores in judicio adhibear. Altero caſu planè abſtinete deber ju-
dicio; cum nemo judex eſſe poſſir in ſuâ causâ.

Quemadmodum igirur diſtinguendum inter Imperatorem & Impe- 70.
rium, quod ſcilicer hoc habeat dominium directum & proprierarem in
feudis Imperialibus; ille Adminiſtraror ſit Imperii, & Dominii directi: Sic
quoque diſtinguendum inter fiſcum Cæſaris, & inrer fiſcum Imperii. Si 71.
Vaſallus Imperii crimen, propter quod feudum committir & amirrit, per-
perrar, rum feudum ſi rale eſt, ur in commiſſum cadar, aperirur & devol-
virur fiſco Imperii, non fiſco Imperatoris; Si hujus fiſco cederer, privaretur
Imperium jure & dominio ſuo, quod injuſtum & abſurdum forer, & feuda
aperta fierenr parrimonium Cæſaris.

Non autem aſſerendum eſt, nec ſtatuendum, nec talis inrellectus ſumen-
dus, ex quo abſurdum, inconveniens & injuſtitia ſequitur. *l. abſurdum. D.
de bonis libert. l. fin. C. de auctor. præſt l. unic. §. pro ſecundo. C. de caduc. tol-
lend. Everhard. in loco ab abſurdo. Cardinal Tuſch. tom. 1. concl. 66.* Noran- 72.
dum igitur ante omnia aliud eſſe fiſci, aliud Principis patrimonium; alias,
inquam, res Imperatoris, Regis, Principis, alias Antonini, Henrici, Phi-

lippi, *ut Iun. Brut. in vindic. q.3. ſcribit:* Res Regis, *inquit*, ſunt, quas ipſe ut Rex poſſidet: Res Antonini, quas ut Antoninus. Et illas quidem à Populo, has à Parentibus accepit. Hæc diſtinctio in jure civili crebra eſt, in quo aliud Imperii, aliud Cæſaris patrimonium dicitur; alius fiſcus Cæſaris, aliud Reipublicæ ærarium, alius Cæſaris, alius fiſci Imperatorii Procurator; alii Comites ſacrarum largitionum, alii rerum privatarum: adeò ut qui tanquam Imperator præfertur privato in hypothecâ, tanquam Antoninus poſtponi interdum poſſit. *l. benè à Zenone. C. de quadrienn. præſcript. l. unus. C. de Quæſtorib. & Magiſtrat. offic. l. fiſcus. D. de jure fiſci.* Conſimiliter in Imperio Germanico aliæ ſunt res Maximiliani Auſtriaci, aliæ Maximiliani Imperatoris & alii Imperii, alii ipſius Quæſtores; ut etiam alio jure ſunt gentilitiæ Principum ditiones, alio quæ Electoratûs dignitatibus annexæ ſunt. Quod verò de duplici genere bonorum Imperatoris, deque ejus & Imperii fiſco dictum eſt, obiter animadvertere debemus, propriè fiſcum Principis dici *l. 1. §. hoc interdictum. D. ne quid in loco publ. ubi Vlpian.*
73. *dicit:* quod res fiſcales quaſi propriæ & privatæ principis ſint. Clarius in Panegyrico *Plinius*, Non eadem, *inquit*, ſeveritate fiſcum quâ ærarium cohibes, imò tantò majore, quantò plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Ælius Spartanus Hadriano damnatorum bona in fiſcum privatum redigi vetuit, omni ſummâ in ærario publico receptâ. Ærarium verò publicum, Populique Romani *δημόσιον ταμεῖον* ſaccus publicus. *Tacit.*
74. *Annal. 6.* Bona Sejani ablata ærario, ut in fiſcum cogerentur. Artamen interdum fiſcus pro ærario, & ærarium pro fiſco uſurpatur. *Coraſ. Miſcell. lib. cap. 19. n. 2. 3. Demſterus ad Antiquitates Roſini cap. 36.* Non omittendum hoc loco, *quod Cujacius in paratit l. ad lib. 1. C. de officio Comitis rerum priv.*
75. *tit. 33. ſcribit:* Bona Principis aut Fiſcalia ſunt aut patrimonialia; & utraque propria, aut quaſi propria & privata Principis. Propria bona quæ Princeps poſſidet in patrimonio & dominio Principis. Fiſcalia quaſi in patrimonio, propriè in Patrimonio Principis non ſunt: hæc enim in hæredem Principis non tranſeunt, Patrimonialia tranſeunt in hæredem, vel in bonorum poſſeſſorem, etiamſi non ſucceſſit in Imperio. *l. 16. de legat. 2.* Ex hâc bonorum diverſitate facti ſunt duo Comites, unus qui præeſſet fiſcali ſubſtantiæ, alter qui propriæ: hic Comes rerum privatarum dicitur, ille Comes ſacrarum largitionum. *Hæc Cujacius. ſic Vultejus ad tit. C. de juriſd. lib. 1. n. 46. 47. & ſeqq.* Bona Principis dicit, eſſe vel fiſci, vel ipſius Principis, illa eſſe Principatûs ipſius ſive Imperii, quod perpetuum ſit & univerſale, nunquamque moriatur, quamvis Cæſar moriatur: hæc in patrimonio privato, non quatenus ſit Princeps aut Cæſar, ſed quatenus Juſtinianus aut Conſtantinus, quomodo & cæteri ſua privata bona habeant. Utraque quidem dici patrimonialia, ſed illa in patrimonio fiſci, hæc in patrimonio Cæſaris ſive Principis cenſeri: *per l. 2. §. hoc interdictum. D. ne quid in loco publ. l. pacta conventa 72. in fin. D. de contrah. emtione. l. cum ſervus. 39. §. final. D. de legat. 1. l. final. D. qui potior. in pignor. habeant. l. fiſcus 6. D. de jure fiſci. l. final. C. de collat. bonor. fiſcal. l. ult. & penult. C. de quadrien. præſcript. Bruckmannus in §. ſoluta poteſtas, ſive de regalibus. in 2. membr. quarti capit. effect. 1.*
76. *n. 65. per multos; ubi in fine dicit:* Patrimonalia Principis, res privatas eſſe, nec æſtimari jure publico. *arg. l. reſpublica. C. ex quibus cauſis major.*
77. Non tamen infitias imus Principem Imperii poſſe crimen læſæ Majeſtatis committere offendendo Imperatorem, ut Imperatorem, hoc eſt, ſupremum Imperii Rectorem, caput & columen. Capite enim læſo, totum ſimul corpus læditur: & hoc caſu Imperium & Imperator non diſtinguuntur, & qui rebellis eſt Imperatoris, & etiam rebellis Imperii; & è converſo. *Extravag. Qui ſint rebelles. ubi Bartol. in verb. tenore. n. 5. verſ. item*
quis

*quis poſſet & iter in verſ. noſtri Imperii. ut refert Tuſch. Cardinal. tom. 4. con-
cluſ. 31. n. 17.* Sed ſi Princeps Imperii aliquid contra Imperatorem, tan-
quam aliquem Principem alium, ut puta, Regem Ungariæ, Bohemiæ, aut
Archiducem Auſtriæ, vel Comitem Tirolis, moveat, vel motum conti-
nuet, is nequaquam crimen læſæ Majeſt. commiſiſſe, multò minus Impe-
ratorem & Imperium offendiſſe dici poteſt: Nam una perſona diverſarum 78.
perſonarum jura habere poteſt. *Caſtrenſ. conſil. 313. quod incipit: Notandum
in princ. lib. 1. & in conſil. 250. in pr. eod. libr. per text. in l. tutorem D. de iis
quib. ut indign. Tuſchus tom. 6. concluſ. 317. Roman. conſil. 422. Iſte Franci-
ſcus n. 2. verſ. quarto, ad idem facit. ubi dicit,* Regem habentem Comitatum
in ſuo regno, eſſe & reputari & Regem & Comitem, ita ut tanquam Comes
ſubſit Regi, tanquam alius: ita qui habeat Ducatum & Comitatum, in il-
lo unam, in hoc aliam perſonam repræſentare. Qui litem habet cum Re-
ge, tanquam Comite, non cum illo, ſed cum hoc litem habet, neque illum,
ſcd hunc offendit. *Vultejus ad d. tit. Cod. de Iurisdict. tit. 24. l. 1. 9.* cum Im-
peratores, *inquit*, ex Principibus eligantur, hi verò ſuos habeant Ducatus,
Comitatus & alias dignitates, & plerique plures, atque ex illis cenſeantur
diverſis reſpectibus, obſervandum eſt, ſiquidem controverſia ſit cum Im-
peratore, non ut cum Imperatore, ſed cum Duce vel Comite, quod eo-
dem jure in foro ſortiendo utitur Imperator, quo quivis Dux vel Comes
alius, nullâ Imperialis dignitatis vel eminentiæ aut ſuperioritatis habitâ
ratione. Diverſi enim reſpectus in eâdem perſonâ diverſos operantur 79.
effectus.

Prætereà non inconvenienter hoc loco animadvertendum; quod, ſi con- 80.
tingeret, ſicut bis terve contigiſſe rerum monumenta tradunt, ut Impera-
tor propter offenſam & malam adminiſtrationem mereretur deponi Im-
perio & exauctorari, illud non magis fraudi & nocumento Imperio ſit,
quàm vel pupillo tutoris aut curatoris perfidia & dolus, vel univerſitati Ad-
miniſtratorum & Decutionum delictum, vel Eccleſiæ Prælati *aculia* &
prodigalitas. *l. 1. 2. 3. 4. D. quand. ex fact. tut. l. ultim. D. de adminiſtr. &
peric. tut. l. 15. in princ. D. de dolo. Bartol. in l. ſi dolo. D. ſi quis omiſſâ cauſ. te-
ſtam. Oldrad. conſ. 66. an ex delicto. in princ. Cardinal. Tuſchus tom. 6. con-
cluſ. 212. n. 5. & ſeq. Card. Tuſch. concluſ. 398. n. 34. ex Bald. conſ. 27. circa
med. lib. 3. & ex Sonsbekio in uſib. feudor. part. 13. n. 7. & 27.* Ac proinde li- 81.
cet Dominus offendens Vaſallum aut committens tale crimen, ob quale
Vaſallus, ſi id commiſiſſet, feudo cecidiſſet, privetur proprietate, & ſe in-
dignum reddat directo ſuo dominio. *c. 1. qualiter Domin. proprietat. feud.
priv. ibi gloſſ. & Feudiſta unanimiter c. 1. in fin. de formâ fidel. c. un. §. Domino
committente 2. feud. 26. Si de feudo defuncti. Zaſius de feud. part. 10. n. 80. & ſe-
quent. Afflict. in d. c. 1. Qualiter Dom. n. 11. Clarus in §. feud. quæſt. 68. Ro-
ſenthal cap. 6. quæſt. 60. n. 5. cap. 10. quæſt. 20. n. 45. & 48. & cap. 11. con-
cluſ. 19. n. 1. & in gloſſ. a. Baro Schenck. de beneſic. lib. 3. cap. 5. Curt. de feud.
part. 6. n. 1.* Nam quâ ratione, quibuſque caſibus & conditionibus feudum
propter crimen Vaſalli commiſſum ad Dominum; iiſdem jus etiam Domi-
ni, hoc eſt directum dominium commiſſum ad Vaſallum defertur. *d. c. 1.
§. Domino committente. Si de feudo defuncti content. fuer. lib. 2. tit. 26. ibi Al-
varott. & Iſern. c. unico. Qualiter Domin. propriet. priv. gloſſ. in c. 1. §. Item
qui Domino. Quæ fuit prima cauſa beneſ. amitt. Everh. in loco à correlatis.* Do-
minus enim & Vaſallus ſunt correlativa & judicantur à pari, *inquit ibi text.* 82.
*junctâ gloſſ. in tit. de forma fidel. in fin. & ibi Bald. Alvarott. & Dd. iſtud no-
tant & valdè exclamant.* Et ita tempore noſtro, *ait Everhardus*, practicari
vidimus in Rege Franciæ, quoad Comitatum Flandriæ & Artheſiæ; quod
commenda memoriæ. In pœnis ſiquidem inferendis Dominus & Vaſallus
ad

ad paria judicantur, *ait Ruding. lib. 2. controv. ſeudal. cap. 150. n. 4. per d.*
c. 1. Qualiter Domin. propriet. Colerum allegat in proceſſib. executiv. part. 1.
83. *cap. 9. n. 80. Fichard. conſ. 22. n. 2. volum. 2.* Attamen Eccleſia, Reſpubli-
ca, Imperium, Minor proprietatem ſive jus feudi, non amittunt, nec illud
cum utili dominio Vaſalli conſolidarut, quando Imperator, Prælatus, Ad-
miniſtrator & Tutor, quia tantummodò Procuratores non veri Domini
ſunt, vaſallum offenderunt *canon. delictum perſonæ non debet in damnum Ec-
cleſiæ redundare. de Regul Baldus in d. c. domino committente n. 2. Alvarott.
ibid. n. 6. Afflict. & Laudenſ. ibid. ille n. 3. hic n. 4. Frideric. Schenck. quoque
n. 5. & Petrus Ravenn. ibid. Roſenthal c. 11. concluſ. 22. n. 10. allegans etiam
Zaſium part. 10. num. 83. & plures alios. Caſtrenſ. conſ. 424. n. 6. lib. 1. ubi
dicit :* Ex delicto Tutoris & Curatoris, Procuratoris, Prælati, Decurionum
non obligari & teneri Pupillum, Dominum, Eccleſiam, Univerſitatem.
84. *l. neque in interdicto. 159. D. de regul.* Sic è converſo Imperator Prælatus
aut Curator, non debent lucrari, aut ſibi vindicate proprietatem & dire-
ctum dominium, etiamſi ipſos offenderit Vaſallus Imperii, Eccleſiæ, & Mi-
noris. Argumentum hoc ſive ad locum à correlativis, ſive ad locum à con-
trariis referas perindè ſanè eſt. Utroque modo adſtruitur veritatis, & æqui-
85. tatis ac juſtitiæ ratio. Nam primò ſicut in correlativis idem eſt judicium &
eadem diſciplinâ, ut quod ſtatuitur & diſponitur in uno, illud etiam intel-
ligatur ſtatutum & diſpoſitum in alio. *l. final. C. de indict. viduitate. l. ult.
D. de accept. l. 1. C. de cupreſſ. & luco Daphnenſi. lib. 11. l. curatorem. & ibi gloſſ.
& Dd. C. de interdict. matrimon. Everhard. in loco à correlativis per totum.* Et
regula, *inquit*, correlativorum eſt regula parium *ſecundum Baldum in l. eum te*
86. *in Gallia. C. ſi certum petat.* Ita quoque contrariorum eadem eſt ratio &
diſciplina, unoque percepto, percipitur & alterum *l. qui accuſare 8. D.
de accuſation. l. 1. circa princ. D. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt. l. 1. §. ſtipula-
tionum D. de ſtipulat. prætor. in princ. Inſtit. de tutelis. l. penult. & ibi Bald. C.
de ſolution. §. illud. & ibi gloſſ. Inſtit. de ſocietate. Dynus in c. poſſeſſor. 2. de re-
gul. in 6 n. 1. ubi dicit :* per intelligentiam unius contrariorum, percipitur
alterius intellectus. *& in cap. qui ſentimus. eod. n. 6. ubi multis & concludit
n. 7.* uno, *inquiens*, cognito, habetur cognitio alterius. *§. cum autem Inſtit.
de contrahend. emtion. l. 1. §. pro ſecundo. C. de caduc. toll. l. & ſi contra tabulas.*
87. *35. D. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* Cum Wencelaus ignavus Imperii digni-
tate exueretur, id non nocuit vel Imperio vel Sigiſmundo ejus fratri, quin
illud jure ſuo incolumi frueretur, & hic in Imperatorem eligeretur.
88. Magna igitur & manifeſta inter Imperatorem & Imperium diſtinctio &
differentia conſtituta eſt. Imperium propriè & ſolummodò Dominus di-
rectus eſt feudorum regalium & Electorum ac Principum Imperii; huic
feuda aperiuntur & devolvuntur, non Imperatori, qui non eſt Dominus
Imperii, ſed merus cuſtos, tutor & procurator. *l. bona Civitatis 15. ibi: pu-
blica ſola, ea quæ populi Rom. ſunt. D. de verbor. ſignif. hoc eſt, Imperii Romani,*
89. *ut explicant Dd.* Dominus quidem bonorum illorum Imperator nomina-
tur, ſed adminiſtratione, juriſdictione & gubernatione; non autem directo
dominio ſeu proprietate. *ut ait Franciſc. Zoan. Conſiliarius Ferdinandi I. li-
bro de Romano Imperio n.* 150. Etiſtam dicit fuiſſe clariſſimam *Bulgari Gloſ-
ſatoris* Romano Cæſare interrogante ſententiam, cui reliqui poſteà Gloſ-
ſatores ſubſcripſerunt *in Proœmio Digeſti veteris, in princ. in verb. ſanctionem:
quo loco ſcribunt;* Romanum Imperium & res contentas in eo eſſe ſanè Im-
peratoris, ratione totius juriſdictionis, adminiſtrationis ſeu protectionis:
non autem proprietatis. *addit plura in eam ſententiam Zoannett. n. 151. ubi ex
oratione Maximini in hæc verba refert.* Nobis autem diſpenſatio tantum
atque adminiſtratio Principatûs unà nobiſcum, Milites, demandata eſt.
n. 152.

n. 152. & 154. & ſeq. rationes allegat. & ſummatim concludendo dicit: Meritò
Imperii Romani directus Dominus ſeu proprietarius Imperator ſecun-
dùm prædicta nec eſt, nec juſte dici poteſt. Nihil enim præter Reipubli-
cæ curam & defenſionem cum univerſali juriſdictione illi uni & in unum
conceſſa fuit à Populo Romano. *n. 156. & 157. ubi hae notanda:* En igitur,
inquit, ſi res fiſcales Imperii verè non ſunt propriæ nec privatæ ipſius Cæſa-
ris: multò minus ea, quæ extra patrimonium fiſci Imperialis ſunt, ejuſdem
Imperatoris dici poterunt. Nec te moveat, quia dixerit, *Vlpianus in l. 2.
§. hoc interdictum. D. ne quid in loco publico.* res fiſci Imperialis eſſe quaſi
proprias & privatas Imperatoris. Nam ibi per illam dictionem, *quaſi*, quæ
eſt nota impropriètatis nos manifeſte docet Juriſconſultus Imperatorem
non eſſe verum Dominum ſeu proprietarium bonorum fiſcalium Imperii,
ac multò minus aliarum rerum Imperii non fiſcalium, licet ratione ſcilicet
juriſdictionis & adminiſtrationis ſit Dominus, id eſt, loco Domini & pro-
prietarii habeatur. Sic & de Tutore dicitur; qui rerum pupillarium Do- 90.
minus etſi non ſit, Domini tamen loco adminiſtrationis, defenſioniſque
ratione conſtitutus cenſetur. *l. interdum. §. Qui tutelam. D de furtis. §. Ali-
quando juncta gloſſ. in verb. Domini. Inſtit. de Vſucapion. Hae Zoannettus ad
Ferdinandum I. & ad omnes Electores, Principes & Ordines Imperii ingenuâ li-
bertate & veritate auſus eſt.* Erubeſcant nunc & pudefiant temporis noſtri 91.
adulatores καὶ ἀθυρονόμοι (leges ludos facientes) qui per aſſentationem Fer-
dinando II. perſuadere haud verentur, Electoratum Palatinum, bonorum
& feudorum Imperii non minimam partem, ejus fiſco, ipſo jure propter
crimen ultimi poſſeſſoris apertum fuiſſe & in commiſſum cecediſſe, ita ut
de illo tanquam de re fiſcali & ad ſe devolutâ, diſponendi pro ſuo libitu, &
conferendi cui voluerit poteſtatem liberam & ſolutam habeat. Cum igitur
Imperator verus Dominus & proprietarius feudorum & bonorum Impe-
rii non ſit, nec ea in fiſcum referri poſſint, ſed Imperium ſolum ſit directus
Dominus, quod non poſſit bonis atque juribus ſuis & honore contra con-
ſuetudinem & leges ſpoliari & diminui; manifeſtum eſt, nullo cum funda-
mento juris, nec aliquâ firmâ ratione aſſeverari atque prætendi poſſe, feu-
dum Imperii præſertim regale, ex pacto & providentiâ, non uni ſed toti
generi jure primogenituræ ex lege publicâ debitum & acquiſitum propter
crimen unius Vaſalli Imperii, ad Imperatorem tanquam ad Dominum di-
rectum, ſub prætextu, quod crimen in ipſum fuerit commiſſum, devolu-
tum eſſe. Separata ſeparatorum jure cenſenda. *l. final. in fin. D. de Calum-* 92.
*niatorib. l. cum actum. D. de negotiis geſtis. l. qui feud. §. ſi fundus. ibi. propriam
& ſeparatam conditionem habent. D. Pro emtore. l. inter ſtipulantem. §. ſacram.
ibi. ſed hæc diſſimilia ſunt D. de verbor. obligat. l. Papinianus exuli D. de mino-
rib. l. ſi domus D. de ſervitut. præd. urban. l. non idcircò in princ. D. de judic. l. de
bonis in princ. D. de edict. Carbonian. l. neque natales C. de probat. l. ſi maribus
C. de donat. int. vir. & ux. l. age cum C. de tranſaction. §. Pavonum. Inſtit. de
rerum diviſ. c. dilectus. de offic. ordin. c. 2. de tranſact. Epiſcop. c. ſi Eccleſiam. de
conſecrand. Eccleſ. lib. 6. clementin. religioſi. de decimis. c. quæ ipſis. 33. diſtinct.
c. in nullo. 18. quaſt. 2.*

Si quis offendit Imperatorem, nec ſimul Imperium, non poteſt dici com- 93.
miſiſſe crimen in Dominum directum; minus meretur feudo privari: ſi- 94.
cut nec is, qui à Civitate, a Republicâ à Capitulo & Eccleſiâ, à minore &
pupillo feudum recognoſcens offendit Adminiſtratorem, Prælatum, Epi-
ſcopum, Tutorem, non debet feudo privari, niſi ſimul Dominum dire-
ctum offenderit, hoc eſt, eâ intentione ſcelus patrarit, ut Reipublicæ Ec-
cleſiæ, ac Pupillo injuriam facere voluerit: offenſa, niſi directò in perſo-
nam Domini cum hâc intentione, ut læderetur in vitâ aut honore, vergat

 & ten-

& tendat, feudum antiquum non aufertur poſteris, & ex inveſtiturâ vocatis filiis & agnatis. *d. c.* 1. *§. denique. ubi ita legitur:* Si verò non in Dominum, ſed alias graviter deliquerit, vel grave quid commiſerit, ſicut ille, qui fratrem ſuum interfecit, vel aliud grave crimen, quod parricidii appellatione continetur, commiſerit, feudum amittit, & non ad Dominum, ſed ad proximos pertinet. *tit.* 24. *lib.* 2. *qua fuit prima cauſ. benef. in tit.* 37. *eod. libr. an ille qui interfecit. clarius:* quod nimirum Vaſallus, ſi interfecit fratrem Domini ſui, non ideò beneficium amittat: ſi verò talem feloniam, per quam in Curiâ ſtare non poſſit, commiſerit, feudo quidem privetur, ad Agnatum tamen proximiorem illud pertineat, quia felonia erga Dominum non fuerit facta. *Vide ad iſta loca Andr. de Iſern Bald. Præpoſit. Alvarott. Nicolaum de Neap. & alios omnes. Roland. à Valla conſ.* 64. *n.* 9. 10. *vol.* 3. *ubi dicit:* Delictò in perſonam Domini directò commiſſo, feudo etiam deſcendentes & tranſverſales privari: ſecus eſſe ſi delictum commiſſum ſit extra Domini perſonam: *ibi allegat Bald. in l. final. C. de liberali cauſâ. & alios. in conſ.* 60. *n.* 50. *eod. volum. dicit communem & magis communem, quod & Clarus in §. feud. quæſt.* 66. *n.* 3. *affirmat.* Ideò offendens non Dominum feudi, ſed Dominum Civitatis, non intrat privatio, quia non directa eſt in Dominum offenſa. *ut dicit Tuſch. Cardinal. in concl.* 198. *n.* 15. *ex Caſtrenſi conſil.* 312. *n.* 3. *lib.* 1. *quanquam Auriga ille Iuris Feudalis Andreas de Iſern. contrarium teneat in d. c.* 1. *& §. ult.* quod imò ſi feudum ſit antiquum, etiamſi offenſa ſit directa in Perſonam Domini, non devolvatur feudum ad Dominum, ſed ad Agnatos vocatos.

95. Quid autem in conſtitutione pacis publicæ circa confiſcationem feudorum ordinatum ſit contra Vaſallum, qui pacem publicam rupiſſe convincitur, videamus. Non melius hoc poterimus explicare, quam ex mente & ſenſu verbiſque *Roſenthali ſummi & expertiſſimi Iuriſconſulti.* Si in perſonam Domini, *inquit,* Vaſallus crimen fractæ pacis perpetravit, conſtitutio illa, quoad feuda diſpoſitionem juris feudalis ſequi jubet. *§. ubi autem fractio pacis contra Dominum feudi facta eſſet. & Gail lib.* 2. *de pace public. cap.* 13. *num.* 14. *& cap.* 14. *n.* 7. *& ait Marian. Socin. Iunior. conſil.* 68. *n.* 128. *vol.* 3. Commiſſum feudum per fractionem pacis publicæ, non ad Agnatos vel Succeſſores deferri, ſed per Dominum directum detineri & diſtribui *juxta*
96. *diſpoſitionem dict. conſtit. quamdiu fractor pacis vivit.* Adhæc exaudio conſtitutionem illam Imperii in feudis hæreditariis, pro ſe & hæredibus acceptis
97. & informibus, non autem de iis, quæ ex pacto & providentiâ ſunt. Moveor primò quod filii iis, modo ſint antiqua, privari non debent ob delictum Patris. *ſup. hoc eod. cap. quæſt.* 5. *num.* 8. *&* 11. Secundum quæ opinio verior, & in Germaniâ recepta eſt. *prout ſupr. cap.* 2. *quæſt.* 33. *oſtendi.* Secundò quod lex aut conſtitutio de feudo ſimpliciter loquens & diſponens de feudo, in propriâ & verâ ſuâ naturâ exiſtente, intelligenda eſt. *per ea quæ ſupr. c.* 2. *quæſt.* 54. *& ſæpiùs dixi.* Atque *ibidem dict. c.* 2. *quæſt.* 33. *& alibi oſtendi:* tale non eſſe feudum ex pacto & providentiâ, quoniam id in eo degeneret, quod diſpoſitio *cap.* 1. *Agnati vel fil.* in eo obtineat; ſed feudum informe pro ſe & hæredibus (*quod iſti comparatur, quæſt.* 50. *c.* 2.) acceptum. Et in hanc ſententiam ſatis manifeſtè mihi inclinare videtur. *Andreas Gail dict. cap.* 14. *n.* 7. *lib.* 2. *de pace publicâ.* Quod ſi verum eſt, prout eſſe puto, ſequitur feuda ex pacto & providentiâ ſtatim bonis Vaſalli ob pacem publicam violatam publicatis, non ad Dominum, ſed ad Filios & Agnatos devolvi: quare hæc quæſtio otioſa non eſt. *Hac Roſenthal cap.* 11. *concl.* 11. *n.* 21. 22. *& ſeq.*

CAPUT

CAPUT XXI.

ARGUMENTUM.

Per digreſſionem proponuntur in hoc capite, & examinantur cauſa & rationes, quare tàm varia opiniones & ſententia, diſſenſiones, contrarietates & confuſiones, tum inter Doctores Feudiſticos, tum in ipſis etiam libris feudorum, in definiendis controverſiis feudalibus occurrant.

Deindè oſtenditur, quo recurrendum ſit, in tanto vacillantium ſententiarum conflictu; nimirùm ad Conſtitutiones, Leges, & Conſuetudines Imperii; tum ad rationes in juſtitiâ & æquitate fundatas; tum ad interpretationem eorum, qui auctoritatem ſicut condendarum, ita etiam interpretandarum legum habeant. Librum feudorum rapſodiam eſſe, conſuetudines diverſas, & ſecundum loca variare: eſſe anormes, multa in iis ἄλογα occurrere, colluviem variarum opinionum & ſentinam ambiguitatis, repugnantia & abſurditatis; magnam hujus juris partem incertam eſſe, cum tamen pro certo jure habeatur: à Longobardis originem trahere, qui magis Marti quàm Muſis & literis operam dederint, & moribus ſuis leges accommodârint; ideò non mirum ſi interdum barbariem ſæculi redoleant.

An libri feudorum Authentici ſint, controverti; quia ab iis, qui illos debuiſſent approbare, non ſint confirmati, nec formam legum ſolemnium habeant: à multis Iureperitis nullam illis tribui autoritatem; quanquam alii pertendant, eos in foro Romano & Germano allegari poſſe: ita tamen ne legibus fundamentalibus aliquid detrahant, aut jura provincialia, & conventiones familiarum lædant. Dici quidem vulgò conſuetudines univerſales, cum tamen reverâ non ſint, ſic merè locales, etſi dicantur univerſales. Ignoſcendum quidem ſcriptoribus feudalibus in eo, quod ex farinâ rancidâ panem mucidum coxerint: dolendum tamen, quod jus feudale, non deligentiori ſtudio, meliori methodo & puriori ſermone excoluerint. Si ſuperiorum temporum Imperatores illud emendaſſent, & in formam redegiſſent, rem Cæſareâ Majeſtate & providentiâ, laudeque dignam facturos, ac Patriam à plurimis diſcriminibus liberaturos fuiſſe.

In juris feudalis diſciplinâ, in mutuâ Vaſallorum & Dominorum obligatione, in feudorum regalium conſervatione, conſiſtere Romani Imperii & Patria ſalutem: Majorem rerum ſoli & immobilium partem occupaſſe: illius beneficio Rempublicam ſartam tectam fuiſſe conſervatam. Siquidem de regnis & regalibus, de Electoratibus, Ducatibus, Principatibus, Territroiis Caſtriſque tractet; deque lege Salicâ Francorum, Aureâ Bullâ, Edicto Succeſſorio, de Capitulationibus & Sanctionibus Imperialibus, de Regibus, Imperatoribus, Electoribus & de Regalibus agat, non autem de rebus vilibus; ſed de rebus magni momenti, libertate, honore, vitâque Principum, de ſummis officiis, de ſucceſſionibus, de juribus ſanguinis ſtemmatum nobiliorum, de prærogativis familiarum illuſtriſſimarum, de inveſtituris Ducum & Procerum, deque ſimilibus arduis ſummam rei ſpectantibus rebus. Non in otio hoc jus eſſe conditum, ſed endo-procinctu ſub pellibus, & in agro hoſtico: Non itaque mirum eſſe, ſi Viri Martiales illud non tàm ſtudioſè, caſtrenſibus negotiis occupati, excoluerint; propterea tamen non contemnendum eſſe, quia ejus tractatio Reipublica utilis ſit & neceſſaria.

Doctores Feudiſticos ex obſcuritate, confuſione, abſurditate, ambiguitate, & diverſitate opinionem, ſententiarum, legumque, anſam diſputandi, & innumeros libros conſcribillandi arripuiſſe, quos vix ullius hominis ætas perlegere & evolvere poſſit. Summa: Iuriſprudentiam feudalem multorum Camelorum onus eſſe, & reverâ carnificinam ingeniorum, temporis voraginem, ſtudiorumque

rumque ſufflamen. Si hoc jus à primis ſuis autoribus emendatiùs conſcriptum, meliùs digeſtum, & ab abſurditatibus repurgatum fuiſſet, multarum diſputationum, magnarumque contentionum materiem ſublaturum fuiſſe. Feudiſticos ſcriptores diſputandi & ſcribendi pruritu inſlammatos, quicquid in buccam venerit annotaſſe, hinc multos libros compilaſſe, & fermè integros exſcripſiſſe.

Ius feudale pro diverſitate populorum & morum non uniforme eſſe: Saxones alio jure quàm Francos uſos: cæteros quoque Europæ populos jus feudale ſuis inſtitutis & Reipublicæ formis accommodaſſe; hinc fieri, ut tanta opinionum & ſententiarum diverſitates apud ſcriptores, in libris etiam ipſis Feudalibus occurrant.

Germaniam duplici ſemper jure uſam, Saxonico nimirum & Franconico: ideò etiam vacante Imperio binos Vicarios conſtitutos fuiſſe, quorum alter jus Francorum, alter jus Saxonicum tueretur. Romanum Imperium diviſum fuiſſe, in duo regna, Langobardicum & Teutonicum, rectumque ſemper duplici jure, Franconico & Saxonico. Secundum illa bina jura, feuda feudorumque leges potiſſimùm conformatas eſſe: Quocirca in controverſiis feudalibus dijudicationem faciendam ſecundum bina illa jura, niſi aliud vel lege ſingulari, vel conſuetudine præſcriptum ſit.

Iure Francorum ſucceſſiones fieri jure primogenituræ in feudis dignitatum, excluſis Fratribus & Agnatis, quibus tamen jus ſuccedendi reſervetur in caſum devolutæ ſucceſſionis: Feudum conceſſum pro Filiis & hæredibus, cenſendum eſſe feudum de familiâ ex pacto. Qualibet ſane feuda conferri vel jure Francorum, vel jure Langobardorum; in illis primogenitum tantum, in his ſecundum commune feudorum jus liberos æqualiter admitti. Feuda regalia, inprimis Electoratus formam & legem ſucceſſionis ex jure Francorum accipere; ideò de illis ſecundum jus Francorum ſtatuendum & judicandum eſſe.

Prætereà Feudiſticos Scriptores perplexos redditos fuiſſe ex eo, quod vario genere pœnarum in Vaſallos Imperii felonia commiſſa convictos antiquitus animadverti viderint; cum tamen conſiderare debuiſſent, priſcis temporibus in more Germanorum fuiſſe, ut quiſque Princeps lege ſuæ gentis judicaretur & condemnaretur. Adhac minus accuratè feudorum Interpretes diſtinxiſſe ſucceſſiones privatorum à ſucceſſionibus Regum & Principum Virorum; quæ fiat in regna, in Electoratus, ac Principatus, in qua Primogenitus in familiâ & ſtirpe jure primogenituræ ſuccedat. Ejuſmodi ſucceſſiones legibus communibus & feudiſticis conſuetudinibus ſubjicere, & jure Romano metiri abſurdum. Privatorum quidem feuda ex jure feudali decidi poſſe; ſed regias ſucceſſiones ex legibus Regni, conſuetudineque & pactis dijudicandas eſſe. Aliud certè eſſe privatorum feuda confiſcare & auferre, aliud regna & provincias. Aliter olim, apud Romanos, Cives, aliter Provinciales & ſervos punitos: de capite civis non niſi per maximum Comitiatum ſententiam ferri potuiſſe. Abſurdum autem eſſe & iniquum, cenſere & æſtimare, Electorem, Archiprincipem & columnam Imperii deterioris conditionis, quàm infimæ claſſis civem. Vel hinc apparere, cauſas, in quibus Principum Imperii ſalus, vita & exiſtimatio controvertatur, non ad Doctorum ſuffragia deducendas eſſe, neque multitudinem & numerum ſcribentium, ſed pondera rerum, & veritatis fundamenta attendenda eſſe: Non communem ſententiam Doctorum à communi jure ſæpè aberrantem, ſed Conſtitutiones Imperii reſpiciendas eſſe; nec ex multitudine, ſed ex ſcientiâ judicandum.

CONSPECTVS.

1. IN decidendis cootroverſiis feudalibus, & ad enodaodas contrarias & perplexas Doctorum altercationes, recurrendum eſſe;

2. Ad Cooſtitutiooes, leges, & conſuetudines Imperii:

3. Deinde ad rationes io jure & æquitate fundatas:

4. Denique ad interpretationem eorum, qnibus poteſtas eſt ſanciendarum & interpretandarum legum io Republicâ.

5. Libros feudorum rapſodiam eſſe variorum Juriſconſultorum, diverſas diverſorum locorum cooſuetudines, aliquas etiam Imperatorum conſtitutiooes cootinentem.

6. Ideò etiam vocari conſuetudines & uſus Fendorum.

7 Quorum compilatores fuerunt ſimplices Advocati.

8. Jus feudorum nihil aliud eſſe, quàm couſuetudinem in ſcripturam redactam.

9. Ideò feudi qualitatem, ejus acquiſitionem & conſervationem & tranſmiſſionem magis regulati cooſuetudine, quàm jure communi.

10. Hinc regulam eſſe, quæ in cauſis Regiarum & feudalium ſucceſſionum ad verus cujuſque geotis inſtitutum, reſpicere jubeat.

11. Conſuetudioes iſtas ita comportatas & deſcriptas, locales, non univerſales, neque inter ſe conformes, imò ſæpè abſurdas, & contrarias ſibi invicem eſſe; hinc fieri, ut tam confuſa, abſurda, ſpuria, aliena, & inenodabilia in feudorum jure occurrant.

12. Tria præſertim maxima vitia in iis ambiguitatem, repugnantiam, & abſurditatem à Juriſconſultis notari.

13. Pleroſque locos & textus ioter ſe diſſidere.

14. Baldum compilatoribus iſtis ruditatem Arcadicam exprobraſſe, eoſque pecora vocaſſe.

15. Feudorum diſciplioam & inſtituta à Longobardis & Germanis originem habuiſſe.

16. Eos leges ſuis moribus & temporibus accommodaſſe.

17. Hinc fieri ut oonnihil barbariem ſæculi redoleant.

18. Controverti à multis, ao libri feudorum authentici ſint, & vim juris habeant.

19. Alios ex commnni ſenteotiâ vim legis obtinere, aſſeverare.

20. Hoc ita intelligendum eſſe, ne Conſtitutionibus Imperii, vel Aureæ Bullæ, aut Capitulationi regiæ, vel ioveſtituris & pactis familiarum aliquid detrahatur.

21. Licet dicaotur conſuetudines univerſales, eis tamen multis in locis in Germaniâ per contrarias cooſuetudines & leges derogari.

22. Ignoſcendum ſcriptoribus feudalibus, in eo, quod ex turbido lacu aquam fæculeotam hauſerint.

23. Dolendum etiam, quod præcipua hæc juris publici pars tàm fœdè & malè tractata & conſcripta fuerit.

24. Si eoim hoc ab Imperatoribus factum fuiſſet, Rempublicam Chriſtianam multis ſeditiooibus & turbis cariturum fuiſſe.

25. Io juris feudalis diſciplioâ, io inveſtiturarum obſervatione, in reciprocâ Vaſallorum & Dominorum obligatione, in familiarum illuſtrium, & feudorum regalium cooſervatione reſidere Imperii Majeſtatem, ſplendorem, vires & ſalutem:

26. Electorum etiam & Principum, officiorumque militarium & civilium perpetuitatem:

27. Militaris expeditionis complementum io feudis, io eâdem familiâ & genere conſervandis, conſiſtere.

28. Munerum & honorum gradus antiquitùs conſtitutos obſervandos.

29. Feuda, iotegra Regna, Electoratus, Ducatus, Principatus complecti.

30. In unius hujus juris feudalis fuodamentis, & mutuæ obligationis vinculis Imperium hacteous ſartum & tectum deſeoſum fuiſſe.

31. Jus enim feudale non de rebus minoribus & privatis, ſed de regnis & regalibus, provioeiis & regionibus;

32. De lege Salicâ Francorum, de Aureâ Bullâ, de ſucceſſione Regum & Principum;

33. De Ordinibus & Statibus regoi;

34. De jure, privilegiis, de honore & exiſtimatiooe Regum Electorum, & Principum in Republicâ Chriſtianâ;

35. De ſupremis dignitatibus & Magiſtratibus;

36. De ſucceſſionibus regiis & juribus ſanguinis;

37. De conſervatione illuſtriſſimarum Familiarum;

38. De jure filiis & Agnatis in regnis & Principatibus quæſito; & ſimilibus maximi momenti rebus, tractare.

39. Jus illud non in otio, ſed eodo-procinctu ſub pellibus per Imperatores, Duces, conſtiturum fuiſſe.

40. Hinc noo mirum, etiamſi quædam in eo occurrant, quæ à civili jure & humanitate noonihil exorbitent.

41. Doctores Feudiſticos ex obſcuritate, diverſitate, & varietate morum, conſuetudinum, legum & edictorum, quibus libri feudorum repleti ſint, occaſionem & materiam diſputandi, & innumeros libros conſcribendi, arripuiſſe.

42. Ad quos perlegendos vix ullius hominis ætatem ſufficere.

43. Juriſprudentiam feudalem multorum camelorum onus eſſe, carnificinam ingeniorum, temporis voraginem, & ſtudiorum ſufflamen.

44. Si exculta, & eâ quâ par fuerat induſtriâ tractata fuiſſet, multarum & magnarum turbarum & litium materiem & fomenta præcidi potuiſſe.

45. Pleroſque commentatores Feudiſticos cacoëthe ſcribendi & diſputandi, infinita, abſurda, & quæcunque in buccam venerint, in ſuos libros inferſiſſe.

46. Alios etiam aliorum libros compilaſſe & exſcripſiſſe.

47. Hinc tantam varietatem ſententiarum, confuſionem & repetitionem in libris eorum deprehendi.

48. Præterea eos non attendere ad conſuetudines, inſtituta & mores cujuſque loci, quæ à communi feudali jure diſſentiant.

49. Pro diverſitate Populorum, Ingeniorum, varia genera & leges feudales, juraque conſtituta fuiſſe.

50. Germaniam ab omni, in hoc uſque tempus, duplici jure uſam, Saxonico, & Franconico.

51. Hinc etiam factum, ut bini vicarii juris illius duplicis tuendi causâ conſtituti ſint.

52. Romanum Imperium in duo regna, Longobardicum & Teutonicum diviſum, rectum fuiſſe duplici jure Franconico & Saxonico.

53. Secundum illud feuda, feudorumque leges formatas fuiſſe.

54. Hinc in decidendis controverſiis feudalibus eò reſpiciendum; imprimis autem ad leges fundamentales Imperii, ad inveſtituras & conſuetudines recurrendum eſſe.

55. Jure Francorum, bona, feudum, & Principatum, ad primogenitum pertinere, reſervato jure ſuccedendi fratribus & Agnatis in caſum devolutæ ſucceſſionis.

56. In feudis dignitatum ſolos primogenitos ſuccedere.

57. Feudum jure Longobardorum ſecundum communes juris feudalis regulas cenſeri, & ad hæredes æqualiter tranſire.

58. Feuda regalia, Principatus, præſertim Electoratus, formam & legem ſucceſſionis ex jure Francorum, non ex jure Longobardorum accipere.

59. Antiquis temporibus moris fuiſſe, ut quiſque Princeps ſecundum gentis ſuæ legem judicaretur & condemnaretur.

60. Hoc à Doctoribus non fuiſſe obſervatum, inde non mirum, quod in pœnis privationem feudi importantibus, variaverint:

61. Nec etiam accuratè diſtinxiſſe, quanta ſit differentia inter ſucceſſiones privatorum hominum in bona patrimonialia;

62. Et inter ſucceſſiones Regum, Electorum, Principum, in regna, Principatus, & integras provincias.

63. Horum ſucceſſiones legibus civilibus & feudiſticis conſuetudinibus metiri & dijudicare, nefas eſſe.

64. Quanta differentia inter has & illas ſucceſſiones & inter hæreditates ſit, tantam etiam eſſe inter pœnas & animadverſiones, quæ in homines privatos, & quæ in Principes ſtatuantur & decernantur.

65. Aliud eſſe plebejorum bona auferre & confiſcare, aliud Regna & Principatus.

66. Apud Romanos de capite civis non niſi per maximum Comitiatum ſententiam ferri potuiſſe.

67. Electorem & columnam Imperii deterioris conditionis, quàm civem proletarium cenſere, abſurdum eſſe.

68. Non igitur cauſas, in quibus Electorum & Principum Imperii ſalus, honor & vita verſetur, ad Doctorum umbraticorum ſuffragia deducendas eſſe:

69. Minus ad eorum numerum & autoritatem definiendas.

70. Non quid multitudo autorum & communis Doctorum opinio, ſed quid leges & conſtitutiones Imperii præſcribant & ſanciant, attendendum eſſe.

71. Non judicandum ex multitudine; ſed ex ſcientiâ.

72. Non præceptorum autoritatem, ſed juſtitiam & veritatem rationemque eſſe præferendam.

73. Dicta Doctorum eſſe tantùm probabilia, non authentica.

In

IN hoc capite operæ pretium nos facturos arbitramur, ſi 1.
paulisper & velur interquieſcendo, ſicur aurigæ in viâ fa-
cere conſueverunt, examinemus & conſideremus: quæ-
nam cauſa ſit, cur tàm diverſæ & variæ opiniones & ſen-
tentiæ, rot & ranræ diſpurationes & altercationes inter
Doctores Feudiſticos, non modò circa quæſtionem, de
devolutione feudi, quando Vaſallus, proprer feloniam &
crimen in ipſum Dominum commiſſum, illo privatur; an in commiſſum
cadar & ad Dominum offenſum revertatur; an verò filiis & Agnatis relin-
quendum ſir: Sed in aliis etiam controverſiis, ex jure feudali decidendis,
excirenrur, foveanrur & proponanrur: Deinde, quo recutrendum ſir, &
unde decisiones in hoc conflictu diverſarum opinionum petendæ & hau-
riendæ; nempè ex conſtirutionibus, legibus & conſuetudinibus Imperii, 2.
eque pragmaticis ſanctionibus; tum ad rationes in æquitate & jure funda- 3.
ras; denique ad interpretationem eorum, qui vi Magiſtrarûs poteſtarem ut 4.
condendarum, ita & interpretandarum legum habenr.

Ac primò quidem ſciendum eſt, librum Feudorum, quo Doctores in de- 5.
cidendis cauſis feudalibus utunrur, eſſe compilationem, ſeu rapſodiam &
farraginem quandam ex variorum auctorum, & Jureconſulrorum in foro
Mediolanenſi verſantium ſcriptis, compilaram, diverſas diverſarum Civi-
tarum in Italiâ conſuetudines, tum Imperarorum quorundam Conſtitu-
tiones aliquas, à privatis hominibus, nullâ legis condendæ auctoritare præ-
diris, congeſtas, continentem. *Franciſc. Duaren. in comment. ad conſuetud.
feud. cap. 1. n. 4. in fine. Niell. Diſputat. feudal. 1. theſ. 3. lit. a. Ferra. Montan. 1.
Feudor. 3. Iohann. Rudinger. variarum lection. juris feudal. lib. 1. cap. 3. num. 4.
Helfrich. Vlricus Hunnius tractat. feudal. cap. 2. in 5. opinione*, quam probat
& omninò arripiendam eſſe, & præ cæteris amplectendam rationibus ad-
ductis probat *Cujacius in proœmio ad libr. feudor. Stephan. Forcatul. in com-
mentar. feudal. cap. 1. Laurentius Sylvanus de feudi recognitione quæſt. 1. n. 1.
Hartmann. Piſtoris in Seiſſelitz in quæſt. feudal. 19. n. 8.* Hinc libri feudorum 6.
inſerti in fine Corporis Juris Civilis, vocantur Conſuetudines & uſus Feu-
dorum; quia conrinent Conſuetudines feudales Civitarum Longobardi-
carum, Mediolani, Ticini, Cremonæ, Mantuæ, Placenriæ, Veronæ, alia-
rumque vicinarum urbium; à *Gerhardo Nigro, ſive de Gagapiſtis, & Oberto de* 7.
*Orto, civibus Mediolanenſibus, (qui fuerunt ſimplices Doctores & Iuriſconſ. ait
Franciſc. Curtius de feud. in 1. quæſt. n. 1. Nicolaus Mozzius in rubric. de ori-
gine feudor. n. 32. Laurent. Sylvanus d. quæſt. 1. n. 49.* harum conſuerudinum
compilarorem ſimplicem Advocatum & Juriſperitum fuiſſe dicit, ur ipſe-
met fatetur. *in c. 1. ex quib. cauſ. feud. amittatur. & in c. 1. de feudi cognit.
& n. 50. Obertum, Gerardum, & Philibertum ſimplices I.C. vocat.* quorum di-
cta probabilia rantùm ſint, non aurem neceſſaria.) vel ab aliis incertis Ra-
pſodis ſine arte & merhodo, memoriæ, & conſervationis cauſâ comporta-
tas & coacervaras. *lib. 1. tit. 27. Feudor. Otto Friſingenſis de geſtis Friderici
Imperatoris lib. 2. Cujacius in d. proœmio. Borcholten de feudis. c. 2. n. 28. Rober-
tus Maranta in ſpecul. pract. part. 3. n. 84. Rudinger. in Epiſtolâ dedicatoriâ
ad lib. 2. controv. juris feudal. Iohann. Calvinus vel Kahl in collationibus &
notis ad d. proœmium Cujacii. Silvanus d. quæſt. 1. n. 33. VVeſenbec. in proœm.
feudal. n. 2.* Ideò jus feudorum, nihil aliud eſſe, quàm conſucrudinem, 8.
quamvis in ſcripruram redactum ſir. *Bartolum teſtari in l. de quibus. D. de le-
gib. ait Rudinger. d. lib. 2. cap. 1. n. 3. Clarus §. feudum. quæſt. 2. Oldendorp. de
actionib. claſſ. 1. Rubric. de benef. action. Iacob de Ardizone in ſummâ juris feu-
dal. cap. 2. Schrader. conſ. 6. n. 132. vol. 1. Roſenthal cap. 1. concluſ. 8. Ioann.*

Blanc.

Blanc. in Epitom. feudali lib. 1. cap. 1. n. 21. Cacesalupus de feudi cognitione, ar-
9. *tic. 5. n. 1.* Hinc natura & qualitas feudi, ejus adeptio, acquiſitio, & conſer-
vatio, atque tranſmiſſio magis regulatur conſuetudine, quàm jure commu-
10. ni. *c. 1. de ſucceſſ. feud. Antonius Quetta conſ. 95. n. ult.* Sic regula feudalis
præcipit in cauſâ Regiarum & Feudalium ſucceſſionum vetus cujuſque
gentis inſtitutum Romanas leges vincere, *ait Hottom. in controverſ. Patrui
& Nepotis tit. 15. per c. 1. tit. 1. lib. 2. de feudor cognition. & tit. 13. lib. 1. de alie-*
11. *nat. feud.* Cum autem conſuetudines, quæ libris feudorum inſertæ ſunt,
& ſecundum quas Compilatores voluminis feudalis, ſuas opiniones & re-
ſponſa formare neceſſe habuerunt, diverſæ & variæ, locales non univerſa-
les fuerint. *Hottomann. in diſput. de jure feud. cap. 10. ubi*, Italicæ Provin-
ciæ varia pro cujuſque Civitatis arbitrio feudalia inſtituta fuiſſe dicit, & in
libris feudorum commemorari. *lib. 1. tit. 27. §. 2. & lib. 2. tit. 32. & tit. 40.
c. 1. §. final. lib. 1. tit. 1. ibi: aliter in Mediolanenſi curiâ obſervatur.* Unde fit,
quod tanta locorum diſcrepantia animadvertitur, quod uno titulo ſæpius
res diverſæ farinæ tractantur, atque eadem res pluribus titulis ſubinde ad
nauſeam uſque repetitur, *ſcribit Rudinger. in d. cap. 3. n. 4. lib. 1. iiſdem ver-
bis iterum in Epiſtolâ dedicat. lib. 2. Oldrad. conſ. 159. & conſ. 270. n. 9.* quod
feudorum leges magnâ ex parte conſuetudines ſint particulares, quæ non
debeant extendi niſi ad ea loca, in quibus vigent. *Ægidius Bellamera conſ. 48.
n. 31. & n. 32. Silvanus d. quaſt. 1. n. 40. & 49. per l. an in totum. C. de ædific.
privat. l. fin. C. de teſtament. l. fin. D. de juriſd. omn. judic. §. jus autem civile.
Inſtit. de jure Natur. Gent. & Civili. l. jus ſingulare. D. de legib. Iacob. de Bel-
viſo in cap. 1. in tit. Epiſcopus vel Abbas. gloſſ. & Bald. in c. 1. de feud. cognit.
circa finem. Nicol. Mozzius in rubric. de orig. feud. n. 36.* Cum igitur conſue-
tudines iſtæ locales non ſint unius modi, nec inter ſe conformes & con-
ſentaneæ, ſed variæ & diverſæ, ſæpè etiam anormes & exorbitantes, diſ-
junctæ & diſparatæ, ſecundum locorum & urbium varietatem & disjun-
ctionem, moreſque horum & illorum diverſos & diſtantes, ut tot leges &
inſtituta, quot civitates ac regiones extiterint: non mirum eſt, ſi in feudo-
rum libris tam diſſona, abſurda, ſuperflua, contraria, ἄλογα τε καὶ ἀσύνομα
occurrant, & capitula confuſa, diſtorta, depravata, obſcura, & inenodabi-
lia deprehendantur, multa etiam ſpuria, aliena, adſcititia, pro genuinis aſ-
ſuta ſint, nonnulla etiam aliter atque aliter legantur & explicentur. Ope-
ræ pretium eſt audire *Franciſcum Hottomannum illud Galliæ decus*, quid de
his feudorum libris dicat & ſentiat: Rapſodiam & farraginem vocat, ex
variorum auctorum ſcriptis ſuffarcinatam, non unius alicujus civitatis cer-
rum & conſtitutum jus eſſe, neque uno aliquo ex fonte manaſſe; ſed eſſe
colluviem quandam variarum opinionum & ſententiarum de controver-
ſiis feudalibus, quæ pro cujuſque, vel civitatis inſtituto, vel pragmatici ar-
12. bitrio, vel Imperatoris Germanici conſtitutione, diſceptabantur. Se, *in-
quit*, tria in jure feudiſtico perſpexiſſe vitia longè turpiſſima, ambiguita-
tem, repugnantiam & abſurditatem: Imò tantam, *ait*, & tàm abſurdam in
propinquis ejus primi libri locis diſcrepantiam animadvertere, ut incredi-
bile ſit hominem benè de mente conſtitutum, quod prima pagina ſcripſe-
rit, non meminiſſe in tertiâ: Se ergò dicere & affirmare magnam juris feu-
diſtici partem, quæ pro certâ & exploratâ traditur, eſſe ambiguam, incer-
tam, atque in medio ab ipſius auctoribus relictam: quo in genere plura lo-
ca ex iſtis libris adducit ambigua, & in incerto relicta, quæ tamen ab omni-
bus Doctoribus & Cauſidicis atque Pragmaticis, paſſim & in ſcholis, & in
13. foro pro certo & explorato jure tradi aſſeverat. Deindè quantum ad repu-
gnantiam, dicimus, *inquit Hottomannus*, pleroſque horum librorum locos,
qui vulgò pro conſentaneis proferuntur, perſpicuè inter ſe diſſidere, neque
ſibi

ſibi feudiſtas de ſuo jure conſtare; ſed eorum planè contrarias & diſſidentes ſententias in eâdem cauſæ & controverſiæ conſtitutione proferri: cujus rei pauca exempla ex magno numero proponit: deinde ſubjicit exempla quædam abſurditatis, quæ contra rationem & naturalem æquitatem eſſe videntur. *Hæc ex Hottomanno in præfat. ad diſputation. de feudali jure. & in alterâ præfatione ad commentar. in feudor. uſus.* Adde jam quod *Baldus* 14. multos ſuo tempore liberè dixiſſe *ſcribit*, nullam in toto jure feudiſtico ſapientiam ineſſe: imò compilatoribus iſtis ruditatem Arcadicam exprobrat; *& in cap.* 1. *§.* 1. *lib.* 2. *tit.* 28. Obertum & Geratdum fuiſſe duo pecora, *ait*, qui contra jus divinum, civile, & naturale ſtatuerunt. Sciendum prætereà 15. Longobardos (à quibus Feudorum diſciplina & inſtitutum promanavit. *Jacob. de Belviſo in cap.* 1. *lib.* 1. *feud. tit.* 1. *Peucer. lib.* 4. *Chronic. in vitâ Caroli M. Duaren. cap.* 3. *n.* 4. *Petrus Heigius part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 31. *Helfric. Ulricus Hunnius de feud. cap.* 1. *in* 10. *opinione dicit*, hanc ſententiam veriſſimam omnium & præ cæteris amplectendam. *& Rudinger. d. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. hanc opinionem communi calculo recepram *affirmat. Roſenthal cap.* 1. *concluſ.* 8. *n.* 2. *dicit*, communem interpretum ſententiam, feuda non ex jure Romanorum, ſed conſuetudinibus Germanorum orta, originem trahere. *per Iſerniam in prælud. feud. n.* 41. *allegat plures alios*, & ſententiam crebriorem, unicam & concordem omnium Doctorum appellari *ab Intrigliolio in centur. feudal. quæſt.* 3. *n.* 20. *VVeſenbec. de feud. in tit. de orig. Feud. Fachineus lib.* 7. *controv. jur. cap.* 1. à Longobardis originem duxiſſe frequenrioribus ſuffragiis Doctores probare. *Marin. Freccia in princip. lib.* 1. *de origin. feud. n.* 4. *& n.* 82. At animadvertendum, Longobardos Germaniæ populum fuiſſe & in Italiam colonias deduxiſſe, ibique Regnum Longobardicum conſtituiſſe) & veteres mediæ & impolitioris ætatis legiſlatores, belli-potentes magis, quàm ſapienti-potentes, *ut ait Ennius*, fuiſſe, in rei militaris & bellicæ laudis ſtudio, quàm in æquitate interpretandâ, dijudicandiſque civilibus controverſiis occupatos & deditos. *Hottomann. in Epiſtol. dedicator. ad libr. diſputat. de jure feudali.* Leges ſuis moribus & temporibus, ſuis in- 16. geniis & perſuaſionibus accommodaſſe, & formæ præſenti regiminis & Imperii, captuique hominum rudiorum adaptaſſe: hinc factum, ut leges, 17. ſtatuta, & conſtitutiones interdum difficiliores & agreſtiores, nonnihil ab humanitate diſcrepantes, & barbariem ſæculi redolentes condiderint, quæ neque Civili Romano juri, neque æquitati & manſuetudini Chriſtianæ, neque repurgaris noſtri ævi moribus conveniunt. *Bald. in prælud. feud. column.* 2. *& Claudius Aquenſis in proœmio ad uſus feud.* Multas in libro feudorum Conſtitutiones & leges iniquas, & irrationabiles eſſe, *teſtatur Laurent. Sylvanus quæſt.* 1. *n.* 47. *in fin.*

Hæc cum ita ſe habeant, haud immeritò viri non contemnendæ auctoritatis quæſtionem movent, an libri iſti feudorum rhapſodici Authentici 18. ſint, & vim juris in decidendis & determinandis controverſiis obtineant, jurique ſcripto, ſicut aliæ Imperatorum Conſtitutiones & ſcita ſuperiorum, annumerandi ſint, quia neque conſenſu communi, neque auctoritate publicâ, neque expreſſâ ſanctione & diplomate eorum, qui legis condendæ poteſtatem habent, conſcripti, publicati, confirmati & approbati reperiantur, neque in iis forma, ad legis eſſentiam requiſita, obſervata fuerit. *Hoſtienſis in ſummâ de immunit. Eccleſiæ. §. in quantum. verſic. ſi verò paternum.* nullam eis tribuit auctoritatem. *eum ſequitur Ægidius de Bellamera conſ.* 48. *n.* 32. 33. *ubi dicit:* Leges feudales & decretum Gratiani non eſſe autoriſabilia, non enim eſſe publicatas, nec ſcriptas, nomine Principis. *Anton. de Prato Veteri in proœmio ad libr. feudor. col.* 7. *ut eum citat Laurent. Sylvanus d. quæſt.* 1. *n.* 48. *ubi dicit: Joannem Andream in c. latos in fin. prima*

gloſſæ. Qui filii ſint legitimi. eandem tenuiſſe opinionem. & Andream de Iſern. in c. 1. de feud. cognition. 2. Feud. 1. in fin. dixiſſe: hiſce conſuetudinibus non eſſe credendum, niſi quatenus ratio urgeat. *Helfric. Hunnius in tract. feud.*
19. *cap 3. in princ.* rationes hujus opinionis, quas poſteà refutat, *adducit.* Sed has ſcriptas feudorum conſuetudines, ut quæ immemorialis temporis lapſu, & voto omnium communi comprobatæ, coràm Imperatoribus, & in omnibus judiciis ita allegatæ, & ſic tacitè, ſi non apertè receptæ ſint, legis auctoritatem & vim obtinere, dubitare non oportere, *ſcribit Roſenthal d. cap. 1. concl. 9. n. 1. Iacob. de Bellviſo c. 1. § final. Qui feuda dare poſſint. Franciſchin. Curtius in 1. quæſt. primæ partis. tractat. feud. Baldus, Alvarottus, Iaſon, Afflictus, Præpoſitus, Martinus Laudenſis in præludiis ſuis ad uſus feudorum. plures apud Roſenthal d. num. 1. in gloſſ. a. & Sylvanum d. n. 48. ubi*, poſtquam rationes pro hâc ſententiâ firmanda adduxerat; ita concludit: Omnes antiqui & noviſſimi, qui gloſſemata in hunc librum feudorum ediderunt, eum authenticum eſſe reputarunt; alioquin ſuper caduco opere laboraſſent, & ideò *dicebat Baldus*, quod ignari literarum ſunt, & veritatis reprehenſores, qui contrarium ſentiunt. Deſinant itaque, *inquit ille*, latrare, ſibique labia mordeant. *Hæc Sylvanus, qui deinde contrariam opinionem refutat. idem facit Hunnius d. cap. 3. & Rudinger. d. lib. 1. variar. lection. jur.*
20. *feud. cap. 2. Clarus §. feudum. quæſt. 3.* Hoc tamen cum mica ſalis, & ita exaudiendum & intelligendum eſſe, ratio & ſenſus communis dictat, ut libri quidem iſti rhapſodici, & quæ in illis inſertæ ſunt deciſiones, jura & reſponſa, vim legis & fidem habeant, poſſintque in foro Romano & Germano ad definiendas cauſas feudales allegari, ſed cum hâc cautione, ne quicquam conſtitutionibus & decretis Imperii, in comitiis rogatis, ſanctionibus pragmaticis, Aureæ Bullæ, Capitularionibus Regiis, conſuetudinibus in Imperio receptis, & longo uſu firmatis, ſtatutis etiam municipalibus & provincialibus, nec inveſtituris denique & pactis familiarum ab Imperatoribus approbatis, derogent & detrahant, ſed illis ſuam & potiorem atque integram, illibatamque relinquant auctoritatem, & primas ſemper partes in decidendis cònrroverſiis & ferendis ſententiis habere ſinant. *Hinc benè Hoſtienſis in d. tit. de immunitate Eccleſ. concludit*, reſponſis *Dd.* libro feudorum inſertis, neceſſariò non eſſe ſtandum, ſed conſtitutionibus Imperialibus. *referente Sylvano. d. n. 48. Curt. Iun. dict. part. 1. cap. 3. Bartolus in l. ut juriſjurandi. §. Si liberi n. 5. D. de oper. libert. Capycius in inveſtit. feudal. cap. feudorum leges. col. 1. §. leges feudorum regulariter pag. 261. ſicut eum & plures alios adducit Roſenthal d. cap. 1. concluſ. 10. in gloſſ. a.* Conſuetudines enim feudales non ſunt regulæ, nec rationes à jure communi traditæ, ſed jus conſuetudinarium, quod legibus publicis Imperii, vel etiam conſuetudinibus & juribus ſpecialibus unanimi Procerum conſenſu approbatis, derogare non poteſt, neque extendi & trahi ad conſequentias. *l. jus ſingulare. & l. quod verò contra D. de Legib. Curtius Iun. d. cap. 3. in princip. Bartolus d. n. 5. Innocent. in cap. final. extr. de conſuetud.* quod quidem conſuetudo extendi poſſit, quando non ſit contra jus, nec tollat aliquid, quod ad alium pertineat de jure communi. *gloſſ. & Bald. circ. fin. in cap. 1. de feud. cognit. c. quæ à re communi. 28. de reg. jur. in 6. Aretin. in §. ex non ſcripto verſ. Quæro. Inſtit.*
21. *de Iure Natur. Gent. & Civ.* Et licet conſuetudines hæ feudales dicantur univerſales tacito conſenſu populi introductæ, & pro jure communi in materiâ feudali agnoſcantur, habeantur & æſtimentur. *Laurent. Sylvan. d. quæſt. 1. n. 35. ubi dicit, Iacobum de Belviſo, Baldum, Alberic. Alvar. Præpoſit. Cardinalem, & ferè omnes atteſtari*, has univerſales eſſe conſuetudines. *& n 57. vocat* Jus univerſale. *Helfric. Hunnius d. cap. 3. in quæſtionis opinione 3. in fine.* eis tamen in locis in Imperio per conſuetudinem contrariam, per

leges

leges & decreta Imperii, per ſtatuta & jura Provincialia, per pacta & conventiones familiarum, per inveſtituras & conceſſiones derogatum eſſe, quis ignorat? Meritò igitur ſi quid iſtâ ratione ſpecialiter deciſum, correctum, antiquatum, vel contrariâ obſervantiâ inductum eſt, prævalere debet. *argumento eorum quæ ſcribunt Dd. ſuper quæſtione, an feudales conſuetudines locum habeant in foro Eccleſiaſtico. Hanneton. libro 1. juris feudal. cap. 1. Herman. Vultejus lib. 1. feud. cap. 1. n. 8. Ioann. Sneidevvin. in Epitome feud. part. 1. n. 3. Decianus conſil. 90. n. 1. vol. 3.*

Si nunc ea quæ hactenus de impolitâ, illiteratâ, abſurdâ, confusâ, abſonâ, obſcurâ & indigeſtâ comportatione & compilatione librorum feudiſticorum, dicta ſunt, perpendimus & examinamus, næ ſatis cauſæ habemus, ut quidem ex unâ parte, lege humanitatis admoniti Scriptoribus & Commentatoribus, Interpretibuſque Feudiſticis ignoſcamus, quod ex ſqualido & malè olenti penu cibaria putida & inamœna appoſuerint, è farinâ rancidâ & ſitu obſoleâ panem mucidum coxerint, è turbido fonte aquam fæculentam hauſerint; quamvis non omninò inculpati, quod alii aliorum errores, & volatus more gruum ſecuti, naturam & proprietatem rei, de quâ ſcriberent & conſulerent, non eâ quâ decebat, attentione & diligentiâ expenderint & perquiſiverint, ſicut paulò poſt eliquabimus: ex alterâ doleamus & quiritemur, quod nobiliſſima & præcipua hæc juris publici pars; feudalis, *inquam*, diſciplina, tàm malè, fœdè, inconcinnè & perfunctoriè tractata & accepta fuerit, quod non diligentiori ſtudio & curâ tùm oratione politiore & magis perſpicuâ conſcripta, quod non cohærente methodo contexta, & æquali ſermonis filo deducta, quod denique in certas regulas, leges & enunciationes non redacta & incluſa ſit. O utinàm ſuperiorum vel noſtrorum temporum Imperatores eò curas ſuas extendere, & jus feudale Orbi terrarum integrum, emendatum & à vitiis repurgatum tradere voluiſſent! Non modo rem Cæſareâ Majeſtate & providentiâ, æternoque laudum præconio dignam præſtitiſſent; ſed inſuper etiam Patriam ſuam Germaniam, univerſam adeò Rempublicam Chriſtianam innumeris ſeditionibus, motibus, turbis, litibus, diffidiis & bellis, in quæ feudalis potiſſimum controverſiæ & ſucceſſionum prætenſiones, indeciſæque de feudi devolutione quæſtiones, familias illuſtres & pranobiles, Imperii columnas, & fulcra, præcipitarunt & involverunt, eripere, liberare, & ab exitio præſervare, atque in tuto collocare potuiſſent. 22. 23. 24.

Quis enim ignorat in juris feudalis fundamentis & diſciplinâ, in beneficiorum & dignitatum conſtitutione & ſerie, in illæsâ ſucceſſionum Agnaticarum tuitione, in legum, pactorum, conſuetudinum & inveſtiturarum feudalium obſervatione & cuſtodiâ, in ſacramentorum fide & nexu, in mutuâ Vaſallorum & Dominorum obligatione, in feudorum Majorum & regalium, quæ dignitatem, officium & juriſdictionem adglutinatam habent, conſervatione, in familiarum illuſtrium & præpotentium, bonorumque gentilitiorum in eâdem generatione & ſtirpe continuandorum defenſione, in ſucceſſionum & prædiorum militarium, quibus onus militiæ cohæret jure, in legum, pactorum, conſuetudinum, & inveſtiturarum cuſtodiâ, conſiſtere & reſidere Romani Imperii & Imperatoris, Patriæ cumprimis Germaniæ majeſtatem, ſplendorem, potentiam, vires, ſalutem, pacem & tranquillitatem, tum juris publici & militaris diſciplinæ autoritatem, vim, robur & virtutem; deindè Electorum, Ducum, Principum & Ordinum Imperii, concordiam, honorem, exiſtimationem, libertatem, eminentiam & prærogativam, munerum denique & Magiſtratuum, officiorumque tàm togatorum quàm ſagatorum maximè, ſeminarium & perpetuitatem. *c. 1. Imperialis benevolentiæ. 2. Feud. 52. de proh. feud. alienat. per Lotharium. &c.* 25. 26.

Imperialem decet ſolertiam. 2. Feud. 55. de prohibit: feudi alien. per Frider. ubi
27. vires & utilitatem, honoremque & militaris expeditionis complemen-
tum in feudis, in eâdem familiâ & genere ſine diſtractione conſervandis,
conſiſtere, *Imperatores Lotharius & Fridericus in ſuis conſtitutionibus, de feu-
dis non abalienandis dicunt: eædem conſtitutiones habentur libro 5. Feud. tit. 5.
& tit. 7. argumento l. & qui originem 3. §. Præſes provinciæ 13. D. de muneri-*
28. *bus & honoribus, ubi* præcipitur, munera & honores per vices, ſecundùm
ætates & dignitates, ut gradus munerum, honorumque, qui antiquitus
ſtatuti ſunt, obſerventur, injungi debere, ne ſine diſcrimine, & frequen-
ter iiſdem oppreſſis, ſimul viris & viribus Reſpublicæ deſtituantur. *Adde
jam Cujacium in proœm. ad libr. feud. ibi. Iohan Calvin. in Epiſtol. dedicator.
Ioann. Havichorſtius in præfat. ad tractat. feudal. Curtii Iun. Hermannus Vult.
in dedicat. libri ſui de Feudis. Iohan. Rudinger. in dedicat. libr. 1. controv. juris
feudal. Marquard. Freherus in Epiſtol. dedicat. libri Stephani Forcatuli de feu-
dis. Andr. Knichen de inveſtitur. paction. c. 5. n. 257. Roſenthal in dedicat. ſuæ*
29. *Synopſeos ad Imperatorem Rudolphum, ubi dicit*: Feuda non rebus minoribus
contenta, ſed Regna integra, Electoratus, Ducatus, Principatus, & majo-
rem rerum ſoli, & immobilium partem occupaſſe; tandem concludens:
30. Quid multis? *inquit*, Romani Imperii robur & vires in uniùs hujus juris
fundamentis conſiſtere, quis rerum expertus infitias ibit? Hujus juris ejuſ-
que fortiſſimis fidelitatis & mutuæ obligationis vinculis, multis nunc ſæ-
culis, contra motus internos, & potentiſſimos ac immaniſſimos exteros
hoſtes, Dei auxilio defenſum, ſartum ac tectum eſſe, quis hiſtoriarum le-
31. ctione aliquantulum exercitatus non videt? Jus enim hoc feudiſticum non
de aquâ pluviâ, aut ſtillicidiis, tigniſvé immittendis, vel de lege Rhodiâ,
aut exercitoriâ, inſtitoriâque actione, nec de interdicto Salviano, aut Sena-
tusconſulto Macedoniano vel Turpiliano: ſed de regnis & regalibus, de Ele-
ctoratibus, Ducatibus, Principatibus, Comitatibus, de integris provinciis,
regionibus, territoriis, caſtris, latifundiis, tractat; non de lege Aquiliâ, aut
Fuſiâ Caniniâ vel Faviâ; non de ſervis fugitivis, municipiiſque Urbium, nec
de infantibus expoſitis, vel de agricolis, colonis & cenſitis; non de mendi-
cantibus validis, de murilegulis & gynæciariis, non de ſuariis & ſuſcepto-
32. ribus vini, aut de tabulariis, ſcribis, logographis, & cenſualibus: ſed de
lege Salicâ Francorum, de Aureâ Bullâ, de Edicto ſucceſſorio, de Capitu-
lationibus & ſanctionibus Imperialibus, de Regibus, Imperatoribus, Ele-
ctoribus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Landgraviis, Comitibus,
de Imperii columnis & baſibus, de potentibus in Republicâ Proceribus &
33. Dynaſtis; de ſtatibus & Ordinibus Regni, de Senatûs conſiliique publici
auctoribus, de præfectis Prætorio, de Exarchis, de Patribus conſcriptis, &
legum cuſtodibus agit: non de jure dotium & fundo dotali, non de manu-
miſſione & vindictâ libertate, non de fœnore nautico, de uſuris & morâ,
de projectionibus, ſuggrundis, non de glande legendâ, vel albo ſcriben-
do, nec de errore calculi, devé lucris Advocatorum, non de privilegiis cor-
poratorum, non de ſportulis, nec aleæ luſu, non de majumâ, de ſpectaculis
& ſcenicis, non de muricis tinctione, de cupreſſis, aut grege dominico;
34. ſed de jure, privilegiis, libertate, incolumitate deque bonis & fortunis, tùm
de honore, exiſtimatione & vitâ Regum, Electorum, Principum & Primo-
35. rum in Republicâ Chriſtianâ; de ſupremis in Imperio officiis, dignitati-
36. bus & magiſtratibus; de ſucceſſionibus regiis, de juribus ſanguinis, ſtem-
37. matum prænobiliorum; de juriſdictione, territoriis, feudis, regalibus Sum-
matum & Megiſtanum Europæ, de ſeptemviralis Collegii, & illuſtriſſima-
rum Familiarum prærogativâ & ſecuritate, de pactis & contractibus Ma-
38. jorum inter Imperatores, Electores, & Principes initis, de inveſtituris anti-
quis

quis & ſimultaneis Vaſallorum Imperii; de jure ſucceſſionis filiis & Agnatis Regum & Principum quæſito, & ex lege, vel conſuetudine, vel conventione competente & debito, de privatione & amiſſione Regalium dignitatum, de publicatione & confiſcatione feudorum, integrarum Provinciarum & regionum diſputat. Non de vicatiorum, *inquit Freherus in ſuprà memoratâ epiſtolâ*, peculiis, aut mediaſtinorum libertorumvé operis; ſed de clientum officiis, militum armis, dominorum beneficiis tradit; jus, non 39.
in altâ pace & otio per dictatores formularum & ſyllabarum aucupes, excogitatum, ſed endo-procinctu, ſub pellibus, aut in agro hoſtico dividundo per Duces Belli & emeritos milites adinventum eſt. Non igitur mi- 40.
rum, ſi viri iſti armis præſtantiores, & Marte acieque præpollentes, magiſque caſtrenſibus artibus & diſciplinâ, quàm legum & juris, aut eloquentiæ ſtudiis inſtructi & dediti, leges & pactiones de feudis & beneficiis aliquantulum incultiores, & nonnihil interdum à Romanâ civili humanitate, æquitate & moderatione deflectentes, non tàm condiderint & ſciverint, quàm ab aliis fieri & introduci permiſerint. Quamvis enim, *inquit Rudinger. in epiſtol. dedicator. ſupr. citatâ*, conſuetudines feudorum inter decreta Imperatorum Codici inſertæ, lectu vix dignæ videantur, quoniam in iis non ſolùm diſſoluta, obſcura, & barbara dictio reperitur, ſed etiam quia omnia ſunt confuſa, & una res ſæpiùs iteratur, ac e contrariis ſcitis oppugnatur, ut formam artis propè nullam habeant; tamen propterea juris hujus tractatio, utpotè Reip. utilis, in cujus fundamentis Sacri Romani Imperii robur & vires unicè conſiſtunt, non poſthabenda.

Quod nunc Doctores, legulejos, & compilatores, qui in hoc jus & con- 41.
ſuetudines, libroſque feudales ſcripſerunt & commentati ſunt, attinet, illi ex obſcuritate, confuſione, abſurditate, ambiguitate, & contrarietate atque diverſitate opinionum, ſententiarum, morum & conſuetudinum, legum & edictorùm, quibus libri feudorum pleni ſunt, occaſionem, anſam & materiam, ſylvamque diſputandi, ſcribendi, commentandi, interpretandi, opinandi, conſulendi, definiendi & explicandi, atque enodandi, nacti, ingentia, innumera & δυσβάστακτα volumina, libros, codices, centones, tomos, opera & opuſcula explicationum, commentariorum, inſtitutionum, introductionum, iſagogiarum & ſynopſeum, epitomarum, commentariorum, collectaneorum, compilationum, tractatuum, analectorùm, dictionariorum, vocabulariorum, lexicorum, repertoriorum, indicum, diſputationum, quæſtionum, controverſiarum, concluſionum, deciſionum, opinionum, conſultationum, reſponſorum, ſententiarum, & ſimilium, pluriumque id genus ſcriptionum, circa res, cauſas, & materiam feudorum, ediderunt, confecerunt, compoſuerunt, compilarunt, conſarcinarunt, conſcribillarunt, corraſerunt, excerpſerunt, publicarunt, emiſerunt & divulgarunt: quæ quidem ſcriptorum genera in tantam molem, numerum, 42.
magnitudinem, copiam & immenſum chaös excreverunt, ut nullius hominis etiam longævioris vita ſufficiat ad omnia iſta farraginaria & rapſodemata, imò fimeta & ſterquilinia, Augiæque ſtabula (ita enim quædam nominari merentur potiùs, quàm libri, propter Arcadicam ruditatem & ſordidam atque ineptam puerilium nugarum & ſtultarum quæſtionum, reſponſionum & opinionum, quâ fœdent, farturam) pervidenda, luſtranda, evolvenda, inſpicienda, non dicam legenda. Verè hîc locum habere po- 43.
teſt vetus illud Amelii, Juriſprudentiam feudalem multorum camelorum onus eſſe: adde & carnificinam ingeniorum & temporis voraginem & ſtu- 44.
diorum ſufflamen. Si igitur hoc jus ab antiquioribus & primis ejus auctoribus & architectis fuiſſet emendatius, diligentius, plenius, enodatius & exultius conſcriptum & contextum & in ordinem certaſque regulas &

 leges

leges digeſtum & redactum; ſi ſuperflua fuiſſent reciſa, otioſa expuncta, abſurda cancellata, barbara ſublata, inhumaniora & duriuſcula mitigata, prava correcta, contraria & repugnantia conciliata, meliora ſubſtituta; ſi denique methodo conveniente, oratione cultiore, & ſermone magis perſpicuo & terſo tota illa diſciplina & inſtituta deſcripta, comprehenſa & efformata fuiſſet, non modò multarum & magnarum turbarum & litium, indeque ortarum inimicitiarum, motuum & bellorum ſemina & incunabula occupata, everſa & ſuppreſſa; ſed etiam cauſidicis, leguleijs, juriſperitis, anteceſſoribus, advocatis, rabulis forenſibus, & id genus hominibus materies & fomenta contentionum, colliſionum, diſceptationum præciſa
45. fuiſſent. Præterea etiam hoc in ſcriptoribus, Commentatoribus & Conſultoribus feudiſticis arguendum & culpandum, quod pruritu quodam diſputandi & cacoëthe ſcribendi inflammati & ſtimulati non ſolùm ſuas,
46. malè ſæpè fundatas, abſurdas & ineptas opiniones, judicia, ſenſus, ſomnia extrudant & obtrudant; ſed etiam aliis aliorum ſcrinia & libros compilent, exſcribant, & plagiariorum more deſpolient. Juriſconſultos feudiſticos, ego addo, imitari ſolere grues, Palamedis aves, quæ cum unà mare volatu ſuo tranſmittat, triangulari formâ omnes ſequi ſoleant, *ait Prukmann. in §. ſoluta poteſtas, ſeu de Regalibus. membr. 1. cap. 2. n. 1. ex Molinæo l. 1. §. ſi quis ſimpliciter n. 67. D. de Verbor. obligat. Temingo deciſ. 48. n. 20. Hartm. Piſtor. quæſt. 5. n. 14. & quæſt. 15. n. 50. quæſt. 36. n. 29. libro 2. ex Henrico*
47. *Ferdinando in præfat. comment. Pinelli ad tit. C. de bonis maternis.* Hinc varietas, & inconſtantia & crebra ſententiarum, opinionum & conſiliorum diſcrepantia, commutatio, diverſitas, confuſio, repetitio, & contrarietas in Doctoribus & juris feudalis Interpretibus deprehenditur.

48. Jam & hoc animadvertendum, eos non attendere ad conſuetudines, mores, inſtituta & ſtatuta cujuſque loci, quæ ſecundum diverſitatem hominum, rerum, temporum, regionum, feudorum, diverſa, non uniformia, imò à communi in libris feudalibus comprehenſo & deſcripto jure, ſæpè
49. aliena & diſſona. Nam ſicut in Italiâ & Longobardiâ primum propter Civitatum jure ſuo viventium diverſitatem, ita deinde in aliis Regnis, Imperiis & Rebuſpublicis ubi jus feudorum conſtitutum & introductum fuit, varia genera, mores, inſtituta, leges & conſuetudines feudales pro diverſitate Nationum, Populorum, Ingeniorum, formarum regiminis, & jurium atque morum invaluerunt & inoleverunt. Quemadmodum Saxones Populi apud quos jure Saxonico vivitur, & Franci atque Suevi, qui jure Francorum, ab illo altero in multis diſſimili utuntur: Ita Galli, Angli, Hiſpani, Sarmatæ & aliæ gentes, uſus, mores, conſuetudines & leges feudales, quæ à Longobardis Germaniæ populis originem habuiſſe videntur; *alleg. ſupra.* ad ſuas & patrias leges, jura, inſtituta, mores, ingenia & Reipublicæ formam accommodarunt. Hinc fit ut tàm variæ, diſſonæ, & ambiguæ opiniones, deciſiones, conſilia, reſcripta, conſtitutiones & ſententiæ in libris feudorum, & apud antiquos Legiſlatores, tum denique apud Juriſconſultos & commentatores occurrant & deprehendantur.

50. Hoc autem ſingulariter notandum, univerſam & tàm latè patentem Germaniam, ab omni in hoc uſque ævum noſtrum, duplici ſemper jure
51. uſam & gubernatam fuiſſe, Saxonico nimirum & Francico; ideò etiam vacante Imperio, & ejus Rectore Cæſare vivis exemto. bini Vicarii cum ſummâ poteſtate per pragmaticam Aureæ Bullæ ſanctionem & per inviolabilem conſuetudinem conſtituti & confirmati ſunt, Palatinus nempè Elector in terris ubi vivitur jure Francorum, hoc eſt, in circulis Franconiæ, Sueviæ, Rheni, Bavariæ, & Weſtphaliæ; deindè alter Dux & Elector Saxoniæ in regionibus ſuperioris & inferioris Saxoniæ, ubi jus Saxonicum viget, & regnat.

regnat. *Aurea Bulla cap. 5. Ioachim Cluten. Sylloge rerum quotid. concluſ. 24. in gloſſ. tit. l. ubi ait*; Romanum Imperium diviſum fuiſſe in duo Regna, Longobardicum & Teutonicum. Teutonicum rectum duplici jure, Francico & Saxonico: hoc gentem Saxonicam ad mare Balthicum & Sarmatiam; illud tractum Rheni, Franconiam, Sueviam, Bavariam, Auſtriam ad Alpes uſque complexum. Secundum geminum illud & duplex jus Longobardicum & Teutonicum per totum Imperium Romanum, & ſecundum Francicum & Saxonicum per univerſam Germaniam feuda, feudorumque leges, poſſeſſiones, acquiſitiones & amiſſiones directæ, ordinatæ & conformatæ fuerunt. Ergò controverſiæ etiam feudales, & lites, cauſæ & quæſtiones de feudo, juxta bina illa jura; in Saxoniâ ſecundùm Saxonicum, in reliquâ Germaniæ parte juxta Francicum, ſi aliud per legem ſingularem, vel per inveſtituram ſive conſtitutionem Imperii, aut per Auream Bullam, aut pactum Familiæ non fuerit expreſſè cautum, præceptum & præſcriptum dijudicari & definiri debent. Quod ſanè ſcriptores, commentatores, conſultores & judices feudiſtici non uſque adcò accuratè perpendiſſe & conſideraſſe videntur: Si enim hoc attentius ponderaſſent, & ad leges ſimul fundamentales Imperii, ad conſuetudines & inveſtituras, ad naturam feudorum, de quibus lis agitabatur, & ad perſonarum conditionem, de quibus judicium ferendum erat, reſpexiſſent; eos ſanè puduiſſet tàm diverſas diſcrepantes, à juſtitiæ tramite exorbitantes & contrarias ſententias, opiniones, reſponſa, deciſiones, futileſvè altercationes, & verborum, argumentorumque concumulatas amplificationes & ampullas in medium proferre, & vanum exponere. 52. 53. 54.

Supra diximus & docuimus, quid ſit jus Francorum, vel jure Francorum vivere, & feudum obtinere; nempè ſuccedere & adipiſci atque poſſidere bona, feudum & principatum ex aſſe, jure primogenituræ, excluſis fratribus & Agnatis, quibus tamen jus ſuccedendi non aufertur, ſed ſuſpenditur & reſervatur in caſum devolutæ ſucceſſionis. Feudum jure Francorum, *inquit Cardinal. Tuſchus concl.* 138. *n.* 1. *tom.* 3. ſolum tranſit ad primogenitum, etiamſi eſſet dictum, pro ſe & filiis hæredibus deſcendentibus, quia ſi eſt additum, jure Francorum ad ſolum primogenitum ſpectat *Alexand. conſil.* 30. *in princ. lib.* 6. Et quod de jure Francorum ſoli primogeniti ſuccedant in feudis dignitatum. *Angel. conſ.* 287. *Factum ſuper quo conſilium n.* 8. *Hotomann. in controverſiâ Patrui & Nepotis. in rubric. De jure filii natu maximi in regiâ ſucceſſione.* Omnes, *ait*, Doctores & Pragmaticos teſtari hâc locutione, vivere jure Francorum, ſignificari ſolum primogenitum in feudo ſuccedere. *Iſern. in cap.* 1. *§. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. quod Engelbrecht. in tractat. de ſucceſſ. in Electoratu ad Auream Bullam cap.* 7. *repetens dicit*: Omnes omninò interpretes ad hæc uſque tempora, jure Francorum vivere, nihil aliud ſignificari dixiſſe, quàm ut ſolus primogenitus ſuccedere poſſit & debeat. *Decius conſ.* 445. *n.* 8. *Salicetus in l. ubi adhuc, C. de jure dotium. Matth. de Afflictis in conſtit. Neapol. lib.* 3. *rubric. de adjut. pro milite. Arius Pinell. in l.* 1. *in tertiâ parte C. de bonis matern. n.* 90, *ubi dicit*: Feudum jure Francorum vocari, quando primogenitus reliquos excludit, & hoc omnes Feudiſtas velle; imò feudum conceſſum pro filiis & hæredibus, ſi addatur, quod in eo ſuccedatur jure Francorum, feudum cenſendum eſſe de Familiâ ex pacto, ut vocant, non hæreditarium. *Afflict. in cap.* 1. *§. hoc quoque n.* 85. *de ſucceſſ. feudi.* Hinc diviſio illa feudorum paſſim apud Interpretes obvia, quâ aliud appellatur feudum, in quo vivitur jure Francorum, hoc eſt, in quo ex conſuetudine locali, vel pacto primogenitus, cæteris excluſis, ſuccedit vel præfertur Minori; aliud in quo vivitur jure Longobardorum, hoc eſt, 57.
quod ſecundum communes juris feudalis regulas defertur, ac ſucceſſionem 55. 56.

nem admittit, *inquit Henricus Roſenthal cap.* 2. *concl.* 80. *n.* 1. *&* 2. *per Iſerniam in c. Imperialem de prohibit. feud. alienat. per Frider. de Afflictis deciſ.* 119. *n.* 2. *Rebuffus in declarat. feudali diviſion.* 15. *Thomas de Marinis de generibus & qualitatibus feudor. tit.* 13. *Iaſon. in prælud. n.* 100. *Petr. Heigius* 1. *quæſt. n.* 64. *ubi n.* 65. *dicit:* communem feudorum naturam regulari potiùs ſecundum Longobardorum, quàm Francorum jura. Ac cùm propria natura ſit feudi, ut perpetuum jus tribuat, & ad maſculos hæredes æqualiter tranſeat. *c.* 1. *§. item illud. De his qui feud. dare poſſ. c.* 1. *verſ. hujus autem generis. In quib. cauſ. feud. amitt.* Hoc à Longobardis diutiſſimè obſervatum, & à Francis ſaltem pluſculum primogeniis faventibus, immutatum fuiſſe. *c.* 1. *in princ. &* § 2. *Conſtit. feud. Lothar. Roderic. Suarez in l. quoniam. dubio* 1. *circa finem. C. de inoffic. teſtament. Carol. Sigonius de regno Italiæ. lib.* 8, *in hiſtoriâ Conradi Saliceti. Anton. Cannet. & alios citat Heigius n.* 69.

58. Nunc hoc loco notandum eſt, Feuda regalia, Principatus, imprimis Electoratus, formam & legem ſucceſſionis & poſſeſſionis ex hoc jure Francorum accipere & indipiſci. Quia enim, *inquit Marquard. Freher. ad cap.* VII. *Aureæ Bullæ de ſucceſſion. Principum in Primogenitis in princ.* Imperii Romani potiſſima pars, quæ Germaniam continet, verè & propriè eſt vetus & nobile illud Regnum Francorum Orientale, *ut eleganter non minùs quàm operosè docet Lupoldus Bebenpurgius, poſteà Epiſcopus Bambergenſis in libr. ſingulari de juribus regni & imperii.* ideò non abs re viſum eſt Cæſari & Ordinibus in condendâ hâc Bullâ, & verè fundamentali hujus Imperii lege, primarios & eminentiſſimos ejus Principatus, ſuper quibus Electoratus Politici fundati ſunt, ex jure illo Francorum formam & legem ſuam ſucceſſionis accipere. Hoc cum ita ſit, conſequens eſt ut de his feudis & Electoratibus, non communibus feudorum legibus, ſed jure Francorum judicandum & ſtatuendum ſit.

59. Sed & hoc Feudiſticos Commentatores, Interpretes, & Jureconſultos
perplexos & fluctuantes reddidit, quod vario & diverſo genere pœnarum
& caſtigationum in Principes & Vaſallos Imperii feloniæ contra Domi-
60. num commiſſæ reos & convictos animadverſum fuiſſe, obſervarent. Sed
debebant conſideraſſe, antiquioribus temporibus in inſtituto moreque Germanorum fuiſſe, ut quiſque Princeps ſecundum gentis ſuæ legem judicaretur & condemnaretur. Eam in rem Conſtitutio Lotharii *in l. Imperat. in ejus capitulari. & in l. Longobardos. lib.* 2. *tit.* 57. *ibi in gloſſ. Carolus Cottus, & Andreas de Barulo. Vitus Amerpachius in Annotat. ad Capitular. Lindebrochius in Prolegom. Codicis legum antiquarum. verſ. Saxonum. Hos & plures adducit Melchior Goldaſt. de regno Bohemiæ lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 23. *Hinc Otto Friſingenſis Epiſcopus lib.* 2. *de geſtis Friderici I. cap.* 28. Denique, *inquit,* vetus conſuetudo pro lege apud Francos & Suevos inolevit, ut ſi quis Nobilis, Mineſterialis, vel Colonus coram ſuo judice pro hujuſmodi exceſſibus reus inventus fuerit, antequàm mortis ſententiâ puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, Nobilis canem, Miniſterialis ſellam, Ruſticus aratri rotam de Comitatu in proximum Comitatum geſtare cogatur. Nota eſt memorabilis illa contra Hermannum Comitem Palatinum, Magnum, *ut vocat Otto Friſingenſis d. cap.* Imperii Principem, quem Fridericus I. in Comitiis Wormatienſibus criminis fractæ pacis condemnatum, cum decem Comitibus complicibus ſuis, canes per Teutonicum miliare portare coëgit; *ait idem Otto Gunther. Friderici Scriba. lib.* 5. *in Ligurino ibi Rittershuſius cap.* 1. *n.* 7. *Dodechinus Abbas S. Dyſibodi in appendice ad Mariani Scoti Chronic. Anno* MCLV. *Calviſius in Chron. anno* MCLVI. *Melancton. & Peucerus in Chron. Marquard. Freher. de origin. Palatin. alios tibi dabit Goldaſtus d. cap.* 10. *num.* 24. Sic legimus *apud Spangenbergium in Chronica Saxoniæ.*

Saxoniæ. Henricum Leonem Bavariæ & Saxoniæ Ducem, duorum Electoratum poſſeſſorem ad legem Suevicam provocaſſe, Suevorumque judicium, quia fuit Regiâ Suevorum Guelphorum proſapiâ ortus.

Denique non videntur Doctores & Interpretes Feudiſtici bene & accu- 61.
ratè atque ad amuſſim ſicut requiritur diſtinguere rerum & perſonarum
conditionem & diverſitatem, neque conſiderare & librare, quanta ſit dif-
ferentia inter ſucceſſiones hominum privatorum in fundos, villas, in bona
hæreditaria & patrimonialia ὑπάρχοντα καὶ οἰκίας, quæ beneficio & intuitu
Patris jure hæreditario, vel per teſtamentum, vel ab inteſtato liberis, tan-
quam hæredibus communi lege civili, vel ſtatuto deferuntur: & inter ſuc- 62.
ceſſiones Regum, Electorum, Principum, in Regna, in Electoratus, in
Principatus, in feuda regalia dignitatum, integras regiones & provin-
cias complectentia, & in bona gentilitia certæ familiæ, generi, gradui, &
ætati deſtinata, deſponſa, attributa & devota ſunt; in quæ lege ſpeciali
Imperii & per conſuetudinem ex præſcripto inveſtituræ, & ex pacto atque
ſtipulatione Majorum, primogenitus in genere & ſtirpe jure primogeni-
turæ, ſecundum ordinem & prærogativam nativitatis, non ut hæres Pa-
tris & ultimi poſſeſſoris, neque ex illius voluntate, diſpoſitione & arbitrio,
ſed ut filius quidem prædefuncti Patris, primi tamen potius acquiſitoris
ſucceſſor & hæres, nominatim in lege, in pactis, in inveſtiturâ vocatus &
comprehenſus ſuccedit. Ejuſmodi ſucceſſiones legibus communibus & 63.
civilibus, feudiſticiſque conſuetudinibus ſubjicere, & jure Romano, ratio-
nibuſque ex eo depromtis metiri, æſtimare & dijudicare, magnum nefas,
magnaque foret injuria. Privatorum hæreditates & ſucceſſiones, quæ jure
vel Civili, vel municipali regulantur, tum feuda informia, minora & hæ-
reditaria, quæ communi feudorum lege deferuntur, ex jure Civili & feu-
diſtico decidi poſſunt: ſed regiæ ſucceſſiones, regiarumque familiarum
hæreditates, feudorumque majorum dignitatem adglutinatam habentium
devolutiones, ex legibus regni, ex conſuetudine, ex inveſtituris & pactis
dijudicandæ ſunt. Quanta autem differentia inter has & illas ſucceſſiones 64.
& hæreditates, tanta etiam eſt inter pœnas & animadverſiones, quæ in ho-
mines privatos & inferioris ſortis, & in Reges, Electores, Principes ſta-
tuuntur & decernuntur. Aliud eſt privatorum & plebejorum bona, feuda, 65.
patrimonia & hæreditates auferre, adimere, confiſcare, publicare: aliud
Regna, Electoratus, Principatus, hoc eſt, integras regiones, provincias,
urbes, opida, populos. Olim etiam apud Romanos aliter Cives, aliter 66.
Provinciales & ſervi puniebantur. Civium Romanorum libertas & privi-
legium erat, ut nec ſervili ſupplicio ſubjici, nec de capite eorum, niſi per
maximum comitiatum ſententia ferri poſſet. *ut eſt in IX. tabula Legum De-
cemviralium.* Eſt Sapientis, *inquit Cicero in Orat. pro Cluent.* judicis memi-
niſſe ſe hominem: cogitare tantum ſibi à Populo Romano eſſe permiſſum,
quantum commiſſum & creditum ſit: & non ſolùm ſibi poteſtatem datam,
verùm etiam fidem habitam eſſe meminiſſe: poſſe, quem oderit, abſolve-
re, quem non oderit, condemnare: & ſemper non quid ipſe velit, ſed quid
lex & religio cogat, cogitare: animadvertere, qua lege reus citetur, de quo
reo cognoſcat, quæ res in quæſtione verſetur. Sic legimus *in Actis*, Apoſto-
lum Paulum hoc privilegio Civium Romanorum ſe tutatum fuiſſe ἀπὸ τοῦ
μαστίζειν, à flagellatione, qua in communes reos, qui jus Civitatis non habe-
rent, inquiri ſolebat. Pejorine conditione & jure ſit, minuſvé libertatis 67.
habeat Princeps, præcipua Reipublicæ columna, & Procerum Imperii
primus, quàm proletarius vel infimæ claſſis civis?

Hæc cum ita ſe habeant, & inter Doctores Interpreteſque Juris feuda- 68.
lis tàm diverſæ, præproperæ, & male fundatæ opiniones, ſententiæ &

deciſiones deprehendantur, non facile rem, tanti præſertim momenti in quâ Electoris & Principis Imperii ſalus, honor, vita, tum tot populorum, urbium, caſtrorum incolumitas & exitium conſiſtit, ad Doctorum ſuffra-
69. gia deducamus *l. nemo. C. de ſentent. & interloc. omnium judic.* neque numerum & nomina conſulentium, opinantium, ſcribentium inſpiciamus & attendamus, aut eorum coacervatas allegationes & citationes, compilataſvé & exſcriptas ſententias æſtimemus & ſuſpiciamus: ſed rationes & pondera rerum & argumentorum, veritatiſque & juſtitiæ lumen & recti incor-
70. ruprique judicii normam ſequamur, & in conſideratione habeamus: non multitudinem auctorum, nec communem ſententiam Doctorum, à jure ſæpè aberrantem; ſed quid leges, & conſtitutiones Imperii, & quæ in illis inſertæ ſunt, vel inde hauriri poſſunt, rationes dictent & præſcribant. *l.1. §. ſed neque ib. Neque ex multitudine auctorum judicatore. C. de veteri jure enucleand. c.1. de ſumma Trinit. in 6. c. Capellanus extra. de feriis. allegante Panormitano in c. novimus. extra. de verb. ſignif. & conſil.1. in ultimis verbis. teſtatur Laurent. Sylvanus de feud. recogn. quæſt. 1. n.25. l. eum ratio. D. de bonis damnat. l. non dubium eſt. C. de legibus. l. nominis §. final. D. de verbor. ſignif. l. his ſolis. C. de revocand. donation. hos textus allegat Gilkenius de præſcript. part.3. cap.13. n.177. Roland. à Valla conſil.64 lib.3. n.14. in fine ubi dicit:* illam eſſe communem opinionem, meliorem & amplectendam, quæ prævaleat auctoritate, non numero, *per Alexand conſ. 202. in fin. vol.2. Gozadin. con-*
71. *ſil.52. n.21.* δεῖ δικάζειν, οὐ πλήθει, ἀλλὰ ἐπιστήμῃ. Judicandum eſt non ex multitudine, ſed ex ſcientiâ. *Rudinger. lib. 2. controv. jur. feud. cap. 50. n. 14. ubi ſcribit:* Commentatoribus plerumque contingere, quod regalibus avibus ſoleat, ut unum prævolantem reliqui alatis pedibus ſequantur; ideò potius, quæ fuerit ſingulorum auctoritas, quibuſvé nitantur rationibus recto judicio expendendum, quæque opinio melioribus rationibus ſit ſuffulta, benè conſiderandum eſſe, *allegat d. l.1. §. neque & Clement. 1. de ſummâ Trinit. c. ſuborta. de ſentent. & re judic. Stephanum de Phedericis de legibus interpretand. fol. 273. ubi etiam* explicat, quænam ratio ſit melior.
72. *Hinc Senecam optime referente Corneo conſil.51. n.3. lib.4. dicere ait;* Non te moveat Præceptorum auctoritas, ſed quis meliorem foveat rationem, attendito, quia juſtitia & veritas ipſa, ut quid melius, ſemper eſt attendenda, & communi opinioni præferenda. *Port. commun. opin. lib. 2. concluſ.36. Mynſing. obſerv.60. cent. 5.* Non tam benè, *inquit Philoſophus Romanus*, cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Pecorum ritu, antecedentium gregem ſequimur: imus, quo alii eunt, non qua eundum eſt; non ad rationem, ſed ad ſimilitudinem vivimus. *Arius Pinellus in tert. part. l.1. C. de bonis matern.* conqueritur, quod ad ea tempora, eamque miſeriam devenerit Juriſprudentia, ut ſententiæ magis numerentur, quam ponde-
73. rentur. *Benè Sylvanus d. quæſt. 1. n. 24.* Mirum, *inquit*, quod Doctores, Interpretes, quorum dicta tantum probabilia & non neceſſaria ſunt, poſſint alienis ſcriptis (*loquitur de libris feudorum*) auctoritatem, quam in ſuis non habent, attribuere, *contra l. tradito. D. de acquir. rer. dom.* Quis enim ignorat, dicta Doctorum eſſe tantùm probabilia, *ut volunt Bartol. & alii in l. 1. & ibi. gloſſ. D. de legib. Abbas in c. cum Apoſtolica. extra de his quæ fiunt à Prælat. in cap.1. col.6. de poſtulat. Prælat.* etiamſi eſſet dictum Pontificis. *Hoſtienſ. in c. Paſtoralis. extra. de decimis. Bald. in l.1. in fin. D. de Senatorib.* Quid multis? Ex veritate pauca, ex opinione multa vulgus Legulejorum & cauſidicorum judicat.

CAPUT XXII.

ARGUMENTUM.

In decidendis cauſis feudalibus ad leges fundamentales, conſuetudinem, benigniorem que ſententiam recurrendum eſſe. Leges Fundamentales primas partes in decidendo cauſas, vitam membri Reipublicæ ſpectantes habere debere. Electores, Saxoniæ & Brandenburgi has leges ad unguem obſervandas Cæſari inculcaſſe; ut quibus & Imperator obligetur, & contra quas nec Imperator quicquam ſtatuere, nec quas ullus Princeps labefactare poſſit. Capitulationem Cæſaream, ut communem ſponſionem Reipublicæ ſartam tectam tuendam eſſe.

In judicandis cauſis feudalibus ad Majorum inſtituta & veteres inveſtituras reſpiciendum. Feudum magis regulari conſuetudine, quàm de jure communi. Conſuetudinem eandem vim habere, quam lex ſcripta habeat; hanc legum optimam interpretem dici & Practicam magiſtram. Conſuetudinem legem vincere.

In feudalibus negotiis ſpectandam primùm conſuetudinem, deinde ad ſimiles caſus, poſt ad legem ſcriptam, denique ad legum ſimilia recurrendum eſſe. Conſuetudinem lege omni valentiorem eſſe, nec ullum jus poſitivum eſſe, quod conſuetudine contrariâ non poſſit abrogari. Conſuetudinem fortiorem ſtatuto & privilegio eſſe, tyrannumque dici. Conſuetudinem loci, in quo feudum ſitum ſit, in privandis ob delicta parentum filiis, diligenter obſervandam eſſe. In aliquibus locis juris eſſe, ut filii nunquàm excludantur ob culpam Parentum. Dominos juris benignitatem ſequi debere.

In judicandâ feudi naturâ ſpectandam inveſtituram veterem, & quidem primam; ut quæ feudi qualitatem declaret maximè, & regulet ſequentes inveſtituras. In feudo antiquo jus ſuccedendi Agnatis uſque in infinitum competere: at de jure Saxonico ſimultaneam inveſtituram requiri. Etſi ex ſingulari conſuetudine juris Francorum ſucceſſionis jus non ſolùm maſculis deſcendentibus, ſed etiam cæteris Agnatis abſque ſimultaneâ inveſtitura competat, nihilominus omnes ferè Illuſtres Familias in Imperio jus ſimultaneæ inveſtituræ habere.

Pacta familiæ & gentilitia in judicandis cauſis feudalibus obſervanda eſſe, & ejuſmodi pacta pro ſtatutis Familiæ haberi debere; & ideò majoris auctoritatis gratiâ ab Imperatoribus confirmari ſolere. Confraternitatum pacta inter Illuſtres Familias habere vim legis, ex Cæſareâ confirmatione; eque hâc conventione tale jus oriri, quod vi legis per ſe dominium transferat: inſuper ejuſmodi pactum reale cenſeri debere, & ideò auferri non poſſe: denique hæc & ſimilia pacta fortiora eſſe diſpoſitionibus legum; iiſque, ut etiam conſuetudinibus feudalibus derogare.

In hoc proceſſu Proſcriptionis & Tranſlationis hoc potiſſimum actum fuiſſe videri, ut per latus Friderici potentioris in Imperio Principis cæteri Electores perculſi, eò facilius ſervire aſſueſcerent, atque ita abſoluta Monarchia conſtitueretur.

Prætereà, in judicandis cauſis ad rationem legis reſpiciendum, illamque ſine lege ſervandam eſſe, ut quæ etiam auctoritate deficiente allegari poſſit. In interpretandis legibus feudalibus ad Electores Ordineſque Imperii recurrendum, & in pœnalibus cauſis Interpretes benigniorem ſententiam, ut humaniorem, foventes, præferendos eſſe. Opinioni pro Agnatis, quia magis æqua ſit, & minus deroget diſpoſitioni juris communis, inhærendum eſſe.

Iudicem, ut ex delicto unius alius non puniatur, pronuntiare debere; quia diſpoſitio legis illius, liberos delinquentis removentis à ſucceſſione paternâ ſit odioſa; & irrationabile habeatur, filium non delinquentem pro Patre puniri; cum hoc ſit contra jus Divinum & Naturæ.

Pœnas legis Quiſquis in terrorem potius, quàm ad futuram obſervantiam ſancitas nuſpiam locorum præcisè executioni mandari, ſicuti magni nominis Iuriſconſulti obſervarunt, qui ſi noſtro hoc tempore viverent, noſtris Principibus à Iudice aliàs clementiæ famam affectante [illegible] inauditam exhibitam reprehenſuri eſſent; quamvis Patres Antiſtites & Infulati, hanc Filiorum Palatinorum excluſionem, pro ſententia miti & benigna deprædicarint: quòd eo magis mirandum ſit, cum illi in Senatu conſcientiæ præſideant & caveant, ne quid à Cæſare fiat, quod conſcientiam ejus lædere queat.

CONSPECTVS.

1. AD leges fundamentales Imperii in decidendis cauſis feudalibus reſpiciendnm eſſe:

2. Ad conſuetudinem, rationem legis, æqnitatem & benigniorem ſententiam;

3. Ad eos quoque, qni auctoritatem, & condendarum & interpretandarum legum habeant, recurrendum.

4. Leges Fnndamentales inter quas Aurea Bnlla & Capitnlatio Regia principem locum abtineant, tum Conſtitutiones Imperii primas partes in decidendo cauſas, incolnmitatem Imperii, vitam & fortunas membri Reipublicæ ſpectantes, habere debere.

5. Fnndamenta Reipublicæ legibus fundamentalibus colligari; & propterea ad eas reſpiciendum primo loco.

6. Electores Saxoniæ & Brandenburgi in ſuffragiis de proſcriptione Friderici & tranſlatione Septemviratûs in Bavarum, has leges ad nnguem obſervandas, in iis conſiſtere commnnis ſalutis firmamentum, eſſe Cynoſuram immobilem, ad quam dirigendæ actiones, Cæſari Ferdinando contra Capitulationem ſuam agenti ioculcaſſe.

7. Legibus iſtis fundamentalibus ipſum etiam Imperatorem, legibus Civilibus alias ſolntum, obligari, & quidem jnrejnrando; idque ex Capitulatione patere.

8. Aureæ Bullæ, Capitulationi, & aliis Conſtitutionibus Imperialibus, nullum præjudicium inferre, neque contra eas quicquam ſtatuere Imperatori licere:

9. His enim ſalutem & dignitatem Imperii totius contineri, quam nullus Princeps labefactare poſſit.

10. Capitulationem Cæſaream, ut commnnem ſponſionem Reipublicæ continentem eas conditiones, ſub quibus Imperatori Imperinm ab Electoribus nomine Ordinum omnium Imperii defe† ratur, & ille ſolemni interpoſita ſtipulatione, & jurejnrando conceptis verbis firmatâ ſpondeat, ſartam tectam tuendam eſſe.

11. In judicandis cauſis feudalibns, iis præſertim, quæ feuda majora Imperii & illorum amiſſionem ſpectent, ad Majorum inſtituta, veteres inveſtituras & pacta Familiæ reſpiciendum.

12. Fendum, jus conſuetudinarium, etiamſi ſcripto comprehenſum ſit, eſſe; nec ſcriptum jus dici mereri.

13. Feudum magis regulari conſuetudine, quam de jure communi, & ab ipſis conſuetudinibus ipſius originem dimanare.

14. Conſuetudinem eandem vim habere, tàm in contractibus, quàm in pœnis, quam lex ſcripta habeat.

15. Conſuetudinem pro lege ſuſcipi, contra hanc non eſſe judicandum, perpetuam legis vicem obtinere, legem confirmare & interpretari; & hinc optimam legum interpretem dici, & Practicam Magiſtram.

16. Conſuetudinem vim veritatis habere, & informare omnes actus mundi; legem vincere, abrogare, eique derogare.

17. In feudalibos negotiis finiendis, ſpectandam primùm conſnetndinem; deindè ad ſimiles caſus conſnetudine feudorum expreſſos; poſt ad legem ſcriptam; denique ad legum ſimilia recurrendum eſſe.

18. Conſuetudinem lege omni valentiorem eſſe, & Chymicâ arte albnm in nigrum vertere, contra canones valere, nec ullum jus eſſe poſitivnm, qnod conſuetudine contrariâ non poſſit abrogari,

19. Conſuetudinem fortiorem ſtatuto, & privilegio validiorem eſſe.

20. Conſuetudinem tyrannum dici, quia Principis habeat poteſtatem & graviſſimnm ejus ſit imperinm.

21. Conſuetudinem loci, io quo fendum ſitnm ſit, àttendendam, & in privandis ob delictum parentum Filiis diligenter obſervandam eſſe,

22. In aliquibus locis hoc obtinuiſſe, nt filii nunquam excludantur ob culpas parentum.

23. Dominos non rigorem juris, ſed benignitatem ſequi debere.

24. In judicandâ feudi naturâ ſpectandam inveſtituram veterem, & pacta gentilitia Familiarum; illins tenorem derogare omni

omni juri feudorum: Primam autem inveſtituram obſervandam eſſe; quod etiam in Camerâ Imperiali obtineat.

25. Ex tenore inveſtituræ contractum feudi ſuam legem accipere, & primam quidem inveſtituram feudi qualitatem declarare maximè; eſſe fundamentum ipſius feudi, & per eam ſequentes inveſtituras regulari; ac omni naturæ feudi per ejus pacta derogari.

26. In feudo antiquo jus ſuccedendi Agnatis uſque in infinitum, ex pacto & providentiâ de jure communi feudali competere.

27. De jure Saxonico ſimultaneam inveſtituram requiri, & hoc tàm in feudo novo, quàm paterno.

28. Etſi ex ſingulari conſuetudine juris Francorum ſucceſſionis jus non ſolùm maſculis deſcendentibus, ſed etiam in defectum eorum cæteris Agnatis, qui ſint ejuſdem ſtirpis abſque ſimultaneâ inveſtiturâ competat:

29. Nihilominùs omnes ferè Illuſtres Familias in Imperio, etiam ubi jure Francorum vivitur, jus ſimultaneæ inveſtituræ habere.

30. Pacta familiæ & gentilitia in judicandis cauſis feudalibus obſervanda eſſe, quia legum vim obtineant.

31. Et quod pacta cum ſtatutis ſint convertibilia;

32. Si præſertim inter Principes Agnatos, & eos qui legis condendæ poteſtatem ſibi vendicant pacta iſta fuerint ſancita.

33. Pacta talia pro Statutis familiæ haberi poſſe.

34. Et majoris autoritatis gratiâ ab Imperatoribus confirmari ſolere, & in renovationibus inveſtiturarum repeti.

35. Hâc confirmatione fortiorem reddi contractum.

36. Confraternitatum pacta inter quaſdam Illuſtres Principum domos habere vim contractûs & legis, ex Cæſareâ confirmatione.

37. Ex hâc conventione tale jus oriri, quod vi legis & ſtatuti per ſe, ipſoque jure dominium transferat.

38. Ejuſmodi pactum favore familiæ & agnationis erectum reale & perpetuum cenſeri debere.

39. Et ideò jus hoc minui & auferri non poſſe.

40. Hæc & ſimilia pacta fortiora eſſe diſpoſitionibus legum & ſtatutorum, iiſque, ut etiam conſuetudinibus feudalibus derogare.

41. Quid Conſtitutiones Imperiales, Aurea Bulla, Capitulatio, Inveſtitura & pacta familiæ in terminis noſtris præſcribant oltro citroque in hoc opere inculcatum fuiſſe, & in ſequentibus etiam incolcari.

42. In hoc proceſſu proſcriptionis & tranſlationis Electoratûs hoc potiſſimùm actum fuiſſe videri, ut par latus Friderici potentioris cæteri Electores & Principes perculſi, eò faciliùs ſervire aſſueſcerent, atque ita conculcatâ legum autoritate, oppreſſâ Electorum libertate, remotiſque omnibus ſtabiliendæ dominationis obſtaculis abſoluta Monarchia conſtitueretur.

43. Præterea in judicandis cauſis ad rationem legis & conſuetudinis reſpiciendum eſſe.

44. Rationem eſſe animam legis; & rationem regulare ſtatutum, quod inde vitam accipiat, ſicut corpus per animam:

45. Ideoque rationi inhærendum eſſe, illamque ſine ſervandam.

46. Auctoritate deficiente ſufficere allegare rationem.

47. In interpretandis legibus Imperialibus & feudalibus, ad Electores Ordineſque Imperii recurrendum eſſe:

48. Cum Conſtitutiones Imperiales cum conſenſu Electorum & Ordinum fiant & ſanciantur:

49. Cum ejus ſit interpretari, cujus eſt condere.

50. Interpretes æquitatem in interpretando & benigniorem ſententiam ſequentes præferendos eſſe.

51. Præſertim in pœnalibus cauſis.

52. Benigniorem interpretationem dici, quæ exhæredationem & privationem filii excludat.

53. Benigniorem interpretationem eſſe humaniorem; quæ plures à dedecore familiæ & pœnarum vindicet.

54. Interpretationem in criminibus fieri debere pro excluſione pœnæ in dubio, & pro excluſione delicti.

55. In pœnalibus ſtrictam fieri interpretationem, ut quæ odioſa ſint, in favorabilibus autem latam interpretationem locum habere.

56. Nullam juris rationem pati, ut, quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducantur, nos duriore interpretatione producamus ad ſeveritatem.

57. Amiſſionem & devolutionem feudi non debere extendi in excluſionem Agnatorum à jure feudi, quod quæſitum habeant.

58. Haud paucos Doctorum aſſerere, feudum amitti excluſis nedum filiis delinquentis; ſed etiam Agnatis & tranſverſalibus.

59. Attamen illam præferendam ſententiam in materiâ pœnali, quæ tendat ad diminutionem pœnæ.

60. In dubiis maximè in judicando ſequendam opinionem benigniorem.

61. Opinionem roboratam æquitate ſequendam.

62. In re dubiâ benigniorem interpretationem ſequi non minus juſtius eſſe quàm tutius.

63. Opinioni pro Agnatis inhærendum eſſe, & tantò magis ſequendam, cum per eam minus derogetur diſpoſitioni juris Communis.

64. Judicem, ut ex delicto unius alius non puniatur, pronuntiare debere.

65. Diſpoſitionem legis illius, quâ liberi delinquentis removentur à ſucceſſione Paternâ eſſe odioſiſſimam.

66. Filium pro Patre puniri, eſſe irrationabile, quando ipſe non deliquerit.

67. Conſtitutiones in quibus unus pro alio puniatur, eſſe contra jus Divinum & Naturæ.

68. Iniquum eſſe imponi pœnam, ubi non reperiatur culpa.

69. Filium non debere portare iniquitatem Patris.

70. Legem quæ filiis pro Patribus pœnam imponat, tanquam contra honeſtatem non debere valere, & peccare obſervantem.

71. Animadvertendum eſſe judicantibus ne ædificent gehennam.

72. Ejuſmodi leges magis factas ad terrorem, quàm ad futuram obſervantiam.

73. Iulium Clarum & alios magni nominis Iurisconſultos nullum exemplum extare putaſſe, in quo pœnæ legis Quiſquis fuerint præcisè executioni commiſſæ.

74. Hos ſi noſtro tempore viverent, noſtris Principibus à Iudice, qui clementiæ famam affectet, ἀκριβοδίκαιον inauditam exhibitam reprehenſuros.

75. Mirum, Patres Antiſtites & Infulatos in Senatu conſcientiæ præſidentes, hanc Filiorum & Agnatorum Palatinorum excluſionem pro ſententiâ miti deprædicaſſe.

1. CUM igitur ex his, quæ pluribus deducta fuerunt, conſtet & perſpiciatur, quantum ſit tribuendum in decidendis cauſis feudalibus, tum libris conſuetudinum & uſuum Feudorum, à privatis hominibus, nullam legis condendæ poteſtatem habentibus; tùm Doctoribus & Interpretibus, tàm varia, elumbia, frigida, præcipitia, præpoſtera καὶ ἀπροσδιόνυσα opinantibus, conſulentibus, & ſtatuentibus; quod tamen citra cujuſcunque ignominiam, diminutionemque au-
2. toritatis & honoris dictum atque intellectum velim: quid aliud reſtat quàm ut ad ipſum primum fontem, hoc eſt, ad leges fundamentales Imperii, ad Auream Bullam, & ſanctiones Pragmaticas accedamus; deindè ad conſuetudinem optimam illarum Interpretem reſpiciamus, tùm ad ratio-
3. nem legis, & ad æquitatem, & benigniorem ſententiam; denique ad eos, qui autoritatem, ut condendarum, ſic etiam interpretandarum legum vi Magiſtratûs habent, hoc eſt, ad Electores, Principes, & Ordines Imperii, Senatum nempè Populumque Romano-Germanum.
4. Leges Fundamentales, inter quas Aurea Bulla Caroli Quarti, & Capitulatio Regia principem locum obtinent; tum Conſtitutiones Imperii, quæ ſunt communes Reipublicæ ſponſiones, & Sanctiones Pragmaticæ, & Decreta publica in Comitiis centuriatis, omnium Ordinum conſenſu, per formam contractûs, rogata, ſancita & firmata, meritò primas partes in judicando & decidendo cauſas, incolumitatem Imperii, & ſtatum, conditionem, vitam & fortunas membri & fulcri Reipublicæ ſpectantes, habere, & legibus Civilibus, in corpore Juris & li-
5. bro Feudorum comprehenſis præferri debent. Cum enim fundamenta ipſa Reipublicæ & nervi, iſtis legibus fundamentalibus, tanquam arctâ catenâ & ſpiritu vitali colligentur & connodentur, meritò ad eas re-
6. ſpiciendum eſt, & quidem primo loco. Electores Saxoniæ & Brandenburgi in ſuffragiis & literis ſuis de proſcriptione Friderici Electoris, & translatione Semtemviratûs in Bavarum, has leges ad unguem obſervandas, & ſtrictiſſimi eſſe juris, nec admittere diſtinctiones & limitationes, in illis conſiſtere Imperii, & communis ſalutis firmamentum, ſtatum & momenta

momenta rerum, eſſe normam & cynoſuram immobilem, ad quam dirigendæ actiones & judicia, pluribus inculcarunt & inſinuarunt Cæſari Ferdinando, contra Capitulationem ſuam agenti in proſcribendo Friderico, & privando Agnatos & liberos ejus jure ſuo quæſito per tranſlationem Electoratûs in Bavarum. Hinc benè *Auctor Informationis cauſæ Donavvertinæ* Ipſa, *inquit*, Reipub. Germanicæ forma (ita etiam cauſæ & lites, quæ membra Reipublicæ attingunt) non ex jure Latino, neque Bartolo & Baldo, ſed potius ex receptis laudabilibus moribus & conſuetudinibus, & inde dependentibus antiquis legibus, ex Aureâ Bullâ, ex Capitulatione Cæſareâ & Regiâ, & ex Imperii Conſtitutionibus & Receſſibus, dijudicandæ & decidendæ ſunt. Atque his legibus ipſe etiam Imperator, legibus Civilibus 7.
aliàs ſolutus *l. Princeps D. de Legib. Novell.* 105. *cap.* 2. *in fin.* §. *ſed & quod Princips. ibi. Mynſing. Vult. VVeſenbec. Schneidevv. & Dd. Inſtit. de Iure Naturali Gent. & Civil.* Obligatur: Ut ex Capitulatione, qua jure jurando & per modum conventionis promittit, ſe Auream Bullam, Conſtitutiones & Sanctiones Imperii, ſuamque Capitulationem inviolabiliter obſervaturum, & ſecundum eas jus dicturum apparet. *Carolus V. in declaratione de Pace publicâ anno* MDXXXI. *in Receſſib. Imper. Thuan lib.* 2. *Hiſtoriar.* Et ipſe Cæſar, *inquit*, Imperii caput, Imperii legibus eſt obnoxius. *Philip. Melancton. & Gaſpar. Peucerus in Chronico Carionis lib.* 5. *Sleidan. lib.* 1. *hiſtor. Ioannes Dauth in l.* 3. *C. de teſtament. n.* 2. *Matthias Stephanus de juriſdict. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 1. *membr.* 2. *de Poteſtate Imperatoris ab init. n.* 22. *& ſeq. ubi n.* 40. *ait*, tantum abeſſe ut legibus ſolutus ſit Imperator, ut quàm maximè obſtringatur legibus Imperii ex ſuo jurejurando. *Cujac. in recitat. ad l.* 5. *D. de juſtit. & jur. Reinking de Regimine ſeculari lib.* 1. *claſſ.* 3. *cap.* 8. *& cap.* 12. *inſt. & lib.* 2. *claſſ.* 2. *cap* 6. *VVaremund. ab Ehrenb. lib.* 2. *de fœdere c.* 1. *n.* 160. *Coraſius ad l.* 2. *D. de legibus.* Per modum enim & formam conventionis inter Cæſarem & Ordines ſancitæ & promulgatæ ſunt: verba ipſa Receſſuum & legum Imperialium hoc teſtantur, dum ſubinde occurrunt hæ formulæ; convenimus, ſpopondimus, vi & in formâ contractûs ſancimus, conſtituimus, mutuò nos in hanc legem obligavimus, & ſimilia: ita ut vel ex naturâ contractus, & vi pactorum utrique ad obſervantiam harum legum adſtringantur: *l.* 1. *D. de pactis. l. ſicut* 5. *C. de oblig. & action. l.* 3. *C. de reſcind. vend. Bald. in l.* 1. *D. de conſtit. Princ. & in l. Princeps. D. de legib.* ubi Principem non quidem ligari lege legis, attamen lege conventionis. *Anton. Quetta conſ.* 12. *n.* 6. *& ſeq. Hottom. illuſtr. quæſt.* 1. *Buxtorff. ad Auream Bullam concl.* 7. *Bodin. de Rep. lib.* 1. *cap.* 8. *Petr. Heigius illuſtr. quæſt.* 5. *n.* 2.

De Aureâ Bullâ ejuſque Sacroſanctâ & inviolabili auctoritate ſupra dictum eſt, ut etiam de Capitulatione, & aliis conſtitutionibus Imperialibus 8.
ſtatum publicum immediatè & principaliter continentibus. His nullum planè præjudicium inferre, neque contra eas quicquam præcipere, ſtatuere, decernere, pronuntiare, reſcribere, Imperatori, etiam ex plenitudine poteſtatis licet: quia ſalus & dignitas Imperii totius illis continetur, quam 9.
nullus Princeps labefactare poteſt. *Pruckmann.* §. *ſoluta poteſtas part.* 1. *membr.* 1. *cap* 4. *effect.* 3. *in rubric. An Imperator contra Conſtitutionem Carolinam, aut Galliarum Rex contra legem Salicam quicquam poſſint.* Capitulatio ſa- 10.
nè Cæſarea, cum ſit communis ſponſio Reipublicæ continens eas conditiones, ſub quibus Imperatori Imperium ab Electoribus, nomine univerſi Senatûs Populique Romano-Germani, hoc eſt, Ordinum omnium Imperii, defertur, & ille ſe eas obſervaturum, & ſecundum earum præſcriptum jus & juſtitiam adminiſtraturum, Imperiique habenas moderaturum ſolemni interpoſitâ ſtipulatione jurejurando conceptis verbis firmatâ promittit & ſpondet, ſarta tecta tuenda eſt tanquam immota baſis, quæ præter

ter obſervationem realem nihil aliud deſideret. *ut loquitur Elector Brandeburgicus in voto ſuo. 15. Febr. Anno* MDCXXIII. *apud Lundorpium in actu publicis.*

11. Deindè in judicandis & definiendis cauſis Feudalibus, iis præſertim, quæ feuda majora Imperii, quæ Principum Virorum furtunas, horumque Filiorum & Agnatorum jura quæſita & ſucceſſiones, tùm feudi amiſſionem & privationem propter feloniam à Vaſallo commiſſam ſpectant. ad Majorum inſtituta, mores, conſuetudines; maximè verò ad veteres inveſtituras, & conceſſiones, ad pacta familiæ, ad ſimultaneum & manûs conjun-
12. ctæ jus, reſpiciendum & attendendum eſſe diximus. Feudum enim, *ut dictum eſt*, jus eſt conſuetudinarium, etiamſi ſcripto ſit comprehenſum. *Duaren. de feud. cap. 1. n. Sonesbekius de feud. part. 1. n. 24. Franciſch. Curtius Iunior de feud. quæſt. 1. n. 11. Vultejus 1. libr. feud. c. 1. n. 4. Oldendorp. claſſ. 5. de action. beneficiari. Roſenth. cap. 1. concluſ. 8. n. 3. Reinking de regimine ſeculari lib 2. claſſ. 2. cap. 5. n. 54. ubi dicit:* Jus feudale licet in ſcripturam redactum, ſcriptum jus dici non mereri, ſiquidem differat jus ſcriptum à jure in ſcripturam redacto. contrarium alii. *Ludolphus Schrader. de feud. partis principalis part. 2 ſect 3. n. 114. Helfric. Hunnius defendit, & alteram opinionem refutat, in tractat. feudal. cap. 2. in quæſt. An jus feudale ſit ſcriptum, an*
13. *vero non ſcriptum.* Imo feudum magis regulatur conſuetudine, quàm de jure communi. *c. 1. de ſucceſſ. feud. Anton. Quetta conſ. 95. n. ultim.* quia origo eorum & fons ab ipſis conſuetudinibus dimanat & profluit. *Nicol. Mozzius de feud. c. 1. n. 34. per Iſerniam in proœmio feud. quæſt. 4. Alvarott. in prælud. feudal. in 7. quæſt. & in c 1. in princ. n. 3. de controverſiâ inter Dom. & Vaſall. Zaſius de feud. in 1. part. in princ. & per Molin. in conſuetud Pa-*
14. *riſienſib. lib. 1. in princ. n. 1. & ſeq.* Adhæc conſuetudo eandem vim & auctoritatem habet, tam in contractibus, quam in pœnis, quam lex ſcripta habet. *l. de quib. cauſis. 32 §. 1. inveterata conſuet. pro lege. l. diuturna conſuetudo pro jure & lege. 33. & l. 35. D. de Legibus S. C. & longâ conſuet. §. ſine ſcripto jus venit. Inſtit. de jure Nat. Gent. Civ. Tertull. in libr. de coronâ militis.* con-
15. ſuetudinem pro lege ſuſcipi, *ait. l. 1. C. quæ ſit. long. conſuet. ubi* contra conſuetudinem non eſſe judicandum ſancitur. *l. ult. eod. ubi* perpetuæ legis vicem obtinere ſtatuitur. *τάξιν νόμου ἔχειν, αὐτὸ νόμου φυλάττεσθαι, dicitur 2. Ecloga. 1. c. περὶ νόμου καὶ μακρᾶς συνηθείας. Harmenop. l. 1. tit. περὶ ἔθους.* Item legem confirmare & interpretari; ſiquidem leges firmantur dum moribus utentium comprobantur, *c. in iſtis. diſtinct. 4.* Hinc optima legum interpres dicitur. *l. ſi de interpretatione 37. D. de legib. &* Practica Magiſtra. *Zaſius ad l. contumacia n. 12. D. de re judicat. Meiſchin. deciſ. 14. n. 27. in fin. &*
16. *ſeq tom 3. Grevæus 2. practic. concluſ. 6c. in coron 2.* Habet enim vim veritatis & dirigit atque informat omnes actus mundi, *ait in comment. conſuetud. lib. 1. tit. 1. concluſ. de ſtatutis & conſuetud. localibus. Anton. Faber in c. rerum in Sabaud. judicatarum. lib. 4. tit. 7. definit. 21. l. 1. ibi gloſſ. Bald. & Schrader. C. de Servitutib. Gail 1. obſervat. 58. n. 7. ut allegat Reinking d. claſſ. 2. cap. 9. n. 6.* Imò legem conſuetudo vincit, & abrogat, eique derogat. *d. l. de quibus in §. fin. in fin. ibi: per deſuetudinem abrogantur. in terminis de feudis. c. 1. de feudi cognit. 2. Feud. 1. ibi* Legum Romanarum, *dicitur*, non eſt utilis auctoritas, ſed non adeò vim ſuam extendunt, ut uſum vincant aut mores.
17. *ibi Gothofred* In feudalibus, *inquit*, negotiis finiendis ſpectanda eſt primum conſuetudo: deinde ad ſimiles caſus conſuetudine feudorum expreſſos fit extenſio. *c 2. de feudo Marchiæ.* Poſt ad legem ſcriptam recurritur; denique ad legum ſimilia recurrendum. *argument. l non omnis. 1. § a barbaris 6. D. de re militar. Hyppolit. Riminald. conſ 6 n 110. & conſ. 5 6. n. 82. Toming. conſ. 24. n. 1. vol. 1. Duaren. ad l. 1, §. est autem pa o D. de pactis.*

Aymon

*Aymon. Cravettæ conſ. 969. n. 3. Roſenth. d. cap. 1. concl. 15. n. 14. Anton.
Peregrin. conſ. 33. n. 26. vol. 1. Andreas Knichen de inveſtiturar. pactis. lib. 2.
cap. 4. n. 160. Reinking d. claſſ. 2. c. 9. n. 31. 32.* quod conſuetudo & mos fi- 18.
deliſſimæ vetuſtatis, vitæ humanæ lege omni valentior ſit, & chymicâ arte
nigrum in album vertat. *ex Duaren. & Knichen d. loco. Caſpar. Klokius de con-
tribut. cap. 12. n. 233. & 234. ubi* contra canones valere conſuetudinem *per
Ioſeph. de Seſe tractat. de inhibit. cap. 8. §. 3. n. 137. Schrader. conſ. 1. n. 290.
& conſ. 21. n. 187.* Nec ullum jus eſſe poſitivum, quod conſuetudine con-
trariâ non poſſit abrogari & tolli. *Camill. Borell. in deciſ. ſumma tit. 13. n. 120.*
Fortior & potentior eſt ſtatuto, facitque illud ſilere, *ait Reinking d. cap. 9.* 19.
*n. 6. per Cravettam in tractat. de antiquit. temp. 1. part. in princ. n. 42. Menoch.
1. arbitrar. conſ. 71. n. 49.* Privilegio etiam validior, ſi diuturna ſit & im-
memorialis. *l. 1. §. fin. D. de aqu. pluv. arcend. l. hoc jure §. ductus. D. de aquâ
quotid. & æſtiv. Sixtin. de regalib. lib. 1. cap. 5. n. 132.* Hinc conſuetudo Ty- 20.
rannus dicitur *à Pindaro & Senecâ*, quia Principis habet poteſtatem, *ut ait
Cyprianus.* & graviſſimum eſt ejus imperium, *ut idem Seneca, Reuſner. in Sym-
bol. Imperat. claſſ. 2. Symbol.* XL. Ut autem conſuetudo loci, in quo feudum 21.
ſitum eſt, in decidendâ cauſâ feudali, attendenda eſt, ſi nempe feudum ſi-
tum eſt in terris, ubi vivitur jure Francorum, tunc jus & mos Francorum;
ſi ſitum eſt in terris, ubi jure Saxonico vivitur, tunc jura & conſuetudines
Saxonicæ recipiendæ ſunt. *Bald. in c. 1. §. ſi qua controverſia n. 1. de pace con-
ſtantiæ. Chaſſan. in conſuet. Burgund. Rubric. de feud. §. 7. gloſſ. 2.* & ſelon le
nature d'iceluy. *n. 2. Molinæus in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 7. n. 34. Rochus
Curtius de ſtatutis n. 777. Afflict. deciſ. 226. n. 5. plures tibi promit. Roſenthal
cap. 12. de feud. concl. 7. n. 7. in gloſſ. f. Ludolph. Schrader. parte 10. ſection. 7.
n. 17. 18. Reuſner. conſ. 11. n. 166. 167. & n. 195. & 196.* ubi in feudis ple-
rumque magis inſpiciatur conſuetudo, quàm rationes & argumenta; *ſe-
cundum Baldum in rubric. de uſib. feudor. & gloſſ. in rubric. de feud. cognit.* ita
ſane conſuetudo loci aut curiæ in privandis ob delicta Parentum Filiis,
diligenter obſervanda. Recordor enim, *inquit Roſenthal cap. 11. concluſ. 3.* 22.
n. ult. in aliquibus hoc obtinuiſſe, ut Filii nunquam excludantur ob culpas
Parentum; ſed & Dominos rigorem juris hic ſequi non decet, quin potius 23.
benignitatem, ne Filius portet iniquitatem Patris.

Ante omnia autem in judicando, de naturâ, qualitate, devolutione & 24.
amiſſione feudi ſpectanda & in conſideratione habenda Inveſtitura, &
quidem primæva & vetus, tum ſimultanea, & pacta gentilitia familiarum.
c. 1. de duob. fratrib. à Capitan. inveſtit. ibi Baldus dicens, ſemper eſſe recur-
rendum ad tenorem inveſtituræ, mentique tenendum, quod tenor inve-
ſtituræ deroget omni juri feudorum. *& idem Bald. in cap. 1. §. denique 1. co-
lumn. in princ. Quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt. & in l. quotiens, column. 2.
in princ. D. de ſuis & legitimis hæred. Alexander conſ. 24. colum. 2. verſ. ſed ita.
volum. 5. uti eos & alios citat & ſequitur Iacobutius de Franchis in præludio in
uſus feud. n. 53, 54. Roſenthal cap. 6. concl. 69. in gloſſ. r. poſtquam magnum
agmen Doctorum adduxerat*; Ex quibus, *inquit*, & ad finem hujus quæſtionis
citandis, omnibus manifeſtè ſuadetur, communi & indubitato dogmate
comprobatur, primam & non ſequentes inveſtituras in dijudicandis cauſis
feudalibus, obſervandas eſſe; id quod etiam in judiciis ſæpius obtinere ſcio,
& quidem in Camerâ Imperiali; Cum enim ex tenore inveſtituræ contra- 25.
ctus feudi, ſuam & formam & legem accipiat; *Bald. in prælud. feud. n. 47.
& in l. quoties. ultim. C. de ſuis & legit. & in c. 1. de duob. fratrib. à Capitan. in-
veſtit. & in cap. 1. verſ. aut livellario. Quib. mod. feud. amitt. Zaſius in tract.
feudal. part. 6 n. 24. Decius conſ. 680. n. 1. Afflict. libro 1. in princ. de jure Pro-
thomiſeos*, & prima inveſtitura vim oſtendat & naturam contractûs, feudi-

que qualitatem declaret maximè *d. cap. 1. de duob. fratrib. à Capit. inveſt.*
c. 1. in fin. de ſucceſſione feudi. Iaſon in prælud. feud. diviſion. 4. n. 46. & n 98.
Socinus ſenior conſ. 165. n. 8. libro 2. Cantiuncula conſ. 4. n. 35. & ſeq. Menoch.
conſil. 101. n. 28 Nicol. Reuſnerus conſil. 11. n. 36. & conſ. 12. n. 8. & conſ. 13.
n. 19. libro 3. ubi plures allegat. & ſit radix, baſis atque fundamentum ipſius
feudi. *Baldus in c. 1. de eo qui ſibi & ſuis hæred. & c. 1. §. 1. de feudo Guardi.*
Zaſius part. 6. n. 23. & per eam ſequentes inveſtituræ, quæ nihil aliud ſunt,
quàm confirmatio primæ, *Bald & Dd. in c. 1. in princ. per quas Perſonas feud.*
regulenrur. *Cardinal. Pariſius conſ. 5. n. 6. conſ. 22. n. 6. argum. l. qui filia-*
bus. 17. in princ. & l. ſi ſervus plurium. 50. §. ult. D. de legat. 1. Reuſnerus d.
conſ. 13. n. 72. Ludolphus Schraderus tract. feud. part. 5. cap. 2. n. 31. Ideò in
omnibus controverſiis feudalibus ea tanquam cynoſura & Helice inſpi-
cienda & attendenda eſt, quia prævalet & detogat omni naturæ feudi, *ut*
ait Alexander conſil. 24. n. 2. libro 5. & Brunus plenè conſ. 180. verſ. qui tenor.
Ioann. de Anan. conſ. 84. in princ. Cardinal. Tuſchus concl. 356. tom. 4. Matth.
de Afflict. deciſ Neapol. 195. n. 5. Nevizan. conſ. 11. n. 6. Schrader. part. 10.
ſect. 6. n. 225. & ſect. 2. n. 44. ubi dicit : per pacta inveſtituræ adjecta dero-
gari & conſuetudinibus & legibus feudalibus & omni naturæ feudi. *per d.*
c. 1. & ibi Dd de ſucceſſ. feud. c. 1. §. Præterea. Quid ſit inveſtitura. c. 1. §. fin.
per quos fiat inveſtit. c. 1. ibi Bald. & Dd. de duobus fratrib. à Capit. Sed de vi
ac poteſtate atque effectu inveſtituræ, & quod ex eâ feudi ptoptietas co-
gnoſcatur, & ſucceſſionis jus liberis & Agnatis adquiratur, quodque ejus
diſpoſitio pacta & verba in primis conſideranda ſint, *alibi & ſparſim dixi-*
26. *mus.* Hoc obiter hîc notandum in feudo antiquo jus ſuccedendi Agnatis
uſque in infinitum ex pacto & providentiâ de jute communi feudali com-
petete. *c. 1. de natur. ſucceſſ. feudi. §. 1. §. penult. De iis qui feud. dare poſſ.*
Bald. in c. 1. de feudo Marchiæ. Reuſner. d. conſ. 11. n. 4. ubi & Gozad. conſil.
27. *feud. 26. n. 28. & VVeſenbec. conſ. 41. n. 96. lib. 1. citat.* De jure vetò Saxo-
nico requiritut ſimultanea inveſtituta, hoc eſt, jus conjunctæ manus, quan-
do nimirum feudum ſimul ac ſemel, & quaſi conjunctâ manu à pluribus
Agnatis recipitur. *Auctor differentiarum juris Civilis & Saxonici. libro 2. dif-*
ferent. 58. ubi dicit : agnatos collatetales ad feudi ſucceſſionem non venire
niſi per ſimultaneam inveſtitutam, & hoc tàm in feudo novo, quàm Pater-
no. Lehnrecht. *cap. 31. & 32. ibique Gloſſ. Henning. Göden. in conſ. 22. de ſimul-*
tan. inveſtit. Hartmann. Piſtor. quæſt. 20. libro 2. part. 2. Schurfius conſ. 16. per
totum centur. 1. & cent. 2. conſ. 59. n. 3. quod Agnati jus ſuccedendi ex ſolâ
habeant inveſtiturâ ſimultaneâ, & qui non eſt inveſtitus tali modo non
28. ſuccedat. *Nicol. Reuſner. conſ. 24. n. 21. 22. & 64. libro 1. ubi* adſtruit &
demonſttat, ex ſingulari conſuetudine Ftanciæ ſeu juris Francorum, ſuc-
ceſſionis jus non ſolùm maſculis deſcendentibus, ſed etiam in defectum
eorum cæteris Agnatis, qui ſunt ejuſdem ſtirpis & Familiæ etiam abſque
ſimultaneâ inveſtiturâ competete, licet ſit ſecus, ſit jure & conſuetudine
29. Saxonica. Nihilominus tamen ſolent omnes ferè illuſtres familiæ in Impe-
rio, etiam ubi jute Franconico vivitur, velut in ſuperabundantem caute-
lam jus ſimultaneæ inveſtitutæ ſeu conjunctæ manûs habete, dum vel Prin-
ceps & caput Familiæ, nomine reliquorum; vel ipſi etiam Agnati ſimul
petere & impetrare ſueverunt, talem inveſtituram, quæ fit plerumque pet
oſculum gladii, vel pallii, Domini inveſtientis: hinc ſingulis & univerſis
plenum jus, ſive in re, ſive in ſpe acquiritur. *ut Reuſner. conſ. 11. n. 11. ſcribit.*
quod eis auferri non poteſt,

30. Pacta etiam Familiæ & gentilitia in cognoſcendis & judicandis cauſis
feudalibus reſpicienda & obſervanda diximus : ea enim legum & ſtatuto-
rum vim obtinent: *arg. canon. quæ contra in fin. diſtinct. 8. Signorol. conſ. 245.*

per

per l. non impoſſibile 50. *D. de pactis & gloſ. in rubric. C. de decret. Decurion.*
Ioann. Calderin. conſ. 7. *tit. de conſtitut.* quod pacta cum ſtaturis ſint conver- 31.
tibilia. *Gail* 2. *obſ.* 127. *n.* 9. *& obſerv.* 226. *n.* 2. *Vultejus conſil.* 34. *n.* 98.
Dauth de teſtam. n. 87. Si præſertim inter Principes Agnatos & eos qui le- 32.
gis condendæ poteſtatem ſibi vindicant, conventiones & pacta iſta inita
fuerint & ſancita. *l. donationes.* 25. *ibi. Bartol. Cynus, Bald. C. de donation.*
inter vir. & uxor. Idem Bartol. & Dd. Alexander, Iaſon & alii. in l. Civi-
tas 27. *D. ſi certum petatur. Dd. in l. ſicut.* 7. *in pr. ff. quod cujuſque univerſit.*
nomine. Raphaël Cumanus in l. continuus 137. *§. cum quis. D. de verbor. oblig.*
Laurent. Sylvan. conſ. 96. *n.* 9. *lib.* 2. *Ludolphus Shrader. tractat. feud.* 2. *par-*
tis 9, *part. ſect.* 10. *n.* 35. *& part.* 10. *ſect.* 14. *n.* 71. *& ſect.* 16. *n.* 13. *Reuſner.*
conſ. 3. *lib.* 1. *n.* 39. *ubi* pacta ralia omninò pro ſtaruris familiæ haberi poſſe 33.
dicis, quippè *ſecundum Zaſ. conſ.* 1. *n.* 29. *lib.* 2. ſunt ordinariones, quibus con-
tinetur, quo vinculo alrera domus alteri nexa eſſe debeat, quo ordine ſir
ſuccedendum, qualiter belli vel pacis tempore alrera alreri aſſiſtere, & quâ
fide & virtute alrera alterius ſubditos regere ac tueri debeat, & id genus alia.
Hæc pacta familiæ majoris auctoriratis grariâ ſolent ab Imperaroribus 34.
confirmari, & in renovationibus inveſtiturarum repeti. *Ordinat. Cameræ*
p. 2. *tit.* 2. *ubi* ejuſmodi pacta & ſtatuta familiarum illuſtrium, generali Im-
perii lege confirmata habentur. *Bartol. & Angel. in l. ſi quis.* 16. *C. de De-*
curion. libro 10. *Decius in c.* 2. *n.* 12. *verſ. in primo caſu de confirmat. utilit. &*
inutil. Alexand. in l. de pupillo 5. *§. qui opus. poſt princ. D. de operis novi nunciat.*
ubi eos refert Reuſner. d. conſ. n. 60. *addens in n.* 61. quod ex hâc confirma- 35.
rione fortior reddatur conrractus, adeò ut & infirma, firma, & inutilia quan-
doque reddat utilia. *c. cum dilectus & paſſim. de confirm. utilit. cap.* 1. *&* 2.
de tranſact. Cephal. conſ. 416. *n.* 49. *lib.* 4. Sic confraterniratum pacta, in- 36.
ter quaſdam illuſtres Principum domos, quando nimirum alrerius ſtirpe
extinctâ, ad alreram diriones, feuda, & bona omnia devolvuntur, habent
vim contractûs, legis & ſtaruri, ex Cæſareâ confirmarione & auctorirare:
qualia ſunt pactum genrilitium & conventio de mutuâ ſucceſſione inrer
Saxoniæ Duces & Landgravios Haſſiæ: confraternitas inter eoſdem Du-
ces Saxoniæ & Marchiones Brandenburgenſes, inita ſub Carolo V. alia
inter Saxoniæ Duces & Comires Hennæbergicos, anno MDLIV. *Reuſn.*
d. conſ. 3. *n.* 29. 39. 45. *Cravett. conſ.* 139. *n.* 10. *Carol. Molin. conſ.* 18. *n.* 27. *Ma-*
rian Socin. Iunior conſ. 65. *n.* 51. *n.* 54. 55. *vol.* 1. *Reinking de regim. ſecular i*
lib. 1. *claſſ.* 4. *c.* 18. *per tot. n.* 20. *addit & dicit:* quod ex hâc convenrione 37.
tale jus oriatur, quod ceu ſtatim in perſonis comprehenſis radicatum, &
ad ipſarum hæredes maſculos caſu eveniente tranſmiſſum, vi legis & ſtaru-
ti per ſe, ipſoque jure, dominium transferat. *per Gail* 2. *obſer.* 127. *Vldaric. Za-*
ſium d. conſ. 1. *n.* 29. *Decian. conſ.* 516. *n.* 5, 6, 7. *& conſ.* 655. *n.* 12. 19. *Ruin.*
conſ. 40. *n.* 1. *& conſ.* 99. *n.* 12. *libro* 1. *Cravett. conſ.* 19. *n.* 9. *& n.* 12. *Adde*
his Reuſner. conſ. 20. *n.* 2. *lib.* 1. *ubi dicit:* ejuſmodi pactum favore familiæ 38.
& agnationis erectum reale & perpetuum non autem perſonale, nec rem-
porale meritò cenſeri debere. *ſecund. Bald. in l.* 14. *quod verò. D. de legib.*
& Iaſonem in l. filiusfamil. 114. *§. Divi. n.* 146. *D. de legat.* 1. *ubi etiam Ripa*
n. 18. *& Laurent. de Palut. in tractat. de ſtatutis excludentibus fœminas propter*
maſculos part. 2. *n.* 25. Ideò hoc jus minui, tolli & auferri nec contrahen- 39.
do, nec delinquendo poreſt. *l. ſi arrogator.* 22. *§.* 1. *de Adoption. l. Papinia-*
nus 8. *§. ſi quis impubes. D. de inoffic. teſt. l.* 20. *cum Patronus. D. de teſtament.*
l. unica. verſ. ex his. C. de imponend. lucrat. deſcript. Erneſt. Cothmann. conſ. 74.
n. 77. *Engelbrecht. de ſucceſſ. in Electoratu concl.* 20. *hos & plures adducit Rein-*
king d. cap. 18. *n.* 21. Quocirca hæc & ſimilia alia pacta fortiora ſunt diſpo- 40.
ſitionibus legum & ſtatutorum, iiſque derogant, ut etiam conſuetudinibus

 feu-

feudalibus. *l. paciſci. 31. D. de pactis. l. ſi conveniat. D. depoſiti. l. contractus 23. D. de regul. c. 1. §. ſin autem unus. de his qui feud. dare poſſ. c. 1. §. filia. de ſucceſſ. feud. c. 1. §. ſi duo fratres. de feudo Marchiæ c. 1. §. final. Quid ſit inveſtitura. c. 1. §. final. Per quos fiat inveſtitura, ſicut citat Sehrad. de feud. part. 10. ſect. 3. n. 17. & ſection. 13. n. 37.*

41. Quid autem Aurea Bulla, Capitulatio, Conſtitutiones Imperiales, Inveſtituræ, conſuetudo & pacta Familiæ in terminis noſtris præcipiant & præſcribant, qualis nimirum modus, forma, proceſſus in puniendo aliquo Electore & Principe, Imperium & Imperatorem offendente, obſervari, quâ pœnâ reus & convictus affici debeat, tùm quod Cæſari non ſit permiſſum & licitum in propriâ causâ judicem eſſe, out ullum Procerum, multò minus Archiprincipem Electorem inauditum, non citatum proſcribere, fortunis, bonis & dignitatibus exuere, feuda majora regalia publicationi accenſere, & ſuo fiſco ullo ſub prætextu addicere, jura ſucceſſionum & ſanguinis evertere, Imperii Vaſallum aut ejus liberos & Agnatos à lege, pacto & providentiâ Majorum, & per inveſtituras vocatos, jure ſuo re & ſpe quæſito & proprio privare, aut ullam denique aliam rem arduam, quæ Imperii & Ordinum ſalutem & ſtatum attinet, decernere, jubere, reſcribere, exequi, ſed præſcriptum in Aureâ Bullâ ordinem, formam & modum judicandi & puniendi, ad unguem obſervare, tum privilegia & jura Principum ſarta tecta conſervare, feuda Vaſallis Imperii ſalva & incolumia præſtare, in conſilium & judicium Electores & Pares Curiæ adhibere debere, ſuo loco

42. retulimus, & ſimul indicavimus, nihil horum in proſcribendo Friderico & transferendo Electoratu Palatino obſervatum fuiſſe, ſed hoc potius actum videri, ut per latus Friderici potentioris & primi in Republicâ membri, cæteri Electores & Principes Ordineſque petiti & perculſi eò facilius in ordinem redigerentur & ſervire aſſueſcerent, atque ita conculcatâ legum fundamentalium autoritate, oppreſsâ & ſubverſâ Electorum & Ordinum poteſtate & libertate, decuſſis ex monito Piſandri & Tarquinii *Livius libro 1.* ſummis papaverum capitibus, hoc eſt, remotis omnibus ſtabiliendæ dominationis obſtaculis, abſoluta & libera in omnes promiſcuè potentia & Monarchia conſtitueretur & confirmaretur.

Denique in judicandis cauſis tàm feudalibus, quàm Civilibus ad ratio-
43. nem legis, conſuetudinis, ſtatutorum & pactorum, tum poſtremò ad interpretationem & auctoritatem Doctorum & prudentum; inprimis eorum, qui legis ut condendæ, ita interpretandæ poteſtatem habent, & Judices ſunt, hoc eſt, Pares Curiæ, Electores, Principes & Status Imperii reſpiciendum & recurrendum eſſe diximus. Ratio enim *auctore Demoſthene* eſt anima legis. *l. 1. C. Quæ ſit longa conſuet. ibi. ratio quæ conſuetudinem ſuaſit, cuſtodienda eſt. ibi. & gloſſ. canon. erit autem. diſt. 4. & canon. conſuetudo. diſtinct. 1. arg. l. cum pater. 77. §. dulciſſimis fratribus 30. D. de Legat. II. Clarus 3. ſentent. §. teſtamentum quæſt. 76. n. 1. Nicol. Reuſn. conſ. 8. n. 5. lib. 1. ubi addit:* rationem eſſe veluti legem quandam tacitam, ac imò potius veritatem ipſam & naturalem æquitatem. *l. cum ratio. 7. D. de bonis damnat. canon. qui contemta. & canon. fruſtra. diſt. 8. Tertull. lib. de coronâ militis,* quod ratio commendet ipſam legem. Eſt enim primum in intentione legiſlatoris ſtatuentis & paciſcentis, & cauſa movens. *Socinus conſ. 89. n. 20. vol. 4. Rolandus à Valla allegat conſ. 14. n. 23. vol. 3. ſecundum authenticam, Ingreſſi monaſteria C. de ſacroſanc. Eccleſ. addit. n. 24, 25, 26.* Eſt enim, *inquit*, Ratio in lege,
44. ſicut anima & ſpiritus, ejus autem verba ſicut corpus. *Baldus in l. ſi quis ſervo. C. de furt. in conſil. 49. in ſecundâ parte. Iaſon in l. qui quadraginta colum. 2. D. ad Trebellian. & in l. ſi unus. §. ſi cum mihi. D. de Pactis. Crot. in l. 2. in princ. n. 48. D. de Soluto matrimonio. ubi:* ſicut homo conſiſtit ex animâ & corpore,

pote, ita lex ex ratione & verbis, & verba ſunt corpus & ſuperficies, ratio
verò eſt anima ipſius, & illa magis attendi debet, quàm ſuperficies & cor-
tex verborum. *l. ſi de interpretatione. D. de legibus. Tiraquellus in tractat.*
ceſſante causâ, ceſſat effectus. in 1. parte n. 134. Idem Rolandus conſ. 62. n. 24. eod.
volum. ubi dicit: Rationem regulare ſtatutum, quod inde vitam accipiat,
ſicut corpus per animam. *Socin. conſ. 5. n. 24. vol. 1.* ideoque rationi in-
hærendum eſſe. *teſte eod. Socino conſ. 4. n. 4. eod. volum. Pariſius conſil. 85.* 45.
n. 9. vol. 2. & conſil. 44. n. 15. vol. 1. & conſ. 110. n. 12. vol. 3. Daniel Crome-
rus inter conſilia Reuſner. libro 3. conſ. 24. n. 36. ubi dicit: Rationem legis
etiam ſine lege ſervandam, quia ab eo nemo ſubduci poſſit. *per Rebuffum, poſt*
Baldum & Iaſon. in repetit. legis unic. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt pro-
feruntur. notab. 11. n. 14. Anton. Quetta conſ. 19. n. 17. in fine dicit: aucto-
ritate deficienre ſufficere allegare rationem, quæ difficilius poſſit ſolvi, 46.
quàm lex, teſte Baldo.

Quod ad interprerationem attinet, duo hîc notanda veniunt. Primò ſi
aliqua difficultas & dubium in interpretandis legibus Imperialibus & feu- 47.
dalibus conſuetudinibus, in ſtarutis, inveſtituris, pactis Familiæ ſuboriarur,
recurrendum ad Electores, Ordineſque Impcrii, ad Pares Curiæ, & Judi-
ces. *l. ex facto. ubi gloſſ. & omnes. D. de vulgar. & pupill. c. ſi inter dominum*
& fidelem 2. feud. 20. & c. 1. Si Dominus Vaſallum in culpam. Decius in l. Ne-
ratius in fin. D. de regul. Bald. in conſ. 305. incipiente. Verba Principis. in princ.
libro 1. Idem Bald. & Felinus in cap. cum veniſſent. De judici. Alex. conſ. 216.
n. 13. verſ. Decimo. libro 2. Cardinal. Tuſchus tom. 4. concluſ. 329. per totum.
& concl. 737. tom. 6. Hugo Donellus in comment. de jure civili c. 14. in medio.
Cum enim Conſtitutiones Imperiales, cum conſenſu & conſilio Electo-
rum, Principum & Ordinum fianr, rogentur, ſanciantur & promulgen- 48.
tur. *Receſſus de anno 1512. & omnes reliqui. Item Aurea Bulla in princ. Fride-*
ricus III. in conſtitutione Reformationis Francoforti promulgata anno 1442.
Fridericus I. in conſtitution. de Incendiariis. Feud. 5. tit. 10. anno 1187. & alii
Imperatores: Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II.
Rudolphus II. in ſuis conſtitutionibus in comitiis Imperii publicatis ſemper men-
rionem faciunt, Electorum, Principum & Ordinum quod cum ipſorum
conſilio & aſſenſu, leges illæ per viam contractûs & ſtipulationis ſancitæ
fuerint: meritò etiam ad eoſdem illarum interpretatio ſpectat; cum ejus
ſit declarare & interpretari, cujus eſt condere. *l. final. C. de legibus. Abbas* 49.
Panormit. in c. 1. n. 14. de conſtitution. & in c. cum veniſſent de judiciis. & in c.
inter alia. de ſentent. excommun. Cynus in l. cum de novo. C. de legibus. Corſe-
tus in repertorio ad Abbatem. verbo. Interpretatur legem ſolus Princeps. De-
cius in l. in ambiguis orationibus ſpectanda eſt ſententia ejus, qui eas protu-
lit. 96. n. 1. D. de regulis. Bartol. in l. omnes populi. verſ. tertiò quæro. D. de
juſtit. & jure. Franciſcus Vivius deciſion. 401. n. 44. Klockius de collect.
cap. 17. n. 173.

Deindè Doctores & Interpretes æquitatem in interpterando obſervan- 50.
tes, & benigniorem atque mitiorem ſentenriam ſequenres præferendos
eſſe. Semper enim in dubiis benigniora præferenda ſunt τὸ φιλάγαθον, τὸ
φιλάνθρωπον. *l. ſemper in dubiis. 56. de Regul. Harmenopol. in promtuar. lib. 1.*
cap. 15. §. 20. l. ea quæ. 192. ubi dicitur §. 1. in re dubiâ benigniorem inter-
pretarionem ſequi, non minus juſtius eſſe quàm tutiùs. *& l. Rapienda oc-*
caſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum. D. de Regul. l. benignius leges interpre-
tandæ ſunt 18. D. de legib. proximè in cognitione 3. ibi: in re dubiâ benignio-
rem interpretationem. D. de his, quæ in teſtam. delent. l. ſi fuerit legatum 10. §. 1.
ibi. humaniorem ſententiam ſequi oportet. D. de reb. dubiis. l. ſed Proculus 4.
D. Mandati. Donellus in d. comm. cap. 13. ubi dicit: Æquitas in jure ſpectanda

eſt, jus benignè interpretandum; æquitatis ratio potior, quàm ſtricti juris. *c. unic. de Allodiis. 2. feud.* 54. *ibi:* æquitas quæ in paribus cauſis paria jura deſiderat, per univerſitatem totius Imperii ſervetur. *Socin. conſil.* 159. *n.* 28. *libro* 2. *Roman. conſ.* 62. *Alexander conſ.* 115. *n.* 6. *libro* 4. *Cravetta*
51. *conſil.* 205. *n.* 11. In pœnalibus præſertim cauſis mitior & benignior interpretatio, quæ reo favet, & delictum excludit, & à damno alienæ culpæ vindicat, & pœnam moderatiorem imponit, & rem ad æquitatis normam reducit, capienda, amplectenda & præferenda eſt, nullâ extenſione in odioſis admiſsâ. *l. ſi præſes* 32. *ibi: mitior lex, id eſt, privatorum erit ſequenda. D. de pœnis. l. interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potius, quàm aſperandæ.* 42. *D. eod. l. factum cuique ſuum.* 155. *§. in pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt.* 2. *D. de regul. Harmenop. libro* 2. *tit.* 2. *§.* 63. *c. in pœnis.* 49. *de regul. in* 6. *ita l.* 2. *& l. cum quidam* 19. *ubi* benigna interpretatio quæ exhæredationem & privationem filii excludit, dicitur, & ſequenda ſancitur. *D. de liber. & poſthum. Sic in l.* 2. *§.* 1. *D. de Decurionib. l. moris eſt. §. ſed utrum hi*
52. *& ſeq. D. de pœnis. ubi* benignâ interpretatione pro Decurionis filio, qui privilegiis iſti ordini indultis gaudere debeat, habetur etiam is, qui Patre Decurione natus aut conceptus eſt, tametſi Pater ejus poſteà ob delictum
53. ordine motus ſit. Benignior hæc interpretatio eſt, *inquit Donellus d. comment. cap.* 15. quia humanior, & ideò humanior, quia per hanc fit, ut beneficium legis ad plures pertineat, plures à dedecore Familiæ & pœnarum vindicentur. Eſt autem hoc maximè humanitatis, quàm plurimis prodeſſe, & præſertim laborantibus, ne in aliquod damnum. *Ioann. de Imola in cap.* 1. *de locat. in verſ. & adverte.* communem *dicit. Ioann. de Anan. in c.* 1. *de Sagit. Iacobus Omphalius libro* 1. *civilis Politic. cap.* 22. *n.* 8. *Petr. Gilkenius de præſcriptionibus part.* 3. *cap.* 13. *n.* 207. *ubi dicit:* eam ſemper in quâvis diſpoſitione capiendam interpretationem, quæ nos à damno alienæ culpæ & contra fas, atque id quod debet, infligendæ vindicet. *per c.* 18. *cauſam quæ extra. de Reſcript. Gloſſ. Bartol. Iaſon & alios addit in §. in computatione l. fin. Cod. de jure deliberandi. l. fin. C. de interdictis. Decianus conſ.* 8. *n.* 42. *& ſequent. libro* 1. *Tuſchus tom. ult. concluſ.* 107. *& tom.* 4. *concl.* 330. *n.* 79. *ubi*
54. *dicit:* in criminibus & pœnalibus interpretationem fieri debere pro excluſione pœnæ in dubio, & pro excluſione delicti. *per Alexand. conſ.* 70. *colum.* 2. *libro* 1. *& conſ.* 74. *n.* 4. *libro* 2. *& conſ.* 114. *n.* 10. *lib.* 4. *Decianus d. conſ.* 8. *n. eodem* 42. *Tuſchus tom.* 1. *concl.* 41. *Cravetta d. conſ.* 205. *n.* 8. *De-*
55. *cius in regulâ in pœnalibus D. de regul. juris. Abbas conſ.* 28. *n.* 3. *ubi dicit:* In pœnalibus verba non intelligi ſecundum ſignificationem propriam, latè ſumto vocabulo, ſed ſtrictam fieri interpretationem. *Ioann. de Imola conſil.* 146. *n.* 8. In odioſis enim & in irrogandâ pœnâ, reſtrictior facienda interpretatio; in favorabilibus autem extenſio ſive lata interpretatio locum habet. *c. odia reſtringi.* 15. *de regul. in* 6. *ibi Dynus, Ioann. Bernardus, Dias de*
56. *Luco. reg.* 429. *verſ. tertio fallit.* Nulla juris ratio, *inquit Modeſtinus l.* 25. *D. de legibus,* aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeveritatem. Quod extenſio de uno in materiâ pœnali ad aliud, de caſu ad caſum, de perſonâ ad perſonam non fiat, etiamſi adſit eadem ratio vel major, & omnimoda ſimilitudo. *Ioann. Andreas in d. c. odia reſtringend. Franc. in c.* 1. *de temporibus ordinand. Cumann. conſ.* 79. *in fin. Alex. conſ.* 113. *in fin. lib.* 2. *incipit: Viſo inſtrumento. Oſachius deciſ. Pedemont.* 23. *n.* 48. *Mandellus* 74. *n.* 2. *ubi apoſtilla plures adducit. Cephal. conſ.* 107. *n.* 18. *& ſeq. & conſ.* 114. *n.* 7. *prout eos allegat Tuſchus tomo* 3. *concluſ.* 662. *n.* 1, 2, 5, 6. 21.
57. Apprimè ad rem & cauſam noſtram faciunt ea quæ *Eximius ille Iuris Antiſtes*

tiſtes

tiſtes Rolandus à Valla de interpretatione reſtrictè *ϗ περιεςαλμένως* præfi-
nienda in conttoverſiâ,de amiſſione & devolutione feudi, quæ non debeat
extendi & dilatari in præjudicium & excluſionem Agnatorum à jure feudi,
quod quæſitum habent, *ſcribit in conſil 64. lib.3. n 3.4. ſeq. & in alio con-
ſil.74. n.6.7. ſeq. eod. libr.* de reſtringendo & coarctando rigote *l. quiſquis
in crimine læſæ Majeſtatis.* ad liberorum innocentiam patrocinandam &
tuendam. Poſtquàm per plurimas auctoritates & rationes demonſtrârat 58.
haud paucos Doctorum aſſetere, feudum, Vaſallo inveſtituram, debito
tempore, non petente, aut feudum alienante, vel feloniam culpamvé in
Perſonam Domini committente, amitti & ad ſeniorem devolvi, excluſis
nedum filiis delinquentis, ſed etiam Agnatis & tranſvetſalibus, ut nimi-
rum Dominus contemtus & offenſus ultionem ſuæ injuriæ habeat; atta-
men *n.3.4.5.6. & ſeq.* contrariam ſententiam de jure veriorem, & tanquam 59.
benigniorem, æquam magis & humanam, mitioremque in materiâ pœnali
intetpretationem, & in concurſu plutium ſignificationum illam eligen-
dam & præferendam, quæ tendit ad diminutionem pœnæ *l. ſi de interpreta-
tione D. de pœnis. Crotus in l. 4. in §. Cato n. 105. D. de verbor. obligat. arg. l.
ſi pupillus in princ. & Bartol. ibi. ad L. Falcidiam.* Poſteà cum adducta in 60.
contrarium confutaſſet; Ulterius, *inquit*, dicitur,quod dato,ſed non con-
ceſſo, quod iſtæ opiniones eſſent dubiæ, tamen in dubiis debemus, maxi-
mè in judicando, ſequi opinionem benigniorem. *regul. in pœnis. de regul.
in 6. l. ſi Præſes D. de pœnis. facit quod dicit Pariſius in conſ.72.n.21. ubi inquit:*
quod licet opiniones Doctorum in aliquo articulo ſint variæ, tamen quan- 61.
do aliqua opinio corroboratur æquitate, quod illa in judicando & conſu-
lendo ſit ſequenda, *ut probat Curtius Senior. in conſ.1.* Sed in caſu noſtro iſta
opinio, quâ præferuntur Agnati Domino in feudo antiquo, in quo ſucce-
dunt primo acquirenti ex conceſſione Domini, favet æquitati, ergò per
conſequens tenenda. Accedit *quod voluit Abbas in cap.1. de conſtitut. ubi*
in varietate opinionum pro æquitate contra rigorem pronuntiandum eſt.
Nam in re dubiâ benigniorem interpretationem ſequi, non minus juſtius 62.
eſt, quam tutius. *ut dicit textus in l. proximè D. de his qui in teſtam. delentur.*
Sed iſta opinio pro Agnatis eſt magis æqua; ergò illi inhærere debemus, *ut* 63.
vult Curtius Senior conſ. 49. verſ. 11. quem ſequitur in conſ.2. n.19. vol.1. Et
tantò magis etiam ſequenda & iſta opinio, cum per eam minus derogetur
diſpoſitioni juris communis *arg. l. præcipimus. C. de appellat. l. ſi ſervi. C. de
noxal. actión.* ſecnndum quam diſponitur, quod alius non debet privari ju- 64.
re ſuo ex facto alterius. *l. non debet. D. de regul. l. ſancimus C. de pœnis.* & pro
hac parte facit *quod ſcribit Matthæſ. in notabil. 19. ubi dicit:* quod quando
conſtat articulum eſſe dubium, quod judex in dubio pro regulâ juris com-
munis, quæ habet, ut ex delicto unius alius non puniatur pronuntiare de-
debet. *Hæc Roland. d. conſ 64. conſ.74. ubi* loquitur de diſpoſitione *l. quiſ-* 65.
quis in crimine læſæ Majeſtatis. propter quod liberi etiam delinquentis re-
moventur à ſucceſſione paternâ, cum diſpoſitio, *inquit*, dictæ legis ſit odio-
ſiſſima & pœnalis. *ut per Socinum in conſ 275.n.4.& 6.Decius conſ.64.col.1.*
& correctoria *Pariſ.conſ.69.n.176. vol.3.* non debet extendi de perſonâ ad
perſonam, cum contineat odium irrationabile. *ut vult. Bartol. in l. 1. D.de
verb. ſignif.* Nam irrationabile eſt quod filius pro Patre puniatur, quando 66.
ipſe non deliquit. *tot. tit. C. ne filius pro Patre. & ideo dixit Bald. & Salicet.
in rubric. C. Res inter alios acta.* quod conſtitutiones in quibus unus pro alio 67.
punitur, ſunt contra jus Naturæ & Divinum. *iterum Bald in l. dotis C. de ju-
re dotium. ubi* ſtatutum, quod Filiis pro Patribus pœnam imponit, eſt valdè
durum & rigoroſum *& in l. captivi. C. de Epiſcop. & cleric.* Item, & eſt ini- 68.
quum, quod imponatur pœna, ubi non reperitur culpa neque dolus. *contra*

l. cum

l. cum autem. §. excipitur. verſ. capitalem. D. de adilitio edicto. tandem Rolandus concludendo n. 20. ſic ſcribit. Et ideò, *inquit Angelus in l. fallaciter. C. de abolition.* quod quia pœnæ l. Quiſquis reſpectu filiorum ſunt odioſæ & rigoroſæ, lex iſta non ſervatur de conſuetudine: quod verbum tanquam Viri excellentiſſimi & magni Practici multum eſſe ponderandum à Judicibus *dicit Socin. in conſ. 275. col. 2. in verſ. confirmatur hoc. Idem Alciat. conſil. 467.*
69. *n. 6. ubi ſequitur Angelus dicens,* d. legem quoad Filios ex generali conſuetudine Italiæ eſſe ſublatam. Plus dicit ſe putare, quod foro conſcientiæ talis puniens Filios ex crimine paterno non valet; *ut dicitur in lege veteri.* Fi-
70. lius non portabit iniquitatem Patris. Unde lex, tanquam contra honeſtatem non debet valere & *ſubdit,* quod peccat, eam obſervans. *c. conſtitutiones.*
71. *& c. lege 10. diſtinct.* Et ideò, quod advertere debent Domini judicantes, ne ædificent gehennam, agendo contra conſcientiam: & ſi Illuſtriſſimus Dux Mediolani in hoc caſu conſuleret Theologos, non dubitat, quin iſtam
72. ſententiam approbarent; & quod videntur ejuſmodi leges magis factæ ad terrorem, quàm ad futuram obſervantiam, nec reperietur aliquis, qui unum viderit obſervari. *Clarus in tit. de crimine laſæ Majeſtatis in verſ. unum tamen, ubi etiam ait,* quod nunquam vidit tales pœnas in filiis obſervari. *Hactenus Roland.*
73. Proh Deum, magni illi Juriſconſulti, & inter eos *Iulius Clarus Hiſpaniarum Regis Conſiliarius & Præſes in Curiâ Mediolanenſi,* nullum exemplum, quo pœnæ *legis, Quiſquis in crimine laſæ Majeſtatis* in innocentes filios derivatæ & decretæ fuiſſent, noverunt; neque ullum extare putarunt, perſuaſi Judicum neminem tàm inhumanum, auſterum & trucem eſſe poſſe, qui pœnas iſtas in terrorem & metum propoſitas, præciſè & ad unguem, juxta legis præſcriptæ apices, & juris ſtricti ſeveritatem, in filiis à paterno
74. reatu inſontibus, exequendas eſſe ſtatueret & pronunciaret. Si hoc noſtro tempore Anteceſſores iſti viverent, & oculis ſuis tot infelices Filios & Agnatos, planè innocuos, nec plebejæ ſortis homines, ſed Principes & Duces ſummo loco natos, propter unius Friderici, illegitimè etiam & nulliter proſcripti & condemnati, quamvis nullius criminis adhuc convicti, adverſum caſum, non unâ aut alterâ domo, vel aliquo fundo patrimoniali hæreditario, ſed integris provinciis, Principatibus, feudis regalibus, à Majoribus & Proavis vi pactorum & inveſtiturarum toti Familiæ partis & acquiſitis; Dignitatibus item & juribus, à lege Imperii & naſcendi prærogativa delatis, & mancupio datis, per enormem, ſine ullo judicii ordine præcipitatam ſententiam, privatos, ſpoliatos & depulſos adſpicerent; quam quæſo moderationem, humanitatem, conſcientiam, & æquitatem à Judice, quem tamen famam clementiæ & benignitatis, tanquàm genti ſuæ propriæ & innatæ virtutis, affectare conſtat, obſervatam & adhibitam eſſe dicerent? annon ſeveritatem potius, rigorem, odium, vindictæ ſtudium καὶ
75. ἀκριβοδικαίαν inauditam perſtringerent & reprehenderent? Ante omnia autem mirandum, quod Reverendi Patres Confeſſarii Becanus, Laimermannus, aliique infulati, qui in Senatu conſcientiæ præſident, & cavent ne quid à Cæſare fiat, aut reſcribatur vel permittatur, quod conſcientiam ejus lædere & perturbare queat; hanc Filiorum & Agnatorum Palatinorum excluſionem & privationem, pro ſententiâ miti, æquam & benignam, humanamque judicarint, & deprædicârint. Meliorem Juriſconſultus ille de Theologis ſui temporis opinionem habuit, quàm nos hâc noſtrâ tempeſtate de noſtri ævi Myſtagogis habere ſinit experientia.

CAPUT

CAPUT XXIII.

ARGUMENTUM.

Quæ hactenus de conjunctione Electoralis dignitatis cum ditionibus, de jure primogenituræ, de proprietate Feudi antiqui, & de jure quæſito dicta ſunt; in hoc capite accommodantur ad rem præſentem. *Demonſtratur Electoratum Palatinicum falsò prætendi cecidiſſe in commiſſum; quo injuſto ſane facto Filii & Agnati Regis Friderici privarentur per vim jure ſuo: feudumque regale alienaretur contra leges fundamentales; & Electorium officium, ditionibus annexum, diſtraheretur & primogenito auferretur; cum tamen neutrum citra ſummum nefas & injuſtitiam fieri queat: Dignitates enim iſtas reales eſſe, & cohærere rei & ſtatui, non perſonæ. Hinc omnes Electores & Principes titulos ſuos à terris aſſumere, & in feudis majoribus ſub titulo Ducatûs conceſſis; ipſam regalem dignitatem territorio annexam poſſidere: ſicut experientia teſtetur nullum eſſe Imperii ſtatum, qui alio titulo, quàm quem à territorio conſequatur, ſalutetur.*

Omnes ſtatus Imperii dignitates ſuas & ditiones cohærentes ab Imperio Romano in feudum recognoſcere: Adhæc majorem poteſtatem, quàm Imperatorem in Imperio, in Principatibus ſuis habere, & niſi ambitu minoris circuli ab Imperatore differre; Majeſtatem habere, & quæcunque alia regalia, imò & quæcunque reſervata ſint Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis.

Deprædicanda eſſe felicia illa tempora, quibus ſervire Imperio libertas fuerit; ſicut olim Iuriſconſultus exclamaverit: cum jam nihil ingenuæ magnanimitatis reliquum ſit.

Principes Imperii idem in ſuis terris poſſe, quod Imperator in Imperio; ideò & Regibus æquiparari: Iura provincialia, legeſque non ſecùs ac Imperatori, in Imperio, licitum promulgare; quod etiam ad Epiſcopos extendatur. Subditoſque horum Principum Dominis ſuis fortiùs obligari, quàm ipſi Imperatori.

Electores, Duceſque Germaniæ juramentum ſubjectionis Cæſari non præſtare, ſed tantum fidelitatis: licere illis militem cogere, propugnacula conſtruere, auxilio vicinorum uti, bannitis ſecuritatem concedere, nundinas inſtituere, exercere juriſdictionem criminalem & civilem; monetam cudere, Legationes ad Exteros mittere & recipere; publicamque tam Auguſtanæ quàm Catholicæ confeſſionis conſtituere exercitium: & ſimilia alia regalia Electoribus & Ordinibus Imperii acquiſita & conceſſa exercere.

Magnam differentiam eſſe inter Principes Imperii & Bullatos iſtos, qui nudum Principis titulum poſſeſſione tantâ dignitate conveniente vacuum oſtendant; cum tamen nemo mereatur denominari Princeps, niſi qui habeat Principatum.

Ac licet bullati iſti inter Ordines Imperii velint locum & ſubſellium habere, in numero tamen Statuum Imperii non recenſeri, neque ad Comitia vocari, nec illos poſſe Majeſtatem Imperii tueri, niſi territoria dignitati ſuæ cohærentia poſſideant; cum nullus in Imperio Ducatus ſit, qui ab Imperio in feudum non recipiatur. Benè itaque à Majoribus ſancitum jura regalia, quibus Principes Imperii, præ aliis Europæ Principibus conſpicui ſint, territoriis agglutinata eſſe debere, ut nullo unquam tempore alienari queant: cum Dignitas Principum Principatui in feudum conceſſo, non ſecus ac oſſibus caro adhæreat; nec jura regalia poſſint ſubſiſtere ſine territorio, & eum qui ſuccedat in dignitate, etiam in rem ei unitam ſuccedere deberet: Inde autem conſequi, nullo ſchemate juſtitiæ palliari poſſe, quod Septemviralis Palatini dignitas à Principatu Palatinico avulſa ſit, & ditiones Electorales, partim in luitionem oppignoratæ ſuperioris Auſtriæ; partim in ſolutum mutuò datæ pecuniæ, partim in plurimas particulas diſcerptæ, pluribus in prædam ceſſerint,

cum tamen jure quoque civili cautum ſit, dignitatem, liberis à Majoribus acquiſitam, confiſcari non poſſe.

Electorale officium non à Patre, ſed à naturâ jure ſanguinis acquiri, ideoque filio propter caſum Patris auferri non poſſe; idemque judicium ſtatuendum de Electoratu dignitati annexo: hincque inferendum, ſi dignitas Electoralis & regalia, in fiſcum referri non poſſint, nec Electoratum dignitati conjunctum confiſcari poſſe, multo minùs liberis & Agnatis eripi.

Nullam de Electoratu teſtamenti factionem eſſe, ſed eum ad primogenitum defuncti, vel ad primogeniti primogenitum in infinitum ex lege, conſuetudine & inveſtiturâ pertinere. Ac etiam ubi in Electoris ſucceſſore idonea ætas deficiat, tutelam atque adminiſtrationem interea proximo Agnato committi; ſummâ providentiâ, ut ad quem ſucceſſionis ſpes, ad eum quoque adminiſtrationis onus pertineat.

Idem quoque in regno Franciæ obſervari, in quo ſucceſſionis jus, etiamſi Pater Rex filium, ſeu Frater fratrem propter crimen læſæ Majeſtatis commiſſum ad mortem condemnaſſet, horum tamen filiis eripi illud non poſſit; nec ſi ipſe Rex propter immania ſcelera deponeretur, hoc tamen minime nocere ejus primogenito, & ſucceſſori.

Cum itaque in Electoratibus eædem rationes militent, quæ in Regno Franciæ, & ſucceſſio in eodem non poſſit ob factum Patris filio & agnatis adimi, ita nec Electoratum cum cohærente dignitate in præjudicium primogeniti confiſcari poſſe; etſi non infitiandum ſit, differentiam eſſe magnam inter Regna extera, Galliæ præſertim, & Electoratus, cum feuda illa non ſint, nec ullum ſuperiorem, præter Deum agnoſcant, potentiora etiam & αὐτεξουσιότητι ſublimiora ſint: in his tamen non conſtitui argumentum à ſimili; verùm in rebus proportionatis, quæ per eandem juris rationem conſentiant, & ab uno particulari ad aliud particulare adaptentur.

CONSPECTVS.

1. Electoratum Palatinicum feudum Imperii ex pacto & providentiâ, falsò prætendi cecidiſſe in commiſſum; & quidem ob crimen ultimi poſſidentis non convicti, nec legitimè condemnati.

2. Iſto facto tum liberos & tot Agnatos jus quæſitum habentes, & in inveſtiturâ comprehenſos privari de facto, & per vim jure ſuo:

3. Tum feudum individuum & regale alienari, ſcindi, vendi, contra leges fundamentales:

4. Deinde Electorium Archidapiferiæ officium indivulsè cohærens & annexum ditionibus diſtrahi;

5. Et primogenito auferri: quod neutrum ullo caſu & prætextu fieri debeat:

6. Cum dignitas Septemviralis non poſſit auferri; ſic nec ditiones auferri non poſſe.

7. Si in Aureâ Bullâ & inveſtituris inſeparabilis hæc muneris & dignitatis Electoriæ connexio clarè ſancita non inveniretur, rationem tamen & experientiam dictare, alterum ab altero ſejungi non poſſe.

8. Dignitates enim iſtas non eſſe merè perſonales, ſed potius reales, quæ cohæreant rei & ſtatui.

9. Jura regalia & privilegia non inhærere perſonæ mortali, ſed rei, Regno, & Electoratui.

10. Ideò qui de iis inveſtiti ſint meritò dici Reges, Electores, Duces & Principes, & in rem, ſibi jure proprio ipſo conceptionis momento acquiſitam, venire, & jura ſuperioritatis habere, exercere & ad poſteros tranſmittere.

11. Quod adeò verum ſit, ut in Germaniâ nullus Principum reperiatur, qui Elector vel Dux Imperii dicatur, cui non nomen dignitatis & realitatis territorii ſimul reſpondeat.

12. Hinc omnes in Imperio, ut & alibi, Reges, Electores & Principes, denominationes & titulos ſuos, à regionibus & terris, quarum poſſeſſionem vel nunc retineant, vel habere prætendant, aſſumere & ſortiri.

13. Quia à potiori & digniori denominatio fieri conſueverit:

14. Et

14. Et nomina dignitatum imponantur ſecundum originalem rationem.

15. Quapropter in feudis majoribus ſub titulo Ducatus conceſſis, non tam perſona ſuccedens, quam ipſa regalis dignitas territorio deſponſa ſit.

16. Sic Electores Palatinos, Saxoniæ, Brandenburgi, Bohemiæ, nomina ſua adeptos eſſe.

17. Sic Duces, Marchiones, Landgravios, Comites, Barones multos quorum plerique jure etiam primogenituræ ſucceſſiones ſuas conſequantur, nullum aliud agnomen & titulum habere, quam quæ à regionibus ſuis ipſis attributa ſint.

18. Quamvis res à Perſonâ ſumat ſtatum:

19. Tamen hic contrarium eſſe, dum Perſona à re ſumat nomen & ſtatum.

20. Corpora illa, ſcilicet Electoratus & Ducatus ſublimia & perpetuùm duratura potiora cenſeri homine mortali.

21. Peneſque Regnum & Ordines Populumque reſidere ſuperioritatis faſtigium.

22. Jus potentius omne in causâ quam in cauſato eſſe.

23. Et bonorarius eſſe prius quàm poſterius.

24. Idem eſſe in dignitatibus & officiis Eccleſiaſticis, quod in Politicis & ſæcularibus:

25. Eadem enim regalia Eccleſiaſticos in ſuis territoriis obtinere, quæ Duces & Principes in ſuis Principatibus.

26. Niſi quod Duces & Principes, pleniore adminiſtratione & lege ſucceſſionis fruantur, illi autem diſpenſatores & fructuarii tantùm ſint.

27. Regalia non ideò vocari, quia à Rege & imperatore conferantur, ſed quod regiam dignitatem cum juribus omnigenis & regiis catenarim adjunctam habeant.

28. Omnes Principes & Status Imperii dignitates ſuas & jura cum ditionibus quibus cohæreant in feudo, ab Imperio Romano recognoſcere, ejuſque protectionem & ſupremam eminentiam agnoſcere & venerari.

29. Nihilominus tamen in Principatibus & dominiis ſuis eandem poteſtatem, imò ſanè majorem, quàm Imperator in Imperio habeant & exerceant.

30. Eosnil niſi ambitu minoris circuli ab Imperatore differre.

31. Majeſtate præditum eſſe Ducem, locoque Principis in territorio ſuo haberi.

32. Eos habere firmius jus, quia in hæredes ſit tranſitorium, quàm Imperatorem in Imperio electione ei delato.

33. Plus juris habere ipſum Cæſarem in ſuis hæreditariis, quàm Imperii urbibus.

34. Omnem poteſtatem, etiam eam, quæ Imperatori in ſignum Imperialis Coronæ reſervata ſit, etiam Principibus conceſſam cenſeri.

35. Quemlibet in ſuo territorio perhiberi Imperatorem.

36. Qui feuda poſſideant Imperialia, habere quæcunque regalia, imo & quæcunque reſervata ſint Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis.

37. Servire Romano Imperio eſſe libertate potiri.

38. Felicia fuiſſe illa tempora, quibus ſervire Imperio libertas fuerit; jam nihil ingenuæ magnanimitatis reliquum, Reipublicæ ſtatum verſum, omnes, ſummos, mediocres, infimos in ſervitutem certatim ruere, & ad imperata facienda tàm promtos eſſe, ut naturâ ad ſervitutem facti videantur.

39. Principes & Ordines Imperii idem in ſuis terris poſſe, quod Imperator in Imperio poſſit.

40. Ideò etiam pro Regibus haberi:

41. Erâ Carolo V. Reges appellatos.

42. Maximilianum Imperatorem ſe Regem Regum dixiſſe.

43. Electores altitudine dignitatis & poteſtatis Regibus æquiparati.

44. Aſſeſſores & judices in Camerâ Imperiali hoc etiam probare & ſequi.

45. Eadem regalia Principes & Status habere, quæ olim in eâdem parte Imperator & Imperium habuerit.

46. Hinc vulgò Germanis uſitatum eſſe: quemlibet Dominum in ſuo territorio Cæſarem eſſe.

47. Principes enim & Status Imperii in ſuo territorio omnimodam & fermè Majeſtaticam juriſdictionem exercere,

48. Ideò etiam iis non ſecus ac Imperatori in Imperio permiſſum jura provincialia legeſque promulgare, & veteres antiquare, ſine Imperatoris conſenſu.

49. Et hoc etiam ad Epiſcopos extendi.

50. Principes quoque poſſe ſtatuta juri communi derogantia condere.

51. Et formam judiciariam tollere.

52. Ideoque horum Principum ſubditos Dominis ſuis fortius obligari, quam Imperatori.

53. Juramentum enim ſubjectionis fortius ligare ſubditos, quam fidelitatis, quod Vaſalli jurent.

54. Electores, Duces & Comites Germaniæ juramentum ſubjectionis non præſtare, ſed tantùm fidelitatis.

55. Licere iis ut militem cogant, ſubditos ad arma vocent, propugnacula conſtruant, fœdera inter ſe paciſcantur.

56. Et auxilio vicinorum utantur:

57. Suos tueantur; oppreſſos in cliente-

lam ſuſcipiant, ſecuritatem bannitis concedant, & peregrinantes per vias publicas deducant.

58. Deinde noſtros Principes exercere juriſdictionem Criminalem & civilem; ut in criminalibus non liceat appellate, in civilibus ſnb certis conditionibus.

59. Nequaquam tamen ab Electoribus, quibns jns non provocandi ex Aureâ Bullâ competat.

60. Ideo poſſe mandata promnlgare, judices creare, mulctas infligere.

61. Judæos protegere.

62. Inducias moratorias indulgere.

63. Nundinas inſtituere.

64. Telonia & vectigalia imponere.

65. Fiſci jnra exercere.

66. Onera & tributa indicere.

67. Monetam auream & Argenteam cudere cum ſuis inſigniis.

68. Decimas Metalli-fodinarum exigere.

69. Legationes ad exteros Reges mittere & recipere.

70. Titulum, Gratiâ Dei ſe Principem eſſe, in literis ſuis uſurpare.

71. Religionis & rerum divinarum curam ſibi vindicare.

72. Jnra Epiſcopalia exercere.

73. Publicum tàm Auguſtanæ quàm Catholicæ confeſſionis mntare exercitium; & ſi quæ ſint alia regalia Electoribus & Ordinibus Imperii acquiſita & conceſſa, jureque ſuperioritatis debita.

74. Ex his apparere, qnanta ſit differentia inter hos Principes & Proceres Imperii; & inter Bullatos iſtos, qui nudum Principis & Ducis titulnm, poſſeſſione tantæ dignitati conveniente vacuam oſtendant.

75. Plures ejuſmodi Duces, Principes, Comiteſqne, realitate Dncatunm, Principatunm, & Comitatnnm, deſtitutos Ferdinandum II. creaſſe, quàm à tot retro ſæculis in nniverſum Principes & Status extiterint; quæ res haud parum Majeſtatem & Nobilitatis prærogativam præſertim apud exteros imminuerit.

76. Dum enim exteri hinc conſiderent, quid Electori Palatino & aliis Dncibus contigerit, quorum ditiones in prædam militi, in compenſationem benè de Cæſare meritis, in ſolutionem debitorum creditoribns, aſſignatæ fuerint: iſtine adſpiciant veteres colonos, ſedibus ſuis pelli; novos autem evehi & Reipublicæ obtrudi; & Principes tanquam abacorum calculos haberi, jnre fieri opinentur, qnod de facto fieri deprehendant.

77. Longè autem majorem auctoritatem Eelectorum & Principnm Imperii fuiſſe, magiſque ab exteris Regibus æſtimatos, quàm hoc tempore fiat, qno in ſervitutem deturbentur.

78. Neminem mereri denominari Dncem vel Principem, niſi habeat ditionem.

79. Exiguam autem eſſe nuncupationem, niſi realitas Ducatûs, Marchionatûs & Comitatûs ſimnl adjnncta ſit.

80. Propriè Comitem non cenſeri, qui territorium villatum vel caſtrorum non habeat.

81. Ejuſmodi Dominos titulares eſſe eminentes ſpicas acutis ariſtis conſpicuas, & utriculis redundantes granis tamen inanes.

82. Licet enim regalia inſignia præferant & ſe Ordines Imperii profiteantur, in nnmero ſtatuum Imperii tamen non recenſeantur, neque ad Conventus publicos vocentur.

83. Eos tantùm Status Imperii eſſe, qui bona ab Imperio habeant, & ad Comitia vocentur.

84. Quomodo enim hi Principes Majeſtatem Imperii tueri, & ſuas familias ſartas rectas conſervare poſſint, niſi territoria dignitati & officio quod gerant, cohærentia poſſideant.

85. Nullum eſſe Ducatum in Imperio & per paucos admodum Comitatus, qui allodiali jure cenſeatur, & cnjus non ad minimum regalia ab Imperio recognoſcantur.

86. Et ob hanc cauſam benè à Majoribus ſancitum, jura regalia & ſuperioritatis, quibns Imperii Principes præ aliis Principibus totius Europæ conſpicui ſint, ditionibus & territoriis agglutinata eſſe debere, ut nullo unquam tempore dirimi queant.

87. Snccedentem in dignitate Electorali, etiam in Electoratu dignationi annexo ſuccedere; & ſic vice verſa.

88. Privilegium datnm loco tranſire in ſucceſſorem loci.

89. Cui acquiratur territorinm, in eum etiam tranſire regalia territorio adhærentia.

90. Dignitatem enim Electoralem Electoratui in feudum conceſſo, non ſecus ac oſſibus carnem inhærere.

91. Territorium nihil aliud eſſe, quam terræ ſpatium munitum juriſdictione.

92. Dignitatem regiam non poſſe ſubſiſtere ſine regno, nec jura regalia ſine territorio, non magis ac Servitutem ſine fundo dominante;

93. Vel adjunctum ſine ſubjecto.

94. Imo bona ipſa importare ſecum talem dignitatem.

95. Eum qui ſuccedat in dignitate & titulo; etiam in rem eis unitam ſuccedere debere.

96. Inde conſequi, nullo ſchemate juſtitiæ palliari poſſe, quod Septemviralis Palatini

tini dignitas, contra expreſſam legis fundamentalis conſuetudinem & jus feudi regalis à Principatu Palatinico, in unius Maximiliani emolumentum, inque noxam tot liberorum avulſa ſit.

97. Dignitatem Electoralem Maximiliano ſeparatim ad dies vitæ tantum conceſſam eſſe.

98. Illum, Palatinatum in luitionem oppignoratæ Superioris Auſtriæ conſecutum eſſe.

99. Denique in inferiore Palatinatu partem territorii Electoralis non minus contemnendam, in ſolutum mutuò datæ pecuniæ adeptum eſſe.

100. Reliquamque ditionum Electoralium partem in plurimas particulas diſcerptas pluribus in prædam & præmium ceſſiſſe.

101. Jure civili tantum dignitatem liberis à Majoribus quæſitam confiſcari non poſſe.

102. Electorale officium dignitatem eſſe, quam filii jure primogenituræ non à Patre ſed à Naturâ ſanguinis acquirant.

103. Ideoque illam auferri filio propter caſum Patris non debere.

104. Idem enim judicium ſtatuendum de Principatu & Ducatu dignitati annexo, quod de ipsâ dignitate ſtatuitur.

105. Secundum analogiam dignitatis etiam Principatus annexos eſſe metiendos.

106. Eandem enim diſpoſitionem eſſe connexorum, ac proindè idem jus de utroque ſtatuendum.

107. Hinc inferendum ſi dignitas regni & regalia in fiſcum referri non poſſint, non poſſe reperiri Perſonam cum quâ finiantur.

108. Tum quia toti generi debita & totius corporis civilis ſint, immutari non poſſe.

109. Denique quia in commercium non veniant.

110. Ideo nec Regnum, nec Electoratum, dignitati iſti conjunctum confiſcari poſſe.

111. Multo minus liberis & Agnatis eripi.

112. Quemadmodum ſucceſſio in Regno Galliæ excludat omnimodè fiſcum.

113. Imò etiam eum ad ſucceſſionem admittendum, qui commiſiſſet crimen læſæ Majeſtatis, ideo quia fiſcus non ſuccedat.

114. Ita etiam Electoratum in fiſcum trahi non poſſe.

115. Quia eodem & pari modo Electores in ſuis ſeptemviratibus ſuccedant, ſicut Reges in Franciâ.

116. In Regni Franciæ ſucceſſione reperiri dumtaxat conſuetum, quod ſucceſſio ſimplex deferatur primogenitis maribus ex lineâ rectâ illorum, quibus ſuccedatur, ut illa deficiente ſuccedere mares tranſverſales juxta gradûs prærogativam.

117. Valere itaque illam juris feudalis regulam; ut ex causâ regiarum ſucceſſionum vetus cujuſque gentis inſtitutum Romanas leges vincat.

118. Quæ in Regni Franciæ ſucceſſione conſtituta ſint; eadem etiam in Aureâ Bullâ de ſucceſſione primogeniti maſculi in Electoratibus, deque prælatione Nepotis ante Patruum ſanciri.

119. Nullam eſſe de Electoratûs hæreditate teſtamenti factionem, non magis quàm de feudi ſucceſſione.

120. Electoratûs igitur hæreditatem ad primogenitum defuncti, vel ad Primogeniti primogenitum in infinitum pertinere.

121. Ubi in Electoris ſucceſſore idonea ætas deficiat, tutelam atque adminiſtrationem intereà proximo Agnato committi, ſummâ providentiâ, ut ad quem ſucceſſionis ſpes, ad eum quoque adminiſtrationis onus pertineat.

122. Inde conſequi; Non magis Electoribus licere de ſui Principatûs adminiſtratione, quam de ipſius hæreditate teſtari.

123. Idem quoque in Regno Franciæ obſervari, tam quoad ſucceſſionem teſtamentariam diſpoſitioni minimè ſubjectam, quàm ad tutelam.

124. Atque ex hoc fundamento adſtrui, jus ſucceſſionis in Regno, Regiamque Majeſtatem non magis quam ipſum Regnum poſſe illi, cui jus quæſitum ſit adimi ob quamcunque cauſam.

125. Etiamſi contingeret, ut Pater Rex, filium; vel frater Rex, fratrem propter crimen læſæ Majeſtatis in ſe commiſſum ad mortem condemnaſſet, horum tamen filiis jus ſucceſſionis eripere & in alium transferre minime poſſe.

126. Si quoque eveniret, ut ipſe Rex propter immania ſcelera conſenſu totius Regni deponeretur, hoc tamen non nocere ejus primogenito & ſucceſſori.

127. In Electoratibus eaſdem rationes militare, quæ in Regno Franciæ.

128. De ſimilibus, itemque ad ſimilia idem eſſe judicium.

129. Si itaque ſucceſſio in regno Galliæ non poſſit ob factum Patris filio & agnatis adimi; ita nec Electoratus cum cohærente dignitate in præjudicium primogeniti confiſcari poſſe.

130. Etſi non inficiandum ſit, differentiam eſſe inter Electoratus & Regna extera, præſertim Galliæ, cum feuda non ſint, & nullum ſuperiorem præter Deum agnoſcant:

131. Nec Regnum Hiſpaniæ feudum ſit.

132. Anglia tamen aliàs Imperatorem

tanquam feudataria ſalutaverit : Fraucia nunquam:

133. Regnum Bohemiæ quoque feudum ſit.

134. Regna Angliæ, Daniæ, Poloniæ, Ungariæ olim quidem Imperium recoguoverint, hodiè autem exemta ſint.

135. Regnum quoque Arelatenſe Galliæ pars ſub Imperio fuerit, unde Treviteuſis elector ſuum habeat titulum.

136. Delphinatum quoque tranſlatum in Regem Francorum ſub colore, quod Primogenitus tauquam Vaſallus Imperii teneret in feudum, & inde Delphiuus vocaretur.

137. Deinde non negari Regnorum corpora præſertim Frauciæ louge potentiora quàm Electoratus.

138. Denique ipſos Reges gradu, potentiâ & αὐτεξουσιότητι ſublimiores & conſpectiores eſſe.

139. In his tamen uon conſtitui argumentum à ſimili; verùm iu rebus proportionatis, quæ per eandem juris rationem conſentiant, & ab uno particulari ad aliud particulare adaptentur.

140. Jus enim eſſe ἀπεξουσιωμένῃ & quod juſtum ſit, ſive regem ſive inferiores contingat.

141. Regna tamen æquiparari feudis, & diſpoſitum de uuo etiam ad aliud extendi.

142. Retineri enim ſimilitudinem feudi & Principatus, excepto, quod Principes & Regnum non pendeant ab alterius poteſtate; feudum tameu ab alterius poteſtate pendeat.

1. HÆc quæ hactenus de inſeparabili conjunctione dignitatis Electoralis cum ditionibus Palatinicis; quæ de jure primogenituræ & proprietate feudi antiqui ex pacto & providentiâ; quæ de ſucceſſione individuâ & immutabili ex contractu & inveſtiturâ primâ competente; quæ de jure liberis & Agnatis debito & quæſito, & nullo ſub prætextu commiſſæ ab ultimo poſſeſſore feloniæ & criminis auferendo, diximus & deduximus; expendantur nunc & accomodentur ad factum præſens, quo Electoratus Palatinicus, feudum tam nobile Imperii, regale, & dignitatem annexam habens, feudum, inquam, antiquum & gentilitium ex pacto & contractu à majoribus interpoſito, omnibus deſcendentibus, in primâ inveſtiturâ expreſſim pactum, ex jure proprio & ſanguinis per legem fundamentalem confirmato, debitum, prætenditur cecidiſſe in commiſſum; & quidem non propter convictum, probatum, cognitum; ſed propter prætenſum ex adverſo excogitatum, & hac ex
2. parte pernegatum crimen, excluſis non liberis tantùm ex primâ inveſtiturâ & conceſſione vocatis, & jus quæſitum habentibus; ſed etiam tot Agnatis, qui omnes immeritò, jure ſuo, de facto, per vim, & per ſententiam proſcriptionis ipſo jure nullam in ſolâ præproperâ executione armorum fun-
3. datam ſpoliati & defraudati ſunt; alienato inſuper & ſciſſo & partim divendito, partim oppignerato, partim donato, & in remotiſſimum omnium Agnatum & Gentilem tranſlato feudo individuo & regali

Ὦ θολμὸν ἔργον κ' ἀνόσιον, καὶ παρὰ νόμον;

O facinus audax, impium & contra leges.

4. Electorum quippe munus & officium Archidapiferiæ cum annexis ditionibus & juribus, feudum dignitatis antiquum, ex pacto & providentiâ majorum, lege perpetuò valiturâ, indivulsè adamantino vinculo cohæret & colligatum eſt atque conjunctum ſuâ naturâ & virtute ſanctionis Pragmaticæ, cum Poſſeſſione Palatinatûs Rheni; adeò ut alterum ab altero ſepa-
5. rari & divelli nequeat; in tantum ut conſequens ſit, primogenitum in lineâ Palatinâ vocatum ex pacto, contractu, & prima inveſtitura, neutro privari poſſe, ſive per crimen, ſive per factum & diſpoſitionem ultimi poſſeſſoris. Deinde Palatinatum in commiſſum cadere & fiſco, ſive ſub prætextu damni accepti, ſive ſub prætenſione commiſſi occupari, detineri aut
6. alteri cedi nequaquam poſſe. Cum enim vox, ſuffragium, & dignitas Septemviralis connexa & æternùm colligata ſit cum ditionibus Palatinatûs Rheni,

Rheni, & eadem dignitas (quia jure primogenituræ, & ab ultimâ origine omnibus ex eadem familiâ natis & naſcituris, quos prima conceſſio & inveſtitura vocat, & tanquam præſentes ſiſtit & inveſtit, debetur) auferri ei, qui tale jus habet acquiſitum, ullâ ratione nequeat, neceſſariò etiam ſequitur, nec ditiones inſeparabili nexu colligatas aufferri poſſe.

Si in Aurea Bulla, & inveſtituris inſeparabilis hæc muneris & dignitatis electoriæ connexio, tam clarè & perſpicuè, expreſſiſque verbis ſancita, ſtabilita, & confirmata non inveniretur: ratio tamen, experientia, & communis ſenſus dictaret & oſtenderet, alterum ab altero ſejungi & divelli per ipſam rei naturam non poſſe, ſed utrumque invicem inſolubili vinculo colligatum & connexum eſſe & manere debere. 7. Dignitates enim iſtæ cum titulo Regis, Electoris, Ducis, Principis, non ſunt merè perſonales, ſed potiùs reales, quæ cohærent rei & ſtatui, hoc eſt, regno, Electoratui, Ducatui, & Principatui, & conceduntur non adminiſtrationis & officii tantum, ſed & proprietaris reſpectu omnibus in inveſtiturâ comprehenſis. 8. *Andreas de Iſern. cap. unico n. 2. verſ. Poſſent etiam reduci ad conſonantiam. & ibidem Martinus Laudenſ. n. 3. verſ. advertendum. tit. de feudo Marchiæ. Iacobinus de Sancto Georgio de feudis. in verbo Dux. §. quid ſi Rex vel Dux intret religionem. n. 3. in fine. Maſtrill. de Magiſtratibus lib. 4. cap. 10. n. 37. tom. 1. Molinæus de primogenit. lib. 1. cap. 11. n. 19. & ſeq. Roſenthal in cap. 7. concluſ. 15. gloſſa c. & cap. 9. concluſ. 55. n. 4. text. in cap. 1. Quis dicatur Dux. Ioann. Franciſcus de Ponte conſ. 1. n. 58. 59. & ſeq. & n. 70. vol. 1. & conſ. 7. n. 11. 16. & ſequent. Niger Cyriacus in controverſ. Mantuana artic. 3. n. 20. 21. 22. 23.* Jura certè regalia, dignitas, majeſtas, officium, juriſdictio, & ſi quæ ſunt alia Regibus & Principibus conceſſa jura & privilegia, non inhærent & adglutinata ſunt perſonæ fragili & mortali, ſed rei, nimirum regno, Electoratui, Principatui, Landgraviatui, æternùm & perpetuò duraturis corporibus: ideò qui de iis inveſtiti ſunt, aut ſuccedunt, vel ex lege, vel conſuetudine, vel inveſtiturâ, ſunt & dicuntur verè Reges, Electores, Duces, Landgravii, Margravii, Principes, & in rem, ſibi jure proprio, vi legis, conſuetudinis, & pacti, ipſo conceptionis momento acquiſitam & debitam veniunt, & jura ſuperioritatis habent & exercent, & ad poſteros tranſmittunt. 9. 10. *Bald. in proœmio Digeſtor. n. 25. Meiſchnerus tom. 1. deciſ. 7. n. 8. lib. 1. & tom. 2. lib. 1. deciſ. 4. n. 108. Gylmann. de jure territorii. tit. 2. cap. 5. n. 105. Surdus deciſ. 1. n. 3. Cravett. conſ. 615. n. 1. & 13. & conſ. 673. n. 14. & conſ. 404. n. 5. Freccia de ſubfeudat. lib. 2. in tit. Quis dicatur Comes n. 53. Ioann. Franciſ. de Ponte d. conſ. 1. n. 58. 59. & conſ. 7. n. 23. vol. 2. Schrad. conſ. 21. n. 142. Andreas Knichen de ſublimi territorii jure cap. 1. pluribus in locis. & in Encyclopædia cap. 1. Mozzini de feud. Rubrica de his qui feudum dare vel accipere. n. 16. Iacobinus de Sancto Georgio verbo. Princeps Pedemontium. & verbo. Comes de Villaris. Chaſſan. in conſuet. Burgund. verbo Dux. n. 4. Afflict. in rubric. Quæ ſint regalia. Borcholten in explication. capituli. Quæ ſunt regalia. n. 7. 8. Seyſſel. in ſpecul. feud. in verbo. Qui feuda dare poſſunt. Paulus de Caſtro conſ. 34. lib. 2. Ioann. Antonius Lanarius conſ. 5. n. 4.* Quod adeò verum eſt, ut in Germaniâ nullus Principum reperiatur, qui Elector, Dux, Marchio, Landgravius, Burgravius, & Princeps Imperii dicitur & agnominatur, cui non nomen dignitatis & realitatis territorii ſimul reſpondeat, vel ditio ab ipſo non poſſideatur, vel ſaltem à majoribus non fuerit poſſeſſa: 11. *Andreas Knichen in commentario de privilegio Saxoniæ Ducis provocatoriæ litis neſcio. cap. 4. Idem de ſublimi & regio territorii jure cap. 1. n. 24. 25. & n. 149. Referens in cauſa reviſionis Marchionis Brandenburg. contra Norimbergam in tom. 1. part. 3. vol. 23. n. 44. apud Gylmann. in Symphoremat. Reinking de regimi. ſæcular. lib. 1. claſſe. 4. cap. 16. num. 35.*

Hinc

12. Hinc omnes in Germania & Impetio, ut & alibi Reges, Electores, Du-
ces Burgravii, Marchiones Landgravii, Principes & Optimates Imperii,
quorum certus & definitus eſt numetus in matriculâ deſcriptus, quem au-
gere vel minuere Imperatori ſine conſenſu omnium Otdinum fas non eſt,
denominationes & titulos ſuos à regionibus, terris, ditionibus locis, quo-
rum poſſeſſionem vel nunc retinent, vel quondam habuerunt, vel habere
prætendunt, quorumque jura defendunt & ſibi vindicant, quæque etiam
regali jure & dignitate inſignita & decorata ſunt; aſſumunt & ſortiuntur.
*VVeſenbec. de feud. cap. 4. n. 3. Knichen commentaria in jus Saxonicum, &
cap. 4. & in tractat. de ſublimi & regio territorii jure. cap. 1. n. 192. Douſa in an-
nal. Holland. lib. 5. Nicolaus Everhardus Iunior. conſ. 41. n. 31. 34. & ſeq. Rein-*
13. *king d. cap. 16. & n. 35.* Quia à potentiori & digniori denominatio fieri con-
ſuevit. *d. Referens in terminis hanc rationem reddit in d. voto 23. n. 45. per Ti-
raquell. de Retraict lignagier. §. 30. gloſſ. 1. n. 4. & ſeq. l. quaritur 10. D. de
ſtatu hominis. leg. domum. 57. D. de contrahend. emtion. l. quaſitum. 78. §. il-*
14. *lud fortaſſe 4. D. de legat. 3.* & alias nomina dignitarum imponuntur & aſci-
ſcuntur ſecundum originalem rationem, *per Baldum in l. humanitas. n. 2.
C. de impuber. & aliis ſubſtit. VVeſenbec. conſ. 34. n. 56. Reinking d. c. n. 36.*
15. Quapropter in feudis majoribus ſub titulo Ducatus, Principatus, & Mar-
chionatus, conceſſis, non tam perſona ſuccedens, quàm ipſa regalis digni-
tas, ſeu qualitas & conditio territorio attributa & deſponſa. *Idem Reinking*
16. *d. c. n. 37.* Sic Elector & Comes Palatinus ad Rhenum à territorio Palati-
natûs Rheni, cui annexa & unita eſt Electoralis dignitas & prærogativa, co-
gnomen habet. Ita Elector & Dux Saxoniæ, Elector & Marchio de Bran-
denburg, Elector & Rex Bohemiæ, iſte à Ducatu, ſeu regione Saxoniæ, ille
à Marchia, ſeu provinciâ Brandenburgicâ: hic à regno Bohæmiæ è Duca-
17. tu ad illud faſtigium erecto, nomina adepti ſunt. Sic Dux Sabaudiæ, Lo-
tharingiæ, Mantuæ, Brunſwigæ, Lunenburgiæ, Bavariæ, Auſtriæ, Pome-
raniæ, Boruſſiæ, Meklenburgiæ, Wittenbergiæ, Holſatiæ: Sic Marchio
Brandenburgiæ, Miſniæ, Badenæ: Sic Landgravius Haſſiæ, Leuchtenber-
giæ, Alſatiæ: Sic Burggravius Notinbergæ, Magdeburgi: Sic Princeps de
Anhalt: Sic Comes de Naſſau, de Hænau, de Oldenburg, de Oſtfriſiâ,
de Schwartzenburg, de Schaumburg, de Hohenlohe, de Iſenburg, de
Bentheim, de Lippe, de Waldeck; de Erpach, de Solms, de Leiningen. Sic
Baro de Papenheim, de Limpurg, de Winneberg, de Walpurg, quorum
plerique jure etiam primogenituræ, vel ſaltem jure majoratus, ſucceſſiones
ſuas conſequuntur, nullum aliud agnomen, titulum, appellationem, & in-
ſignia habent, quàm quæ à regionibus, Provinciis, feudis dominiis, ſatra-
piis, præfectutis, caſtris, quæ poſſeſſione vel civili, vel naturali, ſibi aſſerunt
& retinent, indita & attributa ferunt, peculiariq; jure conſecuti ſunt. Ideò
revera *Φερώνυμοι* nomen cum re conveniens ferentes, dici merentur.
18. Quamvis aliâs res à perſona ſumat ſtatum. *l. 1. C. de imponenda lucrativa
deſcriptione*: & tanquam acceſſoria ſequatur conditionem principalis poſ-
ſeſſoris. *c. acceſſorium de regul. in 76. argum. l. cum principalis. 138. D. de re-*
19. *gul. §. liberis. Inſtitut. de pupillor. ſubſtitut. Cothmann. conſ. 10. n. 6. lib. 11.* ta-
men hic contrarium eſt, dum perſona à re ſumit nomen & ſtatum, & ex
conceſſione & acquiſitione Ducatus, Electoratus, regni fit Dux, Elector,
& Rex. *Reinking d. claſſ. 4. cap. 10. n. 5. per Don Garſias Maſtrill. de Magiſtrati-*
20. *bus lib. 4. c. 5. n. 4. 5. 6.* Ne dicam corpora illa ſublimia & perpetuò duratu-
ra, & in ſe tot civium & ſubditorum myriades, ſecuritatem etiam & ſalu-
tem honoremque Romani Imperii continentia potiora cenſeri homine
21. mortali; peneſque regnum & Ordines, populumque reſidere ſuperiorita-
tis faſtigium. *Iunius Brutus in vindiciis. latè. Althuſ. in Politic. cap. 19. n. 12.*

Hænon.

Hænon. diſputation. Politic. 2. argum. l. peto. §. prædium. D. de legat. 2. neceſſariò. D. de periculo rei vendita. Bald. in l. 4. D. de juſtit. & jure. & in l. digna vox. C. de legibus. ubi jus potentiùs omne in cauſa, quàm in cauſato eſſe perhibetur. Addunt & alias rationes, nempè illud à quo aliquid dependet, 22.
majus eſſe dependente; & honoratius eſſe prius, quàm poſterius, *ut eſt* 23.
apud Halicarnaſſ. lib. 2. antiq. Roman. & id magis tale eſſe, propter quod hoc vel illud tale eſt. *argum. Authent. multò magis. C. de 55. Eccleſiis. & l. cum quis à muliere. 10. C. de natural. liberis & matribus.* Reliquas rationes ſilentio præ- 24.
tereamus: & dicimus, idem eſſe in dignitatibus & officiis Eccleſiaſticis, quod in Politicis & ſæcularibus adſtruximus. Nam & Epiſcopi, Antiſtes, Præſules, Abbates, Præpoſiti majorum in Imperio Germanico gentium, à regionibus, Provinciis, Diœceſibus, Diſtractibus, Urbibus, quas poſſident & inſident, teguntque jure tam epiſcopali, quàm territoriali & politico denominationem obtinent: Sic Elector & Archiepiſcopus de Moguntia, de Colonia, de Treveri: Sic Archiepiſcopus de Saltzburg, de Magdenburg, de Brema, de Riga, de Veſuntio: Ita Epiſcopus de Wirtzburg, de Bamberg, de Aichſtad; de Paſſavia, de Tridento, de Brixia, de Spira, de Wormatia, de Auguſta, de Argentina, de Leodio: Sic Abbas de Fulda, de Hirſchfeld, de Murbach, de Corbei; Sic Præpoſitus de Bercholſgaden, de Elwangen, de Weiſſenburg, de Wingarren, & reliqua infulatorum turba nomen ſortiuntur à cognomine territorio, in quo jura tam epiſcopalia, quàm regalia & ſuperioritatis exercent, vel exercere prætendunt; *Aurea Bulla tit. 26. ibi.* feuda ſua & regalia ab Imperatore vel Rege recipiunt. *ibi Buxtorf. concluſ. 69. gloſſ. lit. A. Gail de pace public. libr. 1. cap. 5. n. 13. Choppin. de doman. Franciæ titul. 6. n. 4. libr. 1. & tit. 9. n. 19. lib. 2.* eadem enim re- 25.
galia in ſuis territoriis obtinent, quæ Duces, Principes, Marchiones; *ex Modeſtin. Piſtor. conſ. 49. n. 3. vol. 2. Knichen aſſerit in commentar. in jus Saxon. litis provocatoriæ neſcium cap. 2.* niſi quod hi pleniore adminiſtratione, & 26.
lege ſucceſſionis fruantur, illi autem diſpenſatores & fructuarii tantum ſint, *ut ibid. ait Knichen. per Choppin. lib. 3. tit. 13. n. 7. Dilect. Durant. de arte teſtandi lib. 1. cautel. 3.* Hic velut per ſaturam obſerva, regalia non ideò 27.
vocari, quia à Rege ex Imperatore conferuntur, alioquin etiam minora feuda à Rege, inferioris Vaſallo conditionis conceſſa deberent eodem modo dici regalia, ſed quod regiam dignitatem cum juribus omnigenis & regiis catenatim adjunctam habent. *Knichen de ſublim. territor. jure cap. 1. n. 150. & ſeq. & in d. commentario cap. 4. ubi dicit,* ita appellari, quod eis inſit regalis dignitas, qualis eſt Ducalis, Marchionalis, quæ in feudis vocetur regalis. *c. unic. De his qui feuda dare. c. 1. Quis dicatur Dux c. 1. de feudo Marchiæ, ubi Baldus allegat etiam Iacobutium de Franchis in prælud. feud. Rubrica. Species feudorum quot ſint n. 1. Baronem de jure beneficii cap. 9. lib. 1. Contium tit de diviſion. feudi. Frecciam de auctoritate & poteſtate Baronum.* Omnes 28.
iſti Principes & Proceres cum cæteris, quos non recenſuimus Ordinibus & Statibus Imperii, tam Eccleſiaſtici, quàm Politici dignitates ſuas, munera, & jura cum ditionibus & terris, quibus illa cohærent, & annexo inſeparabilique nodo devincta ſunt, in feudo ab Imperio Romano recognoſcunt, ejuſq; protectionem & ſupremam auguſtæ & ſacroſanctæ Majeſtatis eminentiam agnoſcunt & venerantur: nihilominus tamen in principati- 29.
bus, provinciis, dominiis, & dynaſtiis ſuis eandem poteſtatem, imò ſanè majorem, (quia jure proprio eam & perpetuo, lege Imperii ex immemoriali conſuetudine, ex pactis & inveſtituris ſubinde renovatis, non tantum adminiſtrationis, ſed & proprietatis titulo, non temporariam, ſed perennem obtinent, atque ad ſucceſſores ſanguinis tranſmittunt: quàm Imperator qui jure electionis & certis ſub legibus imperium adipiſcitur & admi-

Pp niſtrat,

niſtrat, in Imperio habet, uſurpanr & exercenr. *Doctores communiter, & imprimis Bald. in l. ſancimus. 34. C. de donation. & in l. 2. D. de origine juris.*
30. *& in proœmio Digeſtorum, & in Rubrica, quæ ſint Regalia. n. 1.* ubi eos nil niſi ambiru minoris circuli ab Imperatore differre ait, ſicut ſcapham à navi majore, *refert Natta conſ. 661. n. 18. & Prukmann. in §. ſoluta poteſtas. in quarti capitis membro 3. effect. 1. n. 23. Cravetta conſ. 135. Intrigliolius de feud. cent. 1.*
31. *quæſt. 66. n. 2. Renſn. conſ. 3. n. 62. lib. 1. ubi* majeſtate prædirum Ducem eſſe dicir, locoque Principis in territorio ſuo haberi. *Decius conſ. 191. in princip.*
32. *Ægidius Bellamera conſ. 15. Knichen in Encyclopedia in medio.* firmius eos habere jus, quia in hæredes eſt tranſitorium, quàm Imperator in Imperio, electione ei delato. *c. licet de voto. Curt. Iunior conſ. 1. n. 50. Referens apud Gylmann. in Symphorem. tom. 1. part. 1. tit. 2. voto 1. n. 114. 115. per Zaſium de feu-*
33. *dis part. 5. n. 5.* quod plus juris ipſe Cæſar habear in ſuis hæredirariis, quàm
34. Imperii urbibus. *Surdus deciſion. 1. n. 3. ex Rolando, Boſſio, & Ioann. Petro,* quod omnis poteſtas, eriam ea, quæ Imperarori in ſignum imperialis Coronæ reſervara ſint, etiam illis conceſſa cenſeantur: *ita eum affirmare teſtatur Kni-*
35. *chen de ſublim. & regio territor. jure d. c. 1. n. 192. ubi 193. dicit,* quemliber in ſuo territorio perhiberi Imperarorem *allegans d. c. licet. Decianum reſponſ. 5. n. 17. vol. 4. Mazarium conſ. 26. n. 32. Cacheranum conſ. 9. n. 2. VVeſenbecium conſ. 27. n. 29. Ludolph. Schraderum de feud. part. 10. ſection. 1. n. 33. tit. 2. repetit idem in comment. in privileg. Saxon. de non appellando. verbo Ducum. cap. 1. ubi citat Menochium conſ. 75. n. 36. & conſ. 307. n. 1. Cravettam conſ. 983. n. 1. Modeſtin. Piſtor. conſ. 24. n. 1. vol. 1. Riminal d. Iuniorem conſ. 370. n. 3. Hippolyt. de Marſil. in tractat. Bannitor. verbo civitate n. 58. Ruin. conſ. 33 num. 9. vol. 5. Anton. Natta conſ. 631. n. 13. ubi velim hæc verba notari:* Scimus enim, *inquit,*
36. & uſu compertum habemus, quod qui feuda poſſidenr Imperialia, habent quæcunque regalia, imò & quæcunque reſervara ſunt Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis ſive ex eorum inveſtituris, ſive ex vetuſtiſſimâ conſuetudine, vel conſuerudine, juxra *textum in cap. ſuper quibuſdam §. Præterea de verbor. ſignificat.* in quibus profectò eſt honor & emolumentum, adeſt
37. eriam libertas. Nam ſervire Romano Imperio, eſt liberrate potiri, *ut Baldus alibi dicit per text. in Authent. Frider. C. de hæretic. & Manichæ. Paulò poſt, ubi Principes & Vaſallos Imperii clauſula de plenitudine poteſtatis uti dixit,* hoc autem, *inquit,* quàm perhonorificum ſir uri poſſe dictâ clauſula, nemo eſt, qui neſciar, ideò hujuſmodi feuda vix pretio nummerario poſſunr æſtimari, & quàm glorioſum eſt rerinere in familiâ, tam turpe eſt habere vænalia, (*adde* amitrere per ignaviam) quandoquidem honor cuilibet commodo
38. pecuniario præferri debet. *l. Iulia D. ſi quis amiſſa cauſa.* Licet hic exclamare, O felicia illa tempora, quibus Imperio & Imperatori ſervire libertas erar! Bone Deus, qualia hæc noſtra præſentia ſunt! ubi nihil antiquæ liberraris, nihil ingenuæ magnanimiratis, nihil priſci ſpiritus reliquum: ſed Reipublicæ ſtarum videas verſum, omnes exura æqualirate Principis juſſa adſpectare, & ſervilirer omnia pro dominatione facere, paucos bona liberratis in caſſum diſſerere, quanto quis nobilium & Procerum ſervitio promtior, opibus & honoribus extat rolli, ac novis ex rebus auctos tura & præſentia, quam veterem libertarem cum periculo malle: Summa; plebem, populumque Proceres & Optimares, ſummos, medioxumos, infimos in ſervitium certatim ruere, & ad imperara facienda obſequiumque præſtandum tam promtos & aptos eſſe, ur narura ad ſervitutem facti & nati videantur. Hæc obiter. ad rem revertamur.

39. Hoc commune Doctorum axioma, Principes & Ordines Imperii idem
40. in ſuis rerris poſſe, quod Imperator in Imperio, & Rex in regno poſſit; ideò etiam Baldus, Principes & Duces pro Regibus haberi ſcribit, *in l. final. C.*

de

de teſtament. Nicolaus Rukerus inter varia conſil. German. tom. 4 conſ. 41.n.4.
Reinking de regimine ſæculari libro 1. claſ. 4. cap. 8.n. 7. Carolus V. eos etiam 41.
Reges appellare videtur, dum dicere ſolitus erat, ſe in Germania Regibus,
in alii verò regnis mancipiis & ſervis imperare. *Knichen eodem lib. claſſ. 5.*
cap. 6. n. 74. Menoch. conſ. 92. n. 32. quod in eorum Ducatu Reges dican-
tur. Maximilianus Imperator ſe Regem Regum dixit. *Knichen diſput. 12.* 42.
coroll. 12. Electores certè altitudine dignitatis & poteſtatis Regibus æqui- 43.
parantur. *Aurea Bulla §. 30. edition. Cujaciana. Arumæus in diſcurſ. 5. ad*
eandem Bullam concluſ. 11. Martinus Lutherus, æſtimantur enim, *inquit,* Re-
gibus Pares. *Heig. quæſt. part. 1 quaſt. 3. n. 57. Dan. Moller. 3. ſemeſtr. 40.n. 1.*
VVaremund. ab Erenberg in meditamento pro fœderib. libro 1. cap. 2. n.14. Aſ- 44.
ſeſſores & Judices in Camera Imperiali etiam probant & ſequuntur, *Gail*
de pace publica libro 1. cap. 6. n. 10. & 2. obſerv. 57. n. 7. ubi Civitatibus impe-
rialibus hanc etiam poteſtatem tribuit. Referens apud Gylmann. in Symphorem
tom 2. part. 1. voto 5. n. 21. & eodem tomo part. 2. voto 15. n. 20. ubi eadem 45.
regalia Principes & Sratus habeant, quæ olim in eadem parte Imperaror &
imperium habuit. *per Iaſon in l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ. n 7. Dauth de*
teſtament. rubric. de mutand. teſtam. poteſtat. n. 86. Roſenthal de feud. cap. 5.
concluſ. 13. n. 2, 3. Kirchov. commun. opin. concluſ. 58. n. 6. VVeſenb. conſ. 27.
n. 29. part. 1. Meiſchner. tom. 2. libro 1. deciſion. Camera. 8. n. 21. Zaſius 2. con-
ſil. 1. n. 21. & conſ. 15. n. 49. & conſ. 48. Vultejus conſil. Marpurg. 16. n. 46.
libro 1. conſ. 18 n. 82. vol. 2. Bern. Grevæus in proœm. practici. concluſ. n. 24.
Panorm. libro 2. de juriſdict. cap. 4. n. 42. Koppen deciſ. 20. n. 4. Ioann. Ol-
dendorp. claſſ. 2. action. 9. verſ. quaſcunque. Rulandus de Commiſſar. & commiſſ.
part. 1. libro 5. n. 25. lit. c. Plures ſi vis vide apud Ludolphum Schrad. de feud.
in 2. part. partis nona ſection. 10. n. 36, 37. & part. 10. ſection. 1. n. 33. & apud
Prukmann. in rubrica ad §. ſoluta poteſtas. & Reinking d. libro 1. claſſ. 5. c. 6.
n. 1, 2. & ſeq. Hinc vulgò Germanis uſitatum eſt, quemlibet Dominum, 46.
in ſuo territorio Cæſarem eſſe. Ipſique Principes non rarò occinunt: Ego 47.
tibi ſum Imperator in meo Principatu. Principes enim & ſtatus Imperii
in ſuo territorio omnimodam & fermè majeſtaticam juriſdictionem exer-
cent, & juribus, præeminentiis & privilegiis coruſcant Imperatori indultis,
ait Rnichen de jure territoriali cap. 1. n. 175 per Hieron. Gabriel. conſ. 23. n. 1.
& conſ. 163. volum. 1. Socin. Iunior. conſil. 75. n. 1. vol. 4. Decium conſil. 56.
Ludolph. Schrader. de feud. part. 10. ſect. 1. n. 33. tom. 2. Ideò etiam eis, non 48.
ſecus ac Imperatori, aut Regi, in regno & Imperio permiſſum & integrum,
jura provincialia, leges, ſtatuta, & conſtitutiones municipales promulga-
re, veteres antiquare, novas ſubrogare, & quidem ſine Imperatoris con-
ſenſu, ſecundum quas ipſum ſupremum Imperii tribunal pronuntiate &
judicare tenetur. *Ordinat. Cameræ part. 1. tit. 57. Bartolus in l. omnes po-*
puli. 4. D. de juſtitia & jure. quod etiam ad Epiſcopos, quibus in ſuis diœ- 49.
ceſibus ſtatuta condere liceat, extenditur. *4. quæ. 1. in princ. Felin. in c. 1. n. 1.*
extra de reſcript. Bald. in conſil. 188. n. 5. vol. 2. Neviz. conſ. 26. n. 1. Albert.
Brun. conſ. 45. n. 21. Paulus de Caſtro conſ. 74. n. 3. vol. 1. ubi ſubjicit, poſſe 50.
ſtatuta generalia juri communi derogantia condere. *Knichen d. cap. 1. n 179.*
& in tractat. de Autocralia n. 1348. Schrader. d. part. 10. ſection. 8. n. 28. quod
jura communia & formam judicariam mutare, alterare & tollere poſſint. 51.
Angel. conſ. 326. Thom. Grammat. conſ. 103. n. 3, & 4. Cravett. conſ. 314. in
princ. Ideò etiam horum Principum ſubditi Dominis ſuis territorialibus; 52.
propter juramentum ſubjectionis, quod illis jurant, fortius obligantur, ma-
giſque obædire tenentur, quam Imperatori, cui mediatè ſubjecti ſunt. *ex*
Gregorio de conceſſione feudi part. 7. quaſt. 4. n. 12. & Matthia Stephano de
juriſdict. libro 2. part. 2. cap. 7. n. 38. refert Knichen d. cap. 1. n. 181. & Rein-

53. *king. d. claſſ.* 5. *cap.* 1. *n.* 66. Juramenrum enim ſubjectionis fortius ligat
ſubditos, quàm fidelitatis, ſeu clientelare, quod Vaſalli juranr, magiſque
ad obediendum illi, quam hi adſtringuntur, *Knichen de territor. jure cap.* 3.
54. *n.* 162. *Surd. deciſ.* 159. *n.* 17. Hic obirer notandum ex recepto in Imperio
more, Electores, Duces, Principes & Comites Germaniæ juramentum
ſubjectionis non præſtare, ſed tanrum clienrelare ſeu fidelitaris. *Reink. d.
claſſ.* 5. *caq.* 4. *n.* 12.
55. Conceſſum præterea eſt Electoribus, Ducibus, & Statibus imperii mili-
rem in propriam & aliorum defenſionem cogere, diribitoria inſtituere,
ſubdiros ſuos ad arma vocare, *Conſtit. de Anno* MDLV. MDLXIV. *de Anno*
MDLXX, tormenta & inſtrumenta bellica parare, armamenta publica eri-
gere, arces, caſtella, & propugnacula in ſuis regionibus conſtruere, Ur-
56. bes & opida communire, fœdera publicæ pacis & ſecuritatis cauſa inter ſe
paciſci; auxilio vicinorum uri, Vaſallos & ſubditos ſuos, ut ſe in bello ſe-
quanrur & inſerviant, cogere. *d. Conſtit. de anno* MLV. *Aur. Bull. tit.* 11.
VVaremundus ab Erenberg de fœder. libro 2. *cap.* 2. *n.* 13. *Knichen. in comment.*
57. *in jus Saxon. litis provocatoriæ neſcium. cap.* 5. *§.* Steur / folge. ſuos tueri & de-
fendere jure vel armis, oppreſſos in protectionem & clientelam ſuſcipere,
ſecuritatem & ſalvum conductum bannitis concedere, peregrinantes per
vias publicas deducere.
58. Deinde omnimodam exercere juriſdictionem criminalem & civilem,
cum hoc privilegio, ut in criminalibus planè non liceat ab eis appellare, in
59. civilibus certis ſub conditionibus: nequaquam aurem ab Electoribus, qui-
60. bus jus non provocandi ex Aurea Bulla *tit.* 11. competit. Ideò poſſunt ap-
pellationes recipere, cauſas ab inferioribus judiciis avocare, mandata &
inhibitiones promulgare, Judices & Magiſtratus creare, tribunalia & di-
caſteria conſtiruere, mulctas & pœnas infligere & exigere, veniam gra-
tiamque delinquentibus departiri, criminum capitalium pœnas remitte-
61. re, vel moderari famæ, & integrum reſtituere. Judæos recipere, eoſque
62. protegere; inducias moratorias vel quinquennales debitoribus, & qui ver-
ſuram fecerunt, ne ad certum tempus proprer debira à crediroribus in-
63. quierentur, indulgere; nundinas & publicum mercatum erigere, & com-
merciorum libertatem concedere, piſcationem & alios actus in flumine
64. territorii ſui vel prohibere, vel permirrere; telonia, vectigalia, portoria
imponere & exigere certâ ſub lege, vias publicas curare, mercarores per
eas conducere, ad ſe confugienres defendere, ſupremam in nemoribus &
ſilvis juriſdictionem & imperium exercere, jus venandi vel inrerdicere, vel
largiri cui velint, in bonis ſpuriorum & ſine hærede decedentium ſucce-
65. dere; fiſci jura exercere, bona damnatorum publicare, vacantia occupa-
66. re: onera, collectas, cenſum, rriburum, indicere & exigere: monetam au-
67. ream & argenteam cum ipſorum inſcriprione & inſigniis cudere: decimas
68. metalli fodinarum & ſalinarum in privaro fundo repertarum exigere, jus
archivi & Cancellariæ inſtiruere, conſiliarios & adminiſtraros ad ſimilitu-
dinem regiarum curiarum ordinare, & juramento domeſticitaris ſibi de-
69. vincire: legationes tam ad exteros Reges mittere, quàm ab eis recipere; ti-
70. rulum, gratiâ Dei ſe Principes eſſe, in literarum exordiis & exodiis uſurpare:
71. religionis & rerum divinarum curam ſibi vindicare, conſiſtoria ordinare,
templa & ſcholas erigere, verbi Divini præcones conſtituere, & depone-
72. re; jura epiſcopalia exercere, in cauſis marrimonialibus diſpenſare: publi-
73. cum tam Auguſtanæ quàm Catholicæ confeſſionis murare exercitium, &
ſi quæ ſunt alia jura & regalia Electoribus, Principibus, & Ordinibus Im-
perii ex lege publicâ, perperuâ conſuerudine, pactis & inveſtituris antiquis
acquiſita & conceſſa, jureque ſuperioritatis & rerritorii debira. *De quibus,*

ſi vis,

ſi vis, adire potes Feudiſtas, in rubric. & cap. unico. Quæ ſint regalia, ubi plurima regalium ſpecies recenſentur, inprimis autem adiri poſſunt Doctores, qui de jure publico, de juriſdictione, de feudis, & nominatim de regalibus & juribus Principum & Statuum Imperii commentati ſunt, quorum plures ſunt, majorque numerus, quàm eſt muſcarum, ut ait Plautus, cum calet maxumè: inter eos nominitare inpræſentiarum paucos lubet: Roſenthal de feudis cap. 5. per totum, titul. de regalibus, & quomodo in feuda dentur, cum explicat. cap. unica. Quæ ſint regalia. Schraderum de feud. part. 3. cap. ult. & part. 4. cap. 1. & part. 9. partis ſecunda ſection 10. & part. 10. ſect. 4. Matthi. Stephanus. de juriſdict. libro 2 part. 1. cap. 7. titul. de juriſdiction. territoriali. Theodorus Reinking. de regim. ſecular. lib. 1. claſſe 5. cap. 2. & ſeq. inprimis cap. 6. Andreas Knich. in comment. ad priv. Saxonis de non pravocando c. 5. in Encyclopadia, & in tractatu de jure territoriali. Regn. Sixtinus de Regalibus per totum. Arniſæus de jure Majeſtatis & in Politic. paſſim. Limnæus de jure publico. tom. 1. Arum. in diverſis diſputationibus de de jure publico, de Electoribus, de Principibus & Ordinibus imperii, de Regalibus. Ioannes Borcholten in explicat. cap. unici. Quæ ſint regalia. Thomas Michael de juriſdictione. Buxtorffius ad Auream Bullam. Ioachim. Cluten in Sylloge rerum quotidianarum, & plures alios, quos in tribus tomis de jure publico, & in nucleo diſputationum juris publici invenies. Ioannes Comannus in collegio juridico Politico de regalibus tam minoribus, quàm majoribus. Marian. Freccia de poteſtate Baron. Ioannes Niellius diſput. feudal. X I. Caſpar. Klok. de Contributionibus cap. 3. 4. & ſeq. Iacobus Bornitius de Majeſtate Politica. Obrectus in diſput. de regalibus. Scipio Gentilis in diſput. ad c. unic. Quæ ſint regalia. Bocerus de regalibus. Althuſius in Politic. cap. 7. VVeremundus ab Erenberg de fœderib. & in tractat. de ſubſid. regni, & onerib. ſubditor. Schonbornerus lib. 1. Politic. & in diſputat. feudal. Marcus Antonius Peregrinus de jure fiſci, diverſis locis. Kirchnerus in diſputat. Politic. Kekermann. libro 1. Syſtem. Politic. Antonius de Petra de jure quæſito non tollendo. cap. 1. Fridericus Mindanus de mandatis cap. 42, 43. Rulandus de commiſſa. & commiſſ. variis locis. Bortius in ſynopi juris publici. Daniel Otto de jure publico. Chriſtophorus Cruſius in lectionibus feudalibus cap. 4.

Ex his apparet, quanta ſit differentia inter hos Ptincipes, Duces, Mar- 74.
chiones, Comites, Barones & Proceres Impetii, qui non ſolùm titulum & nomen, ſed etiam tem, hoc eſt, feuda majora, tegalia & dignitatum, territoria & Dominia cum jute ſuperioritatis & omnigena juriſdictione, cum mero & mixto imperio, regioni & ſolo cognomini adhærente poſſident & inſident, atque eo ipſo ſtatus Imperii ſunt, & in Comitiis ſedendi ferendique ſuffragii poteſtatem obtinent: & inter bullaros iſtos diplomatarios, & chartaceos (ita eos nonnulli appellitant, Andteas Knichen vocat Codicillares, quia nihil præter bullas, diplomata, & chartas inanibus titulis teple-tas, oſtendere poſſunt, titulum non vitulum, ut vulgò dicitur, habentes) quos Imperator Reges Angliæ, Franciæ, Hiſpaniæ, Papa Atchiduces Auſtriæ Duces Sabaudiæ, & alii pro arbirratu ſuo creant & effotmant, nudum Ptincipis, Ducis, Matchionis, Comitis, Baronis, titulum, poſſeſſione & territorio tantæ dignitati & nomini conveniente vacuum oſtendentes, ſicut de Rege Richardo Anglo, & Alphonſo Imperatore refett *Albertus Crantzius in Saxon. libro* 8. *c.* 22. Plures ejuſmodi Duces, Principes, Mar- 75.
chiones, Landgravios, Comites; Vice comites, & Barones realitate Ducatûs, Marchionatûs, Principatûs, Comitatûs deſtitutos, Ferdinandus II. nuper defunctus ſpatio viginti annorum, quo terum potitus fuit, creavit, & in theatrum Orbis produxit, quàm à tot retro ſæculis inde à Carolo Magno ad illius tempora, in totum & univerſum Ptincipes & Status imperii extiterunt aut cteati fuerunt: quæ res haud parum ſplendorem, majeſta-

tem, honorem, exiſtimationem, & nobilitatis prærogativam apud exteros præſertim, qui hoc exemplo cætera metientes Imperatori hodiè integrum eſſe putant, ex plenitudine poteſtatis & motu proprio, quos velit, Electores, Duces, Principes, Comites imperii pro arbitratu ſuo conſtituere, crea-
76. re, inſignire & formare, offuſcavit & imminuit. Dum enim hinc conſiderant, quid Electori Palatino, Ducibus Megopolitanis, Wittenbergiæ, Pomeraniæ, Brunſvvigæ, quid Landgravio Haſſiæ, Marchioni Badenſi, Comitibus Naſſoviæ, Hanoviæ, Iſenburgi, & aliis contigerit, quorum ditiones & jura in prædam militi, in compenſationem benè de Cæſare meritis, in ſolutionem debitorum creditoribus data & aſſignata fuerunt: iſtinc autem adſpiciunt veteres colonos ſedibus ſuis expelli, de gradu & dignitate dejici, excuneari, & bonis ſuis orbari; novos autem homines evehi, attolli, ſubſtitui, & Reipublicæ obtrudi, ſummâ tanquam abacorum calculos Principes haberi, nunc hos primo, nunc illos infimo aut medio loco ſecundum calculatoris voluntatem collocari; jure fieri putant & opinantur, quod de facto fieri deprehendunt, quia vulgo præſumtio eſt pro Imperatore, ceu Magiſtratu. *l. 2. C. de offic. civil. c. præſentia. de renunciatione. c. bona memoria* 1. *§. contra verò. De elect. & elect. poteſtat. c. ſicut nobis de*
77. *ſentent. & re judicat. Aleiat. in regula* 3. *præſumt.* 16. Longè autem alia & major autoritas & exiſtimatio Electorum & Principum Imperii, alia & melior de ipſorum potentiâ, libertate & eminentiâ opinio & judicium erat, magiſque adeò ab exteris Regibus & Principibus, Rebuſque publicis æſtimabantur & habebantur, quàm hoc tempore fit, quo è faſtigio ſuæ magnitudinis, & ex ſummo libertatis culmine in ſervitutem deturbati atque in ordinem redacti, novam dominationem formidabundi adorare, & ſeſe totos, omneſque ſuas voluntates, nutus, fortunas & opes arbitrio Magiſtri ſubmittere & accommodare tenentur.

78. In novos verò iſtos ἀκτήμονας καὶ ψευδωνύμους Duces, Principes & Comites, qui ſpecioſis quidem & amplificis titulis & nominibus exornati, re autem, hoc eſt, Ducatu, Comitatu, Principatu deſtitutos non inconcinnè quadrat, *quod Iaſonem in l. apud hoſtes n.* 12. *eum ſequent. de legat.* 1. *aſſeverare & ſcribere ait Knichen in d. commentario in jus Saxon. de non provocando cap.* 3. *nimirum*: Doctor ſine legibus, Comes ſine Comitatu, eques ſine equo. Epiſcopus ſine Epiſcopatu. Abbas titularis in ordine Sancti Benedicti, & Canonicus ſine præbenda, Cardinalis Ravennæ, Rex Scaccorum. *Freccia de autorit. & poteſtat. Baron. tit. Quis dicatur Comes n.* 34. dicuntur nulla tenentes & equites in herba. *Doctores in l. D. de operis novi nunciat. Cavalcan. decíſ.* 20. *part.* 2. *n.* 26. *circa medium fol.* 129. Non enim quis denominari meretur Dux, Princeps, Comes, niſi habeat territorium, vel ditionem. *§. Quis dicatur Dux. Guerrinus Piſo de comparat. Roman. & Veneti Magiſtr. n.* 112. *ad fin.* ſine quibus ſe habent tanquam fides ſine operibus. *Riminald. Iunior. conſ* 602. *n.*66. *cum ſeq. Tiraquell. de nobilitat. cap.* 25. *n.* 9. *Anton. ſola ad conſtitut. antiq. Sabaud. Rubric. de nominat. domin. gloſſ.* 2. *n.* 3. *fol.* 85. ut enim familiæ per divitias conſervantur, alias ſordeſcunt. *l.* 3. *in princ. de teſtib. l.* 1. *D. de cuſtod. reor. l. quiſquis. C. ad l. Iuliam Majeſtatis l. pietas. C. de ſuſpect. tutor. eum ſimil. allegat. per Bened. in d. Capit. Raynutius verſ. duas habens filias n.* 131. *par.* 1. *extra. de teſtam. fol.* 236. *Thomas Decci conſ.* 6. *n.* 8. *Michael ab Aguirr. de ſucceſſ. regni Portugâl. part.*3.*n.*64. *Cravett. conſ.*777.
79. *n* 1. haud diſpariter tenuis & exigua admodum eſt nuncupatio, niſi realitas Ducatus, Marchionatus, Principatus &c. correſpondeant. *ex Baldo conſ.* 291. *n.* 2. *Sola ad conſtitut. antiquos Sabaud. in proœm gloſſ.* 1. *n.* 15. *&*
80. *gloſſ.* 3. *n.* 22. *ad fin.* ſubjiciens propriè Comitem non cenſeri, qui territorium villarum vel caſtrorum non habet, *Menoch. conſil.* 701. *n.* 20. *cum ſeq.*

ſeq. Hac Knichen. Quid igitur ſunt titulares iſti *καὶ ψευδώνυμοι*, domini 81.
nomina habentes rei non reſpondens? eminentes ſpicæ ptæ altis &
acutis ariſtis conſpicuæ, multiplicibus glumis & utriculis tedundantes,
granis & ſeminibus inanes. Ignoſcent liberiùs loquenti. Licet enim tega- 82.
lia inſignia præferant, ſeque Principes & Comites Imperii profiteantut,
dicant, & ſcribant, ac pro talibus agnoſci promiſcuè velint: in albo tamen
& numero Principum & ſtatuum Imperii non recenſentut aut compre-
henduntut, neque ad Conventus publicos & centutiata Comitia, quia
nulla eis ſedendi, nulla ſententiæ dicendæ facultas & jus in illis com-
petit, vocantur aut admittuntur, minimè comparandi cum his, qui
non tam propter dignitatem, quàm proptet territoria, quæ ex lege Impe-
rii uttaque junctim, ex inviolabili conſuetudine ex antiquis inveſtituris ac-
quiſita, & à Majoribus tranſmiſſa poſſident, Principes & ſtatus impetii
audiunt & ſalutantur, comitiiſque calatis, tanquam nobilia Reipublicæ
membra & veri Cives, quibus Civitas cum ſuffragio data eſt, qui ſoli erant
verè & omni ex parte & pleno jure Cives Romani, *ut ait Nicolaus Gruchius
de Comit. Roman. libr. 1. & 2.* interſunt, & communi ſaluti cum cæteris con-
ſulunt. *Gail 1. obſerv. 21. n. 2. Matthias Stephan. de juriſdict. lib. 2. part. 1.
cap. 4. n. 28. 29. & ſeq. Bart. in l. petitionem C. de advocat. diverſor. judicum.
Alciat. de præſumt. reg. 3. præſumt.* 17. quod matricula probet quem eſſe de
numero immatriculatorum. *Barbat. conſ. 18. n. 38. libr. 2. Referens apud Gyl-
mann. tom. 2. part. 1. vol. 22. num. 1.* quod ii tantum Status Impetii ſint, 83.
qui bona ab Imperio habent, & ad Comitia vocantur. Quomodo e- 84.
nim hi Principes incolumitatem Imperii & majeſtatem tueri, quomo-
do honorem & ſplendorem ſuarum familiarum & natalium ſattum te-
ctum conſervare, quomodo Reipublicæ armis, viribus, opibus præſto
eſſe, aut ipſi alios minorum gentium Principes, Duces, & Dynaſtas, po-
tentiâ, jurium ptætogativâ, auctoritate, & vitæ ſplendidioris tatione an-
tiſtare & præpollere poſſent, niſi territoria, feuda, poſſeſſiones, & bona di-
gnitati & officio, quod gerunt, conformia, æquipollentia, & cohætentia
poſſiderent & habetent. In hujuſmodi enim feudis & Principatibus, robur,
nervum, & majeſtatem Impetii conſiſtete cettum eſt. *text. in c. imperialis
2. feud. 12. de prohibit. feud. alienat. per Lotharium. Andreas Knichen de ve-
ſtitur. pact. cap. 5. n. 257. Thomas Campanella in diſcurſ. de Monarchia Hiſpan.
Reinking d. claſſ. 4. cap. 10. n. 28.* Hinc nullum eſſe exiſtimo Ducatum in 85.
Imperio, & per paucos admodum Comitatus, qui allodiali jute cenſean-
tur, & cujus non ad minimum regalia ab Imperatote & Imperio recogno-
ſcantur, *ait idem Reinking d. claſſ. 4. cap. 19. n. 95.* Et vel ob hanc cauſam 86.
benè à majotibus, ipſâ rei naturâ & rationis dictamine conſentiente, &
viam monſtrante, conſtitutum & introductum, lege deinde Aureæ Bullæ
ſancitum, conſuetudine accedente confirmatum, pactis denique & inve-
ſtituris ſolemnibus comprobatum, jura tegalia & ſuperioritatis, tum offi-
cium, dignitatem, juriſdictionem, merum & mixtum Imperium, jus gla-
dii, & ſi quæ ſunt alia eo ſub nomine comprehenſa cimelia, quibus Impe-
rii Principes præ aliis totius Europæ Principibus & Regulis condecorati &
conſpicui ſunt, ditionibus, feudis, poſſeſſionibus, latifundiis, territoriis,
Provinciis, opidis & Caſtris, in Electoratus, Ducatus, Principatus & Co-
mitatus erectis cohærere & inhærete, connexa, unita, & adglutinata eſſe
debere, in tantum ut nullo unquam tempore, & nulla ex neceſſitate illa ab
his, aut hæc ab iſtis ſecludi, dirimi, avelli queant, ſed temporibus utraque
perpetuis tanquam anima cum corpore inſeparabilia, individua, conjun-
cta, & coaſſata maneant, & ad legitimos ſanguinis hætedes, ſeu ſucceſſores
dignitatis, copulatim & concatenatim tranſeant. *verba Aurea Bulla ſu-
pra*

pra relata, & jugis experientia, tum pacta familiarum, & inveſtiture, denique leges feudales & Doctores hinc illinc adducta. id luculentiſſimè καὶ διαφανῶς te-
87. *ſtantur & oſtendunt.* Qui nunc in dignitate, ſive regiâ, ſive electorali, ſi-
ve ducali, ſive marchionali, aut principali ſuccedit, & jure quidem primogenituræ & ſanguinis, ex edicto ſucceſſorio, & lege feudali atque conſuetudine, is etiam in regno, electoratu, ducatu, principatu, & territorio dignationi annexo & cohærenti ſuccedat, & ſic vice verſâ qui ſuccedit in territorium regni, electoratus, ducatus, principatus, is etiam ſuccedit in dignitate illi combinatâ & conſociatâ. *argum. l. qui in jus. 137. D. de regul. l. 3. §. 1. & l forma. 4. §. quanquam D. de cenſibus. ubi immunitas conceſſa loco, ad ſucceſſorem loci tranſit. l. ſi aquaductus. D. de contrahend. emptione.*
88. *l. 1. §. permittitur. D. de aqua quotidiana & æſtiva. Bald. in l. omnia in princ.*
C. de epiſcop. & clericis; ubi privilegium datum loco tranſit in ſucceſſorem loci. *gloſſ. final. in c. bona. 2. de poſtulat. Prælat. ſicut Decius in d. l. qui in jus. citat Hottomann. in controverſ. Nepotis & Patrui tit. 22.* dignitas, *inquit*, alicui loco & ordini attributa, ei, qui jure locum & ordinem illum occupat debetur, *per l. 1. §. 1. l. 4. & l. penult. §. quibuſdam D. de jure immunitat. Camill. Borellus conſ. 70. n. 34. & conſil. 86. n. 11. Matthias Stephanus d. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 16.* cui competit territorium, eidem competit jus territorio
89. inhærens, *ait Schrader. de feud. d. part. 10. ſection. 3. n. 155. 156.* cui acquiritur, *inquit*, territorium, in eum etiam tranſeunt regalia, territorio cohærentia: unde territorium, fundum, caſtrum præſcribens, etiam juriſdictionem indivulſè adhærentem præſcripſiſſe cenſetur. *Bartol. in l. 10. ſi alienat. §. 1. D. de uſurpat. & uſucap. Baldus in l. eos C. de uſuris. in primo notabili. Philip. Corneus conſ. 24. Zaſius l. 3. n. 28. D. de acquirenda vel amitt. Aymon. Cravett. de antiquitat. tempor. in quarta partis ſect. 1. in princ. Petrus Gilkenius de præſcript. part. 1. cap. 6. n. 145. 146. & ſparſim. Knichen in jus Saxon.*
90. *verbo. Ducum cap. 4. per Hieronym. à Monte cap. 77. n. 1.* Dignitas enim electoralis, ſive ducalis, quæ in ſe comprehendit regalia & jura ſuperioritatis, tum omnigenam juriſdictionem, & Imperii meri & mixti adminiſtrationem ex recepto in Germaniâ uſu, lege & pactis ſtabilito, ditioni & territorio, hoc eſt, Electoratui, Ducatui, Principatui, Comitatui, in feudum conceſſo, non ſecus ac oſſibus caro, & tanquam nebula ſupra paludem adhæret, ineſt & impendet, ut J. C. loquuntur. *Bartol. in l. final. C. ubi & apud*
91. *quos. Natta conſ. 149. n. 19.* quia territorium, *inquit*, nihil aliud ſit, quàm terræ ſpatium munitum & armatum juriſdictione. *ubi & Baldum adducit in l. 1. §. in initio. D. de officio Præfect. Urbis Angelum in l. morte. in fin. D. de juriſdict. omn. judic. adde Matthiam Stephan. d. part. 1. cap. 7. Decian. reſponſ. 123. n. 24. vol. 3. Ruin. conſil. 22. n. 4. tom. 1. Knichen d. cap. 4. & in tractatu de jure territorial. c. 1. n. 121. Cardinal. Mantica de tacitis & ambig. convent. lib. 4. tit. 14. n. 11. Reinking de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 4. cap. 16. n. 47.*
92. *& 56.* Dignitas quippe regia & regalis non poteſt ſubſiſtere ſine regno, &
93. regiâ poſſeſſione, nec jura regalia, territorialia, juriſdictiones ſine Principatu & territorio, non magis ac ſervitus ſine prædio ſeu fundo dominante. *Knichen in d. tractat. de jure territor. cap. 1. n. 53. ex Bald. in l. 2. ſub n. 2. de officio. Præſid. per l. final. C. ubi & apud quos. Cravetta conſ. 411. num. 35. Ioann.*
94. *Koppen deciſ. 48. n. 3. 4. Reinking d. lib. 1. claſſ. 5. cap. 1. n. 8.* vel adjunctum ſine ſubjecto. *l. ejus qui in provinc. ad fin. D. de rebus creditis ſi certum petatur. l. Pomponius in fin. D. de acquirend. poſſeſſ. lib. 1. D. de condition. ob turpem cauſ. Camill. Borell. d. conſ. 70. n. 34. & conſ. 86. n. 11. Surd. deciſ. 129. n. 14. Ioann. Franciſcus à Ponte conſ. 51. n. 35. Cephal. conſ. 418. n. 39. & ſeq.* Imò bona ipſa important ſecum talem qualitatem, ſeu dignitatem, *ait Niger Cyriacus in controverſ. Mantuan. n. 23. artic. 2. ex Freccia de ſubfendat. lib. 2. ſect. 1. tit.*

Quis

Quis dicatur Comes. n.53. Cum verò regalia ſint qualitates adjunctivæ territorii & feudi regalis, à quo ſeparari & dividi non poſſunt. *Meiſchner. in cauſa* Teütſchen Meiſters *contra Oetingen. tom. 2. deciſ. 6. n. 25. Reinking d. c. 16. n. 47.* ideo ad ſucceſſorem in dignitate pertinent, ita ut is, qui ſuccedit in dignitate, in titulo & nomine, etiam in rem eis annexam & unitam ſuccedat. *Idem Reinking d. c. 16. n. 48. per Danth. de teſtam. rubric. de mutand. teſtam. poteſtat. ſub n. 86. verſ. porrò fiſcalia. plura allegata paulò ante.* 95.

Hæc cum ita ſint, quo colore & ſchemate juſtitiæ, quo mantello rationis & honeſtatis excuſari, defendi, tegi, palliati poteſt, quod ſeptemviralis Palatina dignitas, officium & munus Archidapiferiæ, jus & vox eligendi Cæſaris, contra expreſſam legis fundamentalis prohibitionem, contra conſuetudinem, pacta, inveſtituras, contra datam in capitulatione regia ſponſionem, contra rationem denique naturam, & jus feudi regalis, à territorio & Principatu Palatinico, cui ab omni ævo dignitas iſta colligata & combinata manſerat, avulſum nunc, abſciſſum, & diſcluſum fuerit, in unius Maximiliani Ducis remotiſſimi omnium gentilis gratiam & emolumentum, in noxam verò atque fraudem tot liberorum & agnatorum proximiorum, jus quæſitum habentium? Dignitas ſiquidem electoralis Maximiliano ſeparatim & ſciſſim, nullâ factâ mentione terrarum & dirionum Palatinicarum, collata & deſponſa fuit, non quidem in perpetuum, & ut ad hæredes tranſiret, ſed tam diu ſaltem, quoad in humanis ageret, *ſicut tabulæ inveſtituræ tum ipſi traditæ non aliter teſtantur.* Hoc cum factum eſſet, Palatinatum Bavariæ, ſeu ſuperiorem, quæ non eſt contemnenda pars territorii, cui inſita, &, ut ita dicam, inoculata fuit dignitas, in luitionem oppigneratæ ſuperioris Auſtriæ, quam reſtituit Ferdinando, & contra Palatinatum ſuperiorem permutavit, conſecutus eſt. Denique interjecto aliquo annorum ſpatio aliam bonam offam in inferiori Palatinatu, partem territorii electoralis non minùs æſtimandam per æs & libram conſtituto pretio, & in ſolutum mutuò datæ pecuniæ adeptus fuit. Reliqua ditionum electoralium pars in plurimas particulas diviſa & diſcerpta, ceſſit in prædam, & præmium variorum; ſicut plutibus infra dicetur. Jam verò hoc notandum, legibus & jure civili cautum, dignitatem liberis & Agnatis à majoribus quæſitam, à genere, à lege, à rerum naturâ, & ſingulari pacto tributam, manere liberis incolumem, nec confiſcari poſſe. *l. 3. D. de interdictis & relegat. l. emancipatum. §. fin. de ſenator.* Electorale autem officium & munus, dignitas eſt, quam filius jure primogenituræ, & naſcendi prærogativâ, non à Patre, ſed à genere, à naturâ ſanguinis, à lege, ex contractu & pacto majorum, ipſo ſtatim conceptionis & nativitatis articulo, adipiſcitur & acquirit, tanquam rem ſibi prædeſtinatam, & prærogatam: ideò non magis illa, quàm ulla alia dignitas, quam liberi nobilium & Principum in familiâ, & ex ſtemmate vocato oriundi conſequuntur, auferri filio propter caſum Patris debet. Idem enim judicium ſtatuendum de Principatu, Ducatu, & territorio dignitati & officio agglutinato, connexo, & unito, quod de ipſa dignitate & munere ſtatuitur. *Knichen in comment. ad privilegium Saxoniæ Electoris litis provocatoriæ neſcium, verbo. Ducum. cap. 3. Iſern. in c. unic. §. præterea Ducatus n. 38. verſ. ſed ſi dicatur feudum. Iacob. de Franchis. in prælud. feud. Rubric. ſpecies feudi quot ſint. n. 60. & 75. Schrader. de feud. part. 2. cap. 4. n. 30. 31.* Nam ſecundum analogiam dignitatis etiam dominia & Principatus agglutinati & conjuncti, ſunt metiendi. *Knichen d. cap. 3. Gail 2. obſerv. 153. n. 2.* Certi enim juris eſt, eandem rationem, naturam, propoſitionem & diſpoſitionem eſſe connexorum, & quæ uno ſpiritu continentur, ac proinde idem jus de utroque ſtatuendum. *c. tranſlato, ibi Abbas, Baldus, Decius, Felinus, Archidiaconus, & alii. extra. de conſtit. c. quanto. extra. de judic. l. ſi ita 13. §.*

96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106.

 regula.

regula. D. de liber. & poſtum. l.1. C. de diverſ. reſcript. gloſſ. in cap. inter cæte-
ras. de reſcriptis. l. arbor. D. commun. dividun. Hyppolitus ſingular. 151. num.1.
Schrad. in part. 9. ſecunda part. ſect. 6. n. 29. Gail 1. obſervat. 35. n. 10. Everhard.
in loco à ſimili n. 1. ubi dicit, ea, quæ nectit, paritas æquitatis, & identitatis
rationis, non eſſe quoad juris diſpoſitionem ſeparanda. l. illud. cum ibi notat
107. per Baldum & Olradum. Hinc inferendum, ſi dignitas regia, Majeſtatis offi-
cium, juriſdictio, jura, regalia, publicari & in fiſcum referri non poſſunt, ſicut
certè non poſſunt, quia ſemper manere debent, & Reipublicæ intereſt, ut
perpetuò maneant. in Auth. Quomodo oportet Epiſcopos & cæteros clericos. §.
licentiam. Bald. in tit. de pace conſtant. §. hoc quod nos. Tuſch. Card. tom. 3. Concl.
108. 420. Bald. in c. 1. Quæ ſint regalia. ubi dicit, non poſſe repiriri perſonam, cum
quâ finiantur; tum quia non uni, ſed toti generi, ordine ſucceſſivo, per le-
gem, per pacta, per conſuetudinem acquiſita & debita ſunt, & ad ſtatum
publicum regni pertinent, ſuntque totius corporis civilis ſive myſtici regni,
ut ait Ioann. de terrâ Rubeâ in tractat. contra rebell. tract. 1. art. 1. concluſ. 24. id-
109. circo immutari non poſſunt. 25. quæſt. 1. ibi gloſſ. per eund. Ioann. denique
quia in commercium non veniunt. Knichen de jure territor. cap. 1. n. 122. colle-
gium Papienſe conſ. 99. n. 3. verſ. 3. inter conſil. Pauli de Monte Picho. Roland. à
Valla lib. 3. conſ. 57. n. 6. per Afflictum in cap. 1. de prohibit. feud. alien. per Lotha-
rium dicit, omne commercium prohibitum Vaſallo de re feudali; nec ad
110. extraneos hæredes tranſeunt, per allegat. ſupra. ideò nec regnum, princi-
patus, electoratus, ducatus, & territorium, dignitati & juribus iſtis indiſſo-
111. lubili vinculo conjuncti & aggregati confiſcari poterunt; multò minus ge-
neri, ſtemmati, liberis & Agnatis, à lege imperii, à conſuetudine, & per ma-
112. jorum pacta vocatis per publicationem bonorum adimi & eripi. Quemad-
modum verò regnorum ſucceſſiones, præſertim ſucceſſio in regno Galliæ,
excludunt omnimodè fiſcum. Lancell. in templ. om. jud. lib. 1. cap. 2. § 1. quæſt. 2.
113. n. 2, 3. ubi dicit, etiam eum ad ſucceſſionem admittendum, qui commiſiſſet
crimen læſæ Majeſtatis, ideò quia fiſcus non ſuccedat, ratio quia lege Salicâ
& ex conſuetudine, non beneficio Patris, imò eo invito defertur primoge-
114. nito, & in locum primogeniti ſuccedenti, regnum & regia dignitas: ita et-
115. iam Electoratus in fiſcum trahi nequit; quia eodem & pari modo Electores
in ſuis ſeptemviratibus, nempe lege Salica, ex præſcripto Aureæ Bullæ, &
ex recepto cuſtoditoque uſu, accedentibus & confirmantibus pactis & in-
veſtituris ſuccedunt, ſicut Reges in Franciâ. Ioann. de terrâ rubeâ in tractat.
116. contra rebell. artic. 1. conc. 8. in regni Franciæ, inquit, ſucceſſione reperitur
dumtaxat conſuetum, & ex ſolâ vi conſuetudinis obtentum, quod ſucceſſio
ſimplex defertur primogenitis maribus ex lineâ rectâ eorum, quibus ſucce-
ditur, & illa deficiente ſuccedunt mares tranſverſales, juxta gradûs præro-
gativam. Hottom. in contr. patr. & nepot. tit. 15. ubi hæc ex d. Ioan. citat, & addit.
117. leat igitur, inquit, illa juris feudalis regula, ut ex cauſa regiarum & feudalium
Vaſucceſſionum vetus cujuſque gentis inſtitutum Romanas leges vincat.
118. lib. 2 tit. 1. de feud. cogn. lib. 1. tit. 13. de alien. feudi. Verba quidem legum, quæ
quingentis jam amplius annis in ſucceſſione regni Francici obſervantur,
non ſcripto, nec tam clarè, ſicut illa, quæ ſucceſſionum formam in Electo-
ratibus præſcribunt, conſtant & deſcripta ſunt; tamen ex perpetuis tot an-
norum moribus, qui ſcriptæ legis vim obtinent, hanc habent omnium con-
feſſione ſententiam. ſunt verba Hott. in d. tract. tit. 14. Ut Rege mortuo filius
ipſius, vel hoc præmortuo, Nepos ex eo ſuſceptus Regi ſuus hæres exiſtat.
Si plures filii extabunt, tunc natu maximus, ſolus ſit ſuus hæres. Si in illius
ſtirpe maſculus eſſe deſierit, tum ad alteram ejuſdem gentis ſtirpem, prout
quiſque gradu anteibit, hæreditas tranſmittatur: idemque in eâ graduum
ſervetur ordo. paulo poſt: ſucceſſionis hæc vis eſt, ut ſuccedens eo ipſo mo-
mento,

mento, quo ſuperiorem locum occupat, jus ei loco à lege attributum nanciſcatur: ac proinde pari eodemque jure ſit, quo filius futurus erat, quaſi locus ille nunquam vacuus fuiſſet, ſive, ut Pomponius loquitur, quaſi priores ex eo numero non fuiſſent. (*de Nepote Patruum excludente hac differit Hottom.*) *l. 2. de bonis liber. idemque legis Velleja ſecundo capite comprehenſum fuiſſe Scævola teſtatur in l. Gallus 29. §. & bene. §. videndum. de liber. præter.* Hæc quæ de ſucceſſione in regno Galliæ, ubi ſolus primogenitus mas jure Francorum ſuccedit, & Nepos Patruo præfertur, dicta ſunt, omninò conſimilia & eadem ſunt iis, quæ in Aureâ Bullâ & lege feudali de ſucceſſione primogeniti maſculi in Electoratibus & feudis majoribus, deque prælatione Nepotis ante Patruum clariſſimis & perſpicuis verbis ſanciuntur. Supra relata fuerunt verba iſtius ſanctionis, quæ & Hottomannus integra adducit, *d. tractat. cap. 36. hæc addens.* Hactenus, *inquit*, Aureæ Bullæ caput, ex quo duæ inſignes Imperii Germanici leges notandæ ſunt: quarum hæc prima eſt: Nullam eſſe de Electoratus hæreditate teſtamenti factionem, non magis, quàm de feudi ſucceſſione. *c. 1. de ſucceſſ. feud.* quoniam ubi lex certa de re ſtatuit, nullam homini ad diſponendum facultatem reliquit. *l. nemo. 55. D. de legat. 1. C. de uſufructu.* Electoratus igitur hæreditas ad primogenitum defuncti, vel ad primogeniti primogenitum in infinitum pertinet: *paulo poſt:* Ubi in Electoris ſucceſſore idonea ætas ad Electoratus administrationem deficit, eam tutelam atque adminiſtrationem interea proximo ipſius Agnato committi: ſummâ providentiâ, *ut Ulpianus loquitur*, ut ad quem ſucceſſionis ſpes pertinet, ad eum quoque adminiſtrationis onus pertineat. *l. 1. D. de legit. tutel.* Unde ſequitur, nihilo magis Electoribus licere de ſui Principatus adminiſtratione, quàm de ipſius hæreditate & ſucceſſione teſtari, quoniam ut modo dicebamus, quâ de re lex certam juris formam præſcripſit, de eâ diſponendi facultatem hominibus omnibus ademit. *l. reſcriptum. 10. D. de pactis. l. eundem. 42. D. de oper. libert. l. quod bonis 15. §. 1. D. ad l. Falcidiam. l. Neratius 20. D. de religioſ. Hæc ille.* Idem quoque in regno Franciæ obſervatur, tam quoad ſucceſſionem teſtamentariæ diſpoſitioni minime ſubjectam, quàm ad tutelam. De primo ex ſupra adductis conſtat, quibus adde *Ioann. de terra rubea in dict. articulo 1. in 9, & 10. concluſion. ubi habetur*, quod Reges Franciæ nunquam conſueverunt de regno teſtari, nec potuerunt unquam, neque poſſet Rex modernus facere teſtamentum de regno, nec primogenitum aut alterum hæredem facere in illo. De ſecundo. *idem Ioannes in 4. articulo, inprimis in tract. 2. artic. 1. concluſ. 6. ubi dicit*, quod exiſtente eo, cui ſuo jure adminiſtratio regni competit, non eſt, minuſque eſſe poteſt, locus alterius rectoris conſtitutioni. *per l. ſi Sororum. C. qui dare tutor. poſſunt. Præterea textus dicit.* quod Avus non poteſt dare Adminiſtratorem Nepotibus, quorum gubernatio ad alium ſpectare debet. *ut l. cum filius. D. de teſtam. milit. & l. 1. & 2. de teſtament. tutor.* imò aliter nullum eſſet quod fieret: *Erneſt. Cothmannus conſil. 41. n. 11. libro 1.* quod Rex non poſſit ſucceſſori ſuo dare tutorem contra legem regni. Atque ex hoc fundamento adſtruitur irrefragabiliter, ipſaque ratiocinatio demonſtrat, jus ſucceſſionis in regno, regiam majeſtatem & dignitatem, indeque dependentem juriſdictionem & ſuperioritatem, non magis, quàm ipſum regnum poſſe illi, cui jus quæſitum eſt, quique vi conſuetudinis & legis, jureque ſanguinis ſucceſſor deſignatus & conſtitutus, adimi & auferri ob quamcunque cauſam; etiamſi contingeret, ut Pater Rex filium, vel frater Rex fratrem ſuum propter perduellionem & crimen læſæ majeſtatis in ſe commiſſum, vel ad perpetuos carceres, vel ad mortem condemnaſſet; horum tamen filiis, ſuis Nepotibus τῷ ἡμῶν, τῷ δὲ ἀδελφιδῷ jus ſucceſſionis quæſitum eripere, & in alium

(margin: 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125.)

alium ſive fratrem, ſive remotiorem agnatum transferre minimè poſſet.
126. Idem etiam dicendum foret, ſi eveniret, ut ipſe Rex, propter immania inemendabilia & permanentia ſcelera, & propter continuam, in exitium univerſæ Reipublicæ conſpirantem tyrannidem, conſenſu trium Statuum & totius, *ut loquitur Ioannes de terrâ rubeâ*, civilis, ſive myſtici corporis regni, excideret & depelleretur à regimine; hoc tamen non noceret ejus primogenito & ſucceſſori, qui ſucceſſione regni, hoc eſt, jure ſuo quæſito & proprio, quod non à Patre, ſed à conſuetudine & lege conſequitur, privari propter delictum Patris nequaquam poſſet, *ſicut ſupra ex Ioanne de terrâ Rubeâ, qui eum caſum proponit & decidit, in tractat. contra rebell. Regis tract. 1.*
127. *artic. 1. concluſ. 23. oſtenſum fuit.* Jam in Electoratibus eædem rationes militant, quæ in regno Franciæ, eadem utrinque adeptionis & ſucceſſionis cauſa & forma; eadem qualitas & proprietas poſſeſſionis tam acquirendæ, & retinendæ, quàm amittendæ. Quid igitur concludendum? ubicunque eſt eadem ratio, vel æquitas, ibi debet eſſe eadem juris diſpoſitio. *l. illud. D. ad l. Aquiliam. & l. à Titio. D. de verbor. obligat.* Illa enim quæ in radice & cauſa conveniunt, conveniunt etiam in effectu, *l. de quibus, & ibi An-*
128. *gel. & Doctor. not. D. de legibus.* De ſimilibus ad ſimilia idem eſt judicium. *c. inter cæteras, de reſcript. c. 2. de tranſlat. epiſc. c. cum ſecundum Apoſtolum in princ. de præb. ſicut Everhardus in loco à ſimili docet pluribus. n. 1, 2, 3. & ſeqq. Alſted. in Encyclopæd. libro 8. ſect. 1. cap. 24. ubi* ſimilium ſimilia eſſe conſe-
129. quentia. Si nunc ſucceſſio in regno Galliæ, propter has & has rationes non poteſt ob factum Patris, filio & agnatis à lege & conſuetudine vocatis adimi; nec regnum & regia illi connexa jura in fiſcum & commiſſum cadere: ita nec Electoratus cum cohærente dignitate, per eaſdem rationes, in præjudicium filii primogeniti, & ſucceſſorum à lege & per inveſtituras vocatorum, jus quæſitum habentium, confiſcari & publicari poteſt. Vulgo dicitur, Nullum ſimile eſſe idem. *gloſſ. in l. quod Nerva. D. depoſit. gloſſ. in*
130. *verbo conſimili, in c. capitulum Sanctæ crucis, de Reſcript.* ita non inficiamur, differentiam eſſe inter Electoratus & regna extera, ſuperiorem nullum niſi Deum recognoſcentia, de Galliæ inprimis regno loquimur. Hæc enim feuda non ſunt, nec Dominum directum habent. *Albertus Argentinenſis in Chronicis.* Francia, *inquit*, à nullo haberi dicitur in feudum, quamvis è contra nullus per fæmineam lineam in regnum ſucceſſiſſe dicatur. *Greg. Turon. lib. 6. cap. 24. Hottom. in diſputat. feudali cap. 9. Ioann. Ferald. de juribus & privilegiis regni Francor. n. 1. 2. ſeq. Marta de juriſd. part. 1. cap. 26. n. 91. Cardin. Zabarella, in Clement. Romani n. 11. de jurejurand. De regno Hiſpaniæ, quod Imperio non ſit ſubjectum. Vaſq. l. illuſtr. quæſt. 22. n. 11, & 12. Celſus Hugo conſ. 60. n. 38. Alphonſ. Aluerez in ſpec. utriuſque dign. cap. 63. n 1. Couvarr. in c. peccat. §. 9. n. 9.*
131. *part. 2. Relect. ubi tres rationes addit*, primò, quod Hiſpaniarum Reges abſque ullo Cæſarum auxilio per ſeptingentos annos, effuſo proprio ſanguine, ab Arabibus ſe liberarint, *per Ioann. Lupi, in introductio. ad repet. de donat. n. 18. Gaſpar. Luſit. in l. imperium D. de juriſd. omn. judic. gloſ. in c. Adrian. 36. diſtinct.* Secundò, quia Hiſpania libera & immunis à Cæſarum Imperio donata fuerit Gothis *Ioann. Lupi de regno Navarræ part. 6. §. 4. Oroſ. Procop. de bello Vand. libro 3.* denique præſcriptione immunitatem Reges Hiſpaniarum acquiſiviſſe. *Felin. in c. cum non liceat. de præſcript. Caſtaldus in tractat. de Imperatore quæſt. 53.* Sicut Electoratus, & regna Bohemiæ & Neapolis, quorum illud feudum eſt imperii, hoc Papatus, ſeu ſedis Romanæ pontificiæ. *Aurea Bulla cap. 7. in fin. & cap. 9. Iacobus Cujacius in comment. feudor. tit. 1.*
132. *libro 1. §. 4. ait*: Regnum Siciliæ jure feudi pendere à Papâ, cætera pendere ex Imperio, Polonia, Bohemia. Anglia etiam aliàs Imperatorem ſalutavit, quaſi feudataria. Francia nunquam. Matthias Rex in requiſitione inve-

inveſtiruræ Rudolpho II. anno M DC XI. oblata, ait; ſe pro hoc feudo, Bo-
hemiæ regno Cæſari obedienrem & fidelem fururum, eumque pro Domi-
no agniturum. Radevicus libro 1. cap. 13. Vrſpergenſis in vita Friderici I. Hu-
bertus Giphanius in tractat. de jure feudali cap. 4. n. 22. ubi regna, inquit, Da- 133.
niæ, Poloniæ, Bohemiæ &c. ſolent eſſe feuda Imperii. De regno Bohe-
miæ, quod feudum Bohemiæ ſit, plenè Goldaſt. de illo regno libri 3. cap. 14. De
Siciliæ regno Papa Clemens in C. paſtoralis, de ſentent. & re judicat. in Clementi.
Innocentius in cap. ad Apoſtolicæ. de ſentent. & re judicat. in 6. Albert. Crantz.
libro 4. Norman. cap. 2. Alciat. in l. ex hoc jure n. 41. D. de juſtit. & jure. Ca-
millus Borellus in commentar. de præſtantia Regis Catholici. De cæteris Re- 134.
gnis, Angliæ, Daniæ, Poloniæ, Italiæ, Ungariæ, Slavoniæ, quod olim Im-
perium recognoverint, hodiè autem exemta ab eo ſint, videri poſſunt,
Hottom. in diſputat. feudal. cap. 9. Michaël Vleur. de regimine Mundi part. 2.
quæſt. 3. princ. n. 62. n. 56. Antonius Hering. tractat. de fidei juſſ. c. 7. n. 158.
& ſeq. Marta de juriſdict. part. 1. cap. 26. per totum. Martinus Laudenſis de
Principe quæſt. 60. Zoanettus de Romano Imperio. Klokius de contribut. cap. 5.
n. 83. Arumæus, Limnæus & infiniti alii, qui in jus publicum commentati ſunt,
& de Imperii juriſdictione diſputarunt. Ioach. Cluten in Syllog. rerum quotid.
Rumelinus in Bull. Reinking. de regim. ſecular. libro 1. De regno Arelatenſi.
Thuan. libro 2. Hiſtor. illud, inquit, antequam in poteſtatem Regum noſtro- 135.
rum veniret, ſub Imperio fuit. Hinc Trevirenſis Elector adhuc utitur titu-
lo Cancellarii per Galliam & Arelatenſe regnum. Illud autem Carolus IV.
Imperator unius prandii gratia in villa nova prope Avignonem Galliæ Re-
gi tradidit. Martinus Cruſ. libro 5. annal. Suevic. part. 3. Avent. libro 7. annal.
Boic. Theodor. Niem lib. hiſtor. 2. c. 25. dicit Delphinatum, unam de ſe- 136.
ptem provinciis regni Arelatenſis, quod etiam Burgundiæ nuncupatur,
tranſlatum in regem Francorum ſub colore, quod primogenitus regni
Franciæ dictum principatum, tanquam Vaſallus Imperii teneret in feu-
dum, & inde Delphinus vocaretur. Ioann. Naucler. Gener. 45. Hottomann.
D. diſputat. cap. 9. Sed ad rem. Deinde corpora illa regnorum, Franciæ 137.
præſertim, longè majora & potentiora, amplioraque eſſe, quàm Electora-
tus, anguſtioribus pomæriis circumſcriptos agnoſcimus. Denique ipſi 138.
Reges gradu, poteſtate, eminentiâ, viribus, potentiâ, καὶ αὐτεξουσιότητι ſubli-
miores, ſuperiores & conſpectiores ſunt. Sed in his non conſtituimus ſimi-
litudinem, nec argumentum à ſimili: verùm in rebus conjunctis & propor- 139.
tionatis, quæ per eandem juris, æquitatis & juſtitiæ rationem conſentiunt
& æquiparantur, & ab uno particulari ad aliud particulare adaptantur. Bald.
in l. 1. in princ. D. de juſtit. & jure. allegans l. his ſolis. C. de revocandis donat. & l. non
ſolum. §. qui primumpilum. D. de excuſat. tutor. ſicut citat Everhard. in d. loco à
ſimil. n. 5. Ius & juſtitia in quovis ſubjecto eadem eſt uniformis & immutabilis
καὶ ἀπροσωπολήπτης: non perſonam, non locum reſpicit, ſed quod juſtum & 140.
æquum eſt, ſive regnum & Regem, ſive alium & inferiorem res contingat.

Quid multis? ſupra etiam demonſtravimus, in Electoratibus & feudis
majoribus dignitatum ſuccedi, ſicut in regnis, & maximè ſicut in regno
Galliæ, quod jure Francorum, & lege Salicâ, ſicut Electoratus, defertur
& acquiritur primogenito & proximiori, ſecundum prioritatem gradus.
Certum eſt, inquit Ludolph. Schrader. tractat. feud. part. 10. ſection. 19. n. 33. 141.
nec non in primâ parte mei tractatus feudalis comprobatum, quod regna
æquiparentur feudis, quodque diſpoſitum de uno etiam ad aliud extenda-
tur. Retinemus enim, inquit Gregor. Tholoſ. de Rep. lib. 7. c. 12. n. 1. ſimilitudi- 142.
nem feudi & Principatus, excepto, quod Principatus, regnum, non pen-
dent ab alterius poteſtate, cum tamen feudum ab alterius poteſtate oria-
tur & pendeat.

Caput XXIV.

ARGUMENTUM.

Abundè ſatis inculcatum lege Aurea Bulla Electoratum Palatinatûs ad primogenitum pertinere, & deſinente ultimo poſſeſſore ad primogenitum non ad Imperatorem devolvi, itaque jus ſucceſſionis in Electoratu Palatino competens non poſſe auferri habenti jus quæſitum ſine violatione legum.

In Aureâ Bullâ pœnam, quâ Elector contra Imperium peccans affici debeat, definitam eſſe, quâ etiam Elector delinquens afficiendus ſit; ac proinde Electoratus privationem locum habere in præjudicium primogeniti non poſſe. Deinde Auream Bullam ad ſolam perſonam delinquentis reſtringere pœnam excluſionis à dignitate & feudis, nullâ factâ mentione confiſcationis, aut primogeniti privandi ſucceſſione & jure ſuo; quod deliberatò omiſſum ſit à Carolo legiſlatore.

In Aureâ Bullâ recitari quidem pœnas legis Quisquis, & contra eos, qui ſceleſtam factionem inierint de nece alicujus Electoris, decerni, ibique filios à maternâ vel avitâ ſucceſſione excludi; ſed illum locum non à Carolo, ſed à quodam Exſcriptore inſertum eſſe, idque connexionis rationem, ſtylumque arguere, nec ex dignitate tanti Principis eſſe, ut alterius Imperatoris νομοϑέτου leges exſcribat, & ſibi tribuat. Etſi concedatur legem illam de crimine læſæ Majeſtatis à Carolo promulgatam, in eâ tamen nihil de Electoribus, quomodo illi puniendi ſint, ſi Imperatorem & Imperium offenderint, ſanciri, nec privationis feudorum fieri mentionem, ideoque ut, quod expreſſum non ſit, meritò habeatur pro omiſſo.

Cæſarem non poſſe ullo nomine jus feudi commiſſi prætendere, quia lex violetur, cæteri Electores injuriâ afficiantur, Aurea Bulla reſcindatur, poſterorum innocentia damnetur, benemerita Majorum obliterentur, materia delictorum ſuppeditetur, jura publica, ſtatuſque Imperii labefactentur: feuda enim illa illuſtribus familiis debita & quæſita eſſe juris publici, quapropter etiam Lotharius & Fridericus Imperatores, ut Vaſalli feuda ſalva & incolumia habeant, vetuerint, hocque jam maximè violari & inde tot turbas in Imperio jam foveri, quod Electores Saxoniæ & Brandenburgi benè præſpexerint: ac hanc eſſe ſingularem illam juſtitiam & clementiam, quam tranſlatores & uſurpatores Electoralis Palatinatûs præ ſe ferre videri velint; de quibus tamen nemo teſtari poſſit.

Deinde ſi quoque ponatur, extra tamen veritatis noxam, optimo jure eos potuiſſe Friderici ditiones fiſco Cæſaris vindicare depulſis à ſucceſſione Friderici Filiis & Agnatis: nihilominus Reipublicæ conſulendi gratiâ debuiſſe à confiſcatione manus abſtinere, hâc enim ſolâ ratione eos pacem in Imperio tueri & totius Imperii diſſolutionem prævenire potuiſſe; meliuſque certè illos facturos fuiſſe, ſi utilitatem publicam privatæ prætuliſſent, & ſic de Republicâ benemeriti fuiſſent; cum etiam publicæ utilitatis causâ à legum præſcripto deflectere ipſo jure permittatur, imò ſummum jus ſæpiſſimè ſumma ſit injuria.

Certum in Electoratu Palatinico fundatum ordinem ſuccedendi eſſe, jureque primogenituræ corroboratum: Hinc non poſſe ullo modo labefactari; quia in eo incolumitas Imperii, Collegiique Electoralis robur conſiſtat.

Eum autem ſuccedendi in Electoratu ordinem talem eſſe, ut primogenito quidem Electoratus cum ditionibus maneat individuus, cæteris autem Agnatis jus ſuccedendi reſervatum ſit, in primâ & de tempore in tempus renovatâ inveſtiturâ; ideoque ne quidem ex plenitudine Cæſareæ poteſtatis auferri poſſit. Hunc ſuccedendi ordinem autem non ex merâ ſummorum Principum liberalitate, ſed ex pacto Majorum Comitum Palatinorum Rheni proficiſci, propter

res benè geſtas. Non itaque in Caſ. Majeſtatis poteſtate poſitum, ut de Electoratu Palatino pro ſuo libitu diſponere poſſit.

Etſi detur, de rigore juris feudum commiſſum excluſis Agnatis innocentibus ad Dominum devolvi, id tamen in Electoribus locum habere non poſſe, cum Aurea Bulla expreſſè vetet, quod officium Electoris Palatini debeat eſſe penes Comitem Palatinum Rheni, Principatuſque ad Electoratum pertinentes, nullo tempore, nec ullâ de causâ ſeparari poſſint.

Unde conſequens ſit, ne ipſum Principem ſummum Palatinatum ſibi ſub ullo prætextu uſurpare poſſe, quamdiu aliquis ex Agnatis Palatinis à Rudolpho deſcendentibus ſuperſit, nec alios ejuſdem familiæ Agnatos remotiores jus Electoratûs ad ſe trahere poſſe. Deniq; nullo juris titulo prætendi poſſe Electoratum Palatinicum propter unius crimen, in omnium aliorum, jus habentium, præjudicium confiſcari & remotiſſimis Agnatorum concedi potuiſſe.

CONSPECTUS.

1. LEge perpetuis temporibus valiturâ Electoratum Palatinatûs ad primogenitum pertinere.

2. Hoc ſæpius in Aureâ Bullâ inculcari.

3. Reiterationem declarare ſtatuentium enixam voluntatem.

4. Cum aliquid ſæpius iteretur, id religioſius obſervandum eſſe.

5. Reiterationem verborum firmioris conſenſus judicium eſſe.

6. Jus ſucceſſionis in Electoratu Palatino competens vigore legis fundamentalis & ex contractu Majorum non poſſe auferri habenti jus, ſine violatione legum & pactorum.

7. Auream Bullam dicere, Electoratum deſinente ultimo poſſeſſore ad primogenitum, non ad Dominum vel Imperatorem devolvi.

8. Quod lex non dicat, nec nos dicere debere.

9. Quod in lege non caveatur, in practicâ non haberi.

10. Legi ſenſum contrarium & perverſum non eſſe affingendum.

11. In Aureâ Bullâ pœnam, quâ Elector contra Imperium, Imperiique leges peccans affici debeat definitam eſſe, additâ diſtinctione pœnarum, quæ pro qualitate Perſonarum infligendæ eſſent.

12. Inde apparere delinquentem Electorem ad ipſius perſonam directâ pœnâ afficiendum eſſe:

13. Ac proinde confiſcationem bonorum & Electoratûs privationem in præjudicium primogeniti locum habere non poſſe.

14. Deinde Auream Bullam ad ſolam Perſonam delinquentis reſtringere pœnam excluſionis à dignitate & feudis, nullâ factâ mentione confiſcationis, aut Primogeniti privandi ſucceſſione & jure ſuo.

15. Quod tamen non per oſcitantiam ſed deliberatò omiſſum & rejectum ſit à Carolo legiſlatore.

16. Incluſionem unius eſſe excluſionem alterius.

17. Sententiam Aureæ Bullæ jura feudalia confirmare.

18. In materiâ pœnali privativâ juris quæſiti non eſſe licitam extenſionem de caſu ad caſum, nec de Perſonâ ad Perſonam aliam:

19. Etiamſi adeſſet eadem ratio & omnimoda ſimilitudo.

20. Quando lex pœnalis loquatur determinatè in certis perſonis vel certis caſibus, nunquam fieri extenſionem ad aliam perſonam vel alium caſum.

21. Pœnam non habere locum, niſi ſtatuta & expreſſa ſit.

22. Et licet appellatione hæredis veniat hæres hæredis, hoc tamen non habere locum ubi agatur de pœnâ.

23. In Aureâ Bullâ recitari quidem pœnas, l. Quiſquis, & contra eos, qui ſceleſtam factionem inierint de nece alicujus Electoris, decerni, ibique filios à maternâ vel avitâ ſucceſſione excludi.

24. Sed notandum, locum illum totum procul dubio non à Carolo ſed ab aliquo Exſcriptore inſertum eſſe:

25. Quia connexio non admittat, ut eo loco, quo poſitus ſit, collocaretur: nec ſtylum Caroli redoleat:

26. Tum rerum & temporum circumſtantiæ aliæque conſiderationes aſcititiam eſſe ſatis arguant:

27. Nec ex dignitate tanti Principis ſit, ut alterius Imperatoris νομοθέτα leges compilet & ſibi tribuat.

28. Etſi concedatur, legem illam de crimine læſæ Majeſtatis à Carolo in ſuâ Conſtitutione promulgatam, in eâ tamen nihil de Electoribus, quomodo illi puniendi ſint,

ſi

ſi Imperatorem & Imperium offenderint, ſanciri.

29. Deinde privationis feudorum & regalium nullam fieri mentionem.

30. Ideòque quod expreſſum non ſit, haberi pro amiſſo.

31. Ac omiſſum haberi pro omiſſo, quando agatur de pœnâ incurrendâ vel evitandâ.

32. Cæſarem non poſſe ullo modo ſive belli divertendi, ſive pœnæ nomine jus feudi commiſſi prætendere.

33. Iſto enim facto jus quæſitum filiis & Agnatis contra leges ſubverti:

34. Leges & contractus violari; cæteros Electores injuriâ affici;

35. Auream Bullam & Capitulationem reſcindi;

36. Poſterorum innocentiam damnari;

37. Benè merita Majorum obliterari;

38. Diſtinctionem bonorum & graduum tolli.

39. Ejuſmodi proceſſus eſſe incendium & materiam delictorum, ſi innocentes & benè meriti miſceantur cum malefactoribus.

40. Jura publica & ſtatum Imperii labefactari, ſi feuda illa majora certo generi à lege & conſuetudine attributa, legitimis ſucceſſoribus auferantur.

41. Feuda enim illa illuſtribus familiis debita & quæſita eſſe juris publici, & in eorum conſervatione jus publicum, atque adeò ſalutem publicam conſiſtere.

42. Quod ipſi Imperatores Lotharius & Fridericus ſtatuerint.

43. Ideoque feuda, ſive tota ſive partem eorum, vendi, alienari, diſcerpi, ſeverâ lege vetuerint.

44. Idcircò quoque reſcripſerint, ita Imperatorem Reipublicæ curam gerere debere, ut regni utilitas incorrupta perſiſtat & ſingulorum ſtatus jugiter ſervetur illæſus.

45. Et hoc jam violari dum liberis innocentibus feuda avita ſubtrahantur, diſcerpantur, & in remotiſſimos extraneos transferantur.

46. Electores Saxoniæ & Brandenburgi hoc præſpeculatos publicè contra iſtam Electoratûs tranſlationem & Filiorum Friderici excluſionem proteſtatos fuiſſe & præmonuiſſe, perpetuam in Imperio turbarum fomitem fore, quod ſanè experientia cum exitio totius Imperii teſtetur.

47. Et hanc quidem eſſe ſingularem illam clementiam & juſtitiam, quam tranſlatores & uſurpatores Electoralis Palatinatûs præ ſe ferre videri velint.

48. De quibus tamen nemo Electorum, Principum, vel reliquorum Imperii Ordinum teſtari poſſit.

49. Si ponatur, citra tamen veritatis noxam, optimo jure eos potuiſſe Friderici ditiones fiſco Cæſaris vindicare, depulſis à ſucceſſione Friderici filiis & Agnatis.

50. Nihilominus illos Reipublicæ conſulendi & juſtitiæ litandi gratiâ debuiſſe à confiſcatione manus abſtinere, & ſi quid in leges peccatum fuiſſet, in gratiam Reipublicæ condonare.

51. Si enim hujus incolumitatem ſuis commodis anteferre in animo habuiſſent, nequaquam tàm immemores ſui officii eſſe, ſuſtenturos fuiſſe, quin recepto in gratiam Friderico, jura ſucceſſionum liberis & Agnatis intemerata reliquiſſent.

52. Hâc enim ſolâ ratione pacem in Imperio tueri, & omnia mala quæ in hunc uſque diem Rempublicam affligant in ortu ſuo ſupprimere potuiſſe.

53. Sed fortaſſis exemplo hoc animadverſionis alios officii ſui commonefacere voluiſſe.

54. Et ſimul oſtendere, quam religioſi juſtitiæ cultores eſſent, qui mallent perire mundum & fieri juſtitiam.

55. Fortè etiam perſuaderi ſibi paſſos eſſe, legem Quiſquis de Majeſtate læſâ, in quam Fridericum peccaſſe putarint, talem neceſſitatem imponere, ut Imperatori fas non ſit, pœnas ibi præſcriptas moderari & abolere, ne quidem ad præveniendam totius Imperii diſſolutionem.

56. Melius certè facturos fuiſſe, ſi utilitatem publicam privatæ prætuliſſent.

57. Cum Rectores Reipublicæ omnia ad utilitatem civium referre debeant.

58. Imo patriam præferre liberis Regem deceat.

59. Et ſic non modò nihil contra leges & juſtitiam, ſed potius, quod juri conſentaneum fuiſſet, feciſſe dici, & de Republicâ benè mereri, ac Imperii totius ruinam prævenire potuiſſent.

60. Sicut verò omne id quod ad Reipublicæ ſalutem, Imperii conſervationem, ad ſtabiliendam communem pacem, directum ſit, etſi per omnia ſcripto juri non conforme eſſe videatur, jura Civilia juſtiſſimum pronuncient.

61. Cum ſalus Populi ſuprema lex debeat eſſe.

62. Imò quæ publicè utilia ſint, non cenſeantur includiiis, quæ lege ſint vetita.

63. Et publicæ utilitatis cauſâ à legum præſcripto deflectere ipſo jure permittatur.

64. Proque benefacto æſtimandum, ſi aliqnid ratione pacis publicæ contra jus factum fuerit.

65. Ita omne id qood in deſtructionem Reipublicæ & in diſſolutionem communis concordiæ tendat, jura publica Principum,

ſucceſſionum ordinem, illuſtriumque familiarum dignitatem evertat, etiamſi jure civili ſcripto videatur conſtitutum, injuſtiſſimum tamen eſſe à nemine infitiari.

66. Hinc ſummum jus antiquos ſummam putaſſe crucem, malitiam & injuriam.

67. Certum in Electoratu Palatinico fundatum ordinem ſuccedendi eſſe, jureque primogenituræ corroboratum.

68. Itaque non poſſe, nec debere ullo modo labefactari, aut imminui.

69. Quia in eo incolumitas Imperii, Collegiique Electoralis robur conſiſtat.

70. Ideoque ordinem illum ſuccedendi in Electoram omni ex parte intemerabilem eſſe & haberi, ſanxiſſe Majores noſtros.

71. Et ſatis experientiam demonſtraſſe, hoc termino Imperii moto, totam Reipublicæ ſtructuram ſubſediſſe.

72. Eum autem ſuccedendi in Electoratu ordinem talem eſſe, ut primogenito quidem virtute legis & inveſtituræ Electoratus cum dinonibus maneat individuus.

75. Sed & cæteris in Agnatis primâ & de tempore in tempus renovatâ inveſtiturâ comprehenſis jus ſuccedendi reſervatum ſit.

74. Ideoq; ne quidem plenitudine Cæſareæ poteſtatis auferri poſſit.

75. Non autem hunc ſuccedendi ordinem ex merâ ſummorum Principum liberalitate, ſed ex pacto Majorum Comitum Palatinorum Rheni proficiſci, propter virtutes ſingulares & res benè geſtas.

76. Unde præ cæteris hoc etiam præeminentiæ decus ſingulare ſibi conciliarint, ut ipſi Imperatores non dedignentur ſuper cauſis, de quibus impetantur, coram Comite Palatino reſpondere.

77. Nec non illud, quod vacante Imperio Comes Palatinus Rheni eſſe debeat Proviſor Imperii.

78. Itaquè minus rectè ſentire videri, qui Cæſari perſuadere conentur in ſuæ Cæſareæ Majeſtatis poteſtate liberâ eſſe poſitum, ut de Electoratu Palatino pro ſuo lubitu diſponere poſſit.

79. Etſi detur, de rigore juris feudum commiſſum excluſis Agnatis innocentibus ad Dominum reverti; id tamen in Electoribus locum habere non poſſe.

80. Cum Aurea Bulla expreſsè vetet, quod officium Electoratûs Palatini debeat pœnes ſolum Comitem Palatinum Rheni eſſe; Principatuſque ad Electoratum pertinentes nullo unquam tempore vel quâcunque de causâ ſeparari poſſint.

81. Unde conſequens ſit, ne ipſum Principem ſummum, ne ad tempus quidem, ſub ullo prætextu, Palatinatum cum terris adhærentibus ſibi uſurpare poſſe.

82. Nec, quamdiu aliquis ex Agnatis Palatinis, qui ex Electore Rudolpho deſcendat, ſuperſit, nec alios ejuſdem Familiæ Agnatos remotiores, nec ipſum Cæſarem jus Electoratûs cum ſuis pertinentiis ad ſe trahere poſſe.

83. Nec verum eſſe, Electoratum propter unius Electoris delictum omnibus aliis Agnatis auferri, & ad Dominum læſum deferri poſſe.

84. Nec iſtam ſententiam unquam in praxin deductam fuiſſe.

85. Intereſſe quoque omnium Imperii Principum, ne tanto præjudicio & tam novo exemplo onerentur.

86. Neq; ullo exemplo demonſtrari poſſe, poſt Auream Bullam ſeveritatem legis Juliæ unquam in Agnatos inſontes fuiſſe exercitam.

87. Nullo itaque juris titulo prætendi poſſe, Electoratum Palatinicum propter unius crimen, in omnium aliorum jus habentium præjudicium, confiſcari, & remotiſſimo Agnatorum concedi potuiſſe.

88. Verba in Aureâ Bullâ de vacante Electoratu quomodo intelligenda ſint.

89. Totâ lege inſpectâ judicandum eſſe.

90. Vacare rem dici, quando eam nemo poſſideat vel vindicet.

91. Bona Vacantia ἀκληρονόμητα, ἀδέσποτα eſſe.

92. Verba in odioſis reſtringenda eſſe.

93. Nec alium ſenſum, quam verba ſonent, inducendum.

94. Neque verborum proprietatem violandam.

95. Non dicendum, quod Statutum non dicat.

96. Si enim lex voluiſſet, utique dixiſſet.

97. Ubi verba legis deficiant, deficere quoque diſpoſitionem.

98. Τὸ Vacare non extendendum ad vacationem ob crimen.

99. Ex ſuperioribus manifeſtum eſſe, quid de ſententiâ & judicio proſcriptionis ſentiendum ſit.

100. Nimirum eſſe nullam ipſo jure.

101. Licet alias ſententia etiam injuſta noceat non appellanti & tacenti.

102. Illam tamen quæ imponat pœnam confiſcationis contra diſpoſitionem jurium nullam eſſe, etiam quod ab eâ non ſit appellatum.

103. Nec unquam tranſeat in judicatum, quia notoriè iniqua ſit.

1. SUpra ex Aureâ Bullâ adduximus, Imperiali auctoritate &
lege perpetuis temporibus valiturâ ſtatutum & decretum
eſſe, ut poſtquam aliquis Electorum ſæcularium eſſe de-
fierit (notentur verba) jus, vox & poteſtas Electionis hu-
juſmodi ad Filium ſuum Primogenitum Laicum; illo ve-
rò non exiſtente, ad ejuſdem primogeniti primogenitum
ſimiliter Laicum liberè & ſine contradictione cujuſquam
2. devolvatur. Ex iſtâ clarâ & indubiâ diſpoſitione (quæ ſæpius in Aureâ Bul-
3. lâ repetitur & inculcatur; quo non tam enixiſſima & magis conſulta vo-
4. luntas ſtatuenitum declaratur; quàm quod religiosè obſervanda ſit diſpo-
ſitio *l. cum filio. D. de Legat. 1. l. quingenta. D. de probation. l. delicta. 32. D. ad
Trebellian. l. 1. & 2. D. de appellation. recipiendis. c. & ſi Chriſtus. de jurejuran-
do. Clement. quamvis. de Appellationibus. c. ſi quis iratus. 2. quæſt. 3. argum.*
5. *Clement. ut calumniis. de re judicatâ. Cravetta. conſil.* 888. *n.* 3. *ubi ait*: ob re-
petitionem conſultiorem & effectum magis animum declarari. *& conſ.* 505.
n. 4. *ubi* talia, *inquit*, verba geminata prolata cenſentur cum majore delibe-
ratione. *& conſ.* 105. *n.* 4. *& in conſ.* 202. *n.* 42. *ubi dicit*: ex tali geminatione
fortius declarari voluntatem ſtatuentium, *per Bartol. in l. cum ſcimus. C. de
agricol. & conſ. l. 2. Paul. Caſtrenſis in conſ. 115. incipit: Super primo videtur di-
cendum, quod dictus Simon. col. 2. circ. med. lib. 1. text. de emendat. Codic. Juſtin.
in ſecundâ editione, circa finem conſtit. ubi dicitur:* nemini venit in dubium,
quod repetita probatio probavit. *Everh. in Top. in loco à vi geminato. n.* 1.
Pruckmann. conſ. 8. *num.* 26. *ait*, quod geminatio & reiteratio verbotum
propoſiti conſenſuſque firmum argumentum ſit, & jus ab actu ſimpli-
ci, longè diverſam rationem habens inducat) perſpicuè admodum ap-
6. paret; jus ſucceſſionis ſeu ſubitionis in locum Patris vel prædeceſſoris, Pri-
mogenito ex lege fundamentali & publico totius Imperii conſenſu, ex ſu-
periorum Imperatorum conſtitutione & ſanctione, ex Majorum contractu
& proviſione competere & acquiſitum eſſe: ac idcircò nullo modo, neque
per hominem, neque propter crimen Patris, neque aliâ contrariâ diſpoſi-
tione auferri, aut ei qui vocatus & nominatus eſt, præripi poſſe, ſine mani-
feſtâ & enormi tùm legum fundamentalium ſic ordinantium, tùm con-
tractûs initi violatione & conturbatione, neque ſine Imperatorum prio-
rum ita ſancientium, Imperiique totius ignominiâ.
7. Deindè dicit Lex Aureæ Bullæ; Si quilibet eorum defierit, quod idem
eſt ac ſi dixiſſet, ſi mortuus ſit, ſive civiliter, ſive naturaliter, aut ſi poſſeſſio-
nem reliquerit vel amiſerit, tùm jus, vox & poteſtas Electoralis ad Primo-
genitum devolvatur. Non dixit lex ſi per crimen perdidit ad Dominum
8. vel ad Imperatorem vel ad remotiorem Agnatum devolvatur. Cum tàm
præpoſteri ſimus, ut dicamus aliud, quàm quod lex dicit, ut diſtinguamus
ubi non diſtinxit. *l. ſi verò negotium. §. de viro. D. ſoluto matrimonio. Ever-
hard. in Top. 1. in loco à lege ceſſant. n. 1. Ioann. Ronchegallus in l. reas. in pr. n. 21.
D. de duob. reis. Schraderus in tract. feud. part.* 10. *ſect.* 7. *n.* 47. *Pruckmann.*
9. *conſ.* 4. *n.* 111. *&* 112. *ubi* quod lege non cavetur, in practicâ non habetur.
*l. ſi ſervum. §. Prætor ait. ibi. non dixit Prætor. D. de acquir. hered. l. diſſen-
tientis C. de repudian. l. 3. D. de offic. Præſid. Gail 2. obſerv. 33. n. 2. & de P. P.*
10. *lib. 2. cap. 13. n. 13.* Cur ſenſum legi perverſum & Juſtitiæ jurique contrarium
affingamus? *l. ultim. C. de auctoritat. præſtand. l. ult. C. per quas perſonas nob.
acqu. Everhard. in Top. in loco ab abſurdo. n. 2. VVeſenbec. conſil. 4. n. 44. con-
ſil. 61. n. 145. Capyzius deciſ. 168. n. 6. Pruckmann. conſil. 26. num. 15. &
conſ. 27. n. 27. Bartol. in l. omnes populi in 6. quæſt. principal. D. de juſtitia &
jure. Nerizan. in ſylvâ nuptiali. lib. 1. num. 176. Farinac. in fragment. crimi-
nal. part. 1. lit. E. n. 136. ſeq. Cravett. conſil. 186. n. 14.*

Prætet-

Præterea notandum, quod in ipsâ Aureâ Bullâ forma & modus, atque 11.
pœna, quâ Elector contra Imperium Imperiique leges peccans, & crimen
rebellionis perpetrans, coërceri & affici debeat, præſcripta & definita eſt,
additâ diſtinctione pœnarum, quæ pro qualitate Perſonarum, ut verba
ſunt, infligendæ eſſent, hoc eſt, aliis Principibus, Comitibus, Baronibus, 12.
Nobilibus, Militibus, Civibus & Communitatibus bannum & proſcri-
ptionem incurrentibus: undè apparet legem Imperii non aliâ, quàm illâ
in ſpecie expreſsâ & ad Electoris perſonam directâ pœnâ, delinquentem
eſſe afficiendum: ac proindè confiſcationem & publicationem bonorum, 13.
& Electoratûs privationem, in præjudicium Primogeniti locum habere
non poſſe. Deindè Aurea Bulla ad ſolam perſonam delinquentis reſtringit 14.
pœnam excluſionis à dignitate, jure & feudis, nullâ factâ mentione con-
fiſcationis aut devolutionis feudi ad fiſcum, aut primogeniti & liberorum
propter crimen paternum privandorum ſucceſſione & jure ſuo. Sic autem
ſancit, *tit.* 1. §. 2. Omnes quidem, *inquit*, Principes (nota hîc non nomi-
nari Electorem) & Comites, Barones, Nobiles, Milites, Clientes ac univerſi
Nobiles contrarium facientes, reatum perjurii, & privationem omnium
feudorum, quæ à Sacro Romano Imperio, & quibuſcunque aliis obtinent, &
etiam omnium poſſeſſionum ſuarum à quocunque habitarum incurrant.
Quanquam hæc pœna propriè ſtatuta ſit in eos, qui Electori ad Electionem
per ipſorum territorium proficiſcenti, ſalvum conductum denegaverint,
tamen etiam & majori cum ratione in eos, qui contra Rempublicam ac
Sacri Romani Imperii Statum ac dignitatem, ac etiam contra honorem
proprium & ſalutem tantæ rei temerarii neglectores, tanquam rebelles ino-
bedientes & perfidi, infideliter & pervetsè agere convincuntur, ſancita
eſt. Nam Lex Caroli eos, qui Electori in viâ ad Electionem eunti mole-
ſtiam & injuriam faciunt, pro talibus, hoc eſt, perduellionibus & rebelli-
bus, reiſque læſæ Majeſtatis habet, ideoque pœnâ in hos ordinatâ puniri
debere ſtatuit. Nota autem, quod nulla fiat liberorum culpæ Parentis ob-
noxiorum mentio, quanquam lex omnes ſpecies & gradus pœnæ enume-
ret, & minimas etiam partes; attamen hanc, quæ exorbitans eſt, & à juſti-
tiæ tramite, propter nimiam ſeveritatem in innocentes liberos, nonnihil
devians, non attingit, clarè oſtendens, eam locum habere non debere, imo
legem Quiſquis in eo capite reſtringendam & corrigendam eſſe. Non 15.
enim per oſcitantiam & ignorantiam hoc & alio loco, quod de pœnis agi-
tur, ſed ſtudio & deliberato animo omiſit & rejecit legiſlator Carolus ex-
tenſionem pœnæ l. Quiſquis in filios, quia alibi eam *in* §. 46. refert & expri-
mit. Clarius autem & diſtinctius *in* §. 7, Si quis autem, *ait lex aurea*, Princeps
Elector, aliuſvè Princeps, cujuſcunque conditionis aut ſtatûs feudum vel
feuda à Sacro tenens Imperio, aut Comes, Baro, vel Nobilis, ſeu ſucceſſores
talium, vel hæredes, ſupra & infra ſcriptas Imperiales noſtras Conſtitutio-
nes leges adimplere noluerit, aut eis contraire præſumſerit: & ſiquidem
talis Princeps Elector extiterit, ex tunc cæteri ſui Coëlectores à ſuo ipſum
deinceps excludant conſortio, ipſeque voce & Electionis & aliorum Prin-
cipum Electorum loco & dignitate careat, atque jure, nec inveſtiatur de
feudis, quæ à Sacro Imperio nixus fuerit obtinere (Nihil hîc iterum de de-
volutione Electoratûs ad Fiſcum, neque de privatione liberorum & Pri-
mogeniti) *Pergit autem lex*: Alius verò Princeps aut vir Nobilis, ut præ-
fertur, in has noſtras leges committens, ſimiliter non inveſtiatur de feu-
dis, quæ à Sacro Imperio, vel alias obtinet à quocunque. Et nihilominus
omnes præmiſſas pœnas ſuam concernentes perſonam, incidat eo ipſo. De
filiis ne γρῦ quidem, imò τὸ ſuam Perſonam excludit eos à pœnâ iſtâ. In- 16.
cluſio unius eſt excluſio alterius. *l. cum Prætor. D. de judici. l. Maritus. C. de*

 Procurat.

Procurat. communem dicit *Angelus Aretin. conſ.* 29. *n.* 8. Et mandat, *inquit Conſiliarius Ducis Neoburgici Palatini in ſuo conſilio, & in diſcurſu de Septemviratu Palatinico circa finem*, Lex, tùm Electoribus, tùm Imperatori
ipſi, non ut bona damnatorum & præcipuè feuda Imperialia ſuo fiſco adjiciat, ſed ne inveſtiat delinquentem de feudis, & ut Electores eum excludant à ſuo conſortio. Et in *eâdem Aureâ Bullâ tit.* 14. *ubi* de iis agitur ut indignis auferantur bona feudalia, diſponitur, ut is duntaxat feuda & beneficia amittat, infamis exiſtat, & banno Imperiali ſubjaceat, qui conſilium vel auxilium & favorem præſtat delinquenti, ita ut ipſis nulla ad feuda vel beneficia de cætero, quocunque tempore pateat aditus vel regreſſus, nec de novo concedi ipſi valeant ullo modo, & facta illis conceſſio ſeu inveſti-
17. tura ſecuta, viribus non ſubſiſtat. *Hac ille. addit deinde*, hanc ſententiam ipſa jura feudalia confirmare. *in lib.* 2. *tit.* 20. *& tit.* 31. *& tit.* 78. *& tit.* 98.
18. Præterea in materiâ odiosâ & pœnali, *ſunt verba Rolandi conſ.* 86. *n.* 33. *vol.* 2. privativa juris quæſiti, ut in causâ præſenti, non eſt licita extenſio de caſu ad caſum, nec de perſonâ ad perſonam aliam, *Idem conſil.* 93. *n.* 20. *eod. vol. Innocent. in c. cum dilectus, de capell. monachor. c. odia. de regul. in* 6.
19. etiamſi adeſſet eadem ratio & omnimoda ſimilitudo, *per Ioann. Andr. in d. c odia. & Franc. in c.* 1. *de tempor. ordin. n.* 5. *verſ. & adverte lib.* 6. *Cardin.*
20. *Tuſchus concl.* 662. *n.* 1. *&* 2. *tom.* 3. *ubi n.* 5. *ampliando dicit*, quod quando lex pœnalis loquatur determinatè in certis perſonis, vel certis caſibus, nunquam fiat extenſio ad aliam Perſonam, vel alium caſum. *Cuman. conſil.* 79. *in fin.* etiamſi eadem vel major ratio adſit. *Alexand. conſ.* 113 *in fin. lib.* 2. *Cacheran. deciſ. Pedemont.* 147. *n.* 20. *& ſeq. Roman. conſil.* 150. *n.* 5.
21. *Decius ad reg. in pœnalibus* 197. *n.* 9. *de Regul. ubi & hoc dicit*: quod pœna non habeat locum niſi ſtatuta & expreſſa ſit. *l. at ſi quis* §. *Divus. D. de re-*
22. *ligioſ. & ſumtib. funer.* Et licet appellatione hæredis veniat hæres hæredis *l. ult. C. de hæred. inſtit.* hoc tamen non habet locum, ubi agitur de pœnâ, *ut Decius dicit. d. l. n.* 8. *per Bart. & Bald. in l. mulcta. D. de condit. & demon-*
23. *ſtrat.* Jam iterum ad Auream Bullam in eâ §. 46. *edit. Cujac.* quidem pœnæ l. Quiſquis, imo tota illa lex iiſdem ferè verbis, ſicut habetur deſcripta *in C. tit. ad L. Iul. Majeſt.* recitantur, & contra eos, qui ſceleſtam factionem inierint, de nece alicujus Principis Electoris, decernuntur: ibi filii à maternâ vel avitâ, omnium etiam proximorum hæreditate & ſucceſſione excluduntur & ex teſtamentis aliorum nihil capere poſſe, perpetuò egentes &
24. pauperes eſſe, & ad nullum honorem admitti debere jubentur. Sed notandum primò, quod locus iſte totus procul dubio non à Carolo, ſed ab aliquo
25. Exſcriptore inſertus & aſſutus eſt. Nec enim ſeries, ordo aut connexio ulla admittit, ut iſto loco, quo poſitus eſt, collocaretur, neque redolet ſty-
26. lum & Majeſtatem Caroli. Deindè ſine ullâ præfatione & præmiſſione nominis & tituli in Perſonâ Imperatoris ſic ex abrupto *ad* §. 46. interſpargitur: infra ſcriptæ leges promulgatæ ſunt in curiâ Metenſi, per Dominum Carolum Quartum Romanorum Imperatorem & Bohemiæ Regem Auguſtum, anno Domini 1356. in die Natalis Chriſti, aſſiſtentibus ſibi omnibus Sacri Romani Imperii Electoribus, præſentibus Dominis Venerabili in Chriſto Patre, Domino I. Epiſcopo Albanenſi Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, ac Carolo Regis Franciæ primogenito, Normandiæ Duce Illuſtri, ac Delphino Viennenſi. Poſteà ſtatim ſubjicit: Si quis cum Principibus, Militibus, vel privatis, ſeu quibuſcunque Perſonis plebeis etiam ſceleſtam factionem, *&c., verba deinde trium legum* 5. *&* 6. *C. ad L. Iul. Majeſtatis* paucis mutatis adſcribit, & quibuſdam omiſſis. Quis non videt hæc ſuppoſititia eſſe, & ab Exſcriptore inconvenienter addita? qui retinuit etiam in textu ſuo illud de Emancipationibus, quarum Carolum mentio-
nem

niem tum temporis factururn ſuiſſe non eſt veriſimile. Ne dicam jam ex di- 27.
gnitate tanti Principis & Legiſlatoris non eſſe, alterius Imperatoris *νομοθέ-*
τα leges compilare, & ſibi tribuere, alieniſque verbis tanquàm ſuis uti. Si
leges illas Arcadii & Honorii cum cæteris quæ leguntur *in libro Cod. lib. 9.*
tit. 8. Aureæ Bullæ voluiſſet habere inſertas & repertas, illas & ſuo loco
collocaſſet, & ad ſtatum Imperii Germanici accommodaſſet, & de feudi
ademtione & privatione ſicut in ſuprà relato loco feciſſe legitur, mentio-
nem injeciſſet. Denique quomodo verum illud eſſe poteſt, quod dicitur,
leges illas in Curiâ Metenſi anno MCCCLVI. in die Natalis Chriſti, aſſi-
ſtentibus Carolo, omnibus Electoribus, & præſentibus Epiſcopo Alba-
nenſi, & Carolo Regis Franciæ primogenito; cum in Exordio Aureæ Bul-
læ ita legatur: In ſolemni Curiâ noſtrâ Norinbergenſi, aſſidentibus nobis
omnibus Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis & ſæcularibus, ac aliorum
Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & Civitatum mul-
titudine numeroſâ, in ſolio Majeſtatis Cæſareæ, Imperialibus infulis, inſi-
gniis, & diademate decorati, maturâ deliberatione prævia, de Imperialis
poteſtatis plenitudine edimus, ſtatuimus, & duximus ſanciendas, ſub anno
Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione nonâ,
quarto Idus Januarii, Regnorum noſtrorum anno decimo: Imperii verò
ſecundo. Quis non videt hæc genuina eſſe; illa autem manifeſtè falſa, &
adſcititia. Vide quæſo mî lector & inſpice, quæ antecedunt & ſequuntur
paragraphum illum, non dubito quin mecum ſtatuas eum ut ſpurium obe-
liſco notandum, & totum expungendum eſſe: & tùm conſtabit Aureæ Bul-
læ ſua integritas & continua ſeries atque cohærentia. Et ſit ſanè, quod lex 28.
illa de pœnâ criminis læſæ Majeſtatis à Carolo in ſuâ Conſtitutione ita, ſic,
ut ibi legitur, præſcripta fuerit & promulgata, in eâ tamen nihil de Electo-
ribus, quomodo illi puniendi ſint, ſi Imperatorem & Imperium offende-
rint, ſed de his tantum, qui contra Electores conjurationem inierint, ſan-
citur: Deindè privationis feudorum & regalium, nulla ſit mentio; ideò 29.
quod expreſſum non eſt, habendum eſt pro omiſſo. *l. quicquid adſtringendæ.* 30.
D. de Verb. Oblig. ibi Zaſius n. 10. *l. commodiſſime. D. de liberis & poſthum.*
c. mandatum. de Reſcript. Cardinal. Tuſch. concl. 115. *n.* 1, 2. *& concl.* 116. *n.* 1. *&*
ſeq. tom. 5. *ubi per Dynum conſ.* 41. *n.* 4. *Alexandr. conſ.* 1. *n.* 25. *lib.* 3. *& per*
Decium conſil. 438. *notat*: omiſſum haberi pro omiſſo, quando agitur de 31.
pœnâ incurrendâ vel evitandâ.

Sole igitur meridiano clarius eluceſcit Imperatorem non poſſe ullo mo- 32.
do, ullo fundamento, ullo colore, ullâ lege, nec ad tempus, nec in perpe-
tuum, ſive ſub prætextu damni accepti, ſive ratione belli divertendi, ſive
pœnæ nomine, jus feudi commiſſi, aut ad ſe devoluti prætendere, & Ele-
ctoralem dignitatem Palatinicis ditionibus annexam fiſco ſuo addicere, &
pro lubitu, cui velit eam concedere: quia hoc rendit in præjudicium eo- 33.
rum, qui jus acquiſitum, quod Princeps tollere nequit, habent: Deindè 34.
quia tali facto, legis, & contractûs perpetui diſpoſitio diſſolvitur, juſtitia
violatur, cæteri Electores, cunctique Imperii Ordines injuriâ afficiuntur,
fundamenta Reipublicæ convelluntur & labefactantur, ſuccedendi ordo
& conſuetudo ac obſervantia veterum inſtitutorum confunditur, ad rui-
nam & exitium via panditur, Prædefunctorum Imperatorum Sacroſanctæ
& peculiari formâ in inaugurationibus renovatæ & confirmatæ, corporali
etiam juramento conceptis verbis palàm ſancitæ Conſtitutiones funditus
evertuntur; Capitulario, & Aurea Bulla, cæteræque leges regiæ, priſca 35.
etiam & religioſa axiomata ſtatus reſcinduntur & antiquantur, ad ſubver-
ſionem formæ imperii cuniculi fodiuntur, jura, pacta, privilegia gentilitia,
tot ſæculis cuſtodita & à Majoribus tanto cum labore, virtute, ſudore, ac-

36. quiſita & parta è medio tolluntur; Impuberum, Nepotum & Poſterorum à tam magnis & benemeritis Progenitoribus oriundorum cauſa & inno-
37. centia affligitur; res præclarè domi foriſque à tantis Majoribus pro ſalute Reipublicæ cum bonorum fortunarumque jacturâ, cumque ſanguinis & vitæ profuſione geſtæ indigno redhoſtimento compenſantur, memoria cunctorum illorum meritorum, quæ à tot ſæculis Palatini Comites ad conſervationem Imperii, & ad domus quoque Auſtriacæ utilitatem & incremenrum præſtiterunt, delentur & obliterantur, dominationis denique deſpoticæ jugum inſolenti exemplo liberis cervicibus imponitur, Princi- pes & Optimares ſervi & mancipia fiunt, ſublatâ penitus diſtinctione gra-
38. duum, honorum & dignitatum ac jurjum. Non eſt hoc, *inquit Conſiliarius Neoburgicus in conſilio pro Comite Palatino VVolfgango VVilhelmo in hac cauſa.*
39. *n. 36.* calcar virtutis in Imperio promovendæ, ſed incendium potius & materia delictorum, ſi innocentes & benemeriti miſceantur cum malefacto-
40. ribus. *Id. in diſcurſu de Septemviratu Palatino circa finem in appendice.* Nullum autem dubium eſt, quin jura publica & ſtatus Imperii labefectetur & concutiarur, ſi feuda illa majora, & ditiones, juraque Principum certo generi, ſtirpi, ordini, ætati aſſignata & attributa à lege, à conſuetudine & per inveſtitutas, diminuuntur, diſtrahuntur, & legitimis ſucceſſoribus jus quæſitum habentibus auferuntur, & à familiâ, cui illa deſponſa & deſtinata ſunt à Majoribus, tum concedentibus, tum acquirentibus, in aliam remotiorem & externam transferuntur. Feuda enim illa & bona illuſtribus familiis quæſita & debita ſunt publici juris, & in eorum conſervatione jus publicum atque adeò publica ſalus, non ſolùm privata conſiſtit. *ſicut Reuſnerus ſcribit conſ. 3. lib. 1. per l. 1. §. quamvis. D. de ventre inſpic. & ibid Dd. l. 195. pronuntiatio §. familiæ. D. de verbor. ſignific. § Cæterum Inſt. de legit. Agnator. ſucc. Cyn. & alii in l. 1. C. ad L. Iuliam de adult. Theodor. Reinking*
41. *de Regimine ſæculari lib. 1. cl. 4. c. 16. n. 28. dicit:* hæc feuda regalia Principum juris publici eſſe, & ad ſtatum rei Romanæ, ſeu ad jus publicum militate pertinere *arg. l. 1. §. hujus ſtudii. 2. verſ. publicum. Iac. Schult. obſer. 25. n. 31. & ſeq.* Hæc quoque ſuprà attigimus. Sed quid gloſſam & Doctores adducimus, cum ipſa Imperatorum Edicta & ſanctiones eam in rem audire poſſimus. *Everhard. in loco à ſimili n. 5.* ridiculum ait allegare gloſſam ubi textus habetur. Ita autem Lotharius & Fridericus Imperarores ſtatuerunt,
42. ſalutem nempè Imperii vireſque in hoc poſitas eſſe, ut Vaſalli feuda ſua
43. ſalva & incolumia habeant; itaque ea ſive tota, ſive partem aliquam eorum vendi, alienari, pignorari, legari, in alium transferri, dividi, diſcerpi, vel quocunque modo diſtrahi, ſeverâ lege vetuerunt, quia Reipublicæ ſtatum & Imperii dignitatem & robur per ejuſmodi alienationes labefactari
44. ſciebant. Idcirco ita Reipublicæ curam Imperatorem gerere debere reſcripſerunt, ut regni utiliras incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus jugiter ſervetur illæſus. *tit. 52. & tit. 55. de prohibit. feud. alienat. per Frid. & Lothar. § 1. de pace tenend. & juram. firm. §. 1. Auth. de armis. §. 1. in princ.*
45. *Authent. de hæred. & Falcidiâ.* Quomodo verò Imperii ſalus & quies conſervari & promoveri, quomodo ſingulorum membrorum ſtatus illæſus manere poteſt, ſi jura ſucceſſionum & ſanguinis pervertuntur, ſi liberis & Agnatis innocentibus & quibus jus quæſitum eſt, feuda avita & gentilitia ſub prætextu paterni criminis & promulgatæ proſcriptionis ſubtrahuntur, diſcerpuntur, fiſco applicantur, & in remotiſſimos, non ſolum gentiles, ſed in extraneos etiam & plebeios homines per viam vel emtionis vel do-
46. nationis vel ſolutionis & compenſationis transferuntur? Electores Saxoniæ & Brandenburgi hoc præſpeculati publicè contra iſtam Electoratus tranſlationem, & filiorum, agnatorumque Friderici excluſionem proteſtati

fuerunt,

fuerunt, eam, præterquàm quod contra leges & jura fieret, adhæc maximarum & perpetuarum turbarum in Imperio fomitem fore præmonentes: quod ſanè flebilis experientia, per tot luſtra, in hunc uſque diem ſatis & abundè cum internecione & exitio totius Imperii teſtatur: Et hæc quidem 47.
eſt ſingularis illa, cum pietate, clementiâ & æquitate mixta juſtitia, quam tranſlatores & uſurpatores Electoralis Palatinatûs, aliorumque feudorum Imperii præ ſe ferre videri, & agnoſci atque deprædicari ab omnibus volunt. In libello enim Proſcriptionis & mandatis executorialibus ſanctè aſſeverant, ſe nominis & officii ſui memores nihil æquè curaturos & proſpecturos, quàm ut ſtabilitâ in Imperio pace, juſtitiâ & concordiâ, libertas imprimis nationis Germanicæ, Imperii incrementum, honor & ſalus conſervetur & promoveatur, neque ullo modo ſibi propoſitum eſſe vel animum, cuiquam Principum vel Ordinum jus ſuum per iſtam promulgatæ proſcriptionis executionem infringendi, vel imminuendi aut detrahendi; ſed omnes potius obedientes & inſontes Ordines Cæſareo favore complectendi, eorumque jura & privilegia ſarta tectaque tuendi, & illæſa conſervandi. Prodeant nunc Electores, Principes, Optimates & plebs univerſi 48.
Imperii, & teſtimonium perhibeant, quam bene ipſorum jura, libertates, ſucceſſiones, privilegia, bona & poſſeſſiones conſervata fuerint, quam benè Imperii honor, ſalus, incrementum, pax, & concordia inter Cives defenſa & aſſerta?

Tunc verò cecidere animi, tantiſque procellis
Deficiunt, ſepti latrantibus undique bellis;
Infenſos tandem Superos, & Conſulis omen
Agnovere ſui, nec jam revocabile damnum
Eventu ſtolido rerum didicêre Magiſtro.

Claudianus in Eutropium lib. 2. verſ. 485.

Sed ponamus, citra tamen veritatis noxam, eos optimo jure & juſtiſſimis 49.
de cauſis, legibus non ſolùm permittentibus, ſed etiam præcipientibus potuiſſe Friderico aquâ & igni interdicere, ejus ditiones, feuda, jura, munera, dignitates, fiſco Cæſaris vindicare, ſecluſis & depulſis à ſucceſſione Friderici Filiis & Agnatis: nihilominus, ſi Reipublicæ potius, quam ſibi 50.
conſuluere, ſi pacem bello & turbis præferre, ſi ipſi etiam Themidi & juſtitiæ ritè litare maluiſſent, debuiſſent utique ab iſtâ exitioſiſſimâ, omnium calamitatum fotrice, confiſcatione & privatione manus abſtinere, & unicuique ſuum pacatè poſſidendum relinquere, imò, ſi quid peccatum & commiſſum in leges fuiſſet, illud in gratiam Reipublicæ condonare. Si 51.
enim incolumitatem hujus & emolumentum ſuis rationibus & commodis anteponere, ſi charitatem patriæ, tranquillitatem Imperii, concordiam Civium, ſi pereuntis plebis ſalutem, ſi manſuetudinem & æquitatem odio, vindictæ, iræ, cupiditati, ambitioni, dominationi, rigori & ſeveritati anteferre in animo habuiſſent, profectò nequaquàm tam immemores ſui officii eſſe ſuſtinuiſſent, quin recepto in gratiam Friderico, & ſancitâ præteritorum oblivione, jura ſucceſſionum liberis & Agnatis quæſita, intemerata; feuda Imperii ſalva & incolumia Vaſallis, poſſeſſiones & libertates cæteris Principibus & Ordinibus illæſas & intactas reliquiſſent. Hâc enim 52.
ſola ratione pacem in Imperio conſervare & tueri, gliſcentem belli flammam occupare, turbas & direptiones præfocare, cæteraque omnia mala, quæ in hunc uſque diem Rempublicam affligunt & divexant, in ortu ſuo ſupprimere potuiſſent. Sed fortaſſis exemplo hoc animadverſionis, alios 53.
officii ſui commonefacere, & ne quid tale auderent deterrere; ſimul etiam 54.
oſtendere operæ pretium & ſuâ intereſſe duxerunt, quàm religioſi juſtitiæ cultores, legum ſeveri vindices, ſcelerum caſtigatores eſſent, qui mallent

perire

periremundum & fieri juſtitiam, ſecundum illius Imperatoris Ferdinan-
di I. Auſtriaci Symbolum, quàm ſetvari mundum & juſtitiam negligiaut
55. violari. Fortè etiam perſuadere ſibi paſſi ſunt, legem Quiſquis de Majeſta-
te læſâ, in quam Fridericum commiſiſſe & peccaſſe putarunt, talem neceſ-
ſitatem imponere, ut Imperatori liberum & fas non ſit pœnas ibi præſcri-
ptas, illas præſertim, quæ liberos à ſucceſſione paternâ propter culpam
Genitoris removet, remittere, moderari, inhibere, ſuſpendere, abolere,
condonare, ne quidem publicæ utilitatis & tranquillitatis cauſâ, & ad præ-
56. veniendum majus ſcandalum, totiuſque Imperii diſſolutionem. O quam
beatis & felicibus illis eſſe licuiſſet, ſi pacis & concordiæ publicæ bonum,
ſi univerſorum Ordinum, totiuſque Imperii, imò Chriſtiani Orbis quietem
& incolumitatem in conſideratione habere, omnibuſque aliis rationibus &
privatæ utilitati (ſicut decebat. *l.3. Vtilitas publica præferenda privatorum. C.
de primipilo. lib.12. tit. penult.*) præponere voluiſſent: *Cicero in Orat. Agra-
riâ ad Populum:* Si conſulis populo, remove te à ſuſcipione alicujus tui
commodi; fae fidem, re nihil niſi populi utilitatem & fructum quærere.
Idem in Epiſtol. ad Q. Fratrem. Senec. de Clement. 1. *Plato de Rep.* Rectores
57. Reipublicæ ad utilitatem civium omnia referre debete, *ait*, oblitos com-
modorum ſuorum. *Claud.*

—— Conſule cunctis,

Non tibi; nec tua te moveant, ſed publica damna.

Ælius Hadrianus Imperator, Non mihi, ſed populo dieere ſolebat. Imò
58. præferre Patriam liberis Regem decet, *inquit Seneca in Troad.* non modò
59. nihil contra leges & juſtitiam, ſed potius quod juſtum & æquum, quodque
juri conſentaneum fuiſſet, feciſſe dici, inſuper etiam immottalem manſue-
tudinis, moderationis, humanitatis, æquitatis laudem conſequi, de Re-
publicâ, Patriâ & univerſis civibus benè mereri, denique prævenire potuiſ-
ſent, ne cuncta in Imperio flamma, ferro, cædibus, rapinis mixta ſurſum ac
deorſum, ſicuti oculis noſtris lachrymabundi cottidiè aſpicere cogimur,
verſa fuiſſent.

60. Sicut verò omne id, quod ad Reipublicæ ſalutem, & ad Imperii incre-
mentum & & conſervationem directum eſt & tendit, quodque ad retinen-
dam & ſtabiliendam communem concordiam & pacem utile, & neceſſa-
rium, etiamſi non uſque per omnia ſcripto juri & legum civilium auctori-
tati & verbis conſentire & conforme eſſe videatur; juſtiſſimum tamen eſſe
rationis dictamen, ipſæque etiam leges & jura civilia pronunciant. *Angel.
in l.13. venditor. §. ſi conſtat. ad fin. D. commun. prædior. & in l.5. Conven-
tionum. in fin. D. de pact. quem Reuſnerus citans conſil.3. n.56. l.1.* Multa, *in-
quit*, contra juris rationem & auctoritatem ſaltem pacis & concordiæ pu-
61. blicæ retinendæ causâ recepta ſunt, ne major ſcilicet cauſa detur tumulti-
62. bus atque perturbationibus. *textus in l. ita vulneratus ſi. §. ejuſdem. 3. D. ad
L. Aquilam. Camill. Borellus de Magiſtr. edict. lib. 2. cap. 7. Ioann. Koppen.
quaſt.59. & ſeq.* Salus populi ſuprema lex eſto, *inquit Colophon.* XII. *tabb.*
Imò quæ publicè utilia ſunt, non eenſenrur incluſa in his quæ lege ſunt ve-
tita, vel conceſſa *Bartol. in l. quemadmodum 7. C. de Agricol. & cenſit. lib.11.
Gloſſ. in l. ſi ita ſcriptum ſit. 45. de Legat. 11. Iaſon in l. cætera. 41. §. ſed & ſi
quis 5. de Legat. 1. Zaſius conſ.1. n.23. Reuſner. d. conſ.3. n.59. Caſpar Klockius
63. de contributionib. cap.12. n. 141. ubi dicit,* prudentiores tàm impenſè favere
publicæ utilitati, ut ejus cauſâ à legum præſcripto ipſo jure permittente
deflectendum ſemper ac omni ætate quaſi per manus tradiderint. *Novell. 7.
cap 9. §. oportet. VVaremund. ab Ehrenberg. de regni ſubſidiis & oneribus ſubdi-
torum. Hinc ſecundum Baldum in tit. de pace Conſtantiæ. §. hoc nos quoque in
64. fin.* pro benefacto & merito æſtimandum eſt, ſi aliquid ratione pacis &
quie-

quietis publicæ contra jus factum aut reſcriptum fuerit. *Gloſſ in can. quippe.*
cauſ. 3. quæſt. 6. & in can. quiſquis enim. cauſ. 23. qu. 5. c. urgens de re judic. Lu-
dovic. Romanus. in l. ſi verò. 64. §. de viro. 9. D. ſoluto matrimonio. Bartol in
l. quæcunque. 5. C. de fide inſtrument. & jure haſtæ fiſcalis lib. 10. ubi eòs refert
& ſequitur Reuſner d. conſil. n. 57. Zaſius d. conſ. 1. n. 29. Reinking de Regimin.
ſeculari d. claſſ. 4 cap. 18. n. 8. Ita omne id quod in deſtructionem Reipu- 65.
blicæ, in diſſolutionem communis concordiæ & in perniciem Imperii ren-
dit, quod diſſidia, jurgia, cædes, rapinas, injuſtitiam & tyrannidem fovet
& nutrit, quod jura publica Principum & Ordinum, quod ſucceſſionum
Ordinem, & ſanguinis prærogativam, quod illuſtrium familiarum dignita-
tem evertit, turbat, & labefactat, etiamſi jure civili ſcripto, & apicibus, ver-
biſque legum Romanarum videretur admodum conſentaneum, injuſtiſſi-
mum tamen, impium, & iniquum eſſe, & contra jus & fas fieri nemo, quem
non fallit ratio, infitiabitur. Hinc ſummum jus antiqui ſummam putabant 66.
crucem, *ut ait Columella lib. 1. de ruſtic.* vel malitiam, *ut Terentius*, vel inju-
riam, *ut eſt in Proverbio. Benè Menander.*

> Καλὸν οἱ νόμοι σφόδρ' εἰσιν, ὁ δ' ὁρῶν τοὺς νόμους
> Λίαν ἀκριβῶς, συκοφάντης φαίνεται.
> *Magnum bonum ſunt leges: ſed ſi quis nimis*
> *Has intuetur acutè, ſycophanta fit.*

Plutarch. in lib. de curioſitate; ad juſtitiam exercendam expedire aliquan-
do etiam hoc, quod juſtum eſt, prætermittere. *plura apud Reuſner in Symb.*
Cæſ. Rom. Symb. 26. μὴ γίνου δίκαιος πολύ. ne ſis nimium juſtus, *inquit Regum*
ſapientiſſimus Eccleſ. 7. verſ. 16.

Eant nunc cordati iſti judices, & regalium feudorum Electoratuum &
Principatuum confiſcatores, & juſtitiam ſuam, quam tam laudabiliter, ſi
Diis placet, in infligendis pœnis legis Quiſquis & in exequendo Proſcri-
ptionis contra Fridericum promulgatæ ſententiâ, cum ſingulari & eviden-
ti, ſicut in ſe receperant, totius Imperii emolumento & incremento, omnia
cum pulviſculo per publicationem bonorum auferendo, ne agnatis qui-
dem & liberis ex infectâ, ut perhibebant, radice ortis & oriundis parcen-
do exercuerunt: jactirent & hominibus perſuadeant, Rei Chriſtianæ in-
terfuiſſe, nec pacem aliter in Imperio retineri & conſtabiliri potuiſſe, quam
ut proſcripto Friderico, Electoralis Palatinatus familiæ Palatinæ præripe-
retur, & in Ducem Bavariæ transferretur.

Ut autem verba in pauca contrahamus, iterum & concludendo incul- 67.
camus, & ex ſupra deductis aſſerimus certum in Electoratu Palatino & in
officio inſeparabiliter connexo ordinem ſuccedendi conſtitutum eſſe qui
ſanctione pragmaticâ præſcriptus, pacto Majorum & lege publicâ ceu ti-
bicine ſuffultus, omnium Ordinum totius Imperii conſentiente auctorita-
te conſtabilitus, conſuetudine in tertium uſque ſæculum inconcuſſè obſer-
vatâ firmatus, à Cæſaribus prædefunctis, & ſingulariter à Sigiſmundo Im-
peratore approbatus & ſubinde renovatus, jure & prærogativâ primoge-
nituræ ceu fundamento, per Divinas, naturales & gentium leges introdu-
cto nixus; non poterat nec debebat ullo modo ullâve potentiâ & vi aut ul- 68.
lo ſub prætextu juris vel neceſſitatis infringi, labefactari, mutari, perverti
aut imminui: quia in eo ſalus & incolumitas Imperii, Collegiique Electo- 69.
ralis, à quo univerſæ Reipublicæ libertas & ſecuritas dependet, robur, exi-
ſtimatio & auctoritas conſiſtebat: ideò ordinem illum ſuccedendi in Ele- 70.
ctoratu, & conſervandi in familiâ tam illuſtri, præcipuâ Imperii baſi, tan-
quam terminum immobilem, & perpetuis temporibus validurum, omni ex
parte ſacroſanctum & intemerabilem eſſe & haberi, voluerunt & ſanxerunt
Majores noſtri, & Reipublicæ conditores. Interrogemus ſanè Divæ 71.

Experientiæ oraculum, an non interfuerit rei Chriſtianæ & pacis publicæ lapidem illum terminum Imperii non moveri. Nonne ſtatim ac illo loco ſuo motus fuit, totam Reipublicæ ſtructuram & compagem ſubſidere & labeſcere ſenſimus; ſicut in ædificiis contingere ſolet, quando exemto uno cæmento reliqua collabuntur, licet non confeſtim, tamen luxata paulatim & minutatim ſidunt, & variis modis minas agendo fatiſcunt. *ut ait Caſp. Klockius de contribution. cap.* 82. *n.*159.

72. Is autem ſuccedendi in Electoratu ordo hanc naturam & proprietatem habet, ut jus, vox & munus atque dignitas Electoralis, quæ territorio & Principatui Palatinico ἀδιαιρέτως connexa ſunt, & indivulſim cohærent, primogenito vi legis, pactorum & inveſtituræ, integra & individua reſerventur, ſic tamen ut non uni ſoli, qui primus acquiſivit, vel ultimò poſſedit, jure hæreditario; ſed omnibus ſimul poſteris totique genti & proſapiæ, non ex merâ Cæſarum gratiâ & liberalitate, ſed tàm ex lege, quàm ex contractu cum Majoribus Comitibus Palatinis, præclarè de Imperio meritis, & ſuis poſteris proſpicere ſatagentibus initio, jure ſanguinis & proprio, competat & debeatur, ſub eâ quidem conditione, ut nonniſi unus & quidem primogenitus (ſicut in regnis, maximè in iis, in quibus ſecundum legem Salicam jure Francorum ſucceſſiones regulantur, quæ & in Electori-
73. bus conſtituta eſt, fieri ſolet) ſuccedat; cæteris verò quos prima & de tempore in tempus renovata inveſtitura comprehendit, & velut digito tanquam præſentes ſiſtit & oſtendit, acquiſita ſpes & jus ſuccedendi, & ſuo tempore & ordine poſſeſſionem naturalem adipiſcendi relinquatur & aſſervetur, quæ quidem ſpes, ſive jus, quia certum, formatum, radicatum & lege pactiſque firmatum eſt, nullâ ratione neque per teſtamentum aut alio quovis modo, ſive propter crimen prædeceſſoris, ſive propter aliam quam-
74. cunque cauſam ſucceſſoribus ſanguinis & univerſæ proſapiæ; ne ex Cæſareæ quidem Majeſtatis plenitudine, auferri, adimi, præripi, diminui, multò minus in publicationem bonorum includi & comprehendi poteſt; ſicuti id innumeris rationibus, legibus, & auctoritatibus hactenus demonſtratum ivimus. Cum his quæ jam dicta ſunt, conveniunt & quadrant appoſitè *quæ Conſil. Neoburgicus in conſilio ſuprà allegato. n.*3.4.5. *& ſeq. tum n.*51.52. *& ſeq. & iiſdem verbis in appendice diſcurſûs de Septemviratu Electorali Palatino, in hac verba, & concludendo ſcribit:* Hic certus in Electoratu Palatino ſuccedendi modus & ordo, jam in tertium uſque ſæculum inconcuſſe fuit obſervatus, à Cæſare quoque Sigiſmundo confirmatus ſingulari diplomate quo cautum eſt, quam diu linea Rudolphi Electoris, qui Ludovici IV. Cæſaris, à quo moderni Duces Bavariæ deſcendunt, frater fuit primogenitus, ſupererit, ſemper unus illius lineæ: ſenior nimirum & proximior ſecundum jus & ordinem primogenituræ cæteris remotioribus, ſit præferendus. Hoc quoque obſervandum jus illud electionis & officium Archidapiferiæ, quod poſſeſſori Palatinatûs competit, non uni ſoli Palatino, qui id primus acquiſivit, ſed omnibus ſimul ipſius Poſteris, adeoque generi & familiæ toti eſſe tributum ea tamen conditione, ut non niſi unus primogenitus in eo ſuccederet, cæteris verò ſola ſpes ſuo loco & ordine ſuccedendi relinquere-
75. tur. Idque non ex mera ſummorum Principum liberalitate & gratia, ſed ex pacto & providentia Majorum Comitum Palatinorum Rheni, qui hoc jure & ordine ſuccedendi in perpetuum obſervando digni judicati ſunt propter virtutes ſuas ſingulares, & res domi foriſque fortiter & præclarè, cum ſumma laude, pro Imperii ſalute, ſæpè etiam ſanguinis
76. & bonorum ſuorum omnium profuſione, geſtas. Undè præ cæteris hoc etiam laudis & præeminentiæ decus ſingulare ſibi conciliârunt, ut ex conſuetudine inveteratâ ipſi etiam Imperatores non dedignentur,

ſuper cauſis, de quibus imperuntur, coram Comite Palatino Rheni, Sacri Romani Imperii Archidapifero, Electore Principe, non aliter tamen, præterquàm in Imperiali Curiâ, ubi Imperator ſeu Rex Romanus præſens exiſtit, reſpondere. Nec non illud, quod vacante Imperio 77.
Comes Palatinus Rheni, ratione Comitatûs ſeu Principatûs Palatini privilegii in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico eſſe debeat Proviſor Imperii cum poteſtate judicia exercendi, ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, colligendi reditus & proventus & inveſtiendi de feudis ac juramenta fidelitatis vice ac nomine Sacri Imperii recipiendi, *ut patet ex prædicta Aurea Bulla tit.* 5. Itaque minus rectè ſentire videntur, qui Cæſari 78.
perſuadere conantur, Electoratum Palatinum ad unius Friderici Palatini delictum, non ſolùm ipſius filiis & fratri, ſed omnibus omninò Agnatis & ſucceſſoribus, quamvis innocentibus ipſo jure ademtum, adeoque in ſuæ Cæſareæ Majeſtatis poteſtate liberâ & arbitrio eſſe poſitum, ut de eo pro ſuo lubitu poſſit diſponere, tanquam de re ad ſe & Imperium legitimè devolutâ. *Paulò poſt idem Conſiliarius*; Et ut omninò, *inquit*, citra tamen ve- 79.
ritatis præjudicium detur, de rigore juris feudum commiſſum, excluſis etiam Agnatis innocentibus, ad Dominum reverti, id tamen in Electoratibus locum habere nullo modo poteſt, cum ſæpius allegata *Aurea bulla tit.* 20. & 24. expreſsè vetet, quod officium Electoratûs Palatini & Archida- 80.
piferi eſſe debeat penes ſolum Comitem Palatinum Rheni, qui Electoratum Palatinum legitimè poſſidet, & neminem alium, & quod Principatus & terræ ad Electoratum pertinentes nullo unquam tempore vel quacunq; de causâ, ſeu quovis prætextu aut colore ſeparari poſſint, ſed perpetuis temporibus indiſſolubili nexu indiviſa & integra manere debeant, adeò ut ſi per errorem, vel aliàs quid contra fiat, quod hoc totum, & omnia ex his ſequentia eo ipſo viribus non ſubſiſtant. Unde conſequens eſt, ne ipſum 81.
Principem ſummum, ne ad tempus quidem aut ſub prætextu damni ſibi illati, aut pœnæ nomine Electoratum Palatinum, cum terris & cohærentibus ſibi uſurpare poſſe, cum jus, vox & dignitas Electoralis unâ cum bonis ſibi annexis ſint & eſſe debeant inſeparabilia, nec ullo unquam tempore vel in judicio, vel extra diviſim imperi, vel evinci, vel etiam per ſententiam ſcindi & dividi nullo modo poſſint: ſed primogenitus filius ſuccedit in iis, ipſi ſoli jus & dominium competit, niſi forſan mente captus, fatuus, aut alterius famoſi & notabilis defectûs exiſteret, propter quem non deberet ſeu poſſet hominibus principari, in quo caſu inhibitâ ipſi ſucceſſione ſecundo genitus ſi ſit in eâdem progenie, ſeu alius ſenior frater, aut conſanguineus Laicus, qui paterno ſtipiti in deſcendenti rectâ lineâ proximior fuerit jubetur ſuccedere ex decreto Aureæ Bullæ perpetuo valituro, *ut ſonant verba in d. tit.* 24. §. *decernimus igitur.* Ex quibus omnibus luce meridianâ clarius apparet: Quamdiu aliquis ex Agnatis Palatinis, qui ex 82.
Electore Rudolpho deſcendunt, ſupereſt, nec alios ejuſdem familiæ Agnatos remotiores, nec ipſum Cæſarem jus Electoratûs cum ſuis pertinentiis ad ſe trahere poſſe. Neque enim verum eſt, quod dicitur Electoratum, aut 83.
quodvis etiam feudum regale propter unius poſſidentis Vaſalli delictum, omnibus aliis Agnatis auferri poſſe, & ad Dominum læſum deferri, poſt conditam Auream Bullam, per quam jura Electorum pleniſſimè confirmata ſunt. Nec iſta ſententia in Imperio audita, aut in praxin unquam dedu- 84.
cta fuit: & intereſt omnium non modò Electorum, ſed & aliorum Imperii 85.
Principum, Comitum & Statuum, ne tanto præjudicio, & tam novo exemplo, quod omnem ſuccedendi certitudinem, pacta etiam gentilitia & privilegia, multo olim ſudore & ſanguine acquiſita tolleret, onerentur. Ne- 86.
que ullo exemplo demonſtrari poteſt, poſt dictam Auream Bullam ſeveri-

 tatem

tiam præmittendam lib. 3. Tiraquell. in l. ſi unquam. C. de revocandis donation.
gloſſ. in verb. libertis n. 4. & ſeq. ampliſſimè, & dicit : ultra verba legis non
eſſe trahendam ipſius diſpoſitionem; cur verborum proptietatem viole- 94.
mus? *l. eum lege. D. de teſtamento. l. non aliter. D. de legat, III. l. Nepos Pro-*
culo. D. de verbor. ſignif. l. 3. hac verba. D. de negot. geſtis. l. 1. §. Si ager vecti-
galis. Gail 1. obſerv. 136. n. 17. Decius in l. factum §. in pœnalibus n. 10. & in
l. ſemper in obſcuris n. 11. D. de Reg. jur. & in c. & ſi Clerici. §. 1. colum. ult.
de judic. Covarruv. variar. reſolut. lib. 3. c. 5. n. 8. in fine. cur ea dicamus,
quæ lex & Statutum non dicit? *Bald. in l. 1. colum. penult. C. de hæred. inſtit.* 95.
& in c. inter corporalia. circa medium. de tranſlat. Prælat. Cornel. conſil. 207.
quæritur utrum uſurarius. col. 2. Iacobus Bellam. & Iacobus Butr. inter conſ.
Baldi conſ. 134. hæc quaſtio fuit. colum. 2. lib. 4. quod verbis Statuti ſervire
debemus, ſine extraneâ interpretatione. *ita refert Tiraquell. d. n. 4. cum ſi-*
milibus. Potuiſſet ſanè lex addere voci vacare, in commiſſum cadete, ſi 96.
Electoratum propter crimen vacare & confiſcari intellexiſſet. Nam ſi vo-
cem vacare ita intelligi voluiſſet, exprimere non neglexiſſet. *d. cap. inter*
corporalia. circa med. c. ad audientiam. extr. de divin. Tiraquell. in d. gloſſ. li-
bertis n. 3. Bald. in d. c. inter corporal. col. 2. allegationem hanc eſſe Advo-
catorum, *ait*, qui dicunt; ſi Statutum hoc voluiſſet, dixiſſet; ubi autem 97.
verba legis deficiunt, ipſius quoque diſpoſitio deficit. *c. identitatibus. §. ſed*
cum eas. de electiŏn. lib. 6. gloſſ. in c. quoniam in verb. extra de vit. & hon. Cle-
ric. l. 4 §. toties. ibi Dd. D. de damno infecto. l. ita autem. in pr. D. de ad-
miniſtr. tutor. l. has accuſare §. omnibus D. de accuſationibus. l. 1. §. loquitur
D. de Magiſtrat. conveniend. plura allegata apud Tiraquellum in d. gloſſ. li-
bertis n. 2.

Quid opus eſt hiſce immotari? videant illi qui vocem τὸ vacare in iſto 98.
loco *Aureæ Bullæ* extendunt, non ſolum ad vacationem ob finitam gene-
rationem, ſed & ob culpam. *Buxtorf. ad Aurea Bull. cap. 7. theſ. 87. lit. a.*
Verum *Arumæus* non aliter intelligere videtur, quam quando Vaſallus ſine
ſucceſſore legitimo, ſeu feudali moritur & decedit, tunc quippe feudum
pleno jure ad Dominum revertitur. *c. unic. quemadmodum feud. ad filium*
pertin. Arumæus ad Aur. Bull. diſc. 4. th. 16. & in ſcholiis ibi.

Satis ex ſuperioribus & quæ hactenus tam fusè & prolixè, non citra nau- 99.
ſeam & faſtidium de connexu inſeparabili ditionum Palatinicarum cum
Electorali dignitate, officio & poteſtate, quæ deinde de jure primogenituræ
& immutabili in iis ſuccedendi ordine ſtabilito, quæ de feudo dignitatis
pactionato ex contractu & providentiâ Majorum debito, quæ de prohibi-
ta alienatione, Principatuum, Regalium ditionum; quæ denique de cri-
mine Patris Vaſalli, quod nimirum illud etiamſi in ipſum Dominum com-
miſſum eſſet, non officiat liberis in feudis familiaribus antiquis & gentili-
tiis, ex pacto & providentiâ Majorum, & à lege Imperii, & per inveſtituras
delatis & acquiſitis, diximus, manifeſtum eſt & evidens, quid de judicio
& ſententiâ proſcriptionis, per quam leges & conſtitutiones fundamen-
tales, ſanctioneſque pragmaticæ, & Majorum inſtituta violata & contem-
ta, omnis judicii forma, & cauſæ cognitio ſuppreſſa, adhæc Imperii ſa-
lus & incolumitas ſubverſa, concordia & tranquillitas Civium ſublata,
jura, privilegia, libertates Ordinum calcatæ, tot Principes & illuſtres
perſonæ, tot innocentes Agnati & liberi oppreſſi & tanta injuria affecti
fuerunt, ſtatuendum & judicandum ſit. *c. inter cæteras. ubi Abbas & alii*
de re judicat. nimirum eſſe nullam ipſo jure. *Marant. in tractat. de ordin.*
judicii. part. 6. §. expeditâ ſecundâ parte. n. 116. Cardinal. in conſ. 56. Innocent.
in c. cum Bertaldus. ſuper verbo. conceſſimus. de re judicat. Felinus in c. dilectus.
il. 1. de Reſcript. Rolandus à Valla per plures. conſ. 6. n. 37, 38. vol. 3. Cravetta

100. *conſ. 302. Decius conſ. 202. in princ. ubi omnes uno conſenſu tradunt*, ſenten-
tiam continentem manifeſtam iniquitatem eſſe nullam ipſo jure. *Id Ro-*
101. *landus conſ. 32. n. 16, vol. 4.* Licet aliàs ſententia, *inquit Farinacius quæ-*
ſtione 25. n. 2. in 1. ampliation. à quâ non eſt appellatum, etiam quod in-
juſta ſit, noceat non appellanti, propter tranſitum quem facit in judica-
tum, quaſi quod per non reclamantis patientiam dicatur illius facto com-
probata. *text. in l. final. C. de ſentent. quæ ſine certâ quantitate l. 1. C. ſi ſæpè*
in integ. reſtit. l. 1. C. de poſtulando. ibi : cum non appellaveris, placitis ob-
tempera. l. ab eo judicato. C. quomodo & quando judex. & l. 1. C. de juriſdiction.
102. *omn. judic.* Ea tamen ſententia in quâ judex imponit pœnam confiſcatio-
nis bonorum contra diſpoſitionem jurium præallegatorum, nulla eſt &
invalida, etiam quod ab eâ non ſit appellatum, nec unquam in judica-
tum tranſit, etiam quod fuerit lata à judice habente latum ac generale
arbitrium. *Baldus in c. 1. in princ. col. 3. verſ. ſed hic quæro. & verſ. ſed pone*
judex. de pace tenend. Decius conſ. 252. col. 4. in princ. Marſill. in l. fin. n. 189.
D. de juriſd. omn. jud. Cagnol in l. ea ſola. col. 3. D. de regul. jur. ſicut eos addu-
103. *cit Rolandus concl. 98. n. 4. lib. 2.* Dicitur enim iſto caſu ſententia contine-
re expreſſum juris errorem, ideò ipſo jure nulla eſt, tanquam notoriè ini-
qua, nec unquam in judicatum tranſit. *l. 1. item eum. D. quæ ſentent. ſine*
appell. reſcind. l. ſi expreſſim. D. de appellation. l. 2. C. quando provocare non eſt
neceſſe. c. 1. extr. de ſentent. & re judicat. cum aliis per Vant. in tractat. nullit.
tit. de nullitatib. ex defect. proceſſ. ſine ordin. judic. ſolennitatis & forma ipſius
ſentent. n. 118. & ſequent. Hinc Baldus in conſil 135. vol. 2. dicit: quod præ-
do non tàm malè poſſidet, quàm miſſus in poſſeſſionem virtute ſententiæ
nullæ, *Rolandus conſ. 6. n. 22. Socin. conſ. 18. col. 10. verſ. non obſtat quod.*
vol. 1. Decius conſ. 200. in princ. ita eos citat Rolandus. idcircò etiam con-
demnatus & ſpoliatus injuſto & invalido judicis decreto, ſeſe executioni
etiam armis & de facto opponere, & reſtitutionem ſuam procurare poteſt.
Abbas in c. cum cauſam. in 4. notab. de offic. deleg. gloſſ. in c. jus gentium. 1. di-
ſtinct. gloſſ fin. in l. nullus. C. de Iudæis & Manichæis. Innoc. in cap. olim. 1. de
reſtit. ſpol. circ. finem. & ibi Abbas. Bartol. in l. ſi alius. §. belliſſimè D. quod vi
aut clam. Alex. conſ. 135. lib. 1. Bart. Veronenſ. conſ. 26 & conſ. 3.

Caput XXV.

ARGUMENTUM.

Bavariæ Duces multis abhinc annis dignitatem Electoralem ambiviſſe, præſer-tim ab eo tempore, quo res in Imperio propter diſſidium in religione ad mu-tationem ſpectare cœperint, probè memores πολυθρυλλήτου illius ſciti : Nemini vitio vertendum, qui ad meliorem fortunam eniti ſtudeat; ſed ſimul recor-dandum illis fuiſſe, debere unumquemque patienter tolerare ſtatum ſuum, nec ſumma appetere, cum propè ad ſummum, ſit propè ad exitum.

Ludovicum nepotem ex filio Ottonis Comitis in Schiern & Ludovicum Bava-rum filiis ſuis Electoratus dignitatum venari voluiſſe, ſed irrito ſucceſſu; permanſiſſe enim Comites Palatinos in poſſeſſione juris Archidapiferiæ per tria integra ſæcula & omnibus Electionibus Imperatorum interfuiſſe; ex Ba-varis autem neminem præter Maximilianum in nuperâ Regis Hungariæ Ele-ctione officium Archidapiferiæ exercuiſſe.

Comites Palatinos ſemper conqueſtos eſſe, quod fuiſſent à Ludovico Bavaro de-fraudati: tempore quoque Maximiliani I. Bavaros iterum aſpirare cœpiſſe ad Electoratum; Sed Cæſarem peſſimo exemplo & periculo fore judicaſſe, ſi Bavaris dignitatem Electoralem concederet, qui non eſſent quieturi, niſi etiam Imperiale diadema eſſent adepti.

VVil-

VVilhelmum quoque Bavarum aſtutiſſimis fraudibus uſum fuiſſe in circumveniendis Comitibus Palatinis, ut prætextum ad dignitatem Electoralem ſibi pararet; & ſpe obtinendi Septemviratum Cæſarem ſecutum, ideoque ægrè tuliſſe cum Carolus V. Fridericum Electorem Palatinum in gratiam reciperet, cujus veſtigia etiam Maximilianus hodiernus Dux Bavariæ non minori ardore, feliciori certè ſucceſſu ſecutus ſit.

CONSPECTVS.

1. BAvariæ Duces non heri aut hodie incepiſſe ambire dignitatem Electoralem;

2. Sed multis abhinc annis, occaſione turbarum in Imperio invitatos, continuis molitionibus eam venatos eſſe.

3. Præſertim ab eo tempore, quo Auſtriaci Archipalatinam domum premere & perſequi, reſque in Imperio, propter diſcidium in religione, ad mutationem ſpectare inceperint.

4. Nemini vitio vertendum, qui ad meliorem fortunam eniti ſtudeat.

5. Unumquemque debere autem etiam patienter ferre ſtatum ſuum.

6. Arbores magnas diu creſcere, unâ hora exſtirpari.

7. Naturâ fieri, ut quicquid ad ſummum veniat, ad exitum propè ſit.

8. Ludovicum, Nepotem ex filio Ottonis Comitis in Schiern primùm conditionem imponere conatum, ut filii alternis vicibus exercerent officium Electorale.

9. Sed ſtatim exoleviſſe, imò nec in uſum veniſſe iſtam diſpoſitionem nullam.

10. Ludovicum Bavarum eandem inducere conatum eſſe abſurditatem, ut proles ſua ac fratris Comitiis viciſſim intereſſent.

11. Sed pactum illud antiquatum eſſe habitumque pro irrito & obſoleto, teſtante Aventino ſcriptore Bavarico.

12. Imò per Aureæ Bullæ ſanctionem Pragmaticam communi Imperatoris, Electorum, Ordinumque conſenſu penitus deletum.

13. Ipſumque auctorem pacti, Ludovicum Imperatorem ejuſque filium ab eo ſponte receſſiſſe.

14. Permanſiſſe Comites Palatinos in poſſeſſione jugi officii & juris Archidapiferiæ per tria integra ſæcula:

15. Omnibus Electionibus Imperatorum adfuiſſe & interfuiſſe.

16. Bavaros ne ſemel quidem admiſſos fuiſſe.

17. In ſolâ Regis Ungariæ Ferdinandi III. nuperâ Electione Maximilianum Bavariæ Ducem ſententiam ſuam dixiſſe ut Electorem, officiumque Archidapiferi exercuiſſe, non tamen ut Ducem Bavariæ, ſed Palatinum Rheni.

18. Contra quam Electionem Carolus Ludovicus legitimus Elector, ut illegitimam ſolenniter proteſtatus ſit.

19. Quæ etiam à Regibus Angliæ & Galliæ reprobata ſit.

20. Semper Comites Palatinos conqueſtos eſſe, quod fuiſſent à Ludovico Bavaro defraudati.

21. Tempore Maximiliani I. Bavaros iterum aſpirare cœpiſſe ad Electoratum.

22. Albertum Bavarum bellum Bavaricum conflaſſe & procuraſſe, ut Philippus Elector Palatinus proſcriberetur, ſperantem, ſe conſecuturum Electoratum.

23. Fretum Maximiliani affinitate omnia jura ſanguinis, ut ſuæ cupiditate ſatisfaceret, poſtpoſuiſſe.

24. Maximilianum Cæſarem gaviſum, ſibi datam occaſionem, florentem domum Palatinam deprimendi, indictâque causâ Philippum Electorem proſcripſiſſe.

25. Bavaros anhelantes ad Electoralem dignitatem ægrè tuliſſe, quod Imperator Ludovicum Electorem & Fridericum ejus fratrem honore affecerit.

26. Maximilianum Cæſarem peſſimo exemplo & periculo fore judicaſſe, ſi Bavaris dignitatem Septemviralem concederet.

27. Qui non eſſent quieturi, niſi & Imperiale diadema eſſent adepti.

28. Wilhelmum Bavarum aſtutiſſimis artibus & fraudibus uſum fuiſſe in circumveniendis Comitibus Palatinis, ut colorem & prætextum ad dignitatem Electoralem ſibi pararet.

29. Bavaros Juriſconſultos corrupiſſe & ſubornaſſe, qui pactum alternationis conquiſitis argumentis defenderint.

30. Maximilianum hodiernum Ducem à Bavaro non degeneraſſe, ſed ejus veſtigia ſecutum eſſe non minori ardore, feliciori certè ſucceſſu.

31. Wilhelmum Bavarum ſpe obtinendi Septemviratum Cæſarem ſecutum, ideoque ægrè tuliſſe, cum Carolus V. Fridericum Electorem Palatinum in gratiam reciperet.

32. Eundem ſe Comitem Palatinum κατ' ἐξοχὴν vocari & cognominari voluiſſe.

33. Comitem Palatinum propriè vocari Electorem, & Principem eſſe Familiæ.

34. Jam

1. IAm tempus eſt, ut perpendamus, quibus artibus, quâ induſtriâ, quove ſtudio Dux Bavariæ mitram electoralem conſecutus & adeptus ſit. Ac principio quidem ſciendum, non heri aut hodiè illuſtres Bavariæ Duces incepiſſe exambire, prenſare & adhamare dignitatem Septemviralem Palatinicam;
2. ſed ſummo multis abhinc annis conniſu, ardore & diligentiâ, tanquam odoriſequos canes eam
3. venatos eſſe; præſertim ab eo tempore, quo Auſtriaci Archipalatinam domum premere & perſequi, & res in Imperio ptopter diſcidium in religione ad mutationem ſpectare incipiebant, conatos veſti ducali trabeam
4. Electoralem ſuperinducere, probè memores πολυθρυλλήτου illius ſciti, nemini vitio vertendum eſſe, qui ad meliorem & altiorem fortunam aſcendere & eniti contendat. Permiſſum quippe eſſe unicuique deſiderare pervenire ad meliorem fortunam, *ait Guicciard. lib. 2. hiſtor. Ital.* Nam pulchrum eſt digito monſtrari & dicier, hic eſt, *Perſius.* Optimos quoſque mortalium ad altiſſima contendere & adſpirare, *Tacitus ſubjicit.* Sed ejuſmodi homi-
5. nes ſimul recordari illius debebant, quod idem Guicciardinus ſubdit, debere etiam, *inquit*, unumquemque patienter ferre & tolerare ſtatum, in
6. quem ſorte ſuâ collocatus eſt, aliàs dominia & imperia confuſum iri. Scythæ Alexandro Magno apud Curtium dixiſſe leguntur: Quid tu? inquiunt, ignoras arbores magnas diu creſcere, unâ horâ exſtirpari; ſtultus eſt, qui fructus earum ſpectat, altitudinem non metitur: Vide nedum ad cacumen
7. pervenire contendis, cum ipſis ramis, quos comprehenderis, decidas. Natura fit, ut quicquid ad ſummum venit, ad exitum propè ſit, teſte Seneca. Quod Licinius Gallienus Cæſar pro ſymbolo uſurpavit: Propè ad ſummum, propè ad exitum. Hippocratis aphoriſmus eſt, ἔτι αἱ ἀκραὶ τῶν εὐεξιῶν σφαλεραὶ, ὥσπερ αἱ τῶν ἀληθῶν.

8. Supra ex Leodio, quod & alii tradunt, intelleximus, Ludovicum Neporem ex filio Ottonis Ducis Bavariæ Comitis in Schiern duos reliquiſſe filios, Rodolphum & Ludovicum, illi ut primogenito Palatinatum cum annexâ & inhærente dignitate electoriâ, huic Bavariæ Ducatum aſſignaſſe, hac addita conditione, ut alternis exercerent ipſi & poſtgeniti vicibus fun-
9. ctionem & officium electorale: verùm id nequaquam, quia inſolens erat & contra fundamenta Reipublicæ obtinere & pertendere potuiſſe.

10. Deinde Ludovicus Bavarus Imperator eandem inducere & ſtabilire abſurditatem conatus eſt; pulſo enim & proſcripto fratre Rodolpho, quod ſibi defuiſſet ſuffragio, & Fridericum Auſtriacum antiCæſarem prætuliſſet, arripuit occaſionem, dum auditâ morte fratris ſui, *ut ſcribit Aventinus Bavaricus ſcriptor lib. 7. annal.* filios ejus, Nepotes ſuos, Rupertum & Adolphum, Rudolphum in Boariâ Wolffratzuſii natos accerſit, eiſdem gratiam facit, & decretâ omnium rerum, quæ Parens eorum commiſerat, oblivione, Palatinatum Rheni, quaſdam urbes Nariſcorum atque Boariæ, quæ eſt in Franconiâ, reddit. De Comitiis Cæſareis id cavit, ut proles ſua atque fratris, illis viciſſim intereſſent, atque primas quidem Rodolphi, quippe
11. majoris natu, ſecundas ſoboli ſuæ tribuit. Sed hoc invalidum pactum, vi metuque extortum, & ipſo jure nullum ſtatim diſparuit & divanuit, ita ut non fuerit vel ſemel obſervatum, imò & abrogatum & antiquatum eſſe legarut; Nam idem Scriptor Bavaricus ad verba jam relata hæc addit: Atque hoc pactum, *inquit*, quamobrem nunc antiquitatum ſit, atque pro obſoleto, irritoque habeatur, niſi ignaviam noſtram accuſare velim, haud ſcio.
12. Imò ſupra demonſtravimus, illud per Aureæ Bullæ ſanctionem pragmaticam, communi Imperatoris & Electorum, Ordinumque conſenſu & judicio

cio ſublatum è medio penitus & deletum, ipſumque auctorem pacti Ludo- 13.
vicum Imperatorem ejuſque filium ab eo ſponte receſſiſſe.

Permanſerunt igitur Comites Palatini ratione Principatus Electoralis 14.
in poſſeſſione legitimâ & continuâ officii & juris Archidapiferiæ, ita ut 15.
omnibus ac ſingulis electionibus & inaugurationibus omnium Impetato-
rum, qui tribus abhinc ſæculis in hunc uſque diem electi & creati fuerunt,
quorum tredecim numeramus: Carolum IV. Wenceſlaum, Rupertum Pa-
latinum, Sigiſmundum, Albertum II. Fridericum III Maximilianum I. Ca-
rolum V. Ferdinandum I. Maximilianum II. Rudolphum II. Matthiam,
Ferdinandum II. interfuerint & præfuerint ut Electores & Archidapiferi,
munuſque & officium ſecundum morem antiquum ex præſcripto Aureæ
Bullæ exercuerint; Bavaris excluſis, & ne ſemel quidem admiſſis aut inter- 16.
venire audentibus: In ſolâ nuperâ ultimâ Electione Ferdinandi III. Regis 17.
Ungariæ, Maximilianus Bavariæ Dux, ſententiam ſuam dixit, ut Elector,
officiumque Archidapiferi exercuit; non tamen ut Dux Bavariæ, ſed ut
Comes Palatinus Rheni, locum & ſubſellium atque jus Caroli Ludovici,
veri & legitimi Electoris uſurpando, quia propterea contra electionem 18.
iſtam tanquam illegitimam, nullam, præpoſteram & invalidam ſolemniter
poteſtatus eſt. Reges etiam Angliæ & Galliæ reprobarunt, non agnoſcen- 19.
do Ferdinandum III. pro legitimo Imperatore. Non eſt autem hoc loco 20.
prætereundum, quod iidem Comites Palatini ſemper apud Imperatores
conqueſti ſunt, quod fuiſſent à Ludovico Bavaro defraudari & ſpoliati, at-
que ideo perierunt ſibi reſtitui, quæ Bavariæ Duces, hæredes Ludovici, eſ-
ſent ex iſtâ diſpoſitione conſecuti, & in hodiernum diem detinerent.

Tempore Maximiliani primi, Bavariæ Duces iterum oblatâ & ad conſi- 21.
lium flexa occaſione ad dignitatem Electoralem adſpirare cœperunt, reno-
vato ex intervallo deſiderio; Nam Albertus Bavarus fretus affinitate Ma- 22.
ximiliani Cæſaris, bellum quod Bavaricum dicebatur, conflavit hâc occa-
ſione. Philippus Elector Palatinus, conciliaret filio ſuo primogenito Ru-
perto, fratri Friderici II. nuptias filiæ unicæ Georgii Bavari divitis. Hic
dotis nomine, & in teſtamento Genero ſuo legarat & attribuerat, cum
omni ſuppellectili ditiones, quas in Bavariâ habebat. Hoc teſtamentum
contra Imperii & jura feudorum & in ſui fraudem factum eſſe conqueſtus
eſt, Albertus, ac propterea ab Imperatore Maximiliano I. affini impetra-
rat, ut irritum & nullum pronunciaretur & Philippo conditiones & leges
præſcriberentur: Cùm verò Philippus conditiones recuſaret & arma ex-
pediret, Maximilianus eum proſcripſit: tum Bavari cornua attollere &
ſpem adipiſcendæ Electoralis purpuræ concipere. Hinc Philippus Elector
apud Leodium ad filium Fridericum intra alia hæc verba notatu digna lo-
quitur; Intelligis, inquit, fili Friderice, quo loco res meæ ſitæ ſint, graviſ-
ſimo bello undique & ubique premor. Albertus Dux Bavariæ, fretus Ma- 23.
ximiliani affinitate, omnia jura ſanguinis, ut ſuæ cupiditati ſatisfaciat, poſt-
ponit, & in me omnia inimica molitur. Ille ut florentem Domum noſtram 24.
deprimat, & aſſurgere non ſinat, ſibi datam hanc occaſionem gaudet, affi-
nique adhæret, & nos indictâ causâ proſcribit, bonaque noſtra ſpolianda
ac diripienda omnibus liberum atque impunè facit. Sed re ad pacificatio- 25.
nem deductâ Philippus Cæſari Maximiliano (quem deinde ſæpè pœnituit,
quod Palatinos, ſicut ſcribit *Leodius lib. 2. in fine*, de ſeſe & Auſtriacâ Do-
mo optimè meritos tantis cladibus affeciſſet) reconciliatus fuit; ideoque
Bavariæ Duces ſpe ſuâ dejecti & pudore ſuffuſi cruciabantur imis animis.
Hunc eorum dolorem & ægritudinem auxit & incendit, cum mortuo Phi-
lippo viderent filium ejus Ludovicum & Fridericum fratrem Comites Pa-
latinos in publicis Comitiis Auguſtanis ab eodem Maximiliano Cæſare

CONSPECTVS.

1. INjuſtè & malè prætendi Electoratum & Principatum Palatinum in commiſſum cecidiſſe, & ad Imperatorem Ferdinandum devolutum eſſe.

2. Conceſſo etiam, Fridericum crimen læſæ Majeſtatis & rebellionis in ſupremo gradu perpetraſſe, quod tamen expreſsè præcaveamus.

3. Falſum quoque eſſe, Ferdinando fas eſſe de Electoratu liberè diſponendi, eumque, cuicunque velit concedendi, excluſis omnibus Friderici liberis & Agnatis, quibus jus quæſitum fuerit.

4. Potius omnia ea, quæ ex adverſo in medium adducantur, vera eſſe, nihilominus tamen auctorem evicturum eſſe, occupationem & tranſlationem Electoratus ipſo jure nullam & injuſtam eſſe, nec ullo colore errores commiſſos defendi poſſe.

5. Sententiam Proſcriptionis & condemnationem Friderici ipſo jure nullam eſſe, tum propter incompetentiam judicis;

6. Tum propter omiſſam formam, quam in judicando & exſequendo leges requirant.

7. Fridericum propter motus in Bohemiâ & acceptationem delati & Ordinibus ſceptri in condemnationis & proſcriptionis foveam incidiſſe.

8. Ferdinandum enim aſſerere, regnum illud ſibi hæreditario jure competere, Bohemos rebelles extitiſſe, Fridericum injuſtè elegiſſe, illumque contra jus & fas hanc electionem ratam habuiſſe.

9. Etſi ille ſe legitime, more Majorum electum & coronatum, jureque regni poſſeſſionem apprehendiſſe, Bohemique ſe liberam ab antiquo poteſtatem abdicandi & eligendi Regis habere, aſſerant.

10. Cum itaque inter Ferdinandum & Fridericum de regno & feudo Imperii lis omnis & controverſia fuerit, nullo jure Ferdinandum in propriâ causâ judicis ſibi partes ſumere & teſtem quoque, in utilitatem ſuam, eſſe potuiſſe.

11. Etſi concedatur Imperatorem in ejuſmodi controverſiis de feudis dignitatum, deque Principatibus Imperii ordinarium judicem eſſe, ſicut nonnulli adulatores affirment, licet imperö Conſtitutiones & Ordinum libertas aliud ſanciant;

12. Tamen Imperatorem, ſi ipſemet pars ſit & cauſa controverſa ipſum, ſpectet judicare nullâ ratione poſſe & debere.

13. Sed cognitionem aliis delegare teneri.

14. Contra omnia enim, divina & humana jura eſſe, ut quis in ſuâ causâ judicet.

15. Ut igitur nemo, ſit ille vel ſupremus Monarcha, in ſuâ causâ teſtis & accuſator eſſe poſſit, ſic nec judicem eſſe poſſe.

16. Hocque maximè locum habere in Domino contra Vaſallum litem habentem.

17. Tum enim Dominum inſtar privati eſſe, ubi cum Vaſallo contentionem habeat.

18. Quando Dominus contra Vaſallum actionem habeat, Domino expreſsè ipſo jure negari, & talem cognitionem ad Pares Curiæ deferri.

19. Licet nonnulli Juriſconſulti affirment, ſupremum Principem poſſe eſſe judicem in propriâ causâ & præſertim in crimine læſæ Majeſtatis.

20. Hoc tamen in Germaniâ locum non habere.

21. Aliud enim conſtitutiones Imperii & pactionem cum Principibus & Ordinibus præſcribere & ordinare.

22. Hinc etiam Comitem Palatinum judicem ipſius, in cauſis, quæ ipſum competant, ab antiquo conſtitutum fuiſſe.

23. Contra naturam eſſe, ut eundem & judicem & accuſatorem feramus.

24. In hâc ſuâ causâ Ferdinandum tàm judicem, quàm teſtem & accuſatorem egiſſe, itaque ſententiam ipſo jure nullam & injuſtam eſſe.

25. Sententiam enim ab incompetente judice latam eſſe nullam, nec tranſire in rem judicatam.

26. Imò etiam ſententiam competentiæ à judice incompetente, ſe competentem pronunciatore, prolatam ipſo jure eſſe nullam, etiamſi ab eâ non fuerit appellatum.

27. Adhæc Ferdinandum judicem hoſtem & inimicum capitalem Friderici, quem condemnaverit, extitiſſe.

28. Talis judicis ſententiam nullam leges & jura ipſamque communem rationem pronunciare.

29. Prætereà in condemnando Friderico, nullum ordinem judicii, nullam formam proceſſus fuiſſe adhibitam.

30. Nec vel eam requiſitam, quam leges Naturæ, Gentium, Divinæ & Civiles exigant.

31. Nec quam fundamentales Imperii Conſtitutiones, Aurea Bulla & Principum & Ordinum jura ſtrictè obſervandam requirant.

32. Ad ordinem judicii duo potiſſimùm requiri, ſi judex injuſtitiæ & iniquitatis crimen vitare velit.

33. Primò Citationem, quæ ſit fundamentum omnis judicii & proceſſus.

34. Et de proceſſu & ſubſtantiâ ſententiæ.

35. Gravis ſolemnitas, cujus omiſſio vitiet ſententiam.

36. Et pro quâ non præſumatur, niſi probetur.

37. Neceſſariò requiratur pro ordine & validitate proceſsûs.

38. Citatione autem ideò, antequam quis judicetur, opus eſſe, ut reus peractus audiatur, & is ſe defendere valeat, ne inanditus & indefenſus pereat.

39. Etiam prædonem, ſi eſſet poſſeſſione ſuâ privandus, debere prius citari.

40. Injuſtum quoque poſſeſſorem audiendum eſſe & citandum, antequam amoveatur.

41. Ideò judicem citationem omittentem vel negantem graviter peccare & defenſionem præripere dici:

42. Quia citatio ſit ſpecies defenſionis.

43. Sit juris Naturalis, Gentium & Divini;

44. Itaque omitti, negligi, & auſſerri non debere per ſummum etiam Principem vel ipſum Papam.

45. Ne de plenitudine quidem poteſtatis.

46. Citationem non eſſe ſub regulâ poteſtativâ, ſed naturali.

47. Tum ex parte judicis propter liquidationem cauſæ; quoniam unuſquiſque eorum, quæ noverit, ſit bonus judex.

48 Notitia autem abſque patrium, quarum interſit, præſentiâ haberi non poſſit.

49. Tum ratione Partis, propter defenſionem, quæ nullo modo neque extrajudicialiter neque judicialiter poſſit auferri.

50. Partem enim ſe defendere non poſſe, niſi citetur.

51. Ideoque ſubtrahere citationem nihil eſſe aliud quam defenſionem auferre.

52 Non immeritò itaque proceſſum, judicium & ſententiam nullam eſſe, ſi citatio fuerit omiſſa, vel minus legitimè facta.

53. Nec illam nullitatem ex defectu citationis reſultantem ullo modo tolli, ſanari & corrigi poſſe.

54. Nec Papam poſſe facere ſtatutum, per quod tollatur nullitas ex defectu citationis.

55. Non valere ſtatutum vel conſuetudinem, ut quis non citetur ad ſententiam vel actum præjudicialem cum maximè neceſſariam juxta Theoricam.

56. Iniquiſſimum enim eſſe abſentem & inauditum damnare.

57. Quod nec Papa nec Princeps poſſit.

58. Planè enim nec viſum hominem nec auditum damnare nefas ultimum eſſe.

59. Nec ullam juris aut æquitatis rationem pati, causâ indictâ vel inauditâ condemnati, quem culpa non aggravet, ſaltem præcipiti quâdam & temerariâ perſuaſione anticipata.

60. Alterum ſubſtantiale requiſitum in proceſſu obſervandum eſſe cauſæ cognitionem & examinationem.

61. In labyrinthum enim erroris incidere, qui prius judicet quàm intelligat.

62. Et tale judicium temerarium eſſe, quod non noceat illi, de quo temerè judicetur, ſed ei qui judicet.

63. Si enim abſque cauſæ cognitione judex ad ſententiam, condemnationem & executionem properet ſtatim, ordine juris violato, proceſſum, ſententiam & executionem nullius eſſe momenti.

64. Neque enim ullam aliam committi majorem nullitatem, quàm quæ ex omiſſâ cauſæ cognitione naſcatur.

65. Et talem ſententiam ſine cognitione cauſæ latam non tranſire in rem judicatam, utpote ipſo jure nullam.

66. Et licet concedatur Imperatorem vel Principem ſummum judicem eſſe poſſe in ſuâ causâ, æquitatem tamen requirere, ut cum cauſæ cognitione, non prætermittendo citationem, procedat.

67. Veriorem autem eſſe ſententiam, quod Imperator in ſuâ lite contra Vaſallum judex eſſe non debeat.

68. In hoc judicio proſcriptionis citationem non per errorem omiſſam, ſed ſtudio ſingulari rejectam, ſub prætextu, in crimine notorio & quidem actûs continui non requiri citationem.

69. Sed judici fas eſſe ſtatim damnare, proſcribere, punire reum, ſine ulteriori cauſæ examinatione.

70. In notoriis enim non ſervari ordinem juris, nec executionem ſuſpendi, neque cognitione nec citatione opus eſſe aut probatione, neque ſententiâ vel denunciatione.

71. Omne autem judicium, ſententiam, executionem nullam & invalidam, neque unquam quovis ſub titulo rata haberi poſſe, aut eſſe noxæ abſenti non citato, quando fundamentum proceſsûs, hoc eſt, citatio & cauſæ cognitio omiſſa ſint.

72. In omni enim negotio rationem fundamenti babendam eſſe, & ad eam ante omnia reſpiciendum.

73. Quando enim ſubſtantia rei deficiat, ipſam quoque deeſſe.

74. Nullum per ſe nullum producere effectum, nec ratum haberi, nec tractu temporis convaleſcere poſſe.

75. Et nullum non mereri executionem.

76. Nec firmari tractu temporis, quod jure non ſubſiſtat.

77. Adeò

miatores facere ſolent. *Hubertus Leodius annal. libro ſexto & decimo tertio.*
Hinc induxit Fabium Arces à Nerviâ Romanum, & Nicolaum Everhar-
dum Friſium Juriſconſultos, ut conſilia ſcripſerint, in quibus probarent &
deducerent, Ludovici pactum alternationis ratum validumque eſſe, nec
per Auream Bullam derogatum fuiſſe, aut derogari potuiſſe juri Bavariæ
Ducibus quæſito & competenti ex iſto pacto. Has artes Nepos Maximi-
lianus, ut declararet, ſe ab Avis & progenitoribus ſuis haud degeneraſſe,
non minore cum ardore & diligentiâ, feliciori certè ſucceſſu, exercuit &
explicuit ad conſequendam & ab Imperatore impetrandam inveſtituram
Electoratus Palatini, ſicut mox dicetur. Sed de Wilhelmi Ducis ambitio- 31.
ne adhuc duo commemoranda ſunt; Unum ex Thuano, qui lib. 11. hi-
ſtor. ſcribit, eum, cum Carolus V. recepto in gratiam Friderico, bona ac
priſtinam dignitatem reſtituiſſet, id ægerrimè tuliſſe, quia ſpe obtinendi
ſeptemviratus Cæſareanas partes ſecurus eſſet. Alterum ex Leodio lib. x. 32.
qui ſcribit, Guilelmum hunc tantæ arrogantiæ fuiſſe apud exteros, ut ſe
Comitem Palatinum ab Oratoribus ſuis cognominari & appellari volue-
rit, ſuppreſſo Ducis nomine. Solet enim communiter & per Imperium 33.
Elector Palatinus, qui rerum potitur, Comes Palatinus κατ᾽ ἐξοχὴν ſimplici
nomine, quo ipſius officium & dignitas præfectura ſeu Comitatus Prætorii, inſignitur & exprimitur, cognominari: Hinc Caſparus Fuchſius nun-
cius Guilelmi in Hiſpaniam miſſus, ſe ad Carolum Imperatorem lecto de-
cumbentem pro Friderici Palatini legato adduci paſſus eſt; Cum enim Cu-
bicularius nuncium Palatini ad Cæſarem ingredi debere, palam procla-
maret; confeſtim Bavaricus ingreſſus eſt.

CAPUT XXVI.

ARGUMENTUM.

Per digreſſionem hic oſtenditur, injuſtè prætendi Electoratum Palatinum in commiſſum cecidiſſe; nec Ferdinando Cæſari fas eſſe de Electoratu Imperii liberè diſponendi. Deindè, etſi (citra veritatis tamen præjudicium) concedatur, omnia iſta, quæ ex adverſo in medium adducantur, in hoc judicio proſcriptionis vera eſſe, tamen ſententiam proſcriptionis Friderici ipſo jure nullam eſſe; tum propter incompetentiam judicis, tum propter omiſſam formam, quam in judicando & exequendo leges requirant: cum enim inter Ferdinandum & Fridericum de Regno Bohemiæ feudo Imperii controverſia omnis fuerit, nullo jure ipſum Ferdinandum in propria causâ judicis ſibi partes ſumere potuiſſe; hoc enim contra omnia divina & humana jura eſſe, ut quis in ſuâ causâ judicet. Ac licet nonnulli Juriſconſulti affirment, ſupremum Principem poſſe eſſe judicem in propriâ causâ, hoc tamen in Germaniâ locum non habere.

Contra Naturam etiam eſſe, ut idem judex & accuſator ſit; in hâc ſuâ causâ tamen Ferdinandum tàm judicem quàm teſtem & accuſatorem egiſſe, itaque ſententiam ipſo jure nullam eſſe: Adhæc Ferdinandum judicem, hoſtem & inimicum capitalem Friderici Regis, quem condemnaverit, extitiſſe.

Præterea in condemnando Friderico Rege nullum ordinem judicii, nullamque formam proceſſus fuiſſe adhibitam, cum tamen ad ordinem judicii duo requirantur; primò Citatio, quæ ſit fundamentum omnis judicii & proceſſus, itaque omitti aut negligi non debeat per ſummum etiam Principem: & ſic non immeritò proceſſus & ſententia nulla ſit, ſi citatio fuerit omiſſa, quæ nullitas nullo modo corrigi poſſit. Secundò, Cauſæ cognitio & examinatio, cum nulla alia major committi poſſit nullitas, quàm quæ ex omiſſâ cauſæ cognitione naſcatur; Ac licet concedatur, Principem ſummum judicem eſſe poſſe in ſuâ causâ,

77. Adeò ut ſubſtantialium defectus nunquam intelligatur ſublatus vel remiſſus.

78. Subſtantialia enim eſſe ſine quibus actus conſiſtere non poſſit.

79. Quæ potentiora utique ſint, quàm naturalia.

80. Multa dici notoria quæ non ſint notoria.

81. Vix aliquod tàm notorium facinus eſſe poſſe, quin aliqua defenſio reo competat.

82. Et vel ideò declaratione opus eſſe, ut facti notorietas ex adverſo negata fiat manifeſta.

83. In tali declaratione notorii partem debere citari, alias ſententiam eſſe nullam.

84. In enormibus criminibus ſuper notorio non eſſe judicandum, niſi quod nullo modo negari poſſit, quod de facili non contingat.

85. Deindè ut aliquid notorium ſit & dicatur, requiri ſententiam declaratoriam, eamque procedere debere.

86. In declaratoriâ requiri citationem partis.

87. Licet aliqui tenuerint, quod ubi crimen ſit ita notorium, ut nullâ tergiverſatione celari poſſit, non requiratur ſententia declaratoria.

88. Nihilominus quicquid ſit de jure, certè de conſuetudine indiſtinctè obſervari, ut etiam in criminibus notoriis requiratur declaratoria.

89. Hancque ſententiam in praxi receptam.

90. Non poſſe dici delictum notorium, niſi prius fuerit declaratum à judice, illud eſſe notorium, citato etiam ipſo reo.

91. Etſi de notorio dubitaretur, ſuper ipſâ notorietate ſententiam requiri.

92. Omnia enim jura in omnibus caſibus, in quibus quid ipſo jure committi dicatur, declaratoriam ſententiam, ut commiſſum eſſe conſtet, & pro poſſeſſione avocandâ exigere

93. Conceſſo, ut in noſtro judicio proſcriptionis citatio tanquam in notorio omitti potuerit, eâ tamen opus fuiſſe ad audiendam ſententiam Proſcriptionis.

94. Quia Fridericus non fuerit citatus antequam declararetur in bannum, ideò ad ſententiam Proſcriptionis audiendam debuiſſe citari.

95. Quæ quidem etſi in jure fundata eſſet, nullius tamen ſit valoris, niſi ad eam audiendam fuerit reus legitimè citatus.

96. Etiamſi ſententia ita à Principe vel Imperatore fuerit promulgata.

97. Præterea crimen ita oportere notorium eſſe, & permanens actu, ut id reus non neget.

98. Nullamque contra illud exceptionem alleger, vel de jure allegare poſſit.

99. Non ipſum ſolum factum, ſed etiam ejus qualitates notorias eſſe debere, ſi crimen notorium judicari debeat.

100. Neceſſariò requiri citationem, ſive notorium ſit facti, ſive juris.

101. Notorium facti, per qualitates probandas:

102. Notorium juris, per conſuetudinem contrariam vel privilegium.

103. Quando delictum & qualitates & accidentia ſint notoria, non requiri citationem.

104. Si verò ſolum delictum ſit notorium & non qualitates & accidentia, debere citari.

105. Non opus eſſe citatione, quando factum ita notorium ſit, ut nulla poſſit abſenti competere defenſio.

106. Secus ubi non ſit ita notorium, tum requiri citationem, alias proceſſum eſſe nullum.

107. Regem Fridericum conſtantiſſimè infitiari, ſe dolo malo aut animo offendendi Imperatorem, regnum Bohemiæ ſibi obtruſum accepiſſe.

108. Sed evincere, ſe legitimè motu Majorum contra ſpem ſuam vocatum diſcrimine Reipublicæ excitatum, conſcientiæ ſtimulis compulſum, Bohemiæ regnum ut illud Imperio ſervaret, ſe etiam & ſuos ſubditos exitio præripere, accepraſſe.

109. Hocque facto non crimen & dolum admiſiſſe, ſed laudem & gloriam promeritum eſſe.

110. Quemadmodum plurimi Chriſtiani Reges & Principes id ſuis congratulationibus & auxiliis ſubmiſſis agnoverint & collaudarint.

111. Quod ſanè nequaquam facere ſuſtinuiſſent, ſi Fridericus notorius rebellis & reus Majeſtatis fuiſſet, aut pro tali haberi debuiſſet.

112. Imò criminis & culpæ ſe participes reddidiſſent.

113. Quod dicere & cogitare ſcelus foret.

114. Imò Comes de Zollern præſes concilii Aulici expreſſè in ſuâ Propoſitione, quam nomine Ferdinandi Cæſaris ad Normbergenſes habuit, dixit: Electori Palatino verti vitio non poſſe, quod Regnum Bohemiæ acceptarit, ſi eâ mente potiſſimùm fecerit, ut majora mala averteret.

115. Quia certum fuerit, Bohemos, ſi Palatinus, vel Saxoniæ Elector aut Tranſſylvanus recuſaſſent accipere coronam delatam, Turcæ eam tradituros fuiſſe, antequam permitterent, ut Ferdinandus eam recuperaret.

116. Deinde

116. Deinde, iniquo animo certè laturos Auſtriacos, ipſumq; judicem noſtræ proſcriptionis, ſi quis Maximilianum & Marthiam ipſorum Agnatos & Patruos prædones, pacis Imperii turbatores, & perduelles ſtatueret, ſi eos notorium crimen læſæ Majeſtaris commiſiſſe, ac propterea proſcribi meruiſſe pronunciatet.

117. Maximilianum enim Regni Poloniæ diadema ſuſcepiſſe: Matthiam bina Regna fratri Rudolpho præripuiſſe, & tamen non dictum crimen læſæ Majeſtaris perpetraſſe, ſed cuncta in meliorem partem flexa & incruentis conditionibus compoſita fuiſſe.

118. At in Friderico odium Religionis, cupiditatem ſtabiliendæ hierarchiæ pontificiæ, tum Monarchiæ Auſtriacæ aliud ſuaſiſſe.

119. Ideo Fridericum, præcipuum libertatis Imperii, Religionis Euangelicæ fulcrum, & potentiſſimum Domûs Auſtriacæ obicem confeſtim proſcribendum fuiſſe.

120. Quod cum tantâ præcipitantiâ factum ſit, ut inverſo ordine punitus antea fuerit, quam proſcriptus.

121. Hinc ab executione cœptum fuiſſe.

122. Poſtquam illa feliciter ſucceſſerit & Fridericus expulſus fuerit, tum demum ſententiam Proſcriptionis promulgatam fuiſſe.

123. Hanc autem executionem & ſententiam jura iniquam & injuſtam declarare.

124. Cum cuncta, quæ contra abſentes, inanditos, non defenſos quoquomodo ſtatuantur irrita ſint, & nullam obtineant firmitatem.

HActenus ſatis abundè, ni nos fallit ratio, oſtendimus &
evicimus, regna, Electoratus, Principatus, feuda dignitatum & regalia, in quæ jure primogenituræ, ex pacto &
providentia Majorum, & ex lege Regiâ publicâ & fundamentali ſucceditur, in commiſſum nulla ratione cadere aut fiſco addici, mulrò minus filiis & Agnatis, jus quæſitum adeptis, & à lege vocatis, ſive propter crimen Prædeceſſoris & Patris, ſive ullâ aliâ de causâ, aut quovis ſub prætextu auferri, & in remotiores, quos, neque jus, neque lex appellat, transferri poſſe, excluſis & præteritis iis, qui proximiores ſunr, & jute ſanguinis, & ordine genituræ ſuccedere debent. Inde conſequens eſt, ut neceſſariò ex præmiſ-
1. ſis concludendum, falſò, injuſtè & malè prætendi & aſſeverari Electoratum & Principatum Palatinum, feudum Imperii ex pacto & providentiâ, in quo jure primogenituræ ex præſcripta Aureæ Bullæ diſpoſitione, ex contractu majorum, virtute primævæ & ſimultaneæ toties repetitæ inveſtiruræ ſucceditur, in commiſſum cecidiſſe, & ad Imperatorem Ferdinandum tanquam feudum per feloniam Vaſalli Domino apertum, devolutum eſſe, dato etiam & conceſſo, quod attamen citra veritatis præjudicium intelligen-
2. dum eſſe volumus, & expreſſè præcavemus, Fridericum ulrimum Electoratûs poſſeſſorem crimen læſæ Majeſtatis perduellionis & rebellionis in ſupremo gradu contra ipſum etiam Imperarotem, ſicut ex adverſo ex falſis
3. præſuppoſitis prætenditur, perpetraſſe: Deinde & hoc falſum & contra jus & rationem eſſe affirmare & prætendere, Ferdinando, tanquam Domino directo jus faſque eſſe de Electoratu ad ſe per commiſſam feloniam devoluto liberè diſponendi, eumque cuicunque velit, concedendi, excluſis & repulſis omnibus Friderici liberis, etiam ante prætenſum reatum natis, cæteriſque Agnatis, quibus ex ſimulraneâ inveſtiturâ & ex ſanctione pragmaticâ, & ex contractu jus quæſitum fuit:
4. Sed ponamus jam omnia ea, quæ ex adverſo in medium adducuntur, vera eſſe, nempe Electoratum Palatinum cum annexis terris ipſo jure cecidiſſe in commiſſum, & Fridericum revera crimen objectum admiſiſſe, atque ideò Ferdinando liberam fuiſſe poteſtatem ad Electoratu de ſe devoluto pro lubitu, tanquam de re fiſcali diſponendi, nullo ad filios & agnatos Friderici habito reſpectu: nihilominus tamen probabimus & evincemus, occuparionem, apprehenſionem, & rranſlationem Electoratûs, diviſionemque connexi tetritorii, quoad formam, modum & proceſſum, qui

occu-

occupando, apprehendendo, exequendo, transferendo,& tradendo adhi-
bitus fuit, ipſo jure nullam, invalidam, injuſtam, irritam & vanam eſſe,nec
ullo colore aut titulo nullitates & errores commiſſos ſanari, excuſari, de-
fendi aut palliari poſſe.

Ac primò quidem ſciendum eſt, ſententiam proſcriptionis, & conde- 5.
mnationem Friderici, in quâ publicatio bonorum, ademtio Electoratûs &
connexarum ditionum, excluſio liberorum & agnatorum, feudique a viri
privatio & devolutio fundatur, ipſo jure nullam, illegitimam & invalidam
eſſe, tùm propter incompetentiam judicis, tùm propter omiſſam formam, 6.
ordinem & ſolemnia, quæ in judicando & exequendo leges obſervari vo-
lunt & requirunt, ſicut id alibi pluribus integro volumine deduximus &
planum fecimus: jam verò pauca, & illis ſimilia, ſumma quidem ſequens
faſtigia rerum, corruſpari, & huic capiti ſequeſtrare, neceſſe duximus.

Eſtnè aliquis, qui ignoret Fridericum propter motus in Bohemiâ, & ac- 7.
ceptationem delati ab Ordinibus ſceptri in hanc condemnationis & pro-
ſcriptionis foveam incidiſſe? Quis neſcit Ferdinandum Imperatorem præ-
tendere & aſſerere regnum illud ſibi & domui Auſtriacæ hæreditario jure
deberi & competere, Bohemos contra ſe rebelles extitiſſe, Fridericum in-
juſtè, ſe injuſtius & perfidè abdicato elegiſſe, illumque contra jus & fas ele-
ctionem ratam habuiſſe, imponendo ſuo capiti diadema Regium? Nonne 8.
autem Fridericus & Ordines contrarium pertendunt & aſſerunt? Ille ſe
legitimè more Majorum electum & coronatum, non prenſaſſe, nec dolo
malo & per vim fraudulentam invaſiſſe; ſed jure & juſto titulo vacantem
regni poſſeſſionem, apprehendiſſe: Hi liberam ſe ab antiquo & per leges 9.
regni poteſtatem & jus abdicandi, eligendi & creandi Regis habere: Inter
Ferdinandum igitur & Fridericum, tanquam inter binas & adverſas partes
de regno & feudo Imperii, ad utrum illud meliori jure pertineret, lis omnis,
controverſia & diſceptatio fuit. Quo autem jure, quo prætextu, quovè co- 10.
lore Ferdinandus in hâc causâ, quæ ipſum, ipſiuſque familiam unicè attin-
git, judicis ſibi partes aſſumere, adverſarium ſuum condemnare & proſcri-
bere, teſtis quoque in rem & utilitatem ſuam eſſe potuit? Etiamſi conce- 11.
datur Imperatorem in ejuſmodi controverſiis de feudis dignitatum, de re-
gnis & Principatibus Imperii ordinarium judicem eſſe, ſupremamque co-
gnoſcendi poteſtatem habere, ſicut nonnulli adulatores & ſolutæ potentiæ
architecti affirmare & tueri non verentur, licet Imperii conſtitutiones,
Cæſarea Capitulatio, Aurea Bulla, Cameræ Ordinatio, recepta & à majo-
ribus tradita conſuetudo, Principum & Ordinum privilegia & libertas a-
liud ſanciant, præſcribant, & ſtatuant: attamen Imperator, ſi ipſemet pars 12.
eſt, & cauſa controverſa ipſum ſpectat, judicare & cognoſcere nulla pror-
ſus ratione poteſt aut debet; ſed à judicio omninò abſtinere, & cognitio-
nem aliis delegare ex naturali æquitate tenetur. Nam contra omnia divi- 13.
na humanaque jura eſt, ut quis ſibi jus dicat, & in ſua cauſa judicet. *Rubr.* 14.
*& l. un. C. Ne quis in ſua cauſa. l. Iulianus ait. 17. D. de judiciis. l. qui juriſdi-
ctioni. 10. D. de Iuriſdictione. c. inter querelas 27. 23. 94. l. unica in C. Theo-
doſiano lib. 2.*

Ut igitur nemo, ſit ille vel ſupremus Monarcha, ſive Papa, ſive Impera- 15.
tor, in ſuâ causâ teſtis, & accuſator: *l. omnibus in re propr. 10. C. de teſtib. l.
nullus idoneus teſtis in re ſua. 10. D. de eod. Oldendorp. de Exceptionib. cap. 66.
n. 22. 23. Et in tractat. de Teſtib. c. 4. n. 20. Socin. Regul. 422. Farinacius de Te-
ſtib. lib. 2. tit. 6. quaeſt. 60. n. 1. 2. 3. & ſeq. ubi hanc opinionem non habere con-
tradictorem ait. Afflictus in deciſion. 14. n. 6. & in addit. Vrſillis n. 7. Petra de
poteſtate Princip. c. 12. quaeſt. 8. n. 29.* ita nec judex eſſe poteſt; ſicut ratio, æqui-
tas, jura ipſos etiam barbaros docent. *l. extat 13. D. quod metûs cauſa. l. penult.*

D. de Arbitr. l. ſi quis in tantam. Unde vi. l. 1. §. 2. D. quod Legator. l. Nullus. C. de Iudæis. c. 1. §. 1, 2. Feud. 53. de pace tenenda & juram. firmand. l. 1. C. Ne quis in ſua
16. *cauſa Κατηγορεῖν ὐκ ἔςι, καὶ κρίνειν ὁμῦ.* Judex & accuſator eſſe idem nequit. Et
17. hoc maximè locum habet in Domino, contra Vaſallum litem habentem: tum enim dominus, etiamſi omnimodam juriſdictionem habeat, & nullum recognoſcat ſuperiorem, inſtar privati eſt, ubi cum Vaſallo contentionem habet: uterq; etiam ad paria judicantur, & ſibi talionem debet; *ut ait Roſent.*
18. *de feud. c. 10. concl. 41. n. 76.* Quando enim Dominus contra Vaſallum actionem habet, domino expreſsè ipſo jure negatur, ac ſui naturâ ad ejus tribunal non pertinet, ſed generaliter talis cognitio ad Pares Curiæ defertur, iiſque attribuitur. *ait idem Roſenthal d. concluſ. 41. n. 119. quod deducit &*
19. *multis rationibus probat. cap. 12. concluſ. 2. ferè per totum.* Licet nonnulli Juriſconſulti affirment ſupremum Principem poſſe eſſe judicem in propriâ causâ, & præſertim in crimine læſæ Majeſtatis, & quod hæc cognitio ſit de reſervatis Principis. *Gigas de crimine læſæ Majeſtatis Rubrica. Quis de crimine læſæ majeſtatis cognoſc. Decian. in tractat. crim. lib. 7. c. 38. Farinac.*
20. *quæſt.* 118. *§.* 4. *n.* 11. 12. Hoc tamen in Germania locum non habet, aliud
21. enim Conſtitutiones Imperii, recepta conſuetudo, Aurea Bulla, Capitulatio regia, pactio cum Principibus & Ordinibus præſcribunt & ordinant.
22. Hinc etiam Comes Palatinus judex ipſius in cauſis quæ ipſum competunt ab antiquo conſtitutus fuit. *Aurea bulla c. 5. in fin. Buxtorf. ibi. concl.* 81. *lit. c. Speculum Suevicum lib. 2. cap. 43. §. 6.* Si Principes, *inquit*, Regem convenire velint, quod ipſis injuriam fecerit, hoc coram Comite Palatino facere tenentur. *Hujus rei præjudicia in Archivo Electorali Palatino extant.* Si jus faſque ipſi eſſet in ſuâ causâ cognoſcere, quid opus fuiſſet alio judice?
23. Et certè contra naturam eſt, ut eundem judicem & accuſatorem feramus: *inquit Bodin. lib. 4. c. 6. n. 463.* quantò id verius eſt in crimine perduellionis, quò Reus Principis vitam aut famam violaſſe dicitur. Arin hâc ſuâ causâ Ferdinandus tam judicem in condemnando & proſcribendo, quam teſtem & accuſatorem in teſtificando de delicto, & illud exaggerando &
24. amplificando, egit: quid igitur nunc de tali ſententiâ & proſcriptione judicandum? nimirum quod ipſo jure nulla & injuſta ſit. *l. 1. §. ex eo edicto D. quæ ſentent. ſin. appell. reſc. gloſſ. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de Conſtitution.*
25. Generalis etiam regula eſt, & enunciatum juris commune, quod ſententia ab incompetente Judice lata ſit nulla, nec tranſeat in rem judicatam. *c. & ſi clerici. De Iudiciis. c. ad noſtram. de conſuetud. l. 3. D. de officio Prætor. l. 2. in princ. & l. cum Prætor. D. de Iuriſd. C. ſi à non competente judice. per totum.*
26. *l. fin. D de Iuriſd.* imo etiam ſententia competentiæ, à judice incompetente, ſe competentem pronunciante prolata, non tranſit in rem judicatam, ſed ipſo jure nulla eſt, etiamſi ab eâ non fuerit appellatum. *Roſenthal de Feud. cap. 12. concluſ. 4. n. 16. Et in Gloſſ. ſ. argument. l. 1. & 2. D. de Iudiciis, & ubi quiſque agere. Gloſſa, Bartolus, Alexandr. Iaſon & Dd. in l. 2. D. Si quis in jus vocatus non ierit. Philip. Franc. in c. cum ceſſante n. 29. de appellation.*
27. Adhæc Ferdinandus judex, hoſtis & inimicus capitalis & profeſſus Friderici, quem condemnavit, extitit: Antequam enim proſcriptionem promulgaret, & ſententiam condemnatoriam pronunciaret, arma infeſta contra Fridericum ſumſit, diverſos exercitus eduxit, regno & ditionibus æmulum prius deturbavit, in exilium ejecit, tandem rebus ex voto ſucce-
28. dentibus proſcripſit. An talis juſtus & competens, an ejus ſententia recta & legitima eſſe poteſt? leges & jura, ipſaque communis ratio, nullam, irritam & inanem iniquamque pronunciant. *c. repellantur. c. cum oporteat. c. meminimus. De Accuſationibus. Angelus in tractat. de maleſic. §. & ad querelam. verſ. repellitur. n. 36. Authentic. Si dicatur. C. de Teſtibus canon 4. in 3. quæſt.*

quaſt. 5. l. 1. & ibi Dd. C. de executionib. rei judic. c. quo ſuſpecti. 3. quæſt. 5.
Menochius de arbitrariis judic. quæſt. libro 2. caſu 152. n. 1.
Præterea in condemnando & proſcribendo Friderico, nullus ordo judi- 29.
cii, nulla forma proceſſus fuit obſervata & adhibita, nec vel ea requiſita,
quæ leges naturæ, gentium, divinæ & civiles exigunt, nec quæ fundamen- 30.
tales imperii conſtitutiones, ſanctiones Pragmaticæ, Aurea Bulla, Capitu- 31.
latio regia, Cameræ Imperialis Ordinatio, Principum & Ordinum jura at-
que privilegia requirunt, & jubent ſtrictè obſervanda.
Ad ordinem judicii duo potiſſimum requiruntur, ſi judex temeritatis, 32.
injuſtitiæ, præcipitantiæ & iniquitatis crimen & culpam vitare velit.
Primò Citatio, ſeu vocatio in jus, quæ eſt fundamentum, principium, 33.
baſis & velut lapis angularis omnis judicii & proceſſus. cap. Paſtoralis. §. 1. de
officio delegati. §. ult. Inſtit. de pœna temerè litigant. Gloſſ. in element. in verſ.
Citationes de judiciis. Abbas, Decius, & alii in cap. quoniam contra de probat.
Specul. in tit. de citat. in princ. eſt de proceſſu & ſubſtantiâ ſententiæ l. de 34.
unoquoque. D. de re judicat. l. prolatam, & ibi Gloſſa ac Doctores C. de ſententia
& interloc. omn. judic. Rolandus à Valla in conſ. 35. vol. 4. num. 1. ubi n. 2. Ci- 35.
tationem, ait, eſſe gravem ſolennitatem, cujus omiſſio vitiet ſententiam.
per l. & poſt edictum. D. de judic. l. nam ita Divus D. de adoption. & pro quâ 36.
non præſumatur, niſi probetur. Gul. & Doctores in l. 1. D. de in jus voc. Ruin.
conſ. 154. n. 12. vol. 3. & conſ. 62. n. 18. volum. 5. & conſ. 69. n. 8. volum. eod.
Cephal. in conſ. 203 n. 4. Socinus Iunior in conſ. 1. n. 75. volum. 4. ubi inquit,
Citationem neceſſariò requiri pro ordine & validitate proceſsûs. cap. 1. de 37.
cauſſ. poſſeſſ. & propriet. Socinus in tractat. de citationibus. 7. artic. princ. De-
cius conſ. 528. columm. ſecund. circa fin. verſ. Si vero. ita eos refert Roland. d. n. 2.
qui & in conſ. 53. eodem volum. 4. n. 23. ubi & Baron. adducit in conſ. 19. n. 35.
vol. 1. & conſ. 65. n. 150. vol. eod. affirmat. Ideò autem citatione antequàm 38.
quis judicetur, aut condemnetur opus eſt, ut reus peractus audiatur, & is
ſe defendere valeat, ne inauditus, indefenſus, abſens & innocens pereat.
Etiam prædo, ſi eſſet poſſeſſione ſuâ privandus, debet prius citari. Hyppo- 39.
litus ſingular. n. 195. Imò injuſtus etiam poſſeſſor audiendus eſt, & citan- 40.
dus, antequam amoveatur. Bartol. in fin. C. de Edict. D. Adr. Toll. Innocen-
tius in c. cum olim extra. de Privilegiis. Alexand. conſ. 5. volum. 2. Ludovic.
conſ. 158. plenè Felinus in c. fin. extr. de præſumt. uti refert & ſequitur Ventura
Vincentius in conſ. de controv. inter Pap. & Venetos, ſuper interdicto: c. 4. n 27.
Ideò judex citationem omittens, vel negans, graviter peccat, & defenſio- 41.
nem auferre & præripere dicitur; quia citatio eſt ſpecies defenſionis. Cle- 42.
ment. Paſtoralis de ſentent. & re judicat. Panormit. in c. cum olim. eodem Soci-
nus Iunior conſil. 108. circ. fin. volum. 2. Rolandus à Valla d. conſ. 35. n. 7. &
conſil. 53. n. 18. Marant. part. 6. de citat. n. 3. Cum enim citatio & defen-
ſio ſit juris Naturalis, gentium & divini. l. ut vim 3. D. de Iuſtit. & Iure.
Geneſ. cap. 3. ubi Deus, cui tamen omnia ſecreta ſunt manifeſta, non prius 43.
Adamum damnavit, quàm citaſſet, clamans, Adam ubi es? 2. quaſt. 1. Bar-
tol. in extravag. Ad reprimendum in verſ. & ſine figura. & verſ. quaro igitur
utrum. & in l. filiusfamilias D. de donationibus. omitti, negligi, auferri non 44.
debet, per ſummum etiam Principem, vel ipſum Papam. d. element. Pa-
ſtoralis verb. nam prædicta tent. Gloſſa & Baldus in l. final. C. de legib. Abbas
in c. cum olim. de ſentent. & re judic. Ancharan. conſ. 201. columm. 2. verſu
ſubſequenter. Cacheran. deciſ. Pedemont. 22. n. 16. Mynſing. cent. 6. obſ. 6. ne 45.
de plenitudine quidem poteſtatis. Roland. à Valla d. conſ. 35. n. 10. ubi & Card.
Soc. adducit in conſ. 27. columm. 3. volum. 3. Aretin. conſ. 165. columna 12.
verſ. circa ſecundum omninò. Curt. Iun. in conſ. 170. n. 17. Decius in conſ. 410.
n. 17. ubi loquitur etiam in materiâ criminis læſæ Majeſtatis. Ioann. de

Imola in clement. Paſtoralis. Anton. Corſetus in Repertorio in Abbatem verb. ci-
tatio. verſ. Princeps non poteſt. dicit eſſe communem Doctorum opinio-
nem, Principem non poſſe procedere parte non citatâ. *VVormſ. tit. 6. ob-*
46. *ſerv.* 10. Citatio non eſt ſub regula poteſtativa, (*inquit Albertus Marchio*
Brandenburgenſis in defenſione ſua contra mandata executorialia in Camerâ ad-
verſus ipſum decreta, apud Hortlederum in actis de bello Germanico lib. 6. c. 27.)
47. ſed naturali, tum ex parte judicis propter liquidationem cauſæ, quoniam
48. unuſquiſque eorum, quæ novit, eſt bonus judex: notitia autem abſque
partium, quarum intereſt, præſentia haberi non poteſt. *l. fin. C. Si per vim*
vel alio modo. tum ratione partis propter defenſionem, quæ nullo modo
49. neque extrajudicialiter *l. ut vim D. de Iuſtit. & Iur.* neque judicialiter. *l. de-*
50. *fenſionis facultas C. de Iur. Fiſci.* poteſt auferri. Sed pars ſe defendere non
51. poteſt, niſi citetur, & ſic ſine ſcientia vera, vel interpretativa: Ideoque
ſubtrahere citationem non eſt aliud, quàm defenſionem auferre. *Hac*
52. *Princeps ille.* Non immeritò igitur proceſſus, judicium, ſententia & omnia
quæ ſequuntur nulla ſunt, invalida & præpoſtera, ſi citatio fuerit omiſſa,
vel minus legitimè facta. *gloſſa not. in l. ſi accuſatoribus, in gloſſ. fin. C. de Ac-*
cuſator. Baldus in cap. 1. §. ſi Cleric. de pace tenenda. & in l. cum fratrem C. de his
quibus ut indign. & in conſ. 213. in fin. volum. 4. quod forma citationis omiſſa
proceſſus reddatur nullus. *Iaſon in §. Pœnales de Actionibus. Innocent. & alii*
in cap. præſenti. de Reſcriptis. & c. querelam propè finem de Procuratorib. ubi ci-
tatio nulla vel omiſſa reddit ſententiam nullam, *referente Rolando à Valla*
conſil. 39. n. 14. volum 1. & conſ. 68. n. 14. volum. 2. & conſ 94. n. 8. eodem
volumine. & conſ. 35. n. 3, 4, 5. volum. 4. & conſil. 53. n. 23, 24. eodem volum.
ubi dicit defectum citationis ſemper opponi poſſe, *per Decium conſil. 63. co-*
lum. ult. Bartolus & Raphaël Fulgoſ. in l. milites C. de teſtam milit. quod ſem-
53. per dici poteſt de nullitate ſententiæ ratione omiſſæ citationis, adeò ut
nullitas ex defectu citationis reſultans, nullo modo tolli, ſanari, aut corrigi
54. poſſit. *Ioann. ab Imola. in d. clementin. Paſtoralis notat*, Papam non poſſe fa-
cere Statutum per quod tollatur nullitas ex defectu citationis: *& ita Angelus*
55. *conſil. 186. Ioan Andreas per eandem clement. dicit*, non valere Statutum vel
conſuetudinem, ut quis non citetur ad ſententiam vel actum præjudicia-
lem cùm maximè neceſſaria juxta theoricam. *gloſſ. in regul. Benefic. de Reg.*
56. *in 6. ita ait Ventura Vincentius in prædicto conſil. cap. 4. n. 1.* Iniquiſſimum
enim eſt abſentem & inauditum condemnare *c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*
57. quod nec Papa nec Princeps poſſit *d. clement. Paſtoralis. Doctores & Zaſius*
in l. de unoquoque D. de re judicat. c. omnia 3. q. 9. l. quia abſente C. de Procura-
tor. l. ad peremtorium cum ſeq. D. de judiciis. l. ſi ut proponis, l. ea quæ. l. penult
58. *C. quomodo & quando. Mynſ. conſil. 47. decad. 5. n. 7.* Planè enim nec vi-
ſum hominem nec auditum damnare nefas ultimum eſt, *inquit Ammian.*
Marcellin. Et verò nulla juris aut æquitatis ratio patitur, *ait Reuſnerus con-*
59. *ſil. 1. n. 16. libro 3.* cauſa indicta vel inaudita condemnari, quem culpa &
delictum non aggravat ſaltem præcipiti quadam & temerariâ perſuaſione
aut præjudicatione anticipara. *l. ultim. §. fin. C. de modo mulctarum, quæ à*
Iudic. inflig. l. hodie 13. juncta gloſſa D. de pœnis & in l. ultim. verbo judicii
C. de probation.
60. Alterum ſubſtantiale requiſitum in proceſſu & judicio obſervandum eſt
Cauſæ cognitio, & examinatio. *Bartolus per gloſſam in l. prolatam C. de ſen-*
tent. & per l. ex ſtipulatione eodem titulo. Paris de Puteo, de Syndicatu. de ſen-
tia cap. 2. n. 9. Antequam perſcruteris, non reprehendas; intellige prius,
& tunc increpa: *verba ſunt Salomonis, referente Damaſo in canon. eorun.*
61. *quæſt. 3.* In labyrinthum enim erroris incidit, qui prius judicat, quam intel-
62. ligit, *can. ſciendum 29. diſtinct.* Et tale judicium temerarium eſt, quod
non

non nocet illi, de quò temerè judicatur, ſed ei qui judicat. *can. temerarium* 11. *quæſt.* 3. *Ventura Vincentius in conſilio pro Republicâ Venetâ in cauſâ edicti contra Papam. c.* 4. *n.* 1. Si enim abſque cauſæ cognitione judex ad ſententiam, condemnationem & executionem properat, ſtatim ordine juris violato, proceſſus, ſententia, executio nullius eſt momenti, & ſic enormis nullitas, injuſtitia & iniquitas committitur *l. prolatam* 4. *& ibi Bartolus & Baldus C. de ſentent. interlocut. omn. jud. l. judices & ibi Iaſon D. de Iudiciis. & in l.* 4 *etſi non cognitio n.* 1. *C. ſi contra jus vel utilit. public. & in l.* 1. *ibidemque Baldus in princ. D. de execution. rei judic. Cardin. Pariſius conſ.* 114. *n.* 1. *lib.* 4. *Schurffius conſ.* 6. *n.* 4. *cent.* 3. *Dec. conſ.* 544. *n.* 17. *ita refert Nicol. Reuſn. conſ.* 1. *n.* 10. *lib.* 3. *ubi n.* 11. Neque enim, *inquit*, ulla alia committitur major nullitas, quam quæ ex omiſsâ cauſæ cognitione naſcitur. *l.* 5. *judex. ib. Bartol. & l. ult. C. comminationes, epiſtolas, programmata. l.* 7. *ex ſtipulatione C. de ſentent. & interlocutor. Bartol. in d. l. prolatam n.* 6. *C. eodem.* Et talis ſententia ſine cognitione cauſæ lata non tranſit in rem judicatam, utpote ipſo jure nulla. *Baldus & Angelus in d. l. Prolatam in princ. ille, verſu: ſecundo caſu: hic verſ. dic quando, Alexand. conſ.* 105. *col.* 1. *verſ. accedit ad confirmationem. libro* 5. *M. Antonius Gabriel in concluſ.* 1. *tit. de ſententia. n.* 18. *Vantius de nullitatibus ſub titulo de nullitate ex defectu proceſſus.* Et licet concedatur Imperatorem vel Principem ſummum judicem eſſe poſſe in ſuâ causâ, æquitas tamen & juſtitia requirunt ut cum cauſæ cognitione, non prætermittendo ea, quæ juris gentium ſunt, pura citationem, procedat, *inquit Roſenthal de feud. c.* 10. *concl.* 41. *n.* 83. *gloſſ. in fin. verb. cominus. C. de legit. ibi Bald. n.* 1. *& Caſtrenſ. n.* 3. *Abbas in cap. in cauſis. n.* 1. *& in cap. cum olim n.* 22, 25. *& ſeq. & ibi Felin. n.* 12. *de ſententia & re judicata. Antonius Gabriel Roman. lib.* 2. *communium opinionum, de citationibus. concluſ.* 1. *n.* 9. *ampliat.* 2. *Sigiſmundus Loffredus conſ.* 37. *n.* 5. *Vantius in tractat. de nullitatib. in Rubric. an quælibet ſententia & à quocunque. n.* 14. *Hippolytus de Marſiliis libr. ſing.* 75. *n.* 3. *plures tibi adducit Roſenthal. d. n.* 83. *in gloſſ.* CCC. Verior autem eſt ſententia, quod Imperator in ſuâ lite contra Vaſallum judex eſſe non debeat, *inquit ibidem Roſenthal, quod ampliſſimè oſtendit & probat c.* 12. *concluſ.* 3. *& Schrader. parte* 10. *ſection.* 5. *n.* 23. *&* 40. *& ſequent.*

At jam ſciendum, quod in hoc judicio proſcriptionis (ſi judicium appellari meretur, in quo nulla forma, ordo, & informatio adhibita & admiſſa fuit) citatio non per negligentiam & errorem omiſſa & neglecta, ſed ſtudio ſingulari: ut judex eò citius & ſine oppoſitione ſcopum ſuum, quem in ſententiâ pro ſe ferendâ, & pronuncianda, fundatum habebat, aſſequeretur, rejecta fuerit, ſub prætextu, in crimine notorio, & quidem actûs permanentis & continui, ſicut eſſet Regis Friderici enorme facinus, non requiri citationem: ſed judici jus faſque eſſe ſtatim damnare, proſcribere, punire reum, ὡς ἐπ' αὐτοφώρῳ, ſine ulteriore inquiſitione & cauſæ examinatione: In notoriis enim non ſervari ordinem juris, nec executionem ſuſpendi, neque cognitione, citatione opus eſſe aut probatione, neque ſententiâ vel denunciatione *c. bona & ibi Abbas extra. de Electione. c. cum olim. & ibi idem Abbas & Felin. de ſentent. & re judic. & in c. cum ſit Romana. & ibi Decius extr. de Apellation. cap. veſtra. cap. fin. de cohabitatione cleric. Colerus in proceſſ. execut. part.* 3. *c.* 1. *n.* 12. *Bartol. in l. at quin natura* 19. §. *cum me abſente. D. de negotiis geſt. Alexand. conſ.* 67. *libro* 3. *gloſſ. in l. emtorem* 12. *in princ. D. de actionibus emti. Baldus in conſil.* 229. *n.* 5. *vol.* 1. *Innocent. in c. per tuas. de teſtibus. Doctores in l. Barbarius Philippus* 3. *de officio Prat. & in l.* 1. *C. qui & adverſ. quos in integr. reſtit. Schrad. de feudis. part.* 6. *c.* 22. *n.* 44. *plenè Rolandus à Valla conſ.* 94. *n.* 2. *vol.* 3. *Conſtitutio Caroli V. criminal. cap.* 16. *Oldrad. conſ.* 18. *& conſ.* 195. *&* 302. In notorio non debere ſervari

ordinem judicii, nec cauſam deduci, & qui aliter intelligat, videatur uvam
acerbam comedere, Gemin. conſ. 146. quod non requiratur declaratio, ſed
fiat executio abſque alia ſententia. Bald. conſ. 238. lib. 1. notorium habere
executionem paratam, & incipi poſſe ab executione. Idem Baldus conſ. 502.
n. 3. libro 5. refert. Tuſchus Cardinal. concluſ. 110. n. 5. tom. 5. Menoch. præ-
ſumt. 124. n. 56. lib. 3. notoriè delinquentem poſſe puniri eo modo, quo
deprehenſus in flagranti crimine. Gail 1. obſerv. 39. num. 3. & 4. & ob-
ſerv. 77. n. 8.

71. Omne autem judicium, proceſſus, ſententia, actus, & executio, nulla
& invalida, injuſta, & ipſo jure frivola & evanida ſunt, neque unquam
quovis ſub titulo, prætextu, autoritate, confirmari, rata & firma haberi
poſſunt, aut eſſe noxæ & præjudicio abſenti, non citato & indefenſo,
quando ſubſtantia & fundamentum proceſsûs, judicii, & ſententiæ, hoc
eſt, citatio & cauſæ cognitio deficit & omiſſa eſt. c. veniens. extra. de preſ-
byt. non baptizat. cap. cum Paulus 1. quæſt. 1. l. egi. 26. D. de exception. rei
72. judic. Schraderus de feudis in partis IX. præambula n. 3, 8, 9. quod in omni
penitus negotio ratio ſubſtantiæ & fundamenti habenda eſt, & ad eam
73. ante omnia reſpiciendum. Quando enim ſubſtantia rei deficit, ipſa quo-
que deeſt, cum nullum ſit ens ſubſtantiâ ſublata, ſcribit Rolandus à Valle
74. conſil. 85. volum. 4. n. 28. Quod autem nullum eſt, per ſe nullum producit
effectum, nec impedimentum adfert, nec ratum haberi, nec tractu tem-
poris convaleſcere poteſt. l. 4. §. condemnatum. ubi Doctores. D. de re judic.
l. obſervare 4. §. ult. & ibi Bartolus D. de officio Proconſulis. Iaſon in l. 1. co-
lum. 4. in princ. C. de juris & facti ignor. ita eum adducit Rolandus à Valla con-
75. ſil. 49. n. 29. volum. 4. & conſ. 63. n. 43. eodem volum. Ubi nullum quod eſt,
76. non meretur executionem. per Deci. conſ. 401. n. 1. Cephal. in conſil. 118.
n. 11. Regula: Non firmatur tractu temporis, quod jure non ſubſiſtit. de
Regul. Iur. in 6. l. quod initio. 29. & l. penult. D eodem c. 1. §. 1. de prob. feud.
alien. §. 1. Inſtit. de exhared. liberor. Regul. Non præſtat impedimentum. ibi
Dynus & Dec. de Reg. Iur. in 6. l. qui per ſalutem 33. D. de jurejurand. l. hac
conditio filia mea. 10. in princ. D. de condition. & demonſtrat. c. ne captandæ.
de conceſſion. præbend. lib. 6. l. ſi certis annis. C. de pactis. l. quædam D. familiæ
erciſcundæ. de hoc Brocardo, Ioann. Raynandus in comprehenſorio feudali. §. ha-
77. bito. n. 42. Adeò ut ſubſtantialium defectus nunquam intelligatur ſubla-
tus vel remiſſus, ſive per clauſulam ex plenitudine poteſtatis & ex certa
ſcientia, neque per clauſulam, ſupplendo omnem defectum, neque per Sta-
tutum tollens nullitates. Felin. in cap. inter dilectos n. 6. extra. de fide inſtrum.
Idem in cap. 2. n. 42. extra de Reſcriptis. Deciſio Rotæ 2. tit. de confirmation.
utili vel inutili. Hoſtienſis in cap. 1. extra de tranſact. Cardinal. Pariſius con-
ſil. 88. vol. 1. & conſ. 3. n. 51, 61, 64. vol. 4. & conſ. 5. n. 116. eodem volum.
78. Plures addit Schrader. in dicta præambula n. 28. Subſtantialia enim ſunt, ſine
quibus actus conſiſtere non poteſt. Bartol. in l. prolatam. C. de ſentent. &
interlocut. omn. judic. Ioann. Crotus in repetitione l. non ſolum. §. morte. n. 123.
D. de novi operis nunciat. Hieronymus Butigellus in repetitione l. omnia. n. 12.
79. D. de reb. credit. vel, ſi cert. petat. Ubi ſubſtantialia potentiora eſſe, quam
naturalia dicit, referente Cardin Tuſch. concluſ. 771. n. 5. vol. 7.

80. Quod prætextum allegati notorii attinet ſciendum primò, multa dici
notoria, quæ non ſint notoria. c. conſuluit. 14. de appellat. ibi Abbas in 2. no-
tabil. gloſſ. in cap. manifeſt. 2. quæſt. 1. Iulius Clarus. in praxi criminal. quæſt. 9.
in princ. & n. 5. ubi cavere judicem jubet, ne aſſerat delictum notorium
cum non ſit; multa enim dici notoria quæ non ſint. Decius conſ. 544. alias
eſt conſ. 606. n. 13. Gœddeus conſ. 24. n. 228. inter conſil. Marpurg. volum. 1.
81. adeò ut vix aliquod tàm notorium facinus eſſe poſſit, quin aliqua defenſio
&

& excuſatio reo competat: Et vel ideò ſententiâ & declaratione opus eſt, 82.
ut facti notorietas ex adverſo negata, fiat manifeſta. *Ex Nevizan. & aliis*
Anton. Colerus. de proceſſ. executiv. part.3. cap.1. n.54. Decius conſil 484.n.28. 83.
ubi in tali declaratione notorii partem debere citari, alias ſententiam eſſe
nullam. *Innocent. in cap. tua nos. n.8.& 9. de cohabitat.clericor. & mulier. Ab-*
bas in cap. item cum quis extra. de reſtitut. ſpoliatorum. quod in enormibus 84.
criminibus, ſuper notorio non ſit judicandum, niſi quod nullo modo ne-
gari poſſit, quod de facili non contingat. Deinde ut aliquid notorium ſit 85.
& dicatur, requiritur ſententia declaratoria, eaque procedere debet, *teſte*
Bartolo. in l. fin. in princ. D. ſi certum petat. Decius conſ. 420. n.11. Anton.
Sola in conſtitut. Sabaud. tit. de reſtitutione ſpoliatorum. gloſſa una. n. 36. Ca-
ſpar Klokius de contribut. cap. 20. n. 54. Roland. conſ.53. vol.2. n.35. ubi n. 36.
In declaratoria requiri citationem partis, *inquit, ſecundum Aretin. in con-* 86.
ſil.165. colum.6. quem ſequitur Decius in conſ. 483. colum. fin. Quod ſuper no-
torio ferenda ſit ſententia, tenet gloſſa. *in c. evidentiam in verbo non indiget*
clamore. De accuſat. Clarus in d. quaſt.9. n.8. & hanc gloſſam communiter
eſſe approbatam teſtari ait, *Marſ. in pract. crimin. §. aggredior n.133. & ad-*
dit: Et licet, *inquit*, aliqui tenuerint, quod ubi crimen eſt ita notorium, 87.
quod nulla poteſt tergiverſatione celari, non requiratur ſententia declara-
toria, quod etiam in pleriſque locis, frequentiſſimo omnium conſenſu re-
ceptum eſſe atteſtatur. *Didacus in repet. cap. Alma mater n. 9. de ſentent. ex-*
commun. in 6. nihilominus quicquid ſit de jure, certè de conſuetudine in- 88.
diſtinctè obſervatur, ut etiam in criminibus notoriis requiratur declarato-
ria. Et hanc ſententiam eſſe in praxi receptam, *fatetur idem Didacus loco*
praalleg. Plus dicunt aliqui, quod non poteſt dici delictum notorium, quod 89.
excuſationem non habeat, niſi prius fuerit ſuper hoc cognitum, & decla-
ratum à judice, illud eſſe notorium, citato etiam ipſo reo. Et hanc opinio- 90.
nem atteſtatur eſſe communem *Aret. in d. conſ.163. quem refert Ferret. con-*
ſil 31. n.5. & 55. Et ideò judices in ejuſmodi notoriis cautè ambulent, ne
ſi nimis properent, ſe ipſos involvant. *Hac ille.* Quod in criminibus etiam
notoriis & liquidis, opus ſit ſententia declaratoria & privativâ, præſertim
ubi pœna non ipſo jure infligitur, indubitati eſt juris. *Roſenthal demonſtr. de*
feud. c.10. concl.41. n.113. per Antonium Gabriel Roman. lib. 7. commun. opin.
concl.12. n.4. poſt Felinum in c. evidentia. & cap. inquiſitionis n.6. & 7. de ac-
cuſat. Benedict. Capra in tract. de notoria. poſt regul.65. poſitam membro 4. n.81.
& 84. Subdit *ibid. Roſenth. & ait*: quod dicentes in notoriis ſententia opus
non eſſe, ferè expreſſè addant, ſi ipſo jure pœna commiſſa ſit. *per Abbat. in c.*
cum non ab hom. n.29. de judic. & ibid. Felin. n.10. verſ. limita primò. ac Decium
n.10. concl.3. Felin. in cap. Rudolphus n.37. de Reſcriptis, & in c.1. n.45. de Conſti-
tut. Abbas in cap. cum Vintonenſis n.14. de Election. Pariſius conſ.1. n.38. & ſeq.
& conſ.50. n.51. vol.1. plures Roſenthal in gloſſ. uuu. & notorium ſit inexcuſa-
bile. *Abbas in c. accepta n.5. in fin. de reſtit. ſpoliator. Decius in cap. pervenit.*
il. 1. n.3. de Appellat. & eod. loco Philipp. Francus n.13. Anton. Gabriel Roman.
d. concl.12. n. 2. Sed etſi de notorio dubitaretur, vel in controverſiam, an 91.
eſſet, vocaretur, ſuper ipſa notorietate ſententia requiritur. *Roſenthal d.*
concluſ. 10. n.113. Iſernia in cap. ſancimus n. 2. in fin. Quo tempore miles inve-
ſtitur. gloſſ. in canon. Deus omnipotens. §. quando. 2. q.1. Decius in cap. cum non
ab homine n.10. de Iudic. & d. c. pervenit. n.3. de appellat. Gabriel Roman. d.
concl. 12. n.6. Cyn. in l. eo quidem. n.4. & ſeq. C. de Accuſat. & ibid. Bald. n.43.
Nam pro Regula, *inquit Roſenthal, d. concl. 41. n. 134.* tenendum, quamvis
ipſo jure feudum aperiatur, quod tamen ſententia declaratoria ſemper
opus ſit, quâ declaretur per judicem competentem, Vaſallum talem cul-
pam commiſiſſe & propterea privatum eſſe. *Bald. in c. 1. in princ. n. 1. & 2.*

De

*De feudo ſin. culpa non amitt. ibi Feudiſtæ. Alvarot. n.3. Iſern n.5. Præpoſit. n.2.
Ravennas & Afflictus n.3. Laudenſis n.8. Odofredus in ſum. utrum ipſo jure an
per ſententiam feudum amittatur. Hartmann. Piſtor. lib. 1. quæſt. Iur. quæ. 35.
n.6.* ab omnibus communiter hoc receptum eſſe. *Borcholt. de feudis. c. 8.
n.157. idem aſſerit Schurf. conſ.10. n.24. cent. 3. Fichard. conſ.128. n.17. tom.2.
Schraderus plenè parte ſecunda partis 9. ſect. 8. n. 47.48 49.* Omnia enim
92. jura, *ait Roſenthal d. loco.* in omnibus caſibus, in quibus quid ipſo jure com-
mitti dicitur, declaratoriam ſententiam, ut commiſſum eſſe conſtet, &
pro poſſeſſione avocanda exigunt. *Ita Ioann Andr. in c.1. pro humani. de ho-
micid. lib. 6. poſt Archidiaconum* regulam tradere *ait Roſenth. Grammat. de-
ciſion. 15. n.8. Fichard. Schurf. Borcholt. d. locis. Cravetta. conſ. 212. n.2. Iaſon
in l. ſi quis major. n.25. notat. 13. C. de Tranſact. & ibid. Alexand. n.13. Felinus
93. in cap. Rodolphus n.35. de Reſcriptis.* Sit tamen ita ut citatio tanquam in no-
torio, omitti potuerit, eâ tamen opus fuiſſet ad audiendam ſententiam pro-
ſcriptionis: quia Fridericus non fuit citatus, antequam denunciaretur &
94. declararetur in bannum. Ideò ad ſententiam proſcriptionis (ſe ipſo jure
incidiſſe in pœnam privationis feudi) audiendam debuiſſet citari, quæ
quidem etiamſi alias in jurè & juſtitia fundata eſſet, nullius tamen eſt valo-
95. ris & monenti, niſi ad eam audiendam fuerit reus vel præſens vel legitimè
96. citatus. *c. 1. de cauſa poſſeſſion. & propriet. l. unoquoque de re judicata.* etiamſi
ſententia iſta à Principe vel Imperatore fuerit promulgata. *Abbas in cap.
Venerabilem. 2. columm. de Electio. Imola in c. adverſarius. de eo qui mittitur
in poſſeſſion. Paul. de Zabarella. in Clement. ſæpè. de Verbor. ſignificat.* ita alle-
gat. *Mynſing. Reſponſ. 6. decad. 1. n. 48.49. Felinus in c. Rodolphus extra.
de Reſcript. & in c. 2. extra de ſponſalibus. Cardinal. Pariſius conſil. 1. n. 24. &
conſ. 108. n.118. libr. Ripa in l. is cui 6. num. 27. D. de Verbor. Obligat.* plures
acervat *Schrader. de feud. in 2. part. IX. Partis principal. ſection. 8. n.49.* per
97. quos probat, in hac declaratoria neceſſariò requiri, ut pars citetur. Præ-
tereà oportet ut crimen ita notorium ſit, & permanens actu, ut id reus
non neget, nullamq; contra illud exceptionem alleget, vel de jure allegare
98. poſſit Non ipſum ſolum factum, ſed etiam ejus qualitates liquidæ & noto-
99. riæ ſint neceſſe eſt, ſi crimen & maleficium notorium haberi & judicari de-
bet. *Bartol. in l. denuntiaſſe. §. quid tamen D. de adult. cujus commun. dicit Corn.
conſ.33. lib. 4. Rom. conſ. 110. circa princ. & conſ. 167. n.8. Tuſch. concl. 4. tom. 6.
n.2.* quod non probata qualitate, ex delicto ſimplici non poſſit ſequi conde-
mnatio *Hieron. de Tortis in conſ. quod poſt Anton. de Butrio conſ. impreſſ. Gemin.
conſ. 78. n.3. in fine.* quod in pœnalibus ubi factum qualificatum requiritur
ad hoc ut pœna incurratur, non ſufficiet factum ſine qualitate. *Vide Cardi-
nal. Tuſch. d. concluſ. 4. per tot.* ubi qualitatem quando eſt de ſubſtantiâ pro-
bari, & de ea conſtare debere docet. *Bartol. conſ. 42. per tot. lib. 2. Roman.
conſ. 110. per tot. Fridericus de Senis. conſ. 162. per tot. Tuſch. concluſ. 184. tom. 4.
ubi n.11. ex Baldo conſ. 431. lib. 4. refert,* quod in accuſatione turbatæ poſſeſ-
ſionis ex dolo, non poſſit ſequi condemnatio, niſi etiam qualitas doli pro-
bata ſit. *Signorol. conſ. 245. n.14. Alex. conſ. 128. lib. 4. Roman. d. conſ. 110. &
conſ. 167. n.8. verſ. præmiſſa autem. Tuſchus concluſ. 172. tom. 1. Iulius Clar. d.
qu. 9. n.3.* ubi non ſufficere *ait,* factum ipſum eſſe notorium, niſi etiam ſint
notoriæ qualitates; ſcilicet quod nulla defenſio aut excuſatio competat
reo, quo minus puniendus ſit pœnâ homicidii. Et hanc eſſe communem
omnium concluſionem, *colleg. Floſch. inter conſil. Curt. ſen. conſ. 21. num. 13.
Tortus in d. conſ. 28. verſ. Nec obeſt textus.* Poteſt enim eſſe, quod homici-
dium fuerit ad ſui defenſionem, vel quod occiſus impunè occidi potuerit,
vel hujuſmodi. *Lancellot. Corrad. in breviario de cauſis criminal. tit. de noto-
riis criminibus. Decius conſ. 483. n.28. Tortus d. conſ. & n. 28. dicit,* neceſſariò

requiri

requiri citationem, ſive notorium ſit facti, ſive juris. quia non ſit aliquid 100.
notorium, quod non poſſit recipere defenſionem; notorium facti, per 101.
qualitates probandas; notorium juris per conſuetudinem contratiam, vel
privilegium: ſubdit deinde declarationem communem per quam contra- 102.
rias opiniones ſolvi dicit, quod nimirum quando delictum & qualitates & 103.
accidentia ſunt notoria, ita quod notoriè conſtet non competere defen-
ſionem vel excuſationem delinquenti, non requiratur citatio. Si verò ſo- 104.
lum delictum eſt notorium & non qualitates & accidentia, quia poteſt
competere delinquenti defenſio, debeat citari, *Decius d. conſ.* 483. *n.* 28.
quod ad declarationem, ut qualitas delicti notoria ſit, requiratur citatio:
*allegat Abbatem, & Cardinalem Aretinum, idem ſentientes. Maſcard. de pro-
bation. concluſ.* 1108. *n.* 18. *Petr. Gilkenius. de Præſcript. part. 2. membr. 2. cap.* 1.
Abbas in cap. bonæ memoriæ de Election. n. 4. *&* 5. *ubi dicit*, non opus eſſe ci- 105.
tatione, quando factum ita notorium eſt, ut nulla poſſit abſenti competere
defenſio: ſecus ubi non ſit ita notorium tum requiri citationem, aliàs ſen- 106.
tentiam & proceſſum eſſe nullum, adducit, & ita intelligit *Innocent. in c. tua.
de cohabitat. cleric. & mulier. Ventura Vincentius in conſil. pro Venetis contra
interdictum Papæ. n.* 30. *c. olim d. Regul.* dicens, in notoriis non opus eſſe ci-
tatione: locum, *inquit*, habet, quando in notorio delicto nulla competit
defenſio, ſecus autem quando eſſet dubium, an poſſit competere, vel non,
quia tunc in notoriis etiam requiritur citatio. *Innocent. in d. cap. tua & pro-
bat. in c.* 1. *de offic. delegati.* & in caſibus in quibus abſque citatione aliquis
poteſt excommunicari, vel excommunicatus declarari pro notorio deli-
cto, debet intelligi quod etiam notorium ſit, nullam delinquenti compe-
tere defenſionem, alioquin citandus eſſet. *gloſſ. in Clem. præſenti. in verbo.
conſtiterit. de cenſ. & in clementin.* 2. *de pœna. Ripa in c.* 1. *de feud. n.* 81. Et-
iamſi ſit ex teſtibus convictus. *Paul. Gryſald. libr. de fide catholic. verbo ci-
tatio.* At in hoc caſu eſt notorium maximam competere defenſionem.
Hæc Vincentius. Ita jam etiam in hac cauſa proſcriptionis, animadverten- 107.
dum eſt, Regem Fridericum non negare ſolùm & conſtantiſſimè infitiari,
abs ſe crimen illud & maleficium perduellionis, læſæ Majeſtatis & fractæ
pacis, quod ipſi falſò imputetur, eſſe admiſſum, hoc eſt, ſe dolo malo, aut
animo rebellandi, offendendivè Imperium vel Imperatorem, regnum Bo-
hemiæ ſibi delatum & obtruſum accepiſſe: ſed evincere & palam facere, 108.
ſe legitimè more Majorum, ab Ordinibus Regni jus creandi & eligendi
Regis habentibus, contra ſpem & votum ſuum vocatum, conſentientibus
omnium animis & ſuffragiis electum, poſtea indeſinentibus populi oppreſ-
ſi ſuſpiriis & obteſtationibus fatigatum, tum enixiſſimis Procerum preci-
bus coactum, Amicorum in conſilium adhibitorum perſuaſionibus mo-
tum, tùm periculo & diſcrimine Reipublicæ excitatum, conſcientiæ deni-
que ſtimulis compulſum, Bohemiæ ſceptrum & regnum, ut illud Imperio
ſervaret, & à peregrino dominatu vindicaret, ſe etiam & ſuos ſocios atque
ſubditos impendenti exitio & gliſcenti incendio præriperet, acceptaſſe,
quo nomine tantum abſit, ut crimen & dolum admiſiſſe dici queat, ut etiam
laudem, gloriam, & commendationem promeritus ſit: quemadmodum 109.
plurimi Chriſtiani Reges, Principes, & Reſpublicæ id ſuis adclamationi-
bus, congratulationibus, ſubmiſſis etiam auxiliis agnoverunt, & toti terra- 110.
rum orbi teſtatum fecerunt: quod ſanè nequaquam facere ſuſtinuiſſent, ſi
Fridericus notorius Rebellis, Perduellis, & reus Majeſtatis fuiſſet, aut pro 111.
tali haberi debuiſſet. Annon criminis ſe & culpæ illius participes reddidiſ- 112.
ſent? *l.* 1. *§.* 1. *ibi. cujus opera, conſilio. & l.* 4. *in fin. l. Majeſtatis* 10. *D. ad Le-
gem Iuliam Majeſtatis. Decian. in tractat. crimin. lib.* 7. *c.* 33. *n.* 6. *Proſper Fa-
rinacius in criminal. quaſt.* 112. *inſpectio* 1. *n.* 19. *& quaſt.* 112. *inſpect.* 9. *n.* 258.

Iodocus Damhouderus in pract. criminal. cap.62. n.4. Boſſ. in tract. criminal. titul. de crimine læſæ Majeſtatis. n.34. can. qui conſentit. 11. quæſt. 3. can. poteſt.
113. *fieri. de pœnis diſtin.1.* quod dicete & cogitare ſcelus foret. Quis tam perfrictæ frontis homo, tantæque impudentiæ & audaciæ eſſe poteſt, ut maximos illos, Jacobum Britanniarum, Chtiſtianum IV. Daniæ, Guſtavum Adolphum Suecorum Reges, ut Senatum populumque Venetum, tum confedetati Belgii Ordines, & Ptincipes Proteſtantes Imperii, Fridetico, tanquam notorio Invaſori, & incubatoti alieni regni & manifeſto pacis publicæ rurboni & rebelli congtatulatos, atque auxilium conſiliumque dediſſe (omnes enim illi partim congratulariones, & applauſus conſociârunt, partim bona vetba apprecati ſunt, & magnanimum ptopoſitum laudârunt, & apptobârunt, partim ſuppetias tulerunt, & hortatores extitêrunt) dicere auſit? Rex Jacobus, qui tamen ſingularem in negotio Bohemico moderationem adhibere voluit, rantum abeſt, ut Geneti ſui actiones in ſuſcipiendo regno nefarias & ſceleſtas crimineque petduellionis aut læſæ Majeſtatis pollutas, judicatit & condemnarit, ut eas etiam collaudaſſe videatur, dum in hanc ſententiam ad Frideticum Regem die XVIII. Junii. Anno CIↃ IↃCXX. ſcripſit. Non poſſumus, *inquit*, quin maximoperè lætemur, animadvertendo te partes gubernationis tuæ ram benè egiſſe, tamque gratas Ordlnibus plebique regni illius reddidiſſe, ut pto merito tuo obligati obedientiam & ſubjectionem Filio tuo poſt te addixetint, deſignando eum ſucceſſorem tuum iſto in regno. Qua in re, ſicut luculentum & ſummum etga te amoris teſtimonium reddiderunt: ita ex noſtra parte minus facete non poſſumus, quam noſttæ affectionis officium & teſtificationem animi noſtri adjungete, Deum precando, ut feliciter evenire faciat arrhas Iſtas ſui favoris, in emolumentum & inctementum inclytæ tuæ domus, quam magis ac magis in curriculo ptoſperitatis confitmari
114. optamus. Imò Comes de Zollern Orator & præſes conſilii aulici in ſua propoſitione, quam nomine Ferdinandi Cæſatis ad Norinbetgenſes Anno
115. MDCXX. habuit, expteſſè dixit, Electori Palatino vitio verti non poſſe, quod Regnum Bohemiæ acceptatit, ſi eamente potiſſimum fecerit, ut majora pericula & mala præverteret: quia certum erat Bohemos, ſi Palatinus vel Saxoniæ Electot, vel Gabriel Bethlem Tranſylvanus recuſaſſent accipete coronam delatam, Turcæ eam tradituros fuiſſe, antequam petmitte-
116. rent ut Ferdinandus tecuperaret. *In actis Lundorp. lib. 4. cap. 3.* An æquo animo Auſtriaci, ipſeque judex Ptoſcriptionis ferrent, ſi quis Maximilianum & Matthiam ipſorum Agnatos & Parruos alieni regni uſurpatores, prædones & inſeſſores, ſi tebelles & pacis publicæ tranquillitatiſque Imperii turbatores & perduelles fuiſſe ſtatuetet & nominaret, ſi eos nototium & actu permanens crimen læſæ Majeſtatis violentiæ & proditionis commiſiſſe ac propterea ptoſcribi, & omnibus bonis & dignitatibus privati meruiſſe aſſeveraret & pronunciaret: Maximilianus enim Regni Poloniæ diadema, quod nonnulli Ordines ei detulerunt, non minus ac Frideticus Bohemicum ſuſcepit, niſi quod ille à pauciotibus, hic ab omnibus Otdinibus electus fuerit. Re autem infelicitet geſta, in certas conditiones & renuntiationem juris ſui conſenſit quidem, ſed libertate potitus ſubſcribere
117. noluit. *Thuan. lib 88. hiſt. in fin. Chytræus, Bulcholzerus in Chronic.* Matthias bina tegna Ungatiæ & Bohemiæ Fratti ſuo Impetatori Rudolpho quietè & legitimè per aliquot luſtra regnati ad poſſidenti ptætipuit, Ordinibus adſtipulantibus & conſentientibus, eundemque ad ceſſionem & conſenſum armis compulit: quâ de re poſteà ad ſibi reconciliandum frattem deprecatoribus & Interceſſoribus Archiducibus, Maximiliano fratre, Ferdinando patrueie, Henrico Julio Btunſvicenſi uſus fuit, ſatisfactionem, caſſationem

pacto-

pactorum, & fœderum cum aliis initorum promittendo. *In informatione*
tranſactionis inter Rudolphum & Matthiam. Goldaſtus de Regno Bohemiæ
lib. 4. *c.* 10. *n.* 10. Attamen ipſe Matthias Ordineſque regni tum non di-
cebantur, ſicut hodie fit, pacem publicam violaſſe, imperium turbaſſe,
crimen læſæ Majeſtatis perduellionis & rebellionis perpetraſſe; cuncta in
meliorem partem flexa & accepta, & ſine magno ſtrepitu incruentis con-
ditionibus compoſita fuerunt. At in Friderico exemplum Matthiæ infe- 118.
liciter ſecuto, aliud arcanum dominationis, odium in religionem, cupi-
ditas & propoſitum ſtabiliendæ tum hierarchiæ pontificiæ, tum Monar-
chiæ Auſtriacæ, propriæ domus utilitas, & ſimiles rationes ſuadebant. Ideo 119.
Fridericus præcipuum libertatis & jurium Imperii, religioniſque Euan-
gelicæ fulcrum, & maximus potentiſſimuſque Auſtriacæ dominationis in
Germania obex, confeſtim removendus, ſine mora damnandus, proſcri-
bendus, omnibus ditionibus & honoribus exuendus, & in exilium æter-
num ejiciendus erat: quod cum tanta præcipitantia factum, ut inverſo &
præpoſtero ordine punitus & caſtigatus antè fuerit, quàm proſcriptus & 120.
damnatus. Hinc ab executione ut tantò facilius & citius Auſtriaci & pro- 121.
ſcriptor ſcopum ſuum conſequeretur, Inceptum fuit. Poſtquam illud fe- 122.
liciter ſucceſſit, & Fridericus dejectus & expulſus eſſet, tum demum poſt
aliquot menſium ſpatium condemnatio & ſententia proſcriptionis ſecuta
& promulgata fuit. Quid autem de tali executione, ſententiâ, proceſſu, 123.
judicandum & cenſendum ſit, hoc jura docent, dum omne quod violato
ordine juris, cœpto ab executione judicio ſine citatione & cauſæ diſcuſ-
ſione contra abſentem, inauditum, & indefenſum à judice incompeten-
te, in ſuâ cauſa judicante, ſuſpecto, inimico, hoſte, accuſatore & teſte
exiſtente temerè & præcipitanter ſuſceptum, actum, judicatum & pro-
nunciatum eſt, iniquum, injuſtum & nullum declarant & ſtatuunt. *l.* 1. *C.*
de execut. rei judic. ibi nimis propere ante rem judicatam. ibique & Doctores.
l. ſi ſe non obtulit. 4 §. *condemnatum* 6. *D. de re judic. & de effect. ſententiar. l. ſi*
cum nulla ſententia præceſſiſſet. D. eodem l. 1. §. *ult. ad Senatuſconſ. Tertyll. &* 124.
Orphit. l. unic. cum ibi notat. C. de prohib. ſequeſtr. c. 1. *&* 2 *ibi Abbas n.* 7, *&* 16.
& Baldus n. 8. *&* 9. *de ſequeſtrat. poſſeſſ. Bartolus in d.* §. *condemnatum. D. de*
re judicata. Mynſing. reſponſ. 43. *n.* 35. *decade* 5. *adde l. ſi perluſorio judi-*
cio 14. §. 1. *D. de appellat.. & relation. can.* 1. *can. primates* 5. *& can. Nemo*
Epiſcopus 11. *&* 12. *&* 13. *cauſa* 2. *quæſt.* 1. *can.* 2, 3, 4. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13.
cauſa 3. *quæſt.* 9. Ubi cuncta quæ conrra abſentes, inauditos, non defen- 125.
ſos, quoquo modo pronunciantur & ſtatuuntur, irrita eſſe, & nullam ob-
tinere firmitatem, ſancirut. *Peregrin. deciſ.* 137. *n.* 18. *Capitius deciſ.* 69.
n. 35. *Decius conſ.* 544. Ubi ex hiſdem fundamentis declarationem banni à
Carolo V. Imperatore in Pyrrhum & Fridericum Gonzagam promulga-
tam, nullam & invalidam injuſtamque probat.

Caput XXVII.

ARGUMENTUM.

In qualicunque delicto requiri, ut lædendi voluntas in delinquente probetur; voluntatem enim, ex quâ κακουργία arguatur, maleficia diſtinguere, hocque maximè locum habere in feudis, & quoque in criminibus læſæ Majeſtatis & perduellionis requiri.

In crimine fractæ pacis, in quo ſe edictum proſcriptionis contra Fridericum Regem, deproperatum maximè fundet, exigi antè omnia, ut ſtudium violandi pacem publicam in reo peracto appareat manifeſtè: Conſtitutionem enim ipſam duo potiſſimùm requirere, quæ intervenire debeant, ut fractæ pacis pœna locum habeat, primò vim publicam & armatam; deindè dolum malum.

Quamvis autem in maleficiis dolus malus præſumatur, attamen ſi Vaſallus feloniæ inſimulatus probare velit, dolo ſe carere, purgationem ejus audiendam eſſe; imò ſufficere purgationis probationem dubiam.

Deindè, quando factum ſit ἀδιάφορον, tunc doli probationem incumbere Domino, & in ejuſmodi re dubiâ præſumi potius maligni animi obfuiſſe culpam, quàm adfuiſſe, præſertim ſi rerum, temporum & perſonarum conditio, neceſſitas, vita anteacta, & qualitas idem ſuadeant.

Ut autem judex noſſe poſſit Vaſallum dolo malo objectum facinus commiſiſſe, reo præſertim negante, ipſum cognitione cauſæ opus habere & defenſiones probationeſque rei audire debere.

Sed in proſcribendo Friderico Rege cauſæ cognitionem omninò fuiſſe prætermiſſam, etſi ille ſe judicio offerret, manifeſtè oſtenſurus ſe non in perniciem Imperii diadema Bohemicum obtruſum, ſed ut quieti publicæ conſuleret, occupaſſe: has autem Friderici Regis exceptiones non ſolum in examinationem non admiſſas, ſed ejus factum potius odioſis exaggerationibus in diplomate proſcriptionis traductum fuiſſe.

Magiſtratus quidem in ſubditos ſuos animadvertere poſſe, ſed citatione & cauſæ cognitione præviâ: ſubditos itaque contra Magiſtratum legitimè procedentem non defendendos; ſecus verò ubi inverſo ordine executio citationem, & poſſeſſione dejectio cauſæ cognitionem antevertant, à ſuperiori defendendos ſubditos, illegitimè procedente Magiſtratu pœnalibus mandatis refrænato.

Inſuper in Capitulatione cautum eſſe, Imperatorem ab omni violentiâ in Electores abſtinere, & ſi quæ inter ipſum & Ordines, vel inter Ordines καθ' ἀλλήλους controverſia oriretur, eam dijudicationi ordinariæ ſubmittere debere: Imò generaliter caveri Imperatorem in rebus Imperium attinentibus ſine aſſenſu Electorum nihil poſſe decernere, & ſi fiat, illud omne irritum eſſe.

Imprimis autem animadvertendum, Electores & Principes Imperii hoc peculiare jus habere, ut in cauſis, quæ ipſorum honorem, vitam, ditiones & feuda attineant, non poſſint à ſolo Imperatore judicari, ſed à Paribus Curiæ, & talibus quidem, qui æqualis cum ipſis ſint dignitatis & ſtatûs, quod etiam jura requirant feudalia: Inde Electores in caſu Electoralis feudi tanquam Pares Curiæ adhiberi ſolere; & hoc ut maximè locum habeat, fas eſſe, quando cauſa Imperatorem quoquo modo tangat, tunc enim omninò à judicandi officio abſtinere, & rem, litemque omnem Parium cognitioni ſubmittere debere, exemplo antiquorum Imperatorum; quod genus judicii ut obſervaretur, diligenter Electores ab omni tempore anniſos fuiſſe. Hoc autem genus judicii quod per Pares Curiæ expediatur non ſolùm in Germaniâ frequentatum, ſed illius veſtigia, adhuc luculenta in Galliâ, Angliâ, & Regno Neapolitano exſtare, nec apud Romanos Conſuli lege permiſſum fuiſſe, de capite civis judicium injuſſu Populi habere.

Quod ſi nunc comparatione inſtitutâ perpendamus, minimum Civem Romanum non potuiſſe niſi ab univerſo Populo & per concives judicari, pariterque attendamus, nullum hodiè in Galliâ, Angliâque Ducem, Comitem, ſeu Parem Regni poſſe ab ignobilibus judicibus judicari & condemnari, eò magis nos in ſtuporem abripi, quod jàm Archiprincipes Imperii, ſolo unius Imperatoris & quidem in ſuâ causâ, adhibitis tantùm in conſilium miniſtris aulicis non citatos & indefenſos proſcribi, & omnibus ſuis ditionibus privari; ſed rem hanc novam eſſe, & hactenus nunquam, niſi ſemel & iterum ab eo tempore, quo Auſtriaco-Hiſpani rerum potiti ſint, auditam.

Hinc Electorem Saxoniæ palàm profeſſum, proſcriptionem Friderici ſine ſuo conſilio, inſtitutam; ac alium meritò proceſſum obſervandum, Electoresvè adhibendos fuiſſe, & vel ideò, quia de membro Collegii Electoralis quæſtio ſit.

Superiorum certè temporum Imperatores tàm circumſpectos in hac re fuiſſe, ut non ſolùm Electores & Principes, ſed & univerſi Imperii Ordines de ſuâ ſententiâ interrogârint, ac demùm ſecundum illorum opinionem proſcriptionis tabulas promulgârint, & executionem demandârint. Carolum V. primum fuiſſe, qui ſpreto Electorum & Ordinum conſilio, unum & alterum Principem proſcribere & dignitate feudiſque exuere auſus fuerit. Superiorum autem ſæculorum Imperatores leges & ſanctiones ſtrictius obſervare conſcientiæ ſuæ intereſſe putaſſe, idcircò vix ullam rem arduam ad Reipublicæ ſalutem ſpectantem extra Comitia tractaſſe, nulla unquam Reipublicæ bona alienaſſe, ſibique & ſuis privatim acquiſiviſſe, & ita certè verè Auguſtos fuiſſe.

VVenceſlaum Imperatorem certè ob hanc potiſſimum cauſam, quod feuda Imperii alienarit, exauctoratum fuiſſe; hodieque vigore Capitulationis Imperatorem regales dignitates Imperio apertas ſine conſilio Electorum re-infeudare non poſſe.

Eundem Imperatorem VVenceſlaum, ſe nihil ex animi ſui ſententiâ in rebus ad Imperium ſpectantibus ſtatuere poſſe, ſed Electorum conſilio uti debere, agnoviſſe: quod etiam Fridericus I. fecerit: imò Ferdinandum II. ſe legato Regis Angliæ excuſaſſe, quod ſine communicatione eorum, qui ex Imperii legibus & naturâ ſuâ conſulendi ſint, non poſſit Regi Iacobo in causâ reſtitutionis Palatini gratificari; cum tamen inconſultis Electoribus ipſum proſcripſerit, hocque ex abſolutâ poteſtate, ſpretis Electoribus, illud verò niſi cum eorum conſenſu facere poſſe veriſimile non ſit: quod etſi Ferdinandus optimè ſciverit, attamen in petitâ reſtitutione Friderici Regis, quia ab eâ totâ mente adhorreret, civilitatis uſurpandæ & invidiæ declinandæ gratia tantùm hanc excuſationem prætexuiſſe.

CONSPECTVS.

1. IN qualicunque delicto omnia jura Mundi, ipſam rationem naturalem & juſtitiæ dictamen requirere, ut dolus malus & lædendi voluntas in delinquente appareat, & probetur, ſi judex pœnam decernere velit ordinariam.

2. Voluntatem enim ex quâ κακεργία arguatur, maleficia diſtinguere.

3. Ita ut nec lata culpa ſufficiat ad irrogationem pœnæ ordinariæ.

4. Hocque maximè locum habere in feudis.

5. Quæ Vaſallis non niſi ob feloniam & cauſam amiſſione dignam legitimè probatam, viâque juris auferri poſſint.

6. Idem etiam in criminibus læſæ Majeſtatis, perduellionis & fractæ pacis, in quod Fridericum Regem autor proſcriptionis incidiſſe narret, ſed non probet, nec probatum eſſe evincat, requiri:

7. Ut nimirum quis fide ruptâ contra juramenti religionem hoſtili animo adverſus ipſum Imperatorem & Imperium inflammatus Reipublicæ ſummam labefactare ſtudio moliri auſus fuerit, ſi pro reo læſæ Majeſtatis haberi aut condemnari debeat.

8. Ei ergò qui propoſitum offendendi

nullum

nullum habuerit, crimen læſæ Majeſtatis nequaquam imputari poſſe, nec pœnam infligi.

9. In crimine fractæ pacis, in quo ſe proſcriptionis edictum contra Fridericum Regem deproperatum maximè fundet, exigi ante omnia, ut ſtudium violandi pacem publicam in reo peracto appareat manifeſtè, aliâs enim ad pœnam conſtitutionis de turbatâ pace non poſſe damnari.

10. Conſtitutionem enim ipſam duo potiſſimùm requirere, quæ neceſſariò intervenire debeant, ut actio & pœna ex hâc Conſtitutione fractæ pacis publicæ locum habeat: primò vim publicam & armatam, deindè dolum malum.

11. Quamvis autem in maleficiis & rebus illicitis dolus malus præſumatur:

12. Attamen, ſi Vaſallus feloniæ inſimulatus probare velit, dolo vel culpâ ſe carere, purgationem ejus audiendam & admittendam eſſe.

13. Imò ſufficere purgationis probationem etiam dubiam & non concludentem ad elevandam præſumtionem doli & culpæ.

14. Deindè quando factum ſit ἀδιάφορον, & ſui naturâ non ſit illicitum, poſſitque in bonam & malam partem accipi ſecundum intentionem facientis, tunc doli probationem incumbere Domino.

15. Quod & locum habeat, quando Vaſallus amicitiam cum inimicis Domini contrahat.

16. Niſi enim probetur, Vaſallum id dolo malo & in perniciem Domini feciſſe, Vaſallum feudo non privari, nec accuſatum condemnari poſſe.

17. Neque enim confeſtim eum, qui accuſetur, reum eſſe, ſed eum qui convincatur criminoſum haberi.

18. Ac propterea neminem judicandum, niſi vel convictum judicio, vel ſponte confeſſum.

19. Aliter ſi fiat, ſententiam eſſe nullam.

20. Denique in re dubiâ & adiaphorâ, quæ tam in bonam, quam in malam partem trahi poſſit, præſumi potius maligni animi abfuiſſe culpam quàm adfuiſſe.

21. Præſertim ſi rerum, temporum, & perſonarum conditio, neceſſitas, vita anteacta & qualitas idem ſuadeant.

22. Sic etiam Chriſtum dicto ſuo, Nolite judicare & non judicabimini, nihil aliud præcepiſſe, niſi ut ea facta, quæ dubium ſit, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.

23. De factis enim mediis temerarium eſſe judicare, maximè ut condemnemus.

24. Ut autem judex noſſe poſſit Vaſallum dolo malo & ſtudio turbandi pacem publicam objectum facinus commiſiſſe, reo præſertim negante & contrarium probare parato, ipſum cognitione cauſæ opus habere, defenſionem probationemque rei audire, rerum & temporum ſtatum examinare, quid facientem impulerit, & quem in finem hoc vel illud facinus auſus fuerit, conſiderare debere.

25. Nam ſicut nemini, præſertim Vaſallo optimè merito, poſſeſſio ſua, quamvis injuſta, ſine legitimâ cauſæ cognitione ne ab ipſo quidem Imperatore auferenda ſit.

26. In tantum ut Vaſallus à Domino ſine cauſæ cognitione dejectus non minus atque quilibet alius in continenti, ubi amicos & auxilia habere poſſit, recuperare queat impunè.

27. Ita multò magis cauſæ cognitione opus eſſe in criminibus, ne judex temerè ad executionem ruat & inauditum condemnet.

28. Sed in proſcribendo Friderico Rege, cauſæ cognitionem omninò fuiſſe prætermiſſam.

29. Quanquam ille tamen ſe judicio offerret, manifeſtè oſtenſurus ſe non in injuriam & contemptum Imperatoris Ferdinandi, nec in perniciem Imperii diadema Bohemicum obtruſum occupaſſe & Ordinum illius regni patrocinium ſuſcepiſſe.

30. Sed ut quieti publicæ conſuleret & libertatem Imperii, ab imminenti jugo ſervitii eriperet.

31. Has autem Friderici Regis exceptiones non ſolum in examinationem non admiſſas.

32. Sed ejus factum potius odioſis exaggerationibus ab ipſo judice in diplomate proſcriptionis traductum fuiſſe.

33. Magiſtratus quidem ſubditos ſuos coërcere, & in eos ſine omni injuriâ animadvertere poſſe:

34. Sed hoc eatenus, modo juris legitimè ſervato, citatione cauſæque cognitione præviâ.

35. Facti verò & proprii furoris executionem eſſe injuſtitiæ, iniquitatis, & tyrannidis.

36. Juris enim Naturæ, Gentium, Civilis, divini & humani eſſe, cum cauſæ cognitione & citatione partis procedere & condemnare.

37. Sicut Deus prius citaverit Adamum, ejuſque allegationes audiverit, antequam eum Paradyſo ejiceret.

38. Subditos ergò contra Magiſtratum legitimè procedentem nec defendendos à ſuperiore, nec ſuſtinendos.

39. Secus verò ubi inverſo ordine pœna, judicium, executio citationem præcedat;

&

& poſſeſſione, ſedibuſque dejectio cauſæ cognitionem antevertat, tali cyclopico nullitatis proceſſu à ſuperiori defendendos ſubditos eſſe, illegitimè procedente Magiſtratu pœnalibus mandatis refrænato.

40. Inſuper in capitulatione cautum, Imperatorem ab omni violentiâ in Electores abſtinere; & ſiquæ inter ipſum & Ordines, vel inter Ordines κατ' ἀλλήλως controverſia orietur, eam dijudicationi ordinariæ ſubmittere debere.

41. Bannum ſine plenâ cauſæ cognitione in nullum Electorem vel Principem decernere.

42. Sed in ejus declaratione ordinarium proceſſum & rogatas leges obſervare.

43. Sine conſenſu Electorum res Imperii planè non oppignorare, vendere, alienare vel transferre.

44. Electorum, Principum & Ordinum dignitates, jura, & regalia integra & illæſa ſervare debere.

45. Denique generaliter caveri Imperatorem in rebus arduis & Imperium attinentibus ſine aſſenſu Electorum nihil poſſe decernere, reſcribere & mandare, & ſi fiat illud, omne irritum eſſe.

46. Imprimis autem animadvertendum Electores & Principes Imperii hoc peculiare jus habere, ut in cauſis, quæ ipſorum honorem, vitam, ditiones & feuda attineant, non poſſint à ſolo Imperatore judicari.

47. Sed à Paribus Curiæ & talibus quidem, qui æquales eum ipſis ſint dignitatis & ſtatûs.

48. Sic Legatos Ducis Ludovici proteſtatos eſſe contra Sigiſmundum Imperatorem, quod ipſorum Princeps in jure reſpondere non poſſit, qui non ut Princeps Imperii more conſueto fuerit citatus, nec judicium conſtitutum cum ejuſmodi Aſſeſſoribus, quibus fas ſit de regalibus Principum cognoſcere.

49. Sic Electores Saxoniæ & Brandenburgi de iiſdem obſervandis Imperatorem monuiſſe.

50. Et hoc quoque jura requirere feudalia, dum præſcribant, quod, controverſiâ de privatione feudi inter Imperatorem & Principem exortâ, cognitio & deciſio non ad Imperatorem, ſed ad Pares Curiæ ſpectet & pertineat.

51. Non ex honeſtate tantùm, ſed etiam ex neceſſitate, Imperatorem vel alium Principem, qui ſuperiorem non recognoſcat, in cauſis feudalibus judicem eſſe non poſſe.

52. Quia Paribus Curiæ juriſdictio competat ex contractu feudi:

53. Imperatorque & ſummus Princeps in contractibus ſuis utatur jure communi, eodemque quo privatus.

54. Quod quoque Sigiſmundus Imperator affirmârit.

55. Inde Electores in caſu Electoralis feudi, tanquam Pares Curiæ adhiberi ſolere.

56. Quod & ipſum Archiprincipes Electores Pragæ in controverſiâ inter Rudolphum Regem & Matthiam Fratres;

57. Et Mulhuſii in causâ inter Ferdinandum II. & Ordines Bohemiæ repetitis decretis declarârint.

58. Sic Fridericum III. litem quam Ludovicus Bavarus ejuſque filii contra Ludovicum Bavarum Agnatum haberent, ad judicium Parium Curiæ remiſiſſe.

59. Et hoc maximè locum habere fas eſſe, quando cauſa Imperatorem quoquo modo tangat.

60. Tunc enim omninò à judicandi officio abſtinere, & rem litemque omnem Parium cognitioni & definitioni ſubmittere debere, exemplo Antiquorum Imperatorum.

61. Quod & Sigiſmundus Imperator obſervarit.

62. Diligenter Electores ab omni tempore anniſos fuiſſe, ut genus hoc judicii, quod per pares Curiæ expediatur, obſervaretur.

63. Ideoque proceſſibus in conſilio Aulico Imperiali decretis ſeſe ſemper Proteſtantes imprimis oppoſuiſſe, & pro præcipuo gravamine judicaſſe; quod cauſæ majores feuda, dignitates, vitam & honorem Principum attinentes ibi deciderentur, plerumque ex affectu odii in hanc, favoris in illam partem.

64. Hinc non immeritò judices iſtos ut ſuſpectos & incompetentes recuſare ſolitos eſſe.

65. Sic Electores in literis ſuis ad Imperatorem Maximilianum exaratis Herbipoli Anno 1502. rogaſſe, ut Cæſ. Majeſtas aulicos proceſſus, & mandata contra Electorem Colonienſem promulgata antiquare, & cauſam ordinario judici ſecundum Conſtitutiones relinquere velit.

66. Anno ſequenti eoſdem Electores Moguntiæ congregatos in literis ad Imperatorem conqueſtos pari modo de proceſſibus aulicis, & requiſiviſſe Cæſarem, ne iſtis ſe gravet contra conſtitutiones Imperii.

67. Eandem querelam Ordines & Proteſtantes apud Cæſarem Rudolphum Anno 1601. urſiſſe; Cæſari non aliter cognitionem cauſarum, quæ Principes & Ordines attingant, competere, quàm Electoribus & Principibus Imperii ſimul in judicium adſcitis inculcando.

68. Etſi id Rudolphus indignè tulerit, tamen

tamen eos ſequentibus etiam annis conqueſtos; & ſi aliter fieri nequeat, ſibi ipſi proſpecturos & contra exorbitantes iſtos proceſſus ſemer legitimè defenſuros.

69. In eandem ſententiam quoque Ordines confœderatos ſcripſiſſe Anno 1610. ubi ſimul proteſtando annexerint, ſe excuſatos fore, ſi quid incommodi Imperio ex iſtâ re obveniat.

70. Genus autem illud judicii, quod per Pares Curiæ expediatur, non ſolùm in Gesmania frequentatum,

71. Sed illius veſtigia adhuc luculenter in Galliâ & Angliâ extare, dùm in cauſis quæ vitam & honorem Paris Regni contingant, non Parlamentum, ſed Pares Regni ejuſdem ordinis & juris judices ſint.

72. Sic in Regno Neapolitano in criminalibus Comites & Barones non niſi per Pares Curiæ judicari.

73. Nec apud Romanos Conſuli lege permiſſum fuiſſe de capite civis judicium injuſſu populi habere:

74. Et niſi per maximum Comitiatum.

75. Et eum, qui contra jus ſuæ libertatis civemRomanum quaſi peregrinum tractaſſet, tanquam oppugnatorem libertatis Romanæ reum perduellionis ad Populum factum fuiſſe.

76. Jus enim civitatis totum fuiſſe penes Populum, ideoque judicio Populi meritò ſubjectum fuiſſe, qui contra leges de jure civitatis ac libertatis Populi quicquam feciſſet.

77. Quod ſi nunc comparatione inſtitutâ perpendamus, minimum Civem Romanum non potuiſſe niſi ab univerſo Populo & per concives judicari:

78. Pariterque attendamus nullum hodiè in Angliâ, Galliâque Ducem, Comitem ſcil. parem regni poſſe ab ignobilibus judicari & condemnari, ſed requiri ut Compares ejus cauſam diſceptent.

79. Eò magis nos in ſtuporem abripi, quod hâc noſtrâ injuſtitiæ & tyrannidis fœcundâ tempeſtate Archiprincipes & Optimates Imperii, qui cæteros Europæ Principes longè antiſtent, ſolo unius Imperatoris & quidem in ſuâ causâ, adhibitis in conſilium Miniſtris aulicis; Electoribus verò & Optimatibus Imperii inconſultis, imò contradicentibus inauditos, non citatos & indefenſos proſcribi, & omnibus ſuis ditionibus privari.

80 Sed rem hanc novam & hactenus nunquam, niſi ſemel & iterum ab eo tempore, quo Auſtriaco-Hiſpani rerum potiti ſint auditam.

81. Ante autem nullum à Carolo M. ad Carolum V. uſque proſcriptum niſi in ſolemnibus Comitiis, aſſidentibus Electoribus & Principibus, obſervato etiam juris ordine ſicut ex infinito exemplorum numero pateat.

82. Hinc Electorem Saxoniæ in Senatu palàm profeſſum, proſcriptionem Friderici ſine ſuo conſilio inſtitutam, ac alium meritò proceſſum obſervandum fuiſſe Electoreſque velut in re graviſſimâ, juxta capitulationis regiæ præſcriptum adhibendos fuiſſe, & vel ideo, quia de membro Collegii Electoralis quæſtio ſit.

83. Deinde ſuperiorum temporum Imperatores tam circumſpectos fuiſſe in hâc re, ut non ſolùm Electores & Principes, ſed & univerſi Imperii Ordines de ſuâ ſententiâ interrogârint, ac demum ſecundum illorum opinionem proſcriptionis tabulas promulgârint & executionem demandârint.

84. Hocque innumera exempla abundè ſatis teſtari, imprimis noviſſima Proſcriptionis Magdeburgenſis, quæ tamen unius civitatis duntaxat ſalutem ſpectârit.

85. Carolum V. primum fuiſſe, qui ſpreto Electorum & Ordinum conſilio unum aut alterum Principem proſcribere, & dignitate feudiſque exuere, reſque Imperii pro arbitratu ſuo ordinare, & feuda regalia ſuæ familiæ vindicare auſus fuerit.

86. Superiorum verò ſæculorum Imperatores leges & ſanctiones Imperii ſtrictius obſervare, famæ & conſcientiæ ſuæ intereſſe putaſſe.

87. Idcircò vix ullam rem arduam & majoris momenti, quæ vel ad Reipublicæ ſalutem, vel ad ejus damnum avertendum ſpectaret, extra comitia tractaſſe.

88. Nihil minus permiſſum, & nihil magis probroſum eſſe putaſſe, quàm aliquid quod ad Imperii corpus pertineret, alienare, ſibique & ſuis privatim acquirere.

89. Non enim proprietarios ſe rerum feudorumque Imperii, ſed Adminiſtratores & Tutores dixiſſe.

90. Verèque Auguſtos fuiſſe, Imperiique pomæria dilataſſe, & non ejus potentiam imminuiſſe, aut in patrimonium ſuum bona Reipublicæ propria redegiſſe, dici voluiſſe.

91. Non enim ignoraſſe ſes, bona & dignitates Imperii eſſe totius myſtici regni, non autem in marſupio ipſius Principis.

92. Ideò etiam in præjudicium eorum quorum ſint, aut præter illorum voluntatem caput nihil poſſe.

93. Hinc Conſtitutionem Imperatoris Rudolphi I. de non concedendis feudis Imperii, ſine conſenſu Electorum.

94. Wenceſlaum Imperatorem ob hanc potiſſimum cauſam, quod feuda Imperii alienârit, exauctoratum fuiſſe.

95. Ho-

95. Hodieque vigore Capitulationis Imperatorem regales dignitates Imperio apertas ſiue conſilio Electorum Imperii re-infeudare non poſſe.

96. Ipſum Imperatorem ſe non ex animi ſui ſententiâ in rebus ad Imperium & univerſos Ordines ſpectantibus aliquid ſtatuere poſſe, ſed conſilio Electorum uti debere, agnoviſſe.

97. Sic Fridericum I. Imperatorem ex conſilio Principum ſibi reſpondendum eſſe, dixiſſe ad Papæ Legatos.

98. Ipſum Imperatorem Ferdinandum II. ſe excuſaſſe, quod ſine communicatione eorum, qui ex Imperii legibus & naturâ ſuâ conſulendi ſint, non poſſit Regi Jacobo in causâ reſtitutionis Palatini gratificari.

99. Cum tamen inconſultis & ſpretis Electoribus ipſum proſcripſerit, & bonis omnibus exuerit.

100. Et non majorem poteſtatem habuerit in proſcribendo Principe, quàm in reſtituendo.

101. Illud ex abſolutâ poteſtate ſpretis Electoribus, hoc verò cum eorum conſenſu facere poſſe, non eſſe veriſimile.

102. Liberam enim damnandi poteſtatem habentem, eum abſolvendi quoque habere, & illum qui eorum unum non poſſit, nec alterum poſſe.

103. Cui non liceat quod minus ſit, nec debere licere quod majus ſit:

104. Plus autem ſit damnare quàm abſolvere: favorabiliorque cauſa abſolvendi quàm damnandi.

105. Sed Ferdinandum hoc optimè ſciviſſe, & in petitâ reſtitutione Friderici, quia ab eâ totâ mente abhorreret, civilitatis uſurpandæ & declinandæ invidiæ gratiâ prætexiſſe hanc excuſationem.

IAm verò & hoc animadvertendum, quod in qualicunque 1.
delicto omnia jura Mundi, ipſa etiam ratio naturalis &
juſtitiæ dictamen requirunt, ut dolus malus, & injurian-
di, damnificandi, lædendique voluntas atque propoſitum
in delinquente appareat, & probetur, ſi pœnam judex
ordinariam, præſertim capitalem, quæ amiſſionem vitæ,
bonorum; honorum & fortunarum importat decernere
velit. *l. penult. D. ad L. Corneliam de Sicar. l. tigni. §. final. D. ad exhib. c. cum*
ceſſat. de Appellat. Voluntas & propoſitum, ex quo dolus, malitia καὶ κα- 2.
κεργία arguitur, maleficia diſtinguunt. *l. Divus 14. dict. tit. ad L. Cornel. l.*
qui injuria. 53. D. de furtis l. fœdiſſimam 20. C. ad L. Iuliam de adult. Cardinal.
Hoſtienſ. in c. licet. de accuſat. & inquiſit. & in c. cum voluntate. d. ſentent. ex-
commun. Treutler. diſput. in Pandect. 32. theſ. 1. gloſſ. c. volum. 2. ita ut nec 3.
lata culpa ſufficiat ad irrogationem pœnæ ordinariæ, *l. in lege. 7. D. ad leg.*
Cornel. de ſicariis. l 5. C. eod. Paulus 5. Sententiarum 23. §. 2. Et hoc maximè 4.
locum habet in feudis, quæ Vaſallis non niſi ob culpam & dolum, ſive fe- 5.
loniam & cauſam amiſſione dignam, neque id aliter, quàm convictam &
legitimè probatam, viâque juris adimi & auferri debent & poſſunt. *c. 1. de*
feudo ſine culpâ non amitt. c. 1. quot teſtes ſint neceſſar. ita Roſenthal cap. 10. con-
cluſ. 12. n. 1. & concluſ. 41. n. 131. Idem etiam in criminibus læſæ Majeſtatis, 6.
perduellionis, & fractæ pacis, in quod Fridericum Regem Edictum pro-
ſcriptionis incidiſſe narrat, ſed non probat, nec probatum eſſe evincit, re- 7.
quiritur, ut nimirum quis fide ruptâ contra juramenti religionem hoſtili &
malitioſo animo adverſus ipſum Imperatorem & Imperium, contra horum
honorem, exiſtimationem, ſtatum & incolumitatem præditus & inflam-
matus, Reipublicæ ſummam labefactare, aut aliquid aliud hoſtile & igno-
minioſum atque exitiabile deditâ operâ & ſtudio moliri auſus fuerit, ſi pro
reo læſæ Majeſtatis pro Perduelle, aut rebelle haberi & condemnari debet.
l. 1. l. penult. l. ult. D. ad l. Iuliam Majeſtatis. l. quiſquis 5. C. eod. in extrava-
gante Henrici VIII. *qui ſunt rebelles. Tiberius Decianus tractat. crimin. lib. 7.*
cap. 6. n. 20. & 33. Hieronym. Gygas. ſub rubrica de pluribus & variis quæſtioni-
bus quæſt. 14. Ei ergò, qui dolo malo caret, & propoſitum ſcopumve offen- 8.
dendi & injuriandi nullum habuit, crimen læſæ Majeſtatis nequaquam im-
putari poteſt, nec pœna infligi. *ut ex toto tit. ad l. Iuliam Majeſtatis apparet.*

d. ex-

d. extravag. qua vulgò vocatur ad Reprimendum, ibi. hoſtili animo. Decianus d. lib.7. cap.9. n.5. & cap 49. n.14. Thomas Grammattic. voto decimo. num.39. Proſper Farinacius quæſt. 117. §.4. n.18.19. Cardinal. Tuſchus concl.9. per tot.
9. volum.5. Iaſon. in l. videamus n.6.10. & ſeq. D. de in lit. jur. Sic in crimine fractæ pacis, in quo ſe proſcriptionis edictum contra Fridericum depropetatum maximè fundat, exigitur ante omnia ut animus malignus & doloſus, & ſtudium turbandi & violandi pacem & tranquillitatem publicam in reo peracto appareat manifeſtè & ſine contradictione: alias ad pænam conſtitutionis de turbata pace non poteſt damnari. l.2. §. dolo a. malo. D. vi bonorum raptor. l. qui catu. 5. & l. qui dolo malo. 10. D. vi publica. l. 3. & l. 5. D. quod metus cauſa. l.1. §. Divus. 3. D. ad L. Cornel. de Sicar. l. inter omnes 46. §. rectè 7. D. de furt. gloſſ. in l. 1. §. hoc interdictum. in verbo. atrocem. D. de vi & vi armata. Conſtitutio ipſa ann. MDLI. & MDLV. & MDLIX. & ſequentibus annis repetita. duo potiſſimum requirit, quæ neceſſariò intervenire. debent, ut actio & pæna ex hac conſtitutione fractæ pacis publicæ, locum
10. habeat. Primò vis publicata & armata; deindè dolus malus, hoc eſt, ut Gail lib.1. de pace publ. c.7. n.6. & ex eo Frider. Mindanus de Proceſſibus lib.1. c.23. §.3. ajunt, dolus verus, atrox malitia, propoſitum & deſtinata voluntas offendendi, præcedente conſilio, de induſtriâ & datâ operâ. Verba enim conſtitutionis ſunt hæc: Ex propoſito & obſtinatè, doloſè ex inſidiis, ma-
11. litioſè & violenter. Mynſing. lib. 3. obſ. 91. & 4. obſ. 80. n.3. Quamvis autem in maleficiis & rebus illicitis dolus malus præſumatur. l. ſi non convitii. C. de injur. & ibi gloſſ. in verbo. ludens. Felinus in cap. præſentia. n. 13. & ibid. Decius n.14. de probation. gloſſ. Bartol. & Doctores communiter in l. dolum D. de dolo. Alciat. de præſumt. Reg. 3. præſumt.1. n.10. Menochius lib.5. præſumt. 3. n.45. & ſeq. Maſcard. de probat. lib.1. concluſ.531. n.10. limit.1. Schrader. part. 9. part 2. ſection. 12. n.31.32. Iſern. in c. 1. §. porrò. n. 22. & ibi Afflictus. n. 13.
12. Quæ fuerit prima cauſa beneſic. amittend. VVeſenbec. conſ.57. n.3. Attamen ſi reus & Vaſallus feloniæ inſimulatus probare velit, dolo vel culpâ ſe carere, purgatio ejus omninò audienda eſt & admittenda, ait Roſenth. d. cap.10. con-
13. cluſ.12. n.8. addens in gloſſ. h. quod nemo de eo ambigat, cum defenſio ſit juris naturalis, & ſufficere purgationis probationem etiam dubiam & non concludentem ad elevandam præſumtionem doli & culpæ, per Bartol. in l. non ſolùm §. ſed ut probari n.2. D. de novi oper. nunciat. Schrader. dict. part.9. part.2. ſect.12. n.34. Iulius Clarus lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 56. n. 3. Iaſon & Felin. in c. nonnulli. §. ſunt & alii. ille, n.6. & 7. hic, n.42. de Reſcript. Roland à Valla conſ.1. n.89. volum.3. Cravetta conſ.1. n.16. volum.1. Reuſnerus conſ. 17. n.23. lib. 3.

14. Deindè quando actus aut terminus eſt medius, factumvè ἀδιάφορον, quod poteſt tendere vel ad bonum, vel ad malum finem, & quando ſui naturâ non eſt illicitum facinus, poteſtque in bonam & malam partem accipi ſecundum intentionem, propoſitum & deſtinatum facientis, ut eſt ſi Vaſallos amicitiam cum inimicis Domini contraxiſſe, ſi partes adverſas ſecutus fuiſſe, ſi opem & auxilium tuliſſe, aut aliud aliquid tale patraſſe dicatur, tunc in his & ſimilibus adiaphoris doli probatio, quod nimirum Vaſallus in perniciem, odium, & contemtum Domini & in exitium Reipublicæ & in tranquillitatis communis everſionem hoc vel illud ſuſceperit, & egerit, incumbit Domino. Hinc vulgo: Quicquid agunt homines, intentio judicat omnes. argum. l. merito. 51. D. pro Socio. l. quoties. 18. §. qui dolo. D. de probation. l. eum creditor. 55. D. de furtis. Bartolus in l. dolum n. 3. & 4. D. de dolo. Felin. in c. in præſumtione. n. 13. & ibi quoque Decius n. 14. de probation. Roſenthal. in dict. concluſ. 12. n.13. Baldus in l. precibus. n. 21. C. de impuber. & alior. ſubſtit. Schraderus 2. part. 9. partis princ. ſect. 12. n. 39. ubi dicit; ſi Dominus

minus contra Vaſallum ad pœnam privationis experiatur propter talem
actum, qui ſe æquè poteſt habere ad bonum, quàm ad malum, item tàm ad
licitum, quàm illicitum, Dominus non aliter in cauſâ obtinebit, niſi ipſe
de dolo & lata culpa Vaſalli fidem faciat; *per plura allegata ibid.* Quod & 15.
locum habere dicit, quando Vaſallus amicitiam cum inimicis domini con-
trahit: niſi enim probatur, Vaſallum id dolo malo, & in perniciem atque 16.
injuriam Domini feciſſe, Vaſallus feudo non privari, nec accuſatus con-
demnari poteſt. *Andr. Iſernius n. 6. Alvarott. Afflict. & Feudiſtæ in c. ſi
capitanei. Quibus modis feud. amittat. tit. 17. lib. 1. Iacobin. de Sancto Georgio
in tractat. feudali. in verbo. dictique Vaſalli promiſerunt n. 14. verſ. ex hoc in-
fertur. Roſenthal d. concluſ. 12. n. 14. Præpoſitus in c. 1. §. porrò. ibi etiam Iſer-
nius n. 21. Quæ fuit prima cauſa beneficii. Sneidevv. de feud. part. 8. c. 1. n. 59.
Vultejus de feud. lib. 2. c. 11. n. 29. & 52.* Neque enim confeſtim is, qui ac- 17.
cuſatur aut condemnatur reus eſt, ſed is qui convincitur criminoſus ha-
betur, *can. ult. in fin. 15. quæſt. ult. l. ſi ſe non obtulit. 4. §. condemnatum 6.
D. de re judicat. Reuſn. conſ. 1. n. 19. lib. 3. ubi addit*, ac propterea nemo judi- 18.
candus, niſi vel convictus judicio, vel ſpontè confeſſus. Aliter ſi hoc fiat, 19.
ſententia nulla eſt, *c. Eccleſia in fin. & ibi gloſſ. de conſtit. canon. in quenquam.
ibidemque gloſſ. in verb. convictum 2. quæſt. 1. Azo in ſumma. n. 12. C. de pœnis.
Hoſtienſis in ſumm. eod. tit. extra. n. 12.*

Denique in re dubiâ & adiaphorâ, quæ tàm in bonam quàm in malam 20.
partem trahi & torqueri poteſt, præſumitur potiùs doli & maligni animi
abfuiſſe culpa quâm adfuiſſe, hoc eſt, in dubio quis innocens præſumitur 21.
potius, quàm nocens, & interpretatio benignior, ut delictum excludatur,
fieri ſolet, præſertim ſi rerum, temporum & perſonarum conditio, neceſ-
ſitas, vita anteacta, & qualitas idem ſuadeant, tunc facti ipſius qualitas ſe-
cundum qualitatem perſonæ facientis, in meliorem partem interpretan-
da & benignius æſtimanda eſt, *c. 1. de ſcrutinio. c. dudum & cap. ult. de præ-
ſumt. l. cum quidam 24. & ibi gloſſ. in verbo. non offenderint. D. de Legat. II.
l. ſervus 20. ibique gloſſ. in verb. officia. D. de manumiſſis teſtamento l. abſen-
tem D. de pœnis l. omnimodò 30. in princ. & gloſſ. ibi in verbo. licebit. C. de in-
officioſ. teſtam. l. Arrianus 47. D. de obligation. & actionib. c. eſtote de Regul.
juris. canon abſit 11. quæſt. 3. & ibi gloſſ. Baldus in l. merito ſi. in lectur. 2. D. pro
Socio. & in c. licet ex quadam n. 4. D. de teſtibus. Iaſon in l. precibus 8. n. 21.
verſ. excuſat ergò. C. de impuberum ſubſtitution. Hippolyt. Riminaldus in l. ſi
minor. 4. D. de ſervis exportandis. & conſ. 69. n. 21. inter conſ. crimin. lib. 2.
Iulius Clarus in practica. §. final. quæſt. 46. verſ. in dubio autem. Menochius
lib. 3. præſumt. 122. n. 102. prout eos & plures refert Nicolaus Reuſn. conſil. 15.
n. 5. lib. 2. & conſ. 1. n. 30. lib. 3. Auguſtin. in lib. de concordia Evangeliſtar.*
exponit illud Chriſti *apud Matthæum*: Nolite judicare & non judicabimi- 22.
ni; hoc, *inquit*, loco nihil aliud præcipi exiſtimo, niſi ut ea facta, quæ du-
bium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur: de factis 23.
enim mediis, quæ poſſunt bono & malo animo fieri, temerarium eſt judi-
care, maximè ut condemnemus. *ita Hieronymus Cagnolus. de Regul. juris.
ad l. ſemper in dubiis. 56. de Regul. juris n. 1.*

Quomodo autem judex noſſe, quâ conſcientiâ & fide adſeverare, quo 24.
jure & juſtitiâ ſtatuere poteſt, Vaſallum, vel alium reum conſtitutum dolo
malo, animo ſcelerato, & ſtudio nocendi & turbandi pacem publicam, atq;
operâ deditâ objectum facinus commiſiſſe, reo præſertim negante, & con-
trarium probare parato, niſi prius cognoverit cauſam, exceptiones & de-
fenſiones, probarioneſque rei audiverit, & rerum, temporum, & perſona-
rum ſtatum, conditionem & qualitatem examinârit, denique quid facien-
tem moverit & impulerit, & quem in finem hoc vel illud facinus auſus

fuerit, probè conſideraverit. Cognitione igitur cauſæ in his & ſimilibus
25. opus eſt. Nam nemini præſertim Vaſallo optimè merito, ſua poſſeſſio
quamvis injuſta, ſine legitimâ cauſæ cognitione, ne ab ipſo quidem Do-
mino & Imperatore auferenda eſt, *l. ſi pacto quo pœnam.* 14. *Ibique Iaſon C. de
pactis. l. unica & ibi Baldus n. 3. cæterique Doctores communiter C. de prohibit.
ſequeſtrat. & in l. ſi fidejuſſor. 7. §. ult. D. qui ſatiſdare cogantur. Iaſon in l. juſtè
poſſidet. n. 4. D. de acquirend. poſſeſſ. c. conquerente. de reſtitution. ſpoliatorum.
Reuſn. conſ. 1. n. 6. lib. 3. c. 1. de feudo ſine culp. non amitt. 1. Feud. 21. ibi. ſine
cognitâ culpâ non amittat. & in c. 1. Quo tempore miles inveſt.* Vbi hęc Rubrica:
26. Miles non poteſt deveſtiri à Domino ſine culpâ & causâ cognitâ per lau-
damentum Parium, in tantum, ut Vaſallus à Domino ſine cauſæ cogni-
tione dejectus, non minus atque quilibet alius in continenti, ubi amicos
& auxilia habere poteſt, recuperare queat impunè; *ait omnes in §. Si verò.*
27. *De milite Vaſallo qui contumax eſt; concedere Roſent. c. 10. concl. 26. in gloſſ. tt.*
Ita multò magis cauſæ cognitione opus eſt in criminibus, ne judex teme-
rè & præcipitanter ad pœnam & executionem ruat, & inauditum con-
demnet. *l. de quâ re D. de judic. l. quamvis. ibi gloſſ. in verbo. præſentiam. C. de
re judicatâ. l. meminerint. 6. C. Vnde vi. c. 1. in fin. de cauſa poſſeſſ. & propriet.*
28. Sed in condemnando & proſcribendo Friderico Rege cauſæ cognitio om-
29. ninò fuit prætermiſſa, omiſſa, rejecta & neglecta: quanquam ille tamen ſe
judicio offerebat, de jure & innocentiâ ſuâ dócere paratus, & manifeſtè
oſtenſurus ſe non in contemtum & injuriam Imperatoris Ferdinandi, qui
tùm temporis nondum eſſet electus & inauguratus, nec in perniciem Im-
perii, aut ad turbandum pacatum Reipublicæ ſtatum, Diadema Bohe-
micum obtruſum acceptaſſe, & Ordinum illius Regni patrocinium ſuſce-
30. piſſe: ſed ut quieti publicæ conſuleret, & libertatem atque incolumita-
tem Imperii tutaretur & ab imminenti jugo ſervitii & dominationis eripe-
31. ret. Hæ & ſimiles Friderici exceptiones, defenſiones, allegationes & jura
debuiſſent auſcultari, & in cognitionem & examinationem admitti: ſed
ſurdæ & ſtupâ adfectûs, odii, iræ, & vindictæ, oppilatæ aures nolebant ve-
32. ritatis, juſtitiæ, innocentiæ cantum exaudire. Factum interim Friderici
odioſis & ſtomachum ad diras evomendas moventibus amplificationibus,
& exaggerationibus, ſeſquipedalibuſque verbis, more Oratorum, ab ipſo
judice, in ſententiâ & diplomate proſcriptionis nullo accuſatore alio & te-
33. ſte in mundo exiſtente & competente adornatum & deductum fuit. Ne
longius provehamur, & pluribus Doctorum ſuffragiis coacervatis utamur,
libet adſcribere, eâ tamen cum cautione, ut bina aut trina duriuſcula ver-
ba pro non adſcriptis habere velimus, ſententiam & judicium, *quod Petrus
Frid. Mind. lib. 2. de mandatis judicialibus ſine clauſula. c. 13. n.* 10. de ejuſmodi
exorbitantibus & præpoſteris Magiſtratûs adverſus ſubditos proceſſibus,
de jure ſtatuendum eſſe putat. Veriſſimum, *inquit*, eſt, qnod Magiſtratus
ſubditos ſuos coërcere, & in eos ſine omni injnriâ animadvertere poteſt,
34. jure publico & poteſtatis. *l. injuriarum. §. 1. & §. 7. D. de injur.* Sed hoc
catenus, modo juris legitimè & ordine ſervato, citatione, cauſæque co-
gnitione prævia procedatur: juris enim executio non habet injuriam.
35. *d. §. 1.* facti verò & proprii furoris executio, quæ non citatâ nec auditâ
parte, causâque fit vel incognitâ vel malè cognitâ: ea ſanè non jnris eſt, ſed
injuriæ, non juſtitiæ, ſed injuſtitiæ, non æquitatis, ſed iniquitatis, non viri
36. boni, ſed latrunculi, non judicis, ſed tyranni, non Dei, ſed Diaboli. Juris
enim Naturæ, Gentium, civilis, divini & humani eſt, cum cauſæ cognitio-
37. ne & partis citatione procedere, condemnare, punire: ſicuti juſtiſſimus
juxta ac clemenriſſimus Imperator, cæleſtis Imperator & redemtor noſter
prius citabat Adamum, ipſiuſque allegationes audiebat, antequam ei, ſalva
tamen

tamen redemtione & æternâ in Chriſtum ſalute, malediceret, cumque
ex Paradyſo ejiceret. Subditi ergò contra Magiſtratum legitimè, juſte, 38.
rectèque procedentem, nec defendendi à ſuperiore ſunt, nec ſuſtinendi:
Secus verò ubi inverſo ordine, curru ante quadrigas poſito, pœna judi- 39.
cium, condemnatio ſententiam, executio citationem præcedit: & ita con-
tra divinitatis veræqve humanitatis regulam maledictio ex Paradiſo, poſ-
ſeſſione, ſedibuſque dejectio, incarcerationes, arreſta, ſequeſtrationes,
commerciorum, alimentorum, viarum, fluminumque publicorum impe-
dimenta, &c. cauſæ cognitionem antevertunt: tali ſanè monſtroſo, abor-
tivo, centaureo, cyclopico nullitatis proceſſu à ſuperiori, à Camerâ, ab
Imperatore, defendendi, ſuſtinendi, protegendi ſubditi ſunt, illegitimè
& iniquè procedente magiſtratu pœnalibus mandatis coercito & refræna-
to. *Hæc ille.* Quid autem remedii, ſi ipſe ſummus Magiſtratus, ſicut in
hâc Friderici condemnatione, ejuſmodi proceſſu erga eum, quem de-
fendere, quem audire, quem in judicium vocare & admittere debebat,
utitur?

Porrò hoc etiam conſiderandum & notandum eſt, quod in capitula- 40.
tione regiâ, in quam ipſe Judex non minus ac ejus prædeceſſores, conce-
ptis verbis juravit, cautum & per modum contractûs proſpectum ſit, Im-
peratorem ab omni vi & violentiâ in Electores, Principes, & Ordines Im-
perii abſtinere, & ſi quæ inter ipſum & Ordines, vel inter Ordines κατ'
ἀλλήλως controverſia oriretur, eam dijudicationi ordinariæ & conſuetæ ju-
ris ſubmittere. *In capitulat. Maximiliani II. & Rudolphi II. & Matthiæ I.
c. 20. & in Ferdinand. c. 25.* Bannum ſine plenâ cauſæ cognitione in nul- 41.
lum Electorem, Principem, vel alium ordinem decernere; ſed in ejus de- 42.
claratione & promulgatione ordinarium proceſſum, ſecundum Cameræ
Imperialis reformatam anno MDLV Ordinationem & ſecundum ſubſe-
cutas in Comitiis rogatas leges obſervare. *in dictis tribus priorib. capitulat.
cap. 21. & in ultimâ cap. 26.* Item: ſine conſenſu, præſcitu, voluntate atque 43.
permiſſione Electorum res imperii planè non oppignorare, non vendere,
non aliis donare, neque quocunque modo alienare, vel ad alios transferre.
capit. 8. in priorib. capitulat. in Ferdinandi verò cap. 8. Item: Electorum, 44.
Principum, & Ordinum dignitates, jura, privilegia, Regalia, conſuetu-
dines, pacta, potentiam & poteſtatem, juxta cujuſvis ſtatum integra &
illæſa, ſervare, confirmare, atque tueri debere. *in capitulat. primis c. 4.
in Ferdinandi c. 3.* Denique generaliter cavetur in diverſis capitibus, Im- 45.
peratorem in rebus arduis & imperium attinentibus: *capit. 39. in capit. Fer-
dinandi II.* nimirum in legibus & conſtitutionibus ſanciendis: *dict. capit.
cap. 2.* in fœderibus ineundis: *cap. 6. ubique.* in bello decernendo & inci-
piendo: *cap. 9.* in collectis & contributionibus indicandis: *cap. 10. ubi-
que.* in vectigalibus conſtituendis & augendis: *cap. 16. in illis. cap. 17. in
hâc.* in jure monetæ cudendæ concedendo: *in capitul. primis c. 27. in Fer-
dinand. cap. 31.* & in ſimilibus gravioribus negotiis, ſine præſcitu, conſilio,
aſſenſu Electorum nihil poſſe decernere, reſcribere, mandare: ſi fiat,
illud omne nullum, irritum atque invalidum eſſe. *Idem in Aurea bulla, in
Conſtitutionibus Imperii, in Receſſibus comitialibus, ultro citroque cautum atque
ſancitum reperitur.* In primis autem animadvertendum, quod Electores & 46.
Principes Imperii, ex ſingulari privilegio, ex receptâ à majoribus tranſmiſſâ
conſuetudine hoc jus peculiare habeant, ut in cauſis, quæ ipſorum hono-
rem, vitam, famam, exiſtimationem, ditiones & feuda attinent, non poſſint
à ſolo Imperatore, aut domeſtico ejus conſilio & tribunali judicari: ſed à 47.
Paribus curiæ & talibus quidem, qui comparis & æqualis cum ipſis ſint di-
gnitatis & ſtatûs, *Marquard. Freherus de jure Principum* Vom Fürſtenrecht. *in*

informatione quaſtionis: An Imperator in cauſis Principatus, vitam, honorem, & feuda Principum concernentibus, ſolus cum conſilio ſuo aulico cognoſcere & judicare poſſit? An verò Electores & Principes in judicium ſecum adhibere teneatur? Engelbrecht de jurisdictione Imperii. concluſ. 117. quod Imperator in illis cauſis abſque Procerum Imperii tanquam Parium Curiæ conſilio & dijudicatione cognoſcere nequear. *Brandenburgicus Elector, & VVolfgangus VVilhelmus Palatinus in literis ſuis ad omnes Chriſtianos Reges, Principes &c. in cauſa Iuliacenſi. Informatio in cauſa Donnavvertenſi.* Advertendum eſt, *inquit Iacobinus de Sancto Georgio in §. & dicti Vaſalli. pro dictis rebus. n.* 10. quod iſti Pares Curiæ, qui habent cognoſcere de causâ feudali, debent eſſe illius qualitatis, cujus ſunt Vaſalli litigantes. Et ideò ſi Vaſallus litigans cum Domino ſit Comes vel Baro, certè Pares Curiæ, qui habent cognoſcere de illa causâ, ſimiliter debent eſſe Comites vel Barones. *Ita dicunt Innoc. Ioan. Andreas & Panormitan in cap. cæterum extra de judiciis. idem vult Odofredus in ſumm. in tit. qui poſſunt de feudis cognoſcere. & placet Ioann Rey. in c. imperialem. §. fin. de prohibit. feud. alienat per Frider. Ioann. Fichardum conſ.* 13 *n.* 22. *tom.* 2. *ubi tamen dicit,* attendendam eſſe conſuetudinem ſive ſtylum curiæ. At talis eſt in Germaniâ & fuit ſemper uſitatus mos. Hinc *Marchio Albertus Brandenburg, anno* MCCCCLXI. *die aſſumtionis Mariæ, ita reſcribit:* Cuivis, *inquit*, cognitum eſt, Comites, Barones, Equites, Nobiles & Civitates, qui cum Electoribus & Principibus in causâ Ducis Ludovici commixti ſunt, non poſſe judicare de his, quæ ejus honorem & regalia ſpectant. *Et clarius in alio ſcripto:* Hæc omnia, *inquit*, attingunt dignitatem Ducis Ludovici: At nemo de ejus hono-
48. re & dignitate cognoſcere jus habet, niſi qui ſit paris cum eo ſtatûs. Sic legati Ducis Ludovici exceperunt & proteſtati ſunt contra Sigiſmundum Imperatorem quod ipſorum Princeps reſpondere in jure non poſſit, quia non ut Princeps Imperii more conſueto fuerit citatus, nec judicium conſtitutum cum ejuſmodi aſſeſſoribus, quibus fas ſit, de Regalibus Princi-
49. pum cognoſcere. Sic Electores Johannes Georgius Saxoniæ, & Georgius VVilhelmus Brandenburgicus ad Ferdinandum, XII. *Mart.* MDCXXIII. Juriſdictio, *inquiunt*, Veſtræ Majeſtatis hic in dubium non vocatur, ſed ea agnoſcitur, dummodò modus procedendi obſervetur, qualem leges fundamentales & Imperii conſtitutiones requirunt. Cæſareæ quoque Majeſtati Veſtræ, etiam nobis non ſuggerentibus notum eſt, ſecundum commune jus feudale controverſiam inter Dominum & Vaſallum per Pares Curiæ, qui paris ſint nominis, & æqualium inſignium, decidendam & definiendam eſſe: quantò magis in eminentioribus perſonis ii ex præſcripto conſtitutionis, in conſilium adhibendi erant, qui Veſtræ Majeſtatis intimi & confidentiſſimi conſiliarii, & dignitate, honore, ſtatu
50. pares ſunt & æquales illi, qui puniendus eſt. Quod & jura requirunt feudalia, dùm præcipiunt & præſcribunt, quod controverſiâ de privatione feudi, & de feloniâ Vaſalli inter Imperatorem, ut Dominum Feudi, & inter Principem & Vaſallum Imperii exortâ, cognitio & deciſio non ad Imperatorem & dominum, quia iniquum foret, ut in ſuâ causâ judex eſſet, & ſecundum ſe pronuntiaret, ſe ad Pares curiæ ſpectet & pertineat. *§. Præterea ſi inter. De prohibit. feud. alien. per Frideric. c.* 1. *de controverſ. feud. apud Pares determ. c.* 1. *de controverſ. inter Epiſc. & Vaſall. §. ſancimus. ultim. De feudo ſine culpa non amittend. tit.* 21. *& tit.* 22. *§. ſancimus. Quo tempore miles inveſtituram. lib.* 1. *c.* 1. *de milite Vaſallo qui contumax eſt. Feudiſtæ omnes diverſis in locis: maximè in d. §. præterea ſi inter.* ad ipſum Imperatorem extendunt *Baldus in c.* 1. *§. ſi qua controverſ. in princ. de pace conſtant. & in Authentic. omnes, peregrini n.* 7. *C. communia de ſucceſſionib. Zaſius part.* II. *n.* 12.

n.12. de feud. VVeſenbec. de feud. c.17. n.5. ubi dicit, conttariam ſententiam
periculoſam, quandoquidem nec Imperator cum quoquam debeat agere
ſuſpicioſè. *Menoch. de remedio retinendæ poſſ. remed. 3. n. 435. & 438. Gun-
therus, Ligurinus. lib.8. de reb. Friderici. ibi: non tu Domine ſed Curia judex
audiat & certo determinet ordine cauſam. Bald. conſ. 9. n.2. lib.1.* quod ubi-
cunque feudum devolvatur pet feloniam & culpam commiſſam à Vaſallo,
tunc requiratut ſententia pet Pates. *Cardinal. Tuſchus. concluſ. 200. n. 28.
& concluſ. 212. tom.3. Roſenthal c.12. concluſ. 3. n. 1, 2. & Ludolphus Schrader.
part.10. ſect. 5. n.1. & ſeq. ubi demonſtrant*, non ex honeſtate tantùm, ſed ex 51.
neceſſitate etiam Imperatorem vel alium Principem, qui ſuperiorem non
recognoſcit, in cauſis feudalibus judicem eſſe non poſſe; *rationem addunt*:
quia Paribus Curiæ juriſdictio competit ex contractu feudi: quodque Im- 52.
perator & ſummus Princeps In contractibus ſuis utarur jure communi, eo- 53.
demque quo privatus. *Baldus & Iaſon in l.ex imperfecto. C. de teſtament l.de
contractu. 13. C. de reſcindend. vendit. c. 1. de natur. feudi.* Hinc Sigiſmun- 54.
dus Imperator, in Comitiis Ulmæ anno M CCCC XXXIV. celebratis in
causâ Lauenburgicâ Ducatum & Electoratum Saxoniæ concernente in
hæc verba reſcripſit. Cum itàque Principitatus, officium ac jus ſuptadicta
à nobis ac Imperio noſtro in feudum immediatè deſcendant, ac ſecundum
juris communis diſpoſirionem, nec non uſum, morem, ſtylum & conſue-
tudinem Sacri Romani Imperii feudalis contentio pet Dominum feudi ac
Pares Curiæ terminanda ſit, liquet hanc quæſtionem, ſi quæ prætendi po-
terat, ad noſtram & Illuſtrium Archiprincipum noſtrorum S. Romani Im-
perii Electorum pettinere notionem: *In actis Concil. Conſtantienſ. in tom.3.
concilior. general. & in Conſtitut. Imperial. tom.3. anno* M CCCC XXXIV. *Cu-
jacius in tit. 15. lib. 1. vulgò eſt titulus 19. cum hac inſcriptione. Apud quem &
quos Controverſ. feudi. Gevvoldus conſiliar. Bavaricus in commentar. de Sacri
Romani Imperii Septemvir. cap. 9. n.4. poſtquam dixiſſet*, Electores in caſu 55.
Electoralis feudi, tanquam Pates Curiæ intereſſe & adhiberi ſolebant, *hoc
Sigiſmundi decretum adducit*, quod & ipſum Archiprincipes Electores Pra- 56.
gæ *Anno* M DC X. *in controverſia inter Rudolphum Regem & Matthiam Fra-
tres: & iterum Mulhuſii anno* M DC XX. *in cauſa inter Ferdinandum II. &
Ordines Bohemiæ*, repetiris decretis declaraſſe & confirmaſſe *ait Melchior* 57.
*Goldaſt. de Regno Bohemiæ. lib 4. cap.9. n. 1. & lib.3. cap.3. num. 4. adde Be-
ſoldum de Iuriſdictione Imper. Rom. cap. 13. Arumæum diſp. Academ. in diſ-
curſ. XI. in princip.* Sic Fridericus III. litem, quam Ludovicus Bava- 58.
tus & ejus filii Henricus & Albertus contra Ludoviocum Bavarumagna-
tum habebant, ad judicium Patium Curiæ remiſit.

Et hoc maximè locum habere fas eſt, quando Impetatoris intereſt, vel 59.
cauſa eum quoquo modo tangit: tunc omninò à judicandi officio abſtine-
re, & rem litemque omnem Parium, hoc eſt, Electorum & Ptincipum Im- 60.
perii cognitioni & definitioni ſubmitrere debet, exemplo antiquorum Im-
peratorum. Æternâ memoriâ dignum eſt, quod Sigiſmundus Imperator 61.
in literis ſuis ad Conradum Electorem Moguntinum Anno M CCCC XXVI.
hiſce verbis reſcripſit: Cum tantâ negotiotum mole onerati, deciſioni cau-
ſæ iſtius vacare nequeamus, præſertim proptetea quia nobis jus ſuper iſtas
provincias prætendentibus integrum non ſit, in propriâ noſtrâ causâ judi-
cis munus obire, ipſa quoque lis nobile Imperii feudum concernat: habi-
tâ cum Principibus, Comitibus, & Conſiliaris noſtris deliberatione, omni-
no æquitati convenire arbitramur, ut non niſi Proceres Imperii de iſtâ con-
troverſiâ judicent & cognoſcant. Diligentet autem & ab omni tempore 62.
Electores & Principes anniſi ſunt, ut genus hoc judicii, quod per Pares Cu-
riæ & Proceres Imperii expeditur, obſervaretur, & vigorem ſuum obtine-
ret,

ret, nec ipſi ab aliis judicibus, quam qui æqualis cum ipſis eſſent dignitatis & ſtatûs judicarentur, ſedulò caventes, ne Imperatori liceret Conſiliarios, & adminiſtros ſuos domeſticos, quales ſunt aſſeſſores & Præſes in conſilio aulico Imperiali, in quo hodiè controverſiæ & cauſæ Principum deciduntur in judicium adhibere & aliquem Electorum vel Principum pro arbitratu ſuo, propriâ auctoritate ex plenitudine poteſtatis, ſpreto & neglecto Parium Curiæ, hoc eſt, Electorum & Procerum Imperii conſilio & aſſeſſione, proſcribere, damnare, honoribus, vitâ & fortunis privare: ideo proceſſibus in Aulico iſto conſilio decretis ſeſe ſemper, Proteſtantes imprimis, oppoſuerunt, & pro præcipuo gravamine habuerunt & judicârunt, quod cauſæ majores, feuda, dignitates, vitam, honorem, religionem Principum attinentes, ibi deciderentur plerumque ex affectu, odii in hanc, favoris in

63.

64. illam partem. Hinc non immeritò judices iſtos ut ſuſpectos, & incompetentes, non tàm juſtitiæ quam Cæſaris commodo, quod omnibus aliis con-

65. ſiderationibus præferre coguntur, addictos recuſare ſoliti ſunt. Sic Electores Moguntinus, Trevirenſis, Palatinus, Saxo, Brandenburgicus, *in literis ſuis ad Imperatorem Maximilianum* I. *exaratis, Herbipoli, die Iovis poſt Luciæ Anno* MDII. rogant, ut Cæſatea Majeſtas aulicos proceſſus, citationes & mandata contra Electorem Colonienſem promulgata antiquare, &

66. cauſam Ordinario juri, ſecundum Conſtitutiones relinquere velit. Anno ſequenti iidem Electores Moguntiæ congregati *in literis ad Imperatorem* conqueruntur pari modo de Proceſſibus Aulicis, & requirunt Cæſarem, ne iſtis ſe gravet, contra Conſtitutiones Imperii. *Literas ipſas vide in actis Lun-*

67. *dorpii tom.* I. *libr.* I. Eandem querelam ſeu gravamen, ita enim appellitatur, Ordines & Proteſtantes apud Cæſarem Rudolphum *per ampliſſimas literas* XVIII. *Februar. Anno* MDCI. *& paulo poſt eodem anno per Legationem ſolemnem maximoperè* urſerunt; Cæſari quidem non aliter cognitionem cauſarum, quæ Principes & Ordines attingunt, competere, quàm Electoribus & Principibus Imperii ſimul in judicium & conſilium adſcitis & adhibitis, deducendo & inculcando. Id Rudolphus valdè indignè tulit, ſibi ſoli omninò cognitionem in cauſis de Principatibus & Feudis Regalibus Imperii competere & reſervatam eſſe reſcribens, XX. *die Auguſti, illo ipſo anno.* Verùm Principes & Ordines in eo non acquieverunt, ſed ſequentibus annis magis quàm anteà contra proceſſus ex conſilio aulico promanantes conqueſti ſunt. Tandem *Anno* MDCIX. miſſo Principe Chriſtiano Anhaltino enixiſſimè obrogârunt, ut proceſſus iſti qui contra declinantes forum & invitos decernuntur, inhiberentur, cancellarentur, & antiquarentur. Tale enim judicium & tribunal Cæſareum domeſticum eſſe introductum contra leges, libertatem & conſuetudinem Imperii, illiuſque decreta contra declinantes, præpoſtera, nulla, & illegitima. Imperator non minus quàm anteà indignabatur, & ſibi cognitionem & jus judicandi, & iſtiusmodi cauſis tanquam ſpeciale reſervatum Majeſtatis compe-

68. tere: Anhaltinus contra id proteſtatus fuit, obteſtando & declarando Ordines, ſi aliter fieri nequeat, ſibi ipſis proſpecturos, & contra exorbitantes iſtos proceſſus ſemet legitimè defenſuros. Certum enim eſſe Conſiliarios & aſſeſſores iſtius Tribunalis abuti nomine, auctoritate atque poteſtate Cæſareâ ad opprimendum Ordines & ad quietem & tranquillitatem pu-

69. blicam turbandam. In eandem ſententiam & nonnihil vehementius ſcripſerunt Ordines confederati Proteſtantes, correſpondentes vocabantur, *die* XXVII. *Iulii Anno* MDCX. *ad Rudolphum*, ubi hoc velut præcavendo & proteſtando annexerunt: Se, *inquiunt*, ſi quid incommodi & damni Imperio ex iſtâ re obveniat, excuſatos fore, neque ſibi vitio vertendum, ſi ſalutem, & incolumitatem Patriæ, & neceſſitatem legitimæ defenſionis aliis

aliis rationibus præferant, & rem ita inſtituant & gerant, quemadmodum ab ipſis requirat jurisjurandi religio, & fides atque caritas erga Imperium & Patriam. *Hæc ex actis Lundorpii. d. tom. 1. lib. 1. tum ex continuatione Schleidani & Thuani, & ex Mercurio Gallo-Belgico ſuccenturiato illorum annorum: imprimis ex actis & literis in puncto gravaminum Rodolpho anno* MDCX. *Praga & Ratisbonæ anno* MDCIII *&* MDCIX. *& eodem in loco Matthiæ Imperatori oblatis anno* MDCXIII. *pluribus cognoſcere licet. Adde informationem juris & facti in cauſâ Donavverdenſi: Item deductionem Electorum, Principum, & Ordinum de Proceſſibus aulicis Cæſareis Rodolpho anno* MDCI. *menſe Februario exhibitam.*

Genus verò illud judicii, quod per Pares Curiæ, & eos quidem qui cum 70.
delato, accuſato, judicando & condemnando paris ſint ordinis & condi-
tionis expeditur, non ſolùm in Germaniâ inter Principes Imperii frequen-
tatum & uſitatum perhibetur: ſed illius veſtigia adhuc luculenta in Gal- 71.
liâ & Angliâ, inde ab antiquis & primis Francorum & Langobardorum
inſtitutis, remanent & extant, dum in cauſis quæ vitam & honorem Opti-
matis ſeu Paris Regni, ut ſunt Principes, Duces, Comites, Barones, con-
tingunt, non Parlamentum, ſed Pares Regni ejuſdem Ordinis & juris judi-
ces ſint. *Choppinus de Dominio Franciæ. lib. 3. c. 7. Hottomannus in Franco-Gallia c. 17. Bodin. de Republ. lib. 6. cap. 4. Thomas Smid de Republic. Anglorum.*
Sic in Regno Neapolitano in criminalibus Comites & Barones non niſi 72.
per Pares Curiæ judicantur. *Marianus Freccia de different. feudor. Regal. n. 9.
11. & different.* 1447. Apud Romanos non erat Conſuli lege permiſſum, 73.
de capite Civis, hoc eſt, de vitâ, libertate, honore, familiâ, jure ejus quæ-
ſtionem & judicium injuſſu populi habere. *In tabulâ* IX. *Legum* XII. *Tabb.
Lex ita cavet:* De capite Civis, niſi per maximum Comitiatum, hoc eſt, cen- 74.
turiatis comitiis ne ferunto. *Ibi Iacob. Gothofred. Roſinus de Antiquitatib. Patræus, Ravardus, Hottomannus, Vrſinus, & alii qui leges iſtas enucleârunt. Pomponius in l. 2. §. Exactis deinde Regib. 16. & §. & quia. 23. D. de Origine Iur. Cicer. lib. 3. de Legib. & in Orat. pro Publio Sextio. & in Verrem. Nicolaus Gruchius de Comitiis Roman. lib. 1. c. 2. circa finem: ubi dicit,* Lege Porciâ cau-
tum fuiſſe, ne Civem Romanum virgis cædere, aut ullo ſervili ſupplicio af-
ficere liceret: Lege verò Semproniâ ne de capite Civis Romani injuſſu
Populi judicaretur: quicunque contra jus ſuæ libertatis civem Romanum 75.
quaſi Peregrinum tractaſſet, tanquam oppugnator libertatis Romanæ reus
perduellionis ad populum fiebat. Jus enim Civitatis totum erat penes 76.
Populum, ideoque judicio Populi meritò ſubjiciebatur, qui contra Leges
de jure civitatis ac libertatis populi quicquam fecerat. *Hæc ille.* Quod ſi 77.
nunc comparatione inſtitutâ perpendimus minimum & proletarium Ci-
vem Romanum hoc privilegium habuiſſe, ut non potuerit ab ullo alio
Magiſtratu, quàm ab univerſo Populo, comitiis centuriatis in ſuffragiâ
miſſo judicari, nec vitâ, honore, & jure civitatis niſi per concives & con-
tribules privari: Si pariter attendimus nullum hodiè in Galliâ & Angliâ 78.
Ducem, Comitem & Baronem, ſive Parem Regni; qui tamen cum aliquo
Electore & præpotentiore Principe Imperii comparatus, tàm dignitate &
auctoritate, quàm poteſtate & amplitudine ditionum, juribuſque liberta-
tis inferior erit, poſſe ab ignobilibus judicibus judicari & condemnari: ſed
requiri ut æquales & compares ejus judicium & cauſam diſceptant: eò ma- 79.
gis in ſtuporem abripimur & ad dolorem, indignationem & deteſtationem
commovemur, quod hâc noſtrâ calamitoſiſſimâ, injuſtitiæ, tyrannidis, vio-
lentiæ fæcundâ tempeſtate, Archiprincipes, Electores, Duces & Optima-
tes Imperii, qui ſplendore Generis, tùm honorum & facultatum copiâ, de-
niq; potentiâ, libertate & Regalium jurium poſſeſſione & exercitio cæteros

 Euro-

Europæ Principes antiſtant, & præpollent, ſolo unius Imperatoris, & quidem in ſuâ causâ, & ſecundùm ſe pronunciantis, nutu, adhibitis in conſilium adminiſtris ſuis aulicis: Electoribus verò & Principibus Imperii, veris aſſeſſoribus & Paribus Curiæ inconſultis & prætetitis, imò & contradicentibus, nullo inſuper ordine & formâ judicii obſervatâ, nullâ cauſæ cognitione, neque citatione præmiſsâ, inaudiros, indefenſos, crimen objectum pernegantes, & innocentiam ſuam probare paratos proſcribi, læſæ Majeſtatis, perduellionis, conjurationis, rebellionis & commiſſæ feloniæ damnari, dignitatibus, ditionibus, juribus & feudis regalibus, omnibuſque divinis & humanis, per vim & injuſtam, nullam & præcipitem ſententiam privari & ſpoliari; innocentem prætereà ſobolem & agnatos à ſucceſſione avitorum & gentilitiorum bonorum, quæ non beneficio Patris obveniunt, ſed majorum ſtipulatu, accedente lege Imperii toti generi ordine ſucceſſivo quæſita ſunt & jure proprio primogenitis comperunt, depelli & removeri. O miſeram & deplorandam talium Principum conditionem, quæ nihil, vel parùm in hoc, ſi nempè in abſolutâ Imperatoris poteſtate poſitum eſſe debeat, eos arbitratu ſuo punire, & fortunis evolvere, cum ſorte viliſſimorum ſervorum & mancipiorum cataſtæ & ergaſtulo incluſorum, in quæ Domini & Mangones jus vitæ neciſque uſurpant, dif-
80. fert. Sed nemo ignorat, rem hanc novam eſſe, & in Imperio hactenus nunquam, niſi ſemel & iterum ab eo tempore, quo Auſtriaco-Hiſpani re-
81. rum potiti ſunt, auditam. Si enim priorum temporum hiſtoriam replicamus, inveniemus, nullum quaſi Electorem aut Principem Imperii inde à Carolo Magno ad Carolum Quintum Auſtriacum uſque, proſcriptum, & fortunis ſuis, dignitate, juribus & feudis orbatum fuiſſe, niſi in ſolemnibus comitiis, Electoribus & Principibus Imperatori aſſidentibus, & ſententias ſuas viritim libera voce profetentibus, obſervato etiam juris ordine, hoc eſt, citatione emiſsâ & cauſæ cognitione præmiſsâ, conveniente quoque termino ad reſpondendum reo, & ſuas defenſiones & exceptiones producendum præfixo: ſicut ex infinito exemplorum numero hæc in Taſſilone ultimo Bavariæ Rege & Duce, in Henrico Leone, Saxoniæ & Brandeburgi Electore, & in Ottocaro Rege Bohemiæ, & Henrico Bavaro, in Henrico Lotharingo, Ottone Palatino Wittelſpachio, Henrico Marchione de Anderſee, in Conrado Bavaro, & Ottone quoque Bavaro: de quibus omnibus dicitur quod in frequenti Senatu Pontificum & Principum, quod judicio Optimatum ex concilii decreto, quod citati antè omnia & convicti, & cum cauſæ cognitione, unoquoque Principum ſententiam ſuam viritim & ordine dicente, proſcripti & in bannum declarati fuerint. *Ita tradunt Sigonius lib. 2. hiſtor. Aventinus lib. 5. 6. & 7. Nauclerus 1. Generat. 37.*
82. *& 45. vol. 2. Peucerus in Chronico Philippi Melancthonis.* Hinc Elector Saxoniæ in Senatu per Oratorem ſuum inter alia hæc præferri voluit: Quod Comitis Palatini, *inquit*, proſcriptionem, proſcriptioniſque executionem attinear, ſe palàm profiteri, illam ſine ſuo conſilio eſſe inſtitutam, ac proindè alium meritò proceſſum obſervandum, Electoreſque velut in re graviſſimâ & maximi momenti, ex qua totius Imperii exitium, ſicut teſtatur experientia, dependet, in conſilium juxta capitularionis Regiæ præſcriptum adhibendos fuiſſe, & vel ideò, quia de Electore & membro collegii Electoralis quæſtio eſt, & dicta capitulatio claris verbis præcipiat, nullum Electorem, aut alium Imperii Principem inauditum, ſine ordinario juris pro-
83. ceſſu proſcribi debere. Proindè ſuperiorum temporum Imperatores tàm circumſpectos hac in re fuiſſe animadvertimus, ut non ſolùm Electores & Principes, ſed & univerſi Imperii Ordines de ſua ſententia interrogarint, ac demùm ſecundùm illorum opinionem proſcriptionis Tabulas promulgarint,

gatint, & executionem demandarint; quod innumera exempla, inpri- 84.
mis illa noviſſima proſcriptionis Magdeburgenſis, quæ tamen unius dun-
taxat Civitatis ſalutem ſpectabat, & executionis Gothanæ, quarum utra-
que in comitiis centuriatis; illa *anno* CIↃIↃLI. *hac* CIↃIↃCLXIV. *&*
CIↃIↃCLXV. Auguſtæ Vindelicorum tempore Caroli V. Ferdinandi I. & 85.
Maximiliani II. decreta fuit, abundè ſatis atteſtatur. Carolus V. prout in-
ter Auſtriacos primus fuit, qui Monarchiam & abſolutum in Imperio, imò
in univerſa Europa & Orbe Chriſtiano Dominatum affectavit: ita etiam
primus fuit, qui neglecto & ſpreto Electorum, principum & Ordinum
ceu Parium Curiæ, conſilio & judicio, unum aut alterum Principem vi-
delicet Saxoniæ Electorem & Landgravium Haſſiæ proſcribere, & digni-
tate, feudis, fortunis privare & exuere, res denique Imperii pro arbitratu
ſuo ordinare, & feuda Regalia, propriaque ejus bona ſuæ familiæ & po-
ſteritati vindicare auſus fuit, haud infelici ſucceſſu propter Principum &
Ordinum inter ſe diſcordiam.

Superiorum verò ſæculorum Imperatores, leges & ſanctiones Imperii, 86.
tùm Privilegia & jura Principum, denique capitulationes ſuas, & ſtipula-
to promiſſas conditiones, nonnihil exactiùs & ſtrictiùs, quam hodiè, ubi
regnandi causâ jus violare, & alio modo pietatem colere, pars eſt pruden-
tiæ & non minima virtus Regnantis, fieri ſolet, obſervare, ſui honoris, fi-
dei, famæ & conſcientiæ intereſſe putabant. Idcirco vix ullam rem ar- 87.
duam & majoris momenti, quæ vel ad Reip. ſalutem, incolumitatem, ho-
norem, ſecuritatem, vel ad ejus noxam & perniciem damnumque aver-
tendum & occupandum ſpectaret, extra comitia tractaſſe legimus. Nam
quandocunque vel novæ leges condendæ vel veteres corrigendæ, quando
membrum aliquod à corpore Imperii reſcindendum, & aliud in ejus locum
ſurrogandum, hoc eſt, quando aliquis Procerum in ordinem cogendus,
proſcribendus aut damnandus & alius ei ſucceſſor ſubſtituendus, quando
feudum Regale Imperio apertum alicui benè merito Principi conferen-
dum, & nova inveſtitura facienda, altiorque dignitas concedenda, vel
aliqua Provincia & territorium in Ducatum vel Principatum erigenda,
quando Reges, Duces, Principes creandi, aut aliquis in numerum & album
Ordinem Imperii adſcribendus, quando pax vel bellum decernendum,
aut ſimile quid, cujus Ordinum & Procerum Imperii, corporiſvè Reip.
intereſſet, conſtituendum, ſuſcipiendum & peragendum erat: tùm con-
ventus & comitia agitabant, Electores & convocabant, & in conſilium atq;
dijudicationem adſciſcebant, quorum ſententiis & ſuffragiis more majo-
rum rogatis & auſcultatis, demùm & non anteà, ſicut noſtra ætate apud
Auſtriacos moris eſt, ſtatuebant, declarabant, præcipiebant, decernebant
& exequebantur, quæ communi omnium conſenſione & judicio approba-
ta & concluſa, quæque ex uſu Reipub. tùm juſtitiæ & æquitati, temporum
quoque rationi, rerum hominumque conditioni conformia erant judica-
ta, ſicut id ex hiſtoriarum monumentis, ſatis ſuperque manifeſtum eſt.
Nihil minus ſibi permiſſum, nihilque magis probroſum eſſe putabant, 88.
quàm aliquid quod ad Imperii corpus pertineret, propriumque eſſet, alie-
nare, diſſipare, vendere, oppignerare, amittere, ſubtrahere, ſibi & ſuis
privatim acquirere, vindicare & mancipare. Non enim Dominos ſe, nec 89.
Heros, & proprietarios rerum, bonorum, feudorum, dignitatum & Rega-
lium Imperii: ſed adminiſtratores, Rectores, Curatores, Tutores, Advo-
catos Reipublicæ, Paſtoreſque Populi æſtimabant, dicebant atque gere-
bant: & veri Auguſti, qui pomæria Imperii dilaterent, & ejus potentiam, 90.
vires, viroſque augerent, non imminuerent, attererent, aut in cenſum &
patrimonium ſuum bona Reipublicæ propria redigerent, dici & haberi

91. volebant. Non enim ignorabant res, bona, & dignitates Imperii eſſe totius corporis civilis ſive myſtici regni, ſicut dignitates & bona Eccleſiaſtica ſunt Eccleſiarum: non autem in marſupio & patrimonio Principis, ideò
92. etiam in præjudicium eorum quorum ſint, aut præter eorum voluntatem caput nihil poſſe, *ut eſt apud Ioannem de terrâ rubeâ in tractat. de rebellibus.*
93. *tractat.* 1. *artic.* 2. *concl.* 24. Hinc Conſtitutio Imperatoris Rudolphi I. de non concedendis feudis Imperii, ſine conſenſu Electorum *apud Melchio-*
94. *rem Goldaſtum in Conſtitution. Imperii.* Wenceſlaus Imperator ob hanc potiſſimùm cauſam, quod Regalia & Feuda Imperii, & ſpeciatim Ducatum Mediolanenſem ſine conſenſu Electorum, Joanni Galeatio dederit, & alienarit, depoſitus & exauctoratus fuit. *Nauclerus Generat.* 46. *Roſenthal de*
95. *feudis cap.* 10. *concluſ.* 11. *n.* 11. (*ubi addit*: quod hodiè vigore capitulationis Imperator Regales dignitates Imperio apertas, Ducatus, Principatus &c. ſine conſilio & voluntate Septemvirûm Electorum Imperii reinfeudare
96. non poſſit.) *Arniſæus de Iure Majeſtatis libro* 1. *cap.* 5. *num.* 51. Quanquam tamen idem Imperator agnoſcebat, ſe non ex animi ſui ſententiâ in rebus ad Imperium & univerſos Ordines ſpectantibus, aliquid ſtatuere poſſe; ſed conſilio Principum & Electorum uti debere. Ita enim ad Regem Galliæ tùm temporis ſcribit: Vobis, *inquit*, abſque Regum & Principum, quorum in hâc parte res agitur, quorumque conſilia vitare non poſſumus; quia quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, & quod à pluribus quæritur, faciliùs invenitur, reſponſum non valuimus exhibere. *Extat hoc Re-*
97. *ſcriptum. in Conſtitut. Imperial. tomo* 1. *per Goldaſtum fol.* 139. Sic Fridericus I. Imperator ad Legatos Papæ; Quamvis, *inquit*, non ignorem, ad tanta negotia non ex animi mei ſententiâ, ſed ex conſilio Principum me
98. reſpondere debere. *Conſtitut. tom.* 3. *fol.* 337. Ipſe Imperator Ferdinandus in reſponſo ſecundo quod Joanni Digbio Oratori Britannico anno MDCXXI. dedit, ſe excuſat, quod ſine communicatione & conſilio eorum, qui ex Imperii legibus & naturâ ſuâ conſulendi & interrogandi ſint, non poſſit Regi Jacobo in cauſâ reſtitutionis Palatini, tanquàm in re Imperii ſummam concernente, gratificari. *Ita enim ait:* Neque rem ullam gratiorem jucundioremque ſuæ Majeſtati contingere potuiſſe, quam ſi ea Sereniſſimi Regis poſtulata fuiſſent, quibus ſtatim aſſentiri, idque benè merendi ſtudium ac voluntatem rebus ipſis declarare potuiſſet. Nunc cùm ea, quæ pro genero ſuo Rex ſereniſſimus contendit, hujuſmodi ſint, ut ſummam Imperii quadantenus, pacem nimirum bellumq; concernant, equidem ſuæ Majeſtati perſuaſiſſimum eſt, Sereniſſimo Regi non poſſe improbari, id, quod abſque dubio in ſimili re ipſe non omitteret: Nimirum quod ad eorum potiſſimùm conſilium Majeſtas ſua negotium hoc diſtulerit, qui ex Imperii legibus, partim naturâ ſuâ, partim ita communicatis cum Majeſtate ſuâ periculis meriti ſunt, ut eorum conſiliorum non debeant eſſe exper-
99. tes. Hic Imperator agnoſcit neceſſe eſſe, ut in recipiendo in gratiam Friderico adhibeat in conſilium eos, quos Imperii leges adhibendos eſſe præcipiunt: cur non æquè neceſſe eſſe judicabat, cum iiſdem communicare conſilia, cum Fridericum condemnaret, proſcriberet, bonis omnibus exueret, & ſenatu Septemvirali removeret: eumque dignitatem Electoralem Bavaro committeret, eumque in Collegium in locum Friderici cooptaret? An minus Imperii intereſt, præcipuam ejus columnam & fulcrum labefactare & evertere, quàm eam immotam ſuo loco relinquere, aut
100. reſtituere? An majorem Imperator poteſtatem & jus habet in condemnando & proſcribendo aliquo Principe & Electore Imperii, quàm in reci-
101. piendo eum in gratiam & reſtituendo? Illudnè ex abſolutâ poteſtate & ſuo arbitrio inſciis & inconſultis ac ſpretis Electoribus & Principibus: hoc

verò

verò niſi cum eorum conſilio & aſſenſu facere poſſe veriſimile eſt? Qui li- 102.
beram damnandi poteſtatem habet, is abſolvendi quoque habet: qui
unum eorum non poteſt, nec alterum poteſt, *l. qui damnare 3. D. de re ju-*
dicat. l. nemo qui condemnare. 37. de Regul. Cui non licet quod minus eſt, non 103.
debet licere quod majus eſt. *l. non debet. 21. D. de Regul. Iur.* Plus eſt dam-
nare, quam abſolvere, aut reſtituere: favorabiliorque cauſa abſolvendi & 104.
reſtituendi, quam damnandi & proſcribendi. *l. Arrianus ait. D. de action.*
& obligation. Gothofredus in d. l. qui damnare. gloſſ. h. Quin Ferdinandus 105.
hoc noverit, non eſt dubium: ſed in eo conſiſtebat cardo rei, quod in pro-
ſcribendo Friderico & transferendo Electoratu nolebat à quopiam impe-
diri, aut ſibi contradici, ne propoſitum, quod fixum animo ſedebat, in du-
bium vocaretur, aut moram pateretur: in petitâ verò reſtitutione Fride-
rici, quià ab eo totâ mente abhorrebat, & nihil minus quam eum in gra-
tiam recipere cogitabat, civilitatis uſurpandæ & declinandæ invidiæ gratiâ
prætexebat hanc excuſationem.

CAPUT XXVIII.

ARGUMENTUM.

Cum itaque indubitati juris ſit, Imperatori nequaquam fas eſſe, in ſuâ causâ judicem ſimul & accuſatorem eſſe, nec aliquem Archi-Principem ἄκλητον, non adhibitis Electoribus & Principibus Imperii, condemnare poſſe; quemvis evidenter agnoſcere, quid de Proſcriptione Friderici Palatini judicandum ſit, nempe eam, ut ſententiam judiciario ordine non ſervato latam, nullam eſſe.

Hic autem regeri, affirmando, Electores à Cæſare legitimè convocatos hunc contra Fridericum Regem proſcriptionis proceſſum, tùm etiam tranſlationem Electoratus in Ducem Bavariæ ratam habuiſſe: verùm reſponderi, Electores quidem fuiſſe convocatos primò Mulhuſium, ſed ibi de proſcriptione nihil, minus de tranſlatione Electoratûs concluſum fuiſſe; cujus utique rei luculentiſſimus ſit teſtis Elector Saxoniæ in literis ſuis ad diverſos Principes de hâc re exaratis; tùm quoque Septemvir Moguntinus in ſuis ad Iohannem Comitem Palatinum Vipontinum ſcriptis: Idem teſtari Legatos Regis Daniæ in replicâ ad Cæſaris reſponſum datum, in quo Ferdinandus proſcriptionis à ſe publicatas tabulas multis argumentis defendere conaturus, innuerat, illam cum Electorum aſſenſu in conventu Mulhuſiano decretam & approbatam fuiſſe. Literas quoque ipſas ab Electoribus ad Fridericum Regem è conventu Mulhuſiano exaratas Proſcriptionis omninò non meminiſſe, quod ſanè omittere non potuiſſent, ſi ea ipſis conſentientibus decreta fuiſſet.

Adhæc cum Saxo animadverteret Cæſarem omnibus modis Proſcriptionem eupere feſtinatam & promulgatam, atque eum in finem conſenſum ſuum potiſſimum urgere, palàm diſſuâſiſſe, Cæſarem non poſſe ſine ſolemni convocatione omnium Electorum eorumque conſenſu proſcriptionis ſententiam ferre & publicare: Quod ipſe etiam Ferdinandus Imperator in literis ſuis ad Electores Moguntinum & Saxonem, Archiducem Albertum, Ducem Bavariæ & Comitem Zollern exaratis non diffiteatur.

CONSPECTUS.

1. CUm itaque indubitati juris ſit, Imperatori nequaquam jus eſſe, in ſuâ causâ judicem, teſtem ſimul & accuſatorem eſſe, niſi velit legem regiam ſuamque, jurejurando confirmatam, abrogatam.

2. Nec aliquem Archiprincipem ἄκλη-

tur neglecto ordine juris, non adhibitis in judicium Electoribus & Principibus Imperii condemnare poſſe.

3. In cauſâ præſertim feudali, quando de privatione feudi ob imputatam à Domino feloniam Vaſallo agatur.

4. Quemvis deprehendere, quid de proſcriptione Friderici Palatini judicandum ſit.

5. Manifeſti ſcilicet juris eſſe, ſententiam judiciario ordine non ſervato latam, ipſo jure nullam eſſe.

6. Judicare enim eos de ſubditis dignè non poſſe, qui in ſubditorum cauſis ſua vel odia vel gratiam ſequantur.

7. Boni Principis & cujuſcunque judicis officium eſſe, prius audire quàm judicare.

8. Maximè in criminalibus cauſis, ubi de honore & vitâ agatur.

9. Idque exemplo Dei, qui etſi notum habuerit lapſum Adæ, tamen eum inauditum condemnare noluerit.

10. Judicem, non ſervato ordine juris procedendo, privatum reputari:

11. Et ſpoliatum à tali judice ante omnia reſtituendum eſſe.

12. Adeò ut judici, abſque cauſæ cognitione procedenti licitè reſiſti poſſit:

13. Quia tanquam privatus procedere dicatur.

14. Judicem non obſervantem juris ordinem vel debitam conſuetudinem non juvari ratione officii;

15. Cum in illud deliquerit contra naturam ipſius officii.

16. Cognoſcere juris ordine non ſervato, eſſe jus alterius auferre.

17. Judicem non eſſe judicem, ſi non in eo ſit juſtitia.

18. Juſtitiam autem fieri dici, quando juris ordine ſervato procedatur, & litigatores, cauſæ ſuæ merita explicantes, patienter audiantur.

19. Tam autem neceſſariò requiri ad evitandam iniquitatem ſententiæ proceſſus ordinarii obſervationem, ut nec partes facere poſſint, quin ordo judicarius obſervetur.

20. Nec per pactum partes, nec judicem tollere poſſe ordinem judiciarium, & ſic jus publicum.

21. Sententiam verò ita præcipitatam non mereri nomen ſententiæ, nec poſſe vel debere executioni mandari:

22. Nec legis, nec judicis executioni ſubjacere:

23. Imò nec ullo tempore convaleſcere.

24. Quanquam enim nullitati 30. annis præſcribi putent Doctores;

25. Tamen contrarium verius eſſe.

26. Nullâ enim taciturnitate, nec aliquo temporis curſu ſententiam nullam confirmari.

27. Præſertim ſi ex capite incompetentiæ judicis ſcilicet juriſdictionis nullitas deſcendat, tum eam perpetuò opponi poſſe.

28. Etiam poſt tres ſententias conformes.

29. Reddique ſententiam ipſo jure nullam.

30. Tum opinionem illam de præſcriptione nullitatis tantum locum habere, quando nullitas non ſit evidens.

31. Sed quando manifeſta ſit, ut in caſu noſtro, tunc perpetuò de eâ agi poſſe, non attento ullo curſu temporis.

32. Nullitatem nunquam tranſire in rem judicatam.

33. Sed hîc objici, Electores à Cæſare legitimè convocatos, hunc contra Fridericum Regem proſcriptionis proceſſum, tum etiam tranſlationis Electoratûs in Ducem Bavariæ ratum habuiſſe.

34. Imò Cæſarem ſecundum Conſtitutiones Imperii denunciationem banni, ejuſque executionem decreviſſe.

35. Verum reſponderi Electores quidem fuiſſe convocatos primò Mulhuſii anno 1619. ſed ibi de proſcriptione nihil, minus de tranſlatione Electoratûs concluſum fuiſſe.

36. Cujus rei teſtis ſit luculentiſſimus Elector Saxoniæ in literis ſuis, ad Ioannem Caſimirum Saxoniæ Ducem ſcriptis.

37. Et in aliis ad Ioannem Comitem Palatinum Bipontinum exaratis.

38. Moguntinus quoque in literis ſuis ad eundem Joannem Bipontinum datis.

39. Idem atteſtari legatos Regis Daniæ in replicâ ad Cæſaris reſponſum datum, in quo Ferdinandus proſcriptionis à ſe publicatas tabulas multis argumentis defendere conaturus haud obſcurè innuiſſet, illam cum Electorum conſenſu in conventu Mulhuſiano decretam & approbatam fuiſſe.

40. Literas quoque ipſas ab Electoribus è conventu iſto ad Fridericum exaratas μηδὲ γρῦ φθέγγεσθαι, nec proſcriptionis meminiſſe vel verbo, quod ſanè omittere non potuiſſent, ſi illa ipſis conſentientibus decreta fuiſſet.

41. Ex his & aliis mox adducendis teſtimoniis apparere, nihil in primo illo conventu de proſcribendo Friderico, aut de Electoratu in Bavarum transferendo actum.

42. Neque Electores more majorum interrogatos fuiſſe, ſententiaſvè ſuas viritim dixiſſe.

43. Ta-

43. Talem autem extrinſecam & ſubſtantialem ſolemnitatem non præſumi.

44. Imò potius quia ſpeciatim expreſſa non fuerit, quod tamen fieri jura requirant, contrarium præſumi.

45. Adhæc cum Saxo animadverteret Cæſarem omnibus modis proſcriptionem cupere feſtinatam & promulgatam, atque eum in finem conſenſum ſuum potiſſimum urgere, de cæterorum Electorum adſtipulatione nihil ambigentem, palàm diſſuaſiſſe; Cæſarem non poſſe nec debere ſine ſolemni convocatione omnium Electorum eorumque conſenſu proſcriptionis ſententiam ferre & publicare.

46. Quod ipſe Ferdinandus Imperator in literis ſuis ad Suicardum Electorem Moguntinenſem exaratis;

47. Et ad Comitem Zolleranum datis;

48. Et ad Ducem Bavariæ ſcriptis;

49. Et ad Archiducem,

50. Ipſumque Electorem Saxoniæ miſſis non diffiteatur.

QUæ cum ita ſe habeant, & explorati indubitatique juris 1.
ſit in ratione & naturali æquitate, tum in legibus & ſanctionibus pragmaticis fundati, Imperatori nequaquam jus & fas eſſe in ſuâ causâ judicem, teſtem, ſimul & accuſatorem eſſe, nec poſſe, vel ex plenitudine poteſtatis, niſi velit legem regiam, ſuamque jurejurando confirmatam, & cum Electoribus nomine totius Imperii ſtipulantibus in vigore contractus initam, abrogatam, conculcatam & antiquatam, aliquem Archiprincipem inauditum καὶ ἄκλητον, neglecto & repudiato ordi- 2.
ne juris, & formâ proceſſus, in lege præſcriptâ & neceſſariò requiſitâ, non adhibitis in judicium & conſeſſum Electoribus & Principibus Imperii,
condemnare, proſcribere, bonis & honoribus evolvere, in causâ præſer- 3.
tim feudali, quando de privatione feudi ob imputatam à Domino felo-
niam Vaſallo agitur: quivis ſenſu communi præditus depræhendit & evi- 4.
denter agnoſcit, quid de proſcriptione & condemnatione Friderici Palatini, ubi judex in ſuâ causâ & ſecundùm ſe pronunciavit, ſimul etiam teſtem & accuſatorem, quia nemo erat qui deferebat, accuſabat, aut teſtimonium ferebat, egit: ubi nulla figura judicii & ordo juris fuit obſervatus, nec Electores & Pares Curiæ in conſilium advocati, ſed cuncta præproperè, præcipitanter, confuſè, illegitimè, prout impetus & impotentia animi judicantis, & utilitas atq; ultio ſuadebant & ſuggerebant, acta, feſtinata
& promulgata fuerunt, judicandum & ſtatuendum ſit? Manifeſti ſcilicet 5.
juris eſt, & ſicut ſæpiùs inculcavimus ſententiam judiciario ordine non ſervato latam, ipſo jure nullam eſſe, & impunè contemni & ſperni poſſe. *l. pro-*
latam. C. de ſentent. & interloc. l. 1. C. de execut. rei judic. canon: judicare de 6.
ſubditis dignè nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſua vel odia vel gratiam ſequuntur, *canon. ſummoperè 70. & can. ſervetur iſta ſententia 73. canon. quicunque aut conſanguinate 80. & can. unicuique providendum. 82. cauſa XI. quæ. 3. can. 10. nullum ante verum. ibi ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quicquam aliquis agat. can. judicantes oportet cuncta rimari, & ordinem rerum. 11. cauſa 30. quæ. 5. l. ſi cum nulla D. de re judicat. l. nec quicquam. 9. §. ubi decretum 1. D. de offic. Proconſ. Doctores in l. de pupillo §. meminiſſe. D. de novi operis nuntiat. l. prohibitum eſt. C. de jure fiſci. lib. 10. ibi gloſſ. in verb. reſiſtentibus. l. omnes judices de Decurionib. eod. lib. Angel. in §. curare. Inſtit. de actionibus. l. factum. D. de Reg. jur. Hippolyt. in ſingular. 354. Speculat. in tit. de judic. delegatis. §. ſupereſt. verſ. item ſe inimicus. Abbas & Felinus in c. accedens in 2. notab. ut lite non conteſtat. l. qui juriſdictioni. D. de juriſdiction. omn. judic. ubi per omnes & per Doctores in cap. cum veniſſent. De judic. Baldus & Salicetus in l 1. C. si adverſ. donat. Gail de pace publ. l. 1. c. 5. ubi dicit, num 4.*
Boni Principis & cujuſcunque judicis officium eſſe, prius audire, quàm ju- 7.
dicare & condemnare, non præcipitare judicium, neque ab executione, ſed

à ci-

8. à citatione & cauſæ cognitione incipere, maximè in famoſis & criminali-
9. bus cauſis, ubi de honore & vita agitur, idque exemplo Dei, qui etſi no-
tum haberet lapſum Adæ, tamen eum inauditum condemnare noluit, ſed
10. ad ſe prius vocavit. & n.8. ex Bartolo, Felino & Decio dicit, judicem non ſer-
11. vato ordine juris, procedendo, privatum reputari, & ſpoliatum à tali ju-
dice ante omnia reſtituendum eſſe. d. l. factum. c. conquerente. de reſtitut.
ſpoliat l. meminerint. C. unde vi. Boër deciſ.238. n. 4. part. 2. Menoch. de re-
cuperandâ poſſeſſ. remed.8. per totum. Marant.diſp.1. n.30. Panormitan. in d.c.
12. conquerente. adeò ut judici procedenti abſque cauſæ cognitione in præju-
13. dicium alterius impunè non pareatur, ſed licitè reſiſti poſſit; quia tanquam
privatus procedere dicatur; & de facto, ut idem Gail obſerv.76. n.3. docet.
per d. c. conquirente & d. l. prohibitum eſt. C. de jure fiſci. Anachar. conſ. 248.
n.2. Felin. in c. dilectus 11.4. de Reſcriptis. adde Mynſing. 5. obſ.18. Roland. à Val-
la conſ.16. n.12.13. & ſeq. ubi Baldum in conſ.336. vol. 4. & Marſil. in practica
14. in §. ſucceſſivè n.3. citans. ex hoc refert, quod judex non obſervans juris ordi-
15. nem vel debitam conſuetudinem redigatur ad inſtar privati, nec juvetur
ratione officii, cum in illud deliquerit contra naturam ipſius officii. Hinc
dixiſſe Baldum in c.1. §. ſeu furtum & ibi Afflictus in.4. notab. in 10. de pace ju-
16. rejurand. firmand. quod cognoſcere juris ordine non ſervato, ſit jus alterius
auferre. Marſil. in d. practica in §.2. n.69. idem voluiſſe. Panormitan. in d.
c. conquerente. Decius conſ.220. n.1. Hippolyt. d. ſingul. 354. Felinus in d. c. di-
lectus n.4. de Reſcript. Quo pertinet illud quod dicitur in c. foris eſt exercen-
17. darum litium locus. 10. §. Iudex dictus. de verbor. ſignif. judicem non eſſe ju-
dicem, ſi non ſit in eo juſtitia c. judices ille. 13. quæſt.7. quia qui caret re, ca-
ret & nomine. l. à nullo C. de feriis. Iacob. de bello viſu. Practic. criminal. l. 3.
18. c.20. n.4. Juſtitia autem fieri dicitur, quando juris ordine ſervato procedi-
tur, & litigatores cauſæ ſuæ merita explicantes, patienter audiuntur, in-
quit Gail d. lib.1. de pac. public. & obſerv.5. n.9. per textum in l. judices. cum
Authentic. ſequens. C. de judic. Decius conſ.483. n.1. & 2. Doctores in l. prola-
19. tam. C. de ſentent. & interloc. omn. judic. Tam autem neceſſariò requiritur
ad evitandam nullitatem & iniquitatem ſententiæ proceſſûs ordinarii ob-
ſervatio, ut nec partes facere poſſint, quia ordo judiciarius & ejus ſolenni-
tas atque forma, à lege præſcripta, obſervetur. Angel. in l. nemo poteſt. D. de
Legat.1. per gloſſ. in clement. 1. verbo neceſſario. de Verb. ſignif. c. ult. de re ju-
dic. lib.6. l.1. C. de execution. rei judic. Authentica. offeratur. C. de lit. conteſtat.
20. & ita Mynſing. reſponſ.29. n.31.32. ubi nec per pactum partes, nec judicem
tollere poſſe, ait, ordinem judicarium & ſic jus publicum. l. jus publicum. D.
21. de pactis. Ioann. Andreas & Doctores in c.1. de libelli oblation. Sententia verò
ita præcipitata & nulla non meretur nomen ſententiæ, nec poteſt, vel de-
bet executioni mandari. l. 4. §. condemnatum & ibi Doctores D. re judicat.
22. Clementin. Paſtoralis. extra. eod. Nec legis, nec judicis executioni ſubjacet.
l. ſi ferialis. D. de feriis. l. ſi quis filio. §. quid ſi quis D. de injuſto. rupto. irrit. teſt.
l. 2. §. teſtamentum D. quomodo teſtam. aperiantur. l. non putavit. 8. §. non
quævis. 2. D. de bonorum poſſeſſ. contra tab. Mynſing. reſponſ.47. n.11. decad.5.
23. imò nec ullo tempore convaleſcit. Quanquam enim nullitati triginta an-
24. nis præſcribi putent Doctores: Baldus in l. quidam in ſuo D. de condition. in-
ſtitution. & l. licet. C. de jure deliberandi. Inſtitut. de perpetuis & temporalib.
actionibus in princip. c. in cæteras de ſentent. & re judic. Gail 1. obſ.127. num.8.
25. VVurmſer. tit.24. obſerv.36. Mynſing. reſponſ.43. n.36. decad.5. tamen con-
trarium verius eſſe demonſtrat idem Mynſing. Reſponſ.17. n.5. per Alexandr.
conſ.59. verſu etſi opponeretur. lib. 4. Salycet. in l. ſi ut proponis C. quomodo &
26. quando judic. ubi nulla taciturnitate nec aliquo temporis curſu ſententiam
27. nullam confirmari dicit; præſertim ſi ex capite incompetentiæ judicis, ſeu
juriſ-

juriſdictionis nullitas deſcendat, tum ea perpetuò opponi poteſt, etiam 28
poſt tres ſententias conformes, redditque ſententiam ipſo jure nullam. 29.
Decis. Gulmanni lib. 2. decis. 28. Gail 1. obſ. 42. n. 11. & obſerv. 123. n. 2. per gloſſ. communiter approbatam. in element. 1. d. ſequeſtrat. poſſeſſ. in §. final. Decius conſil. 520. n. 12. & conſil. 681. n. 24. textus in l. 1. §. hae autem verba. D. quod quiſque juris. Socin. Senior. conſ. 83. n. 6. volum. 4. Mynſing. centur. 6. obſerv. 4. n. 6. & 7. & obſervat. 77. Deinde notandum, opinionem illam de præſcri- 30.
ptione nullitatis locum habere, quando nullitas non eſt evidens, ſed velata, ut de eâ certò non conſtet: ſed quando manifeſta eſt & evidens, ut in 31.
caſu noſtro, tunc perpetuò de eâ agi poteſt, non attento ullo curſu temporis. *ita Mynſing. d. Reſponſ. 17. n. 7. ex mente Baldi in l. datâ operâ column. antepenult. teſte Ioanne Franciſco Balbo. de præſcriptione in parte partis principal. quæſt. 32. n. 4.* & hoc eſſe quod vulgo dici ſoleat; Nullitatem nunquam 32.
tranſire in rem judicatam. *Adde Gail 1. obſerv. 42. n. 12. per Alexandr. conſil. 77. n. 9. & n. 11. volum. 2. & conſil. 106. n. 28. vol. 3. Doctores in l. expreſſim D. de Appellation.*

Sed hic regeritur & objicitur affirmando Electores à Cæſare legitimè 33.
convocatos hunc contra Fridericum Proſcriptionis proceſſum, tùm etiam Tranſlationis Electoratûs in Ducem Bavariæ votis & ſententiis ſuis comprobaſſe & ratum habuiſſe: ſummâ, Cæſarem ſecundum conſtitutiones 34.
Imperii, quæ notoriis violatoribus pacis publicæ pœnam ipſo jure, ſine ſolemnitate judicii infligendam & exequendam decernant & præſcribant, declarationem & denunciationem banni, ejuſque executionem feciſſe, decreviſſe & ſuſcepiſſe. *Vide tractatum inſcriptum, Iuſtitia Cæſarea.*

Verùm reſpondetur paucis, quod quidem Electores fuerint convocati 35.
primò Mülhuſii, anno MDCXIX. ſed ibi de proſcriptione nihil, minùs de tranſlatione Electoratûs aut de inveſtiendo Duce Bavariæ actum, deliberatum aut concluſum fuiſſe, teſtis locupletiſſimus Elector Saxoniæ, in lite- 36.
ris ſuis ad Johannem Caſimirum Ducem Saxoniæ ſcriptis XIII. Octobris. MDCXX. ubi ex hoc fundamento refutat dictum Friderici, (quamvis illud Fridericus nunquam agnovit, ſed de eo ſatis ſe Electori Saxoniæ purgavit) qui auſus fuiſſet in quodam reſcripto vocare conventum illum einen blutrath vnd winckelſchluß / *αἱματοβουλίαι* & clandeſtinum in angulo fabricatum Senatuſconſultum. In conventu hoc, *inquit*, nihil aliud concluſum fuit, quàm Palatinum Electorem per omnis generis ſolidas & benè fundatas rationes inducendum & permovendum eſſe, ut occupatum regnum Bohemiæ, & incorporatas provincias relinquat, & legitimo ſuo Domino & Poſſeſſori, qui diu ante ipſum Palatinum, in Regem Bohemiæ ab omnibus Ordinibus fuerit electus, coronatus, unctus, receptus & agnitus, cui etiam juramentum fidelitatis à ſubditis præſtitum ſit, quemque etiam Cæſar defunctus inveſtiverit, reſtituat; præterea ſubditos & regnicolas, ut à rebellione & pertinaciâ ſuâ deſiſtant, adhortandos & commonefaciendos eſſe, hâc additâ clauſulâ, ſi ſecus fecerint, cæteros Electores & Principes pacis ſtudioſos hanc rerum perturbationem non eſſe diutius toleraturos, neq; permiſſuros, ut ipſorum Imperator in hunc modum deſpiciatur; nequaquam verò deſerturos collegam ſuum & ſeptimum Electorem, quem pro tali ipſe quoque Palatinus agnoverit: ſed coactum iri ut media circumſpiciant, per quæ auctoritas tùm Capitis, tùm Electoris conſervetur, & Regnum Bohemiæ, tanquam nobile feudum Imperio remaneat illæſum. Hoc Senatuſconſultum Electori Palatino, tùm regnicolis Bohemiæ inſinuatum, poſtea etiam typis, ad omnium cognitionem divulgatum fuit. An verò illud, communi conſenſu Electorum & Principum, quibus ſalus Reip. curæ fuerat, quique imminentia atque gliſcentia & ante oculos ſtantia mala

avertere cupiebant; rogatum & promulgatum, mereatur appellari ſan-
guinolentum & in angulo procuſum decretum, hoc judicio pacificorum
& cordatorum virorum relinquitur. *Hæc Saxo*: qui adhuc clarius *in literis
Torgoviæ 9. Auguſti 1620. ad Iohannem Comitem Palatinum Bipontinum;*
37. Quod, *inquit*, expeditionem Burgundicam ab Electorum & Principum
Mülhuſii congregatorum conſilio procedere putas, de eo non rectè infor-
matus es. Cum veritate enim atteſtamur, de expeditione iſtâ in conven-
tu nullam factam mentionem, neque aliquam conſultationem ideo inſti-
tutam, multò minus aliquid de proceſſibus banni, quorum meminiſti, con-
38. cluſum & decretum fuiſſe, ſicut acta & protocolla id pluribus teſtantur. In
eandem ſententiam ad eundem Johannem Bipontinum ſcripſit quoque
Moguntinus. Regis Daniæ Legati in Replica ad Cæſaris reſponſum VII.
39. *die Iunii ano* MDCXXI. *datum*, in quo Ferdinandus proſcriptionis à ſe pu-
blicatas tabulas multis verbis & argumentis defendere & excuſare conatu-
rus haud obſcurè innuerat, illam, Electorum cum conſilio & aſſenſu in con-
ventu Mülhuſiano decretam & approbatam fuiſſe: idem atteſtantur, dùm
ita ſcribunt: Non latet, *inquiunt*, Sereniſſimum Regem noſtrum, nihil
plane de Proſcriptionis proceſſu Mülhuſii concluſum aut decretum fuiſſe;
neque etiam ignorat, quid eâdem de causâ poſtea cum Electore Saxoniæ
ad juſtificandam potiſſimum & accelerandam Expeditionem Belgicam
40. adverſus Palatinatum tractatum fuerit. Literæ ipſæ ab Electoribus è con-
ventu iſto ad Fridericum 16. die Octob. anno MDCXIX tum aliæ identi-
dem $\frac{xi}{xxi}$ Marr. anno ſequenti exaratæ, (*μηδὲ γρῦ φθίγγει*); in his quidem Friede-
ricum monent Electores, ut mandatis Cæſareis caſſatoriis & annullatoriis
electionis Bohemicæ pareat (Cæſar enim interea, dum Electores congre-
gati erant, mandata illa proprio ſuo motu, (nullam enim conſensûs & ap-
probationis Electorum mentionem in illis fecit) emiſerat) ſed proſcriptio-
nis aut pœnæ decretæ non meminerunt vel verbo, quod ſanè omittere non
potuiſſent, aut voluiſſent, ſi ea ipſis conſentientibus & cognitoribus decre-
41. ta fuiſſet. Ex his & aliis mox adducendis teſtimoniis & documentis evi-
denter apparet, nihil in primo illo conventu de proſcribendo Friderico,
42. aut de Electoratu in Bavarum transferendo actum, neque Electores more
43. majorum interrogatos fuiſſe, ſententiaſvè ſuas viritim dixiſſe. Talis au-
tem extrinſeca & ſubſtantialis ſolemnitas non præſumitur. *l. quacunque §.
final. D. de publicianâ in rem. l. ſi fortè. D. de caſtrenſi peculio. Pariſius conſ. 36
volum. 4. Rolandus à Valla conſ. 15. volum. 1. num. 12.* quod pro ſolemnitate
tali præſumatur; *& conſil. 44. eodem volum. n. 26. & conſil. 26. volum. 3.
n. 13, 14. ubi dicit*; quod rogatus quis non præſumatur, niſi de eo appareat:
& hanc eſſe cummunem & magis communem *per Alexandrum in conſ. 48.
column. penult. vol. 5. & conſ. 153. column. 3. volum. 2. Decius in cap. 1. n. 20.*
44. *de fide inſtrumentor.* imò potius quia ſpeciatim expreſſa non fuit, quod ta-
men fieri jura requirunt, contrarium præſumitur.
45. Adhæc cum Saxo animadverteret Cæſarem omnibus modis proſcri-
ptionem cupere feſtinatam & promulgatam, atque eum in finem conſen-
ſum potiſſimùm urgere, de cæterorum Electorum adſtipulatione, Eccle-
ſiaſticorum dico, nihil ambigentem, palàm diſſenſit & diſſuaſit, Cæſarem
non poſſe, neque debere, ſi leges Imperii ſalvas & inviolatas velit, ſine ul-
46. teriore & ſolemni convocatione omnium Electorum, eorumque conſenſu
proſcriptionis ſententiam ferre & publicare, quod ipſe Ferdinandus in
literis ad Suicardum Electorem Moguntinenſem 1. die Julii, anno MDCXX
exaratis non diffitetur. Nam ſe binas illas difficultates & remoras, quæ
impediant, quò minus ad ſcopum ſuum tam citò pervenire nequeat, adhuc
deprehendere ſcribit; nempe quod Elector Saxoniæ in proſcriptionem
con-

conſentire nolit, ſed neceſſe judicet, ut cum cæteris Coelectoribus ulterior communicatio habeatur. Deindè quod Bavarus & Saxo diverſarum ſententiarum ſint in modo aggreſſionis contra rebelles Bohemos faciendæ. Ut autem omnes difficultates removeantur, & periculum in morâ poſitum avertatur, ſe ad utroſque Johannem Georgium Hohenzolleranum miſiſſe, nec dubitare quin ambo illi jàm inter ſe convenerint, nobiſque promiſſum & decretum in conventu Mulhuſiano auxilium ſine dilatione ſint præſtituri. Et quoniam, *inquit*, tanti referat Proſcriptionem, quam in hoc caſu de jure, & per Conſtitutiones Imperii, & ſecundum conſilium & promiſſum ab Electoribus Mülhuſii nobis datum, ſine ullâ aliâ morâ promulgare non poſſe arbitramur, publicare, eamque valdè libenter videremus promotam: attamem cum ignoremus, quid in hoc negotio legatus noſter Comes Zolleranus apud Electorem Saxoniæ effecerit, nobis verò & cauſæ oppreſſæ omnis, & vel minima mora, ſicut notum eſt, noxia ſit, imò rebus ſic ſtantibus planè pernitioſa, utque ambages, quantùm fieri poteſt, præſcindantur, communicamus vobis, quæ hoc ipſo die ad dictum Comitem, & ad Albertum Archiducem, Bavarumque ſcripſimus. Ex quibus apparet nos omninò in tuo & illorum fideli conſilio acquieſcere, facturos & omiſſuros quæ vobis probabuntur. Sin verò judicaveris Electoris Saxoniæ exceptionem tanti eſſe momenti, ut ad Proſcriptionis actum abſque novâ Electorum convocatione, vel cum illis conſultatione perveniri nequeat, te gratioſè & amicè rogatum velim, ut quanto ocyus ea præparatoria, media & vias amplectaris, per quas res iſta, quantùm ullâ ratione humanâ fieri poteſt, acceleretur. In literis prædictis *ad Comitem Zolleranum*: Spe quidem freti, *inquit*, te apud Electorem 47. obſtantes difficultates propter bannum, in cujus feſtinam declarationem fieri noſtrâ tanti, ut ſcis, refert, removiſſe, & omnes ambages, ſi quæ fuerunt, præſcidiſſe: Verùm ſi contra ſpem noſtram Elector diſponi nequeat, ut cum ipſius conſenſu Proſcriptio, de quâ tamen ab initio cum Electoribus communicavimus, & juxta illorum ſententiam, comminationem in eventum præmiſimus, jam ſtatim publicetur, quod tamen nos jure & ſecundùm conſtitutiones Imperii, & ex conſilio atque promiſſione nobis ab Electoribus factâ facere ſine morâ poſſe, exiſtimamus, & libenter admodùm acceleratum illud negotium videre cupimus: ideò, ſed in jam dictum eventum ſolummodò Archiducem Albertum & Bavarum miſſo curſore per literas requiſivimus, ut conſilium ſuum Electori Moguntino extemplò aperiant, & cum eo conveniant, quid nobis in eventum ratione Proſcriptionis faciendum ſit. Si Saxo in ſententiâ ſuâ perſiſtit, & Albertus Bavaruſque idem cum eo ſentiant, eum enixè rogatum velimus, ut rem apud Coëlectores ſuos, quantâ fieri poteſt diligentiâ commendet & anticipet, ne diu detineamur, ſicut ex exemplis literarum noſtrarum hîc adjunctis pluribus videre potes. Quapropter tibi injungimus, ut hunc curſorem eâ ſolâ de causâ ad te miſſum, porrò ad Electorem Moguntinum expedias, eumque de ſucceſſu negotiationis tuæ certiorem facias, diligentiſſimè requirendo, ut in continenti, non ullâ horâ amplius perditâ, ea media & vias arripiat, per quas negotium feſtinetur, neque nos in causâ Proſcriptionis diutius detineamur. *In literis ad Ducem Bavariæ eodem tempore ſcriptis*: Ex meis, *inquit Ferdinandus*, literis ad Legatum meum Comitem 48. Zollerenſem, & ad Moguntiæ, Saxoniæque Electores, & ad Archiducem Albertum ſollicitudinem meam deprehendere potes, & quid faciendum cenſeam ſi Elector Saxoniæ in opinione ſua de proſcriptione non accelerandâ præter ſpem permaneat. Utcunque res eat, ego inprimis in veſtro & Archiducis auxilio & in executione atque diverſione, quam adverſus

ſus ſuperiorem & inferiorem Palatinatum, etiam non expectatâ banni declaratione ad recuperationem regni mei vos ſuſcepturos mihi recepiſtis, fiduciam meam colloco. Cum præſertim ſummum periculum in morâ ſit, & hoſtis noſter cottidiè viribus augeatur: neque etiam veriſimile ſit, Saxonem reapſe moturum, niſi te primam aggreſſionem facere, & in Bohemiam movere videat; Quod ſi verò contra expectationem contingeret, ut Saxoniæ Elector ſpretis meis rationibus, quas in medium pro urgendâ & deproperandâ belli declaratione, proponi curavi, innuendo me ex toto corde cupere omnes ambages, ulteriores deliberationes, & conventus moratorios præſciſos, ſuæ ſententiæ inſiſtere vellet, tùm prudenti tuo judicio committo, an neceſſe judices, me concedere debere, ut antequam Proſcriptio promulgetur, propter ſolum Saxonem, cujus tamen opinionem eò directam accipio, ut iſta ratione tantò faciliorem expeditionis & executionis in Collegio ſeptemvirali decretæ, & in ſe ſuſcipiendæ excuſationem apud conſacraneos ſuos mereatur, alia adhuc convocatio, aut ſententiarum exquiſitio, in quam tota hyems ferè inſumetur, inſtituatur: an verò Saxo dictam Proſcriptionem, quam alias de jure quoque & ſecundum conſtitutiones Imperii, cognitionemque Electorum & Principum Mùlhuſii congregatorum (quantum ego quidem ex relationibus & informationibus tranſmiſſis intelligere potui) decernere poſſem citra Electoris
« Saxoniæ aſſenſum ex ſuaſionem, promulgare debeam; ut nimirum per-
« multi Ordinum, qui nunc Palatini partibus adhærent ab ejus defenſione
« revocentur. Num verò etiam timendum ſit, ne, ſi contra Electoris Saxoniæ conſilium & diſſuaſionem Banni declaratio publicetur, ipſe offenſus & alienatus à nobis, cum omnibus ſuis gregalibus, qui dimidiam prope-
« modum partem Imperii conſtituunt, ſecedendi occaſionem ſumat; cum
« tamen eo caſu, quo conventum haberi neceſſe foret, Electores Eccleſiaſtici nihilominus majora ſuffragia, quibus deinde ſine dubio Saxo acceſſurus
" ſit, facere queant, atque ita aliqua tantum temporis jactura fieret: Interea tamen executio, quam in Burgundicis ſuppetiis fundo, jure belli diver-
49. tendo & avertendo fieri, & hoſtis debilitari poſſet. Ad Archiducem in eandem ſententiam ſcriptum fuit; Ad Electorem Saxoniæ die XXIX Au-
50. guſti. MDCXX inter alia Ferdinandus. Quod declarationem banni attinet, literas tuas & conſilium ita accipimus & intelligimus, ut putemus te, ex hâc causâ quod publicationem banni fieri neque conſultum, neque ex dignitate eſſe ideò arbitreris, quod ad executionem ejus propter impedimenta perveniri nequeat, ſtatuere totum illud negotium hoc tempore relinquendum, & ea potius media amplectenda eſſe, de quibus Legato noſtro confidentiſſime locutus es, ſicut ille nobis pluribus retulit, hoc etiam addens, te non ampliùs propter proſcriptionis declarationem conventum Electorum urgere, imò ultrò conſiteri, quod hoc rerum ſtatu haud facilè conventus talis haberi queat, atque intereà multum temporis conſumendum eſſet, quodque ſubſequenti tempore, modò nunc decretæ expeditiones, & banni executio reapsè ſuſcipiantur, publicatio illius à nobis, abſque aliâ cum Electoribus conſultatione, commodè fieri poſſit. Ex ejuſdem Comitis relatu etiam intelleximus te hortari, ut Archiducem Albertum ad progreſſionem maturandum permoveamus; illud quidem à nobis jam factum, eumque in procinctu eſſe ſcias. Sed cum univerſas Unitorum vires contra ſe habeat, remque difficiliorem ante publicationem banni experturus ſit, ipſeque ideò à nobis enixè flagitet, ut tàm ad juſtificandam ſuam expeditionem, quàm ad ſeparandos hoſtes proſcriptionem publice-
« mus: ſiquidem in eâ potiſſimùm expeditionis ſuæ fundamentum ponit, noſque ei pridem promiſerimus, nos proſcriptionem ſub id tempus, quo
cum

cum exercitu progredietur, publicaturos, quia illud citra Imperialium ſanctionum violationem, quod in hoc caſu clarum eſt, fieri poſſit: cumque etiam ratio illa, à te in medium allata de proſcriptione effectu caritură, jam remota ſit, dum Spinola ſe potenti ſuo exercitu, & Deo adjuvante, illud effecturum confidit: Ideò non videmus, cur banni declarationem, quæ aliàs de jure fieri poteſt, diutius differre debeamus, Archiduce præſertim, « cui ſanè præcipuum executionis opus incumbit, tam inſtanter eam ef- « flagitante.

Caput XXIX.

ARGUMENTUM.

Etſi in conventu Mülhuſiano nihil de proſcribendo Friderico Rege & de tranſlatione Electoratûs in Bavarum decretum ſit, nihilominus tamen ad auxilia Ferdinando ferenda Electores qui adfuerint, ſe alligari paſſos eſſe, mandata monitoria Cæſarea approbaſſe, & Fridericum Regem ſeverè hortatos eſſe, ne illis parere differret. Contra hæc autem mandata caſſatoria & monitiones Electorum Fridericum Regem exceptiones ſuas oppoſuiſſe, & de injuriâ ſibi illatâ conqueſtum eſſe: imò ea omninò nulla eſſe & contra capitulationem Regiam demonſtraſſe.

Sciendum autem mandatum caſſatorium non haberi pro citatione, & tali monitioni neminem teneri parere, qui juſtam habeat excuſationem. Deìndè judicem proſcriptionis ulterius proceſſiſſe & non tàm mandata ſua caſſatoria, quam ipſam executionem banni ante ſententiam declaratoriam fieri voluiſſe & mandaſſe.

Quid nunc de tali præpoſtero proceſſu & judicibus hoc modo procedentibus judicandum ſit, ipſam rationem & naturalem æquitatem definire. Adhac cogniti juris eſſe, judicem recuſatum non poſſe ulterius procedere: Ipſam inſuper executionem non tàm inde nullam, quod ante ſententiam mandata fuerit, ſed quod ad executionem citatio fuerit omiſſa; deindè quod hæc executio planè innocentes tertios pupillos & viduas oppreſſerit. Inſuper Electorem Saxoniæ & Ducem Bavariæ ſuſcepiſſe executionem contra Fridericum Regem causâ incognitâ, & cæteris Ordinibus inconſultis, quod fieri Conſtitutiones Imperii prohibeant; imò modum quoque in executione exceſſum fuiſſe.

Porrò Electores & Principes nunquam fuiſſe convocatos ad dicendam ſententiam de proſcribendo Friderico, & Bavaro in ejus locum ſurrogando, etſi poſtea unus & alter ſententiam proſcriptionis approbârit, non ad rem facere: Vota etiam non collegialiter, ſed particulatim promſiſſe: Præterea non potuiſſe ratam habere ſententiam proſcriptionis, quia nulla fuerit.

Adhac judicem proſcriptionis ſingulari zelo omnes occaſiones proſcribendi Fridericum Regem acquiſiviſſe: quid autem de tali judice judicandum, nemini obſcurum eſſe.

Anno 1622. ab Imperatore Ratisbonam quidem evocatos fuiſſe Electores, & cum iis aliquot Principes Imperii, ut præſentiâ ſuâ tantum approbarent, quæ Cæſar jam dudum de proſcribendo Friderico Rege & tranſlatione decreverat, inveſtituræ Bavariæ pompam aſpicerent, & de bello continuando Fridericoque penitùs delendo conſulerent.

CONSPECTUS.

1. MAnifeſtum eſſe in primo conventu Mulhuſiano nihil in conſilio de proſcribendo Friderico Regi & de tranſlatione Electoratûs in Bavarum decretum fuiſſe.

2. Nihilominus tamen ad auxilia Ferdinando

nando

nando contra Fridericum Regem & Bohemos ferenda Electores qui adeſſent ſeſe alligari paſſos eſſe.

3. Deindè mandata monitorialia in tantum approbaſſe;

4. Ut Fridericum Regem ſeverè hortati ſint, ne illis parere differret.

5. Mandata autem illa continuiſſe comminationem declarationis pœnarum in Conſtitutionibus Imperii expreſſarum.

6. Sub quâ Friderico Regi præciperetur, ut intra unius menſis ſpatium regno decederet, & illud Ferdinando reſtitueret, ab armis & Bohemorum ſocietate decederet, & domi ſuæ quietè ageret.

7. Idem ferè ad Principes, Ordines & Civitates Imperii, quibus & mandatum fuerit, ne Fridericum Bohemoſque quacunque re juvarent, reſcriptum fuiſſe.

8. Contra hæc autem mandata caſſatoria & monitiones Electorum Fridericum Regem exceptiones ſuas oppoſuiſſe:

9. Et cauſas ob quas neque Cæſarem neque Electores & Principes iſtos judices ferre poſſet in medium adduxiſſe, conquerendo de injuriâ ſibi illatâ.

10. Injuſtum enim eſſe, quod nonnulli Electores & Principes cauſam hanc ad ſe ſolos trahant.

11. Eamque ſuo arbitratu decidendam ſumant,

12. Nimis brevi termino ad parendum mandatis præfixo arctent,

13. Contra ſe bellum decernant,

14. Seque inauditum, indefenſum & non vocatum injuſtitiæ condemnent.

15. Cum tamen alii Electores id non præſumant.

16. Imperatorem Ferdinandum in hâc controverſiâ partem eſſe,

17. Ideò ei cognitionem, an Bohemis libera abdicandi & eligendi Regis poteſtas de jure competat,

18. Electioque ſui & abdicatio Ferdinandi juſta, an verò illegitima pronuncianda ſit, minimè competere.

19 Neque excuſari poſſe, quod Imperator cauſam ſuam privatam ſub prætextu poteſtatis Cæſareæ fovere prætendat, atque ita ſemetipſum in propriâ cauſâ judicem conſtituat.

20. Conſiliarios enim aulicos intempeſtivè admodum ſibi in hâc cauſâ judicandi officium arrogaſſe.

21. Cum tamen neque ejus conditionis ſint, neque à Principibus tales agnoſcantur, qui capaces habeantur, ut de Electorum & Principum cauſis cognóſcere valeant.

22. Cum igitur proceſſus iſti & mandata ipſo jure nulla ſint,

23. Contraque capitulationem regiam;

24. Sibi vitio verti non poſſe, quod illis cum honore & conſcientiâ parere nequeat.

25. Rem prætereà eſſe altioris indaginis, quam cum amicis & ſociis communicare, & eorum ſententias exquirere neceſſe habeat.

26. Tempus & terminum ad defenſiones ſuas proponendas concedendum.

27. Se enim innocentiam ſuam cauſæque juſtitiam coram judicibus competentibus tam manifeſtam facturum, ut univerſus orbis Chriſtianus conſilia ſua & actiones ſit probaturus:

28. Deprehenſuruſque non penes ſe, ſed penes adverſam partem ſtare, quo minus in Imperio pax ſtabiliri & juſtitia adminiſtrari valeat.

29. Sciendum autem mandatum monitorium & caſſatorium non haberi pro citatione; imò potiùs condemnatione.

30. Ideo tali monitioni neminem teneri parere, qui juſtam habeat excuſationem.

31. Nam dari ſolùm ad pœnitentiam.

32. Si mandatum & ſententia ſit, ipſo jure nullam eſſe, ſicut declarationem banni.

33. Deinde judicem proſcriptionis nihilominus ulterius proceſſiſſe, & non tam mandata ſua caſſatoria, quam ipſam executionem banni etiam ante ſententiam declaratoriam fieri voluiſſe & mandaſſe.

34. Executione autem ſuſceptâ & feliciter ſuccedente atque ad umbilicum fere deductâ, tùm demùm ſententiam declaratoriam banni ſecutam eſſe.

35. Et præceſſiſſe banni & pœnarum annexarum executionem aliquot menſes ſententiam banni.

36. Quid nunc de tali proceſſu præpoſtero, quid item de judicibus hoc modo procedentibus judicandum ſit, ipſam rationem & naturalem æquitatem definire.

37. Adhæc cogniti juris eſſe, judicem recuſarum non poſſe ulterius procedere.

38. Quia exceptio ſuſpicionis & recuſatio inhabilem reddat ejus perſonam.

39. Et ſi procedat ultra, dici gravare partem, & proindè pro privato haberi, eique impunè reſiſti poſſe.

40. Tum proceſſum omnem ipſo jure nullum eſſe.

41. Si præſertim, præpoſtero ordine juris, nullâ obſervatâ figurâ judicii, ab executione judex inceperit.

42. Ipſam inſuper executionem non tam inde nullam, quod ante ſententiam mandata fuerit, ſed quod ad executionem citatio fuerit omiſſa.

43. Ad videndum enim fieri executionem

nem partem prius eſſe citandam, quia in ipsâ executione lædi poſſit.

44. Quia poſt ſententiam poſſint reo multæ defenſiones competere, quæ hanc executionem impediant.

45. Deindè quod hæc executio planè innocentes tertios, imo pupillos & viduas, qui nihil cum hâc lite Bohemicâ commercii habuerint, oppreſſerit.

46. Neque tamen vel admonitos vel citatos ad dicendum jus ſuum, aut ad videndum fieri executionem.

47. Cum tamen ſemper & in omni actu citandus & audiendus ſit, cui executio præjudicare poſſit.

48. Et executio fieri non debeat, quæ præjudicet tertio, donec hic de jure ſuo docuerit.

49. Inſuper Electorem Saxoniæ & Ducem Bavariæ ſuſcepiſſe executionem contra Fridericum causâ incognitâ, & cæteris Electoribus inconſultis, quod fieri Conſtitutiones Imperii prohibeant.

50. Imò modum in executione quoque exceſſum fuiſſe, & ob id executionem nullam.

51. Præterea in mandatis caſſatoriis terminum nimis brevem & anguſtum ad parendum præfixum fuiſſe.

52. Talem autem terminum tam præcipitem non arctare, ſed ſententiam omnem reddere nullam.

53. Porrò Electores & Principes nunquam fuiſſe convocatos neque conveniſſe ut more ſolito aſſidentes ordine in judicio mitterentur in ſuffragia ad dicendam ſententiam de proſcribendo Friderico, eumque cum omni ſobole Feudis privando, deque Bavaro in ejus locum ſurrogando.

54. Si deinde unus & alter & tandem plures ſententiam proſcriptionis approbârint, non eſſe ad rhombum.

55. Nam illos hoſtes profeſſos fuiſſe conſtare.

56. Ideoque etiam recuſatos à Friderico Rege fuiſſe.

57. Adhæc alios minis, promiſſionibus, corruptelis, ſpoliis motos proſcriptionem approbaſſe.

58. Talem autem approbationem & judicationem nullam eſſe & injuſtam.

59. Vota etiam ſua, ſi quæ in medium protuliſſent, non collegialiter, ſed particulatim promſiſſe.

60. Quod planè prohibeatur in jure, ita ut ejuſmodi ratificationes nullæ ſint & invalidæ.

61. Collegarum enim conſenſum in ipſo Collegio fieri neceſſe eſt; alioquin nihil proficere, collegas omnes ſeorſim conſentire.

62. Præterea ratam habere non potuiſſe ſententiam proſcriptionis,

63. Quia nulla fuerit & contra leges latas.

64. Quod autem nullum ſit, non poſſe ratum haberi.

65. Et licet ex actis non conſtaret Electores & Principes non fuiſſe interrogatos ſententias ſuas in hâc causâ proſcriptionis; incubuiſſe tamen parti adverſæ probare illos in unum conveniſſe, & de ipsâ re cognoviſſe.

66. Imò debere ſaltem conſtare ex actis de tali coadunatione, quia non præſumatur, cum ſit ſolemnitas extrinſeca.

67. Adhæc judicem proſcriptionis ſingulari zelo omnes occaſiones proſcribendi Friderici R. acquiſiviſſe.

68. Ita ut omnes inducias & moras retardandæ ſententiæ banni, vel admittendarum exceptionum vel deliberationis cum Electoribus remotas ex toto animo concupiverit

69. Sua enim intereſſe arbitratum, ſi Friderico R. nullum ſpatium ſuæ cauſæ juſtitiam in publicum deducendi concederetur, ſed is extemplo proſcriberetur.

70. Quia tum futurum proſpexerit, Principes & Ordines Imperii ejus cauſam deſerturos, ipſumque tanquam κεραυνωθέντα abominaturos.

71. Suam verò cauſam & partes robur inde adepturas.

72. Se etiam opportunitatem conſecuturum adimplendi promiſſi Bavaro dudum facti de Electoratu in eum transferendo.

73. Quid autem de tali judice, qui libenter & citò damnet, qui bona rei creditori ſuo obligaverit, qui odio abreptus in æmulum & hoſtem ſuum præceps feratur, judicandum ſit, nemini obſcurum eſſe poſſe.

74. Ubi enim fervida ſit vindicta, non eſſe temperatam juſtitiam.

75. Fieri non poſſe, ut talis judex qui affectus ſuos in poteſtate non habeat; cujuſque interſit reum ſine morâ proſcribi rectè judicare poſſit, nam omnia ἀνώμαλα καὶ ἄνομα eſſe, neceſſe eſſe.

76. Propè eſſe ut libenter damnet, qui citò; propè ut iniquè puniat, qui nimis.

77. Quod ſi Imperator antequam Fridericum R. proſcriberet, conſideraſſet, non tanta mala Rempublicam oppreſſura, nec illos qui in conſilium adhibiti fuerint tam properanter proſcriptionem approbaturos fuiſſe.

78. Qui enim judicandi munere ſine culpâ defungi velit, debere eſſe fortem, verum, æquum, honeſtum.

79. Anno 1622. ab Imperatore Ratiſbonam

bonam quidem evocatos fuiſſe Electores & cum eis aliquot Principes Imperii, non ad ſententias ſuas viritim dicendas, an Fridericus jure proſcribi, regalibus & dignitate privari, ejuſque liberi, frater & agnati à ſucceſſione gentilitiorum & bonorum removeri; & Bavarus de iis inveſtiri, & in collegium cooptari, ac cæteræ denique Palatinatûs partes diſcerpi per leges Imperii poſſent:

80. Sed ut præſentiâ ſuâ tantum approbarent, quæ Cæſar jam pridem in iſtis rebus decreverit; ut ex propoſitione Cæſaris, actis Lundorpii & Caraſâ Viro eminentiſſimo & adverſæ parti addicto, quiq; omnibus modis tranſlationem Electoratûs in Bavarum acceleraverit, ſatis pateat.

81. Et inveſtituræ Bavaricæ pompam adſpicerent, novumque hominem pro Collegâ & ſocio agnoſcerent.

82. Adhæc honoris ſaltem & civilitatis uſurpandæ causâ Principes iſtos rogatos, ut in medium deliberarent, quomodo Fridericus & ejus ſocii fortius poſſent coërceri, funditusque deleri.

83. Totam etiam illam Cæſaris proſcriptionem nihil manſueti continere, nullam ibi factam mentionem ineundæ reconciliationis, ſed bella bellis continuanda eſſe monuiſſe, quod deinde experientia luculenter probaverit.

84. Quod ſi verò aliquis Electorum conſenſus intervenisſet aut rogatus fuiſſet, nequaquam Caraſam (qui non ignoraverit Saxoniæ & Brandeburgi Septemviros conqueſtus fuiſſe, quod Imperator Electores in conſilium adhibere neglexiſſet) aliquam ejus rei mentionem facere omiſſurum fuiſſe.

1. MAnifeſtum igitur eſt, in primo conventu Mûlhuſii cele-
brato nihil palàm in conſilio de proſcribendo Friderico,
nihil in publico conſeſſu de Tranſlatione Electoratûs in
2. Bavarum actum & decretum fuiſſe; nihilominus tamen
3. ad auxilia Ferdinando contra Fridericum & Bohemos
ferendâ, ſeſe, qui aderant Electores, alligari paſſi ſunt:
deindè edictalem caſſationem electionis & mandata mo-
nitorialia, quæ Ferdinandus illis inconſultis ex proprio motu, de poteſta-
4. tis plenitudine, in aulico ſuo conſilio decreverat & promulgârat, in tantum
5. approbârunt, ut Fridericum ſeverè hortati ſint, ne illis obedire & parere
differret, aut omitteret. Mandata verò illa die XXX. Aprilis Anno MDCXX.
Viennæ confecta, continebant comminationem declarationis & executio-
6. nis pœnarum in conſtitutionibus Imperii expreſſarum, ſub quâ Friderico,
ejus electione nullâ & invalidâ pronunciatâ, præcipiebatur, ut intra unius
menſis ſpatium regno decederet, & illud Ferdinando, tanquam legitimo
& antiquiori Regi, & Domino reſtitueret, ab armis denique & à Bohemo-
7. rum rebellium ſocietate decederet, & domi ſuæ quitè ageret. Idem ferè
ad Principes & Ordines, tùm ad Civitates Imperii, quibus & hoc manda-
batur, ne Fridericum Bohemoſque auxilio, commeatu, aliave re juvarent,
8. aut eorum militi tranſitum darent, reſcriptum fuit. Contra hæc mandata
caſſatoria contraque literas & monitiones Electorum ad eundem finem di-
9. rectas, Fridericus exceptiones ſuas oppoſuit, & cauſas ſuſpicionis, ob quas
neque Cæſarem Ferdinandum, neque Electores & Principes iſtos judices
ferre poſſet; ſed eos tanquàm ſuſpectos, inimicos ſuos, accuſatores & te-
ſtes, & in propriâ causâ judicantes, atque ideò incompetentes, & judi-
candi munere incapaces, recuſare cogeretur, in medium adduxit: conque-
10. rendo & proteſtando de injuriâ ſibi illatâ: Injuſtum enim & iniquum eſſe,
11. quod nonnulli Electores & Principes hanc cauſam ad ſe ſolos trahant,
eamque ſuo arbitratu decidendam ſumant, quod tàm gravi præjudicio ſe
12. innocentem & inauditum onerent, & nimis brevi atque anguſto termino
13. ad parendum mandatis præfixo arctent, quod contra ſe bellum & execu-
14. tionem decernant, approbent, & ſuſcipiant; ſeque inauditum, indefenſum
& non vocatum injuſtitiæ condemnent, cùm tamen alii Electores & Prin-
cipes, non minus quàm ipſi de ſalute Reip. deque conſervandâ legum, Cæ-

ſareæ-

ſareæq; Majeſtatis ranquam capitis auctorirare & juriſdictione ſolliciti, id 15.
non præſumant: Imperarorem Ferdinandum in hâc controverſiâ, emo- 16.
lumentum & prærenſum Auſtriacæ domûs jus complectente, parrem eſſe,
ideò ei non cognitionem, an Bohemis libera abdicandi & elegendi Regis 17.
poreſtas de jure comperar, electioque ſui, & abdicatio Ferdinandi juſta & 18.
valida, an verò nulla & illegitima cenſenda & pronuncianda ſit, minimè
competere, neque ullâ ratione excuſari & defendi poſſe, quod Imperator 19.
cauſam ſuam privatam, prærenſioneſque domeſticas, ſub prætexru & pallio
auctoriraris & poteſtatis Cæſareæ, cum comminarione ſeveræ executionis
tueri, fovere, & conficere prætendar, atque ita ſemetipſum de facto in pro-
priâ cauſâ judicem contra omnia jura mundi, contraque Leges Imperii
conſtituat: Conſiliarios enim aulicos intempeſtivè admodum & præcipi- 20.
tanter ſibi in hâc cauſâ cognoſcendi & judicandi officium arrogaſſe &
uſurpaſſe: cum tamen neque ejus conditionis & dignitatis ſinr, neque à 21.
Principibus & Electoribus politicis tales agnoſcantur, qui capaces & digni
habeantur, ut de Electorum & Principum cauſis, eorum vitam, honorem,
& ditiones concernentibus, cognoſcere & judicare valeant. Cum igitur 22.
proceſſus iſti & mandata, utporè ſine legitimâ cauſæ cognitione ex affectu
& calore in cauſâ propriâ, & eo quidem tempore, quo viam facti & armo-
rum Cæſar jam elegiſſet & prætuliſſet, nullumque hoſtilitatis genus omit-
tere neglexiſſet, decreta emiſſa & proclamara, ipſo jure tàm communi &
genrium, quàm Conſtitutionum Imperialium nulla & invalida ſint, con- 23.
traque capitulationem Regiam ſolemni ſtipulatione & juramento robora-
tam, ſibi vitio verti non poſſe, quod illis cum honore & conſcientiâ parere 24.
& morem gerere nequeat: rem præterea eſſe maximi momenti & altioris 25.
indaginis, quam cum Amicis & ſociis, quorum interſit, communicare, eo-
rumque ſententias, quid probent, faciendumque exiſtiment, exquirere
neceſſe habeat, tempus & terminum ad defenſiones ſuas proponendas 26.
concedendum: ſe enim innocentiam ſuam, cauſæque juſtitiam coram ju- 27.
dicibus comperentibus & non ſuſpectis tam manifeſtam & evidentem fa-
cturum, ut univerſus Orbis Chriſtianus, & quilibet affectu & odio non
præoccupatus conſilia & actiones ſuas in acceptando & defendendo regno
Bohemiæ ſit probaturus & laudaturus, deprehenſuruſque non penes ſe, 28.
ſed penes adverſam partem ſtare, quò minus in Imperio pax & tranquilli-
tas, conſenſioque animorum & vetus inter Ordines concordia & harmo-
nia perſiſtere & ſtabiliri, & unuſquiſque in legitimâ ſuâ poſſeſſione & jure
conſervari, tùm juſtitia ex æquo & ſecundum leges adminiſtrari queat:
ſicut hæc omnia pluribus in literis & diplomatibus Friderici ad Electores,
& ad omnes Chriſtianos Reges & Principes, ?. Maji & I. Iulii. & ad Bava-
rum xxx. Auguſti anno MDCXX. Pragæ exaratis, tùm in aliis ejuſdem lite-
ris & ſcriptis continentur.

Jam autem ſciendum eſt primò, monitionem mandarumque moniro- 29.
rium & caſſatorium non haberi pro citatione; imò potiùs pro condemna-
tione & ſententiâ: ideò tali monitioni nemo tenetur parere, qui juſtam 30.
habet excuſationem. *c. fin. de Præſumt. c. quiſquis. cauſ.* 14. *quæſt.* 2. *Corſet.*
in repertorio ad Abbatem. in verb. Monitio. Nam datur ſolùm ad pœniten- 31.
tiam, *Gloſſ. in cap. cum Romana. de appellat. Ventura Vincentius in conſilio ſu-*
*per controv. de Interdicto inter Venetos & Papam. c.*4 *num.*1. Si mandatum & 32.
ſententia eſt, ipſo jure nulla eſt, ſicut declaratio banni, quia ab incompe-
tente & ſuſpecto, hoſteque judice in propriâ cauſâ ſine cognitione meri-
torum lata & pronunciata: *per jura ſupra allegata.*

Deinde judex Proſcriptionis, tametſi ob graviſſimas & notorias ſuſpi- 33.
ciones recuſatus, nihilominus ulterius proceſſit, & non tàm mandata ſua

caſſatoria, contra quorum manifeſtam nullitatem exceptio & proteſtatio
oppoſita fuit, vim & vigorem ſuum obtinere, quam ipſam executionem
banni, etiam ante ſententiam declaratoriam fieri voluit & mandavit. Exe-
34. cutione autem, non obſtantibus contra eam tanquam injuſtam, nullam &
illegitimam oppoſitis exceptionibus, ſuſceptâ & feliciter ſuccedente, at-
que ad umbilicum ferè deductâ, tum demum ſententia declaratoria banni
ſecuta eſt. *ὥσπερ ἂν εἴτις κνήμῃ τὸ κράνος, ἢ περὶ τῇ κεφαλῇ τὰς κνημῖδας ἐπιθεί-
σαιτο.* Non aliter quàm ſi quis tibiæ caſſidem, aut capiti ocream adaptet.
" *Lucianus.* Commiſſio enim executionis Bavaro, Saxoniæ Electori, & Ar-
" chiduci Alberto dari, & in effectum perduci cœpta fuit diu ante, quàm
" declaratio banni promulgaretur. Poſtquam enim Fridericus devictus, re-
gno exturbatus, in exilium pulſus, & major inferioris Palatinatus pars, à
Spinolâ exercitus Burgundici imperatore occupata fuerat: tùm demum
Proſcriptio, quæ interea in opportunum publicandi tempus aſſervabatur
in dias luminis oras protruſa fuit. Quid hoc aliud eſt, quàm *ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ τὸ
ςόμα μετάγειν;* à calce ad initium transferre? *Plutarchus.* Commiſſio ſiqui-
dem executionis contra Fridericum & Bohemos Electori Saxoniæ data
fuit menſe Junio, qui deindè cum exercitu ſuo movit in Luſatiam menſe
Septembri: Archidux Albertus commiſſionem ſuam, ſive executionem
contra Palatinatum inferiorem menſe Auguſto exſequi cœpit & aggreſſus
eſt: Bavarus eodem menſe cum ſuo exercitu Cæſareis copiis conjunctò in
Auſtriam Superiorem, quâ ſine magno labore in ditionem redactâ & ſub-
actâ, in Bohemiam directò adverſus Fridericum & Bohemos movit, quos
etiam devicit inſigni prælio, captâ urbe matre & ſede regni Pragâ, toto-
que regno in obſequium Cæſaris recepto. Hæc omnia facta fuerunt anno
MDCXX. poſteà in auſpicium ſequentis anni, ſententia Proſcriptionis lata
35. & publica fuit, XXII. *nempè die Ianuarii.* Præceſſit ergo Banni & pœnarum
annexarum executio aliquot menſes tabulas Proſcriptionis ſive ſenten-
36. tiam condemnationis & banni. Quid nunc de tali proceſſu, judicio, ſen-
tentiâ, condemnatione, executione violentâ, præcipiti, præpoſterâ & ſan-
guinolentâ: quid item de judicibus hoc modo jus dicentibus & proce-
dentibus, judicandum ſit; non tàm jura & leges, conſtitutioneſque Impe-
37. rii, quàm ipſa ratio & naturalis æquitas determinant & definiunt. Adhæc
38. cogniti juris eſt, judicem recuſatum non poſſe ulterius procedere: quia
exceptio ſuſpicionis & recuſatio officit & inhabilem reddit perſonam ejus.
ut ait Gail 1. obſerv. 34. n. 6. l. 16. & ultim. C. de judiciis. c. ſuſpicionis 39. de of-
39. *ficio & poteſtate judic. deleg. c. ſecundò requiris. 41. de appellation.* & ſi proce-
dit ultra, dicitur gravare partem & de facto procedere, ac proindè pro pri-
40. vato habetur, eique impunè reſiſti poteſt: tùm proceſſus quoque omnis,
ſententia & executio ipſo jure nulla ſunt. *c. ſuſpicionis. de officio delegat. l.
apertiſſimi. C. de Iudiciis. Ludovicus Romanus, conſ. 317. ita citat Mynſinger*
41. *Reſponſo 68. n. 13. decade 7.* Si præſertim præpoſtero ordine juris, nullâ
obſervatâ figurâ judicii, ſicut in hac cauſa factum, ab executione judex
incepit.

42. Ipſa inſuper executio non tàm inde nulla eſt & injuſta, quod ante ſen-
tentiam mandata & ſuſcepta fuerit: ſed etiam ex eo capite, quod ad exe-
43. cutionem citatio fuerit omiſſa. Ad videndum enim fieri rei judicatæ exe-
cutionem, pars prius eſt citanda, quia in ipsâ executione lædi poteſt. *l. Nam
ita Divus. D. de Adoptionib. & l. de unoquoque. & Bartol. in l. à Divo Pio. D. de
44. re judicat.* Quia poſt ſententiam poſſunt reo multæ defenſiones compe-
tere, quæ hanc executionem impediant: ut eſt exceptio querelæ, reſtitu-
tionis aut reviſionis adhuc pendentis: *ait Albertus Marchio Brandenbur-
gicus in ſuo ſcripto contra proceſſus Camerales & bannum adverſus ſe publicatum*

apud

apud Hortleder. lib. 6. cap. 27. de bello Germanico. Deinde quod executio 45
hæc planè innocentes tertios, imò pupillos & viduas, qui nihil cum hâc lite Bohemicâ commercii habebant, nihilque commune, velut peſtilenti ſidere afflârit, oppreſſerit, boniſque deturbarit: In quorum numero fuit Ludovicus Philippus Comes Palatinus minorennis,& Layſa Juliana vidua Palatina Electrix,qui primi omnium bonis,ditionibus & fundis patrimonialibus & dotalitiis fuerunt expulſi, dejecti, & ſpoliati, neque tamen vel admoniti, vel citati ad docendum jus ſuum, aut ad videndum fieri execu- 46.
tionem:cum tamen ſemper & in omni actu citandus & audiendus,qui lædi 47.
& cui executio præjudicare poteſt. *l. non ita. 39. D. de adoptionib. l. 29. §. fin. D. de minorib. l. 47. in principio D. de re judicatâ. c. cum ſuper controverſia 17. de ſententia & re judic.* ubi executio fieri & demandari non debet, 48.
quæ præjudicat tertio, donec hic de jure ſuo docuerit Ne dicam jam Electorem Saxoniæ & Ducem Bavariæ in ſe ſuſcepiſſe executionem contra Fridericum causâ incognitâ, & cæteris Principibus & Ordinibus,quorum intererat, inconſultis,quod fieri conſtitutiones Imperii prohibent. Ut ta- 49.
ceam modum quoque in executione fuiſſe exceſſum,ob id etiam executio- 50.
nem nullam eſſe, *c. quod ad conſultationem. 15. in fin. ibi. niſi fortè adverſus eum modus executionis canonicus excedatur.*

Præterea hoc quoque animadvertendum, quod in mandatis Cæſareis 51.
caſſatoriis & monitoriis terminus nimis brevis & anguſtus ad parendum, hoc eſt, quatuor duntaxat hebdomadæ ad excedendum regno, ad tradendum ſceptrum, ad dimittendum exercitum, ad abducenda præſidia, ad fœdera & ſocietates antiquandas, præfixæ fuerunt. Quomodo, amabò, fieri poterat, ut res tanti momenti & ponderis, de quâ cum amicis & ſociis, quorum intererat, quique auxilia ſubmiſerant, imprimis cum Rege Britanniarum Jacobo, tàm longè & trans Oceanum remoto, communicare & deliberare neceſſe erat, intra tàm breve ſpatium conficerentur & finirentur, integrum nimirum regnum, cùm connexis ampliſſimis provinciis reſtitueretur, exercitus numeroſiſſimus tot legionibus conſtans abduceretur, & à ſignis dimitteretur, tot millibus militum ſtipendia ſolverentur,Bohemis & aliis, quarum ſecuritati proſpiciendum erat, quique citra defectionis culpam non poterant in diſcrimine relinqui, ſatisfieret? Talis autem 52.
terminus tàm præceps & anguſtus non arctat, nec obligat, imò ſententiam & actum omnem reddit nullum. *aut qui aliter fecit 5. D. Quod vi aut clàm. Baldus in l. 2. C. de Epiſcopal. audient. n. 8. Bartol. in l. 2. n. 2. D. de appell. recipiend. Panorm. in c. 1. de dilationib. n. 7. & in c. cum dilecti. de dolo & contumaciâ. Vantius in titul. de Nullitate ex defectu citationis. Gail. 1. obſerv. 53. n. 19.*

Potrò & hoc annotandum, quod ex ſuperioribus & ex actis publicis ma- 53.
niſeſtè apparet & conſtat, Electores & Principes (non loquimur de omnibus & univerſis totius Imperii,ad quos tamen potiùs, quàm ad paucos eoſque ſuſpectos & partibus adverſis adhærentes cognitio illius cauſæ, utpotè quæ omnes tangeret, ſpectabat; ſed de his tantum, quos Cæſari placuit in conſilium & ſocietatem ſibi adſciſcere,& ad quos Uniti Principes *Ulmâ 12. die Junii* M D C X X *reſcripſerunt*, jus & fas non eſſe paucioribus Ordinibus univerſo Imperio, hoc eſt, cæteris omnibus Statibus in causâ tanti præjudicii & periculi, præjudicare & derogare, atque ita diffidentiam & ſeparationem inter Ordines fovere & adaugere) nunquam fuiſſe convocatos, neque conveniſſe, ut more ſolito & requiſito, aſſidentes ordine in judicio mitterentur in ſuffragia, ad dicendam ſententiam de proſcribendo Friderico, eumque cum omni ſobole & agnatis, dignitate & feudis privando, deque Bavaro in ejus locum & ditiones ſurrogando. Prodeat & numere-

 tur

rur ſive ex iſtis, ſive ex omnibus univerſi Imperii Electoribus Principibus,
Ordinibus, vel unus, qui Imperatori proſcriptionis tabulas meditanti, de-
cernenti & promulganti, adſederit, adfuerit, & ſuo ſuffragio & ſententiâ
palàm & diſertis verbis conſenſerit, annuerit, & cenſuerit, Fridericum pro-
ſcribendum, reum læſæ Majeſtatis, perduellionis & fractæ pacis declaran-
dum eſſe, publicatis & ademtis omnibus ejus bonis, feudis, Principatibus,
54. dignitatibus & juribus. Si deindè unus aut alter, & tandem plures pro-
greſſu temporis vel tacitè vel palàm ſententiam proſcriptionis approbâ-
runt, aut ratam habuerunt, quid ad Rhombum? *ut utar proverbio gloſſæ
& Accurſii. in authenticâ. licet. C. de Naturalib. liberis & matribus. Alciatus
de verbor. ſignif. lib. 4. paulò poſt initium:* Nam illos in partibus fuiſſe, & ho-
55. ſtes profeſſos conſtat, (qui conſiliis, armis, pecuniâ, commeatu Ferdi-
nandum contra Fridericum juvabant, quamvis in primordiis motuum, &
poſtquàm Fridericum diadema aſſumſiſſet, neutrò inclinare velle, ſanctè
56. Friderico promittebant & præ ſe ferebant) ideò etiam recuſati fuerunt.
57. Adhæc alii minis & terrore, alii promiſſionibus, largitionibus, corrupte-
lis, perſuaſionibus, alii ſpoliis, hoc eſt, fundis, villis, oppidis, in Palatina-
tu, loco ſportularum (ſunt ſalaria, quæ judicibus & executoribus reus dare
ſolebat. *Rubric. & ll. C. de ſportulis, & ſumtib. in diverſ. judic. faciend. ibi
Cujacius. Budæus in l. ſi mulier. D. de donat. inter vir. & uxor. Alciat. diſp. 17.
Calvinus, Prateus & alii in lexicis)* & ſumtuum aſſignatis moti proſcriptio-
58. nem, ex quâ utilitatem caperent, approbârunt. Talis autem approbatio,
conſenſio & judicatio nulla eſt, injuſta & illegitima, contraque leges &
jura. *l. 1. cum ſimilibus D. Quod metus cauſa. Exod. 18. v. 21. & cap. 32. v. 8.
Eſai. 1. verſ. 23. & cap. 5. verſ. 23. Proverb. 15. v. 27. & cap. 17. v. 23. Eccl. 7.
v. 6. & cap. 20. v. 31. Ezechiel 13. v. 19. & cap. 22. v. 12. l. venales ſenten-
tias. 7. C. quando provocare non neceſſ. l. ult. C. de pœna judic. qui male judicat.
l. 15. in fin. D. de judiciis. Socinus in Regul. 356. Oldendorp. de ſentent. cap. 7.
59. Speculat. in tit. de ſentent. §. Juſta.* Ne dicam jam quod vota ſua, ſententias
& opiniones, ſi quas in medium proproſuerunt, non collegialiter in ipſo
60. collegio ſuffragiis ordine dictis indicârint, ſed ſeparatim & particulatim,
alii per literas, alii alio modo promſerint, quod planè prohibetur in jure,
ita ut ejuſmodi ſententiæ vel conſenſiones, approbationes & ratifica-
tiones nullæ prorſus ſint & invalidæ. *l. 2. C. de Decurionib. libr. 10. l. nulli. 4.
D. Quod cujuſque univerſitat. nomine. c. omnes. de conſtitution. c. quia propter.
c. in Geneſi. c. ne pro defectu. c. licet auditis. & ibi Canoniſtæ. de Electione. Car-
dinal. Pariſius conſ. 90. n. 21, 22. volum. 3. Nicolaus Loſæus de Iure univerſit.
part. 1. cap. 3. n. 82. Schraderus in rubric. C. de reſcindend. vendit. n. 4. Ioann.
Balognetus in l. omnes populi. n. 83. D. de juſtitia & Iure. Thomas Maullius de
61. homagio. cap. 9. n. 12. Bodin. de Republ. lib. 3. cap. 7. n. 336.* Ubi collegarum
conſenſum in ipſo collegio fieri neceſſe eſſe ait, alioquin nihil proficere
collegas omnes ſeorſim conſentire. *Caſpar Klockius de contribution. cap. 6.
62. n. 128. & ſequentib.* Prætereà ratam habere non potuerunt ſententiam
63. proſcriptionis, quia nulla erat, & contra leges lata. Quod autem nullum
64. eſt, id non poteſt ratum haberi, & ratificatio ejus, quod nullum eſt, non
valet, aut ullum producit effectum. *Bartol. in l. quod obſervare. D. de officio
Proconſ. in 1. oppoſition. Alexand. conſ. 78. lib. 5. Petrus de Ancharano. in con-
ſil. 123. incipit. Unus ex Procuratoribus. Aretin. conſil. 127. incipit. Eximie
65. Domine. ita Decius ad l. ſemper qui. 60. n. 16. D. de Regul.* Et licet ex actis
non conſtaret, Electores & Principes non fuiſſe convocatos & interroga-
tos ſententias ſuas in hâc causâ proſcriptionis; incumberet tamen parti
adverſæ probare illos in unum conveniſſe, & de ipsâ re cognoviſſe, debe-
66. ret ſaltem apparere & conſtare ex actis de tali coadunatione, quia non
præ-

præſumitur, cum ſit ſolemnitas extrinſeca, *ait Klockius d. cap. 6. n. 133. per l. quæcunque 13. §. final. D. de Publiciana. Menoch. conſ. 726. n. 4. Aldovin. Adolvini conſ. 75. n. 15. lib. 1. Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. 222. n. 4. lib. 2. Socinus regul. 376. ubi ponit hoc brocardium :* Solemnitatem extrinſecam regulariter non præſumi. *per d. l. quæcunque & gloſſ. in l. ſciendum. D. de verbor. obligat. Sic regulam ponit :* quod ſolemnitas intrinſeca regulariter præſumatur; *per Innoc. & Ioanni. Andreæ in cap. innotuit. de eo qui ordinem ſuſcep. & cap. ſuper his. de accuſſ. Antonius de Butrio in cap. ſicut de re judicat.*

Tandem & hoc attendendum, quod ex ſuprà adductis, & paſſim alibi 67.
apud *Lundorpium impreſſis actis publicis* notorium & manifeſtum eſt, Judicem proſcriptionis ſingulari & enixo ſtudio, diligentia & Lelo omnes occaſiones proſcribendi & deprimendi Friderici acquiſiviſſe, ſummâ cum fe- 68.
ſtinatione & celeritate ad ulciſcendam prærepti regni injuriam deproperaſſe, ita ut omnes moras, ambages, inducias, retardandæ vel ſuſpendendæ ſententiæ banni, vel admittendarum & auſcultandarum exceptionum vel ſuſcipiendæ amplioris deliberationis cum Electoribus de meritis cauſæ remotas, è medio ſublatas & abſciſſas, ex toto animo, ſicut ipſe confitetur, concupiverit, & annixus ſit. Sua enim & domûs ſuæ plurimùm inter- 69.
eſſe arbitratur, ſi Friderico nullum ſpatium ſuæ cauſæ juſtitiam in publicum deducendi, & patronos parandi concederetur, ſed is extemplò omni prorſus abjectâ cuntatione condemnaretur, proſcriberetur, Electoratu & bonis privaretur; quia tùm futurum proſpiciebat, Principes & Ordines 70.
Imperii, ejus cauſam & ſocietatem defugituros, & deſerturos, ipſum pro reo & hoſte Reipublicæ habituros, & tanquam κεραυνόβλητα, ſideratum & fulguritum abominaturos: Suam verò cauſam & partes, robur & incremen- 71.
rum inde adepturas, ſe etiam occaſionem & opportunitatem conſecutu- 72.
rum adimplendi promiſſi Bavaro dudum facti, de Electoratu in eum transferendo propter cauſas emolumentum privatum domûs Auſtriacæ potiſſimùm ſpectantes, ſicut infra videbimus exactius. Quid autem de tali judi- 73.
ce, qui libenter, qui citò damnat, qui impatiens moræ ſedulus eſt & ſtudioſus in indagandâ & quærendâ occaſione damnandi, qui bona rei & proſcripti creditori ſuo obligavit & in ſolutum atque compenſationem debiti aſſignavit, qui odio & impetu iræ, velut equus ruptis habenis abreptus in æmulum, inimicum, & hoſtem ſuum præceps fertur, & vindictam exercet, judicandum ſit, nemini, qui vel ſenſu communi præditus eſt, obſcurum eſſe poteſt. Ubi eſt fervida vindicta, non eſt temperata juſtitia, *ſecundum Caſſiodor.* An ulla ratione fieri poteſt, ut talis judex qui affectus ſuos in po- 74.
teſtate non habet, cujus intereſt maximè reum ſine mora condemnari & 75.
proſcribi, rectè & juſtè judicare, bonum judicem agere, ſententiam æquam & legibus conformem pronunciare queat: næ omnia ſuſpecta, perverſa, & enormia ἀνώμαλά τι καὶ ἄνομα eſſe neceſſe eſt. *Præclarè Seneca de Princ. lib. 1. de Clementiâ cap.* 14. Patrem quidem Patriæ, *inquit*, appellavimus, ut ſciret datam ſibi poteſtatem Patriam: quæ eſt temperatiſſima, liberis conſulens, ſuaque poſt illos ponens: Tardè ſibi Pater membra ſua abſcindat: etiam cum abſciderit, reponere cupiat & in abſcindondo gemat, cunctatus diu multùmque propè enim eſt, ut libenter damnet, qui citò: propè ut iniquè 76.
puniat qui nimis. Si hoc Imperator antequam Fridericum damnaret & 77.
proſcriberet, conſideraſſet, non tanta mala & calamitates Rempublicam oppreſſiſſent & excepiſſent, non tantum ſanguinis Chriſtiani effuſum, non tantum injuſtitiæ, violentiæ, tyrannidis exercitum fuiſſet: nec illi, qui in conſilium adhibiti fuerunt tàm properanter proſcriptionem approbaſſent, aut Cæſari adſtipulati fuiſſent. Qui judicandi munere cum laude ſine 78.

 culpâ

culpâ defungi vult, debet eſſe, *prout inquit Belviſo in practic. criminal. lib. 3.*
cap. 7. n. 7. Scut arbor fructifera, & robuſta, quæ non debet ad flatum
cujuſlibet venti agitari, quia non ad flatum venti Orientalis, ratione affe-
ctionis & parentelæ: nec ad flatum venti Occidentalis, ratione præmio-
rum & pecuniæ: nec ad flatum venti Meridionalis, ratione timoris & po-
tentiæ: nec ad flatum venti ſeptentrionalis, ratione rancoris & inimici-
tiæ: Fortis ergò & firmus debet eſſe bonus judex, & æquus ut libra, nec
declinans ad dextram, nec ad ſiniſtram; ſed æqua lance debet eſſe medius
inter partes. *ut. C. de judiciis l. nullus. & extra. de re judicatâ. c. cum æterni*
tribunalis lib. 6. & debet habere truncum fortitudinis, corticem verita-
tis, medullam æquitatis. *ut notatur D. de eo quod certo loco. l. quod ſi Epheſi.*
& C. de judiciis. l. rem non novam. ſuper verbo. præſidio. in fine. & familiæ her-
ciſcundæ l. inter filios. frondes humilitatis, folia ſagacitatis, flores hone-
ſtatis, frondes bonæ operationis. *Hæc Belviſo, qui ante ducentos annos flo-*
ruit, & magnus Iureconſultus à Marco Mantua Benevidio appellatur.

79. Exitu anni M D C XXII. iterùm ab Imperatore Ratiſbonam evocati fue-
runt Electores, & cum eis unus aut alter Princeps Imperii, ſed quomodo
& in quem finem; non ut in judicium adhiberentur, & cognoſcerent, an
Fridericus proſcribi, atque ditionibus & dignitate privari promeruiſſet;
an Bavaro Electoratum Palatinicum, tanquam feudum ad Imperatorem
per feloniam Vaſalli devolutum concedi jus faſvè eſſet, liberis & proximio-
ribus agnatis excluſis? an Cæſari facultas & poteſtas præcipuum Imperii
membrum à corpore abſcindere, & aliud ſubſtituere ex arbitratu ſuo, ſine
Ordinum præſcitu, conſilio, & aſſenſu legitimo & expreſſo? an liceret Im-
peratori proprio motu & de plenitudine poteſtatis Electorem, quem vel-
let, Senatu & Collegio exturbare, & alium, quem vellet, inducere & ſub-
ſtituere inconſultis cæteris collegis? Nam hæc omnia dudum facta fuerant;
Fridericus proſcriptus, in exilium pulſus, ditionibus, dignitate & fortunis
evolutus: Bavaro Electoratus jam pridem promiſſus, addictus, & diplo-
mate confirmatus erat: nihil aliud reſtabat, quàm ut novus Septemvir ſo-
lemni ritu inveſtiretur, mitra & trabea Electorali indueretur, & cum pom-
pa adſpicientibus, applaudentibus & congratulantibus Electoribus &
Principibus evocatis, in collegium & Senatum ſeptemviralem introduce-
retur, & in ſubſellium collocaretur. Electores & Principes iſtos haudqua-
quam convocatos & appellatos fuiſſe ad conſultandum, deliberandum, &
judicandum, ſententiaſvè ſuas viritim & more majorum dicendas, an ni-
mirum Fridericus jure proſcribi, aqua & igni interdici, hoſtis Reipublicæ
perduellis proclamari, Regalibus, Feudis & dignitate privari, ejuſque li-
beri, frater, & agnati à ſucceſſione gentilitiorum & familiarium bono-
rum removeri, & Bavarus de iis inveſtiri, cæteræ denique Palatinatûs par-
tes & membra vendi, donari, diſcerpi, diſtrahi, per leges & conſtitutiones
80. Imperii, & ſecundum juſtitiam poſſent: Sed ideò conveniſſe evocatos, ut
præſentia ſua & adſtipulatione approbarent & confirmarent, quæ Cæſar
jam pridem in iſtis rebus conſtituerat, decreverat, præceperat & ordina-
rat, *ſicut ex actis apud Lundorpium lib. 6. tùm Protocollo in Senatu illo habito, in*
primis ex ipsâ Cæſaris propoſitione Electoribus ad 7. diem Ianuarii. anno M D C
XXX *factâ, in quâ hæc legimus:* Cum verò Cæſarea Majeſtas ſibi nequa-
quàm imaginari queat, ullum in Imperio hominem tàm injuſtum reper-
tum iri, qui à ſe petere & deſiderare auſit, ut illum virum, qui nihil omnino
intermiſerit, quod in injuriam, contumeliam & damnum Cæſareæ Majeſta-
tis & Principum Ordinumque obedientium vergere & redundare poſſet,
quique nunquam deſtiterit, immaniſſimos, imo & ipſos Chriſtiani nomi-
nis hæreditarios hoſtes adverſus Imperium concitare, quique Cæſareæ
Majeſtati

Majeſtati & Electoribus Principibuſque fidelibus perpetuus, quantum
etiam licet diſſimulet, inimicus futurus ſit, in intimum ſuum Senatum &
Collegium Septemvirale teſtituat, & recipiat, & in eo ſedem & ſententiam
dicere ſinat, quo facto perduellium omnium qui unquam in Imperio fue-
runt maximus & anteſignanus pœnâ promeritâ, peſſimo ad omnem po-
ſteritatem exemplo eximeretur: Hinc Cæſateam Majeſtatem tàm ad ſer-
vandam & implendam fidem & promiſſa ſua Cæſatea, quàm ad redinte-
grandum Septemvirale Collegium de Electoratu Palatino, ſibi ut Impera-
tori, & Imperio ptopter exſecrabiles nunquam in Imperio auditas felonias,
& reiterara læſæ Majeſtatis crimina abſolutè, & pleno jure aperto & com-
miſſo diſponere neceſſe habuiſſe. Quam ob rem ex Cæſareæ poteſtatis
plenitudine Duci Bavariæ Maximiliano propter inſignia merita, quæ plu-
ribus ibi recenſentur, grati animi teſtificandi causâ prædictum Electora- „
tum cum pertinentiis contuliſſe, & omnia ad id neceſſaria ptidem expedi-
viſſe, & in manus Bavari tradidiſſe, adeò ut nihil præter ſolemnem inveſti-
turam, & quod inde depender, reliquum ſit, quæ cuncta in hoc conventu
perfici velit & decreverit. Hac propter Cæſaream Majeſtatem amicè &
clementer à convocatis Electoribus & Principibus, tanquam intimis ſuis
& confidentioribus conſiliariis tequirere, ut ſibi fidis & prudentibus ſuis
conſiliis porrò etiam præſtò eſſe velint, in medium conſulendo, quomodo
impoſterùm Cæſatea Majeſtas & ipſi, totumque ſimul Imperium, inprimis
prædicti Electores & Principes, qui Cæſareæ Majeſtati tàm promtas &
efficaces ſuppetias tulerunt, & adhuc ferunt, de pace omninò ſecuri &
certi eſſe, quomodo irem malis facinoroſorum machinationibus & moli-
tionibus, ſi quas auderent, obviari queat.

Et quoniam in hoc puncto ſumma rei & Reip. ſalus, quam Cæſ. Maje-
ſtas paternâ ſollicitudine proſequi non ceſſat, vertitur; ideò ſuper eo fide-
les Electorum & Principum hîc congregatorum conſuaſus & ſententias
expectat, quibus futura mala cum fundamento anteverti & occupari, cha-
riſſimæque Patriæ tranquillitatem exoptatam reſtitui poſſe putent. *Hanc
Imperatoris Propoſitionem totam in compendium redactam ita refert Carolus
Carafa Epiſcopus Averſanus in libro commentariorum de Germaniâ ſacrâ re-
ſtauratâ.* Tandem VII. Januarii, *inquit*, præſentibus Electoribus Catholi-
cis, eorumque Legatis & Principibus, multiſque conſiliariis, cauſas con-
ventûs Ratisbonenſis per Imperii Vicecancellarium Ulmam expoſuit.
Omiſſis enim priſtinis comitiorum remoris, propter quæ alia comitia non
ſine dedecore ac damno Romani Imperii deditâ operâ fuerunt abrupta,
dum majoribus votis, Cæſareis deciſionibus & comitiorum decretis, non-
nulli ſe oppoſuerant, & judicia Cameræ Spirenſis ſufflaminata, aulicique
dicaſterii juriſdictionem in dubium vocaverant, ſtatim ad ſimultates inde
ortas, & pernicioſa fœdera, & deteſtandam Bohemiæ rebellionem deve-
nit: ejuſque Ducem Fridericum Palatinum proſcriptum accuſavit. Dein-
de amicas & falſas interpoſitiones, cavillationes, Sacramentorum viola-
tiones, regni & coronæ rapinas, perfidas Legationes, ſubditorum ſuſcita-
tiones & fœdera etiam cum Turcarum cliente, enarrans, totius Electorum
Collegii ſpretas admonitiones, temerarias pugnas, ſuaſque tandem victo-
rias, diverſis locis, è variis hoſtium exercitibus, Deo propitio, reportatas:
obſtinatum tamen Palatini animum recenſuit, unaque explicavit, quanto
jure Palatinus Cæſaris, ac Imperii declaratus hoſtis, dignitate ſuâ ob enar-
rata crimina & læſæ Majeſtatis perfidias excidiſſet: & quomodo ad ipſum
devolutam dignitatem alteri benèmerito erga Imperium, Ordinum de-
fenſionem & familiæ ſuæ conſervationem conferre decreviſſet; atque de
facto ex plenitudine poteſtatis modò dictam Electoralem dignitatem „

Maxi-

Maximiliano utriuſque Bavariæ Duci contuliſſet. Secundum hæc petiit Imperator ab Electoribus, & Principibus præſentibus, ut pro eorum prudentiâ & innato erga Patriam affectu conſilia & ſententiam dicerent, qua deinceps res Imperii Romani ſupradicti Electores & Principes, qui Cæſari fidam operam præſtiterant melius poſſent ſtabilire, hoſtiumque conſilia diſſipare, ac pravis molitionibus prævenire. Deinde,enarratis graviſſimorum horum annorum expenſis partim in tuendâ Ungaria, partim in Legatorum receptione ac miſſione liberaliter effuſis; principaliter differebat de ærario reſtaurando, ſi forte à Turca vel Berhlemo appeteretur. Tertiò de Hollandorum conatibus, bellum non ſolum in domum Burgundicam, ſed in Imperium ipſum tantis ſeditionibus incompoſitum,in damna Weſtphaliæ, Colonienſis diœceſis, Juliacenſis ditionis, aliorumque adornantibus, differuit. Quartò de gravaminibus jam ſæpiùs magno ſtudio ac contentione partium prolatis, auferendis; de Cameræ Spirenſis tribunali ad juſtitiæ dictamen fideliter adminiſtrandum reformando; ac tandem de adulterata moneta proſcribenda, melioríque ſufficienda, deliberari voluit.

Ex his etiam quæ à Viro tantæ eminentiæ, adverſæ inſuper parti addicto,tanquàm à teſte omni exceptione majore,qui non ſolùm Cæſaris mentem, conſilia & actiones perfectè noverat, ſed etiam direxerat, atque Friderici,ceu hæretici, Proſcriptionem, translationemque Electoratûs in Bavarum, tanquàm acerrimum Romanæ Eccleſiæ defenſorem, omnibus modis promotum & acceleratum iverat, prolata, & ad perpetuam rei memoriam fidemque poſteritatis publicæ luci tradita ſunt, manifeſtè apparet, Electores & Principes toties commemoratos non fuiſſe eo fine Ratisbonam evocatos, ut in medium conſulerent, an Fridericus, qui jam pridem proſcriptus fuerat, proſcribi & dignitate atq; fortunis privari, Senatu moveri, & hoſtis Reipublicæ proclamari meruiſſet, neque an conſultum foret, Bavarum in ejus locum, excluſis, condemnati liberis & agnatis ſurrogare,& in collegium cooptare; imò omnia iſta dudum à Cæſare,& quidem ex plenitudine poteſtatis; *ſicut Antiſtes iſte iiſdem verbis atteſtatur,& ipſe Imperator in ſuâ Propoſitione profiteri non veretur:* decreta, ſtatuta & concluſa
81. fuiſſe; Electoribus & Principibus in eum finem duntaxat accitis, ut inveſtituræ Bavaricæ pompam aſpicerent, nouumque hominem pro Collega
82. & Socio agnoſcerent. Adhæc honoris ſaltem & civilitatis uſurpandæ cauſa Principes iſtos rogatos, ut in medium deliberarent,quomodo Fridericus,& ejus ſocii tanquàm Imperii & Cæſaris hoſtes poſſent adhuc fortiùs coërceri, & funditus deleri,atque ita bellum in Germania ad redigen-
83. dum in ordinem Ordines reſtaurari & continuari. Tota illa Propoſito nihil moderati & pacifici, nihil manſueti continet, nullam mentionem vel remittendæ offenſionis, vel mitigandæ pœnæ, vel concedendæ veniæ, vel ineundæ pacis & reconciliationis facit; ſed proſcriptionis tabulas ſtrictè exequendas,pœnas inhumanæ & in Germania niſi cum limitatione & mica ſalis receptæ legis Quiſquis, ſecundum juris rigorem & apices infligendas & exigendas, hoc eſt, urendum, ſecandum, & enſe reſcindendum,bella bellis continuanda, arma armis proſequenda eſſe præcipit, jubetq; Ære ciere viros, Martemque accendere cantu; quod deinde experientia lucu-
84. lenter comprobavit. Quod ſi verò aliquis Electorum conſenſus interveniſſet, aut rogatus fuiſſet, nequaquàm Præſul iſte (qui non ignorabat Saxoniæ & Brandenburgi Septemviros conqueſtos fuiſſe,quod Imperator ſpretis Imperii legibus & capitulatione Regia, Electores in re tanti momenti, quæ ad ſalutem omnium ſpectaret, adhibere in conſilium neglexiſſet) aliquam ejus rei mentionem, vel ad excuſationem, & ad declinandum à Cæſare invidiam, facere omiſiſſet.

CAPUT

CAPVT XXX.

ARGUMENTUM.

Quæ hactenus dicta ſint ſufficienter oſtendere, quod Electores & Principes ne digni quidem habiti fuerint, quorum ſententia ante proſcriptionem Friderici R. & tranſlationem Electoratûs in Bavarum interrogarentur; imò ne quidem illorum approbationem petitam fuiſſe: quæ res hactenus in Imperio nondum audita ſit, apud Germanos nempe libertati, non ſervituti aſſuetos.

Manifeſtum quoque eſſe Electores & Principes Ratisbonam eâ de causâ ſolùm evocatos, ut Ducis Bavariæ inaugurationem præſentiâ ſuâ auguſtiorem redderent: Saxoniæ autem & Brandenburgi Archiprincipes, Duceſque Pomeranum & Brunſuicenſem abſentiâ ſuâ ſufficienter proceſſum Cæſaris improbaſſe. Cæteros autem Electores infulatos Ratisbonæ præſentes nonnihil etiam fluctare viſos ab initio, & pro Friderico Rege in gratiam recipiendo, liberiſque ejus, fratre & reliquis Agnatis interceſſiſſe, proſcriptionem tamen non improbaſſe, ſed potius laudaſſe; poſtquam verò Cæſar ſingulatim quemlibet illorum evocarit, propitium reſponſum obtinuiſſe: hunc itaque in modum approbatione iſtorum Principum extorta, Bavarum rem factam habuiſſe.

Saxoniæ verò & Brandenburgi Electores contradixiſſe, omnem Cæſaris proceſſum improbando & nullum declarando: & non ſolùm ipſum proceſſum improbaſſe, ſed etiam contra ipſum conventum tanquam nullum proteſtatos fuiſſe.

Deindè univerſum Senatum in duas diſcrepantes ſententias ſeceſſionem feciſſe oſtenditur; dum Electores Eccleſiaſtici cum Epiſcopis Herbipolenſi & Salisburgenſi pœnam banni & tranſlationem Electoratûs in Bavarum approbarint: Saxoniæ verò & Brandenburgenſi Septemviri & Duces Brunſuigæ, Pomeraniæque, Landgraviumque Haſſiæ contrarium cenſuiſſe; & ſic ſi Senatus numeretur, ſententias ἰσοψήφους reperiri; unde pateat ſententiam benigniorem ex antiquo more ſequendam reumque abſolvendum eſſe.

Opponi quidem Electores Saxoniæ & Brandenburgi conſenſum tandem ſuum in approbanda tranſlatione Electoratûs declaraſſe; ſed reſponderi, nequaquam poſſe demonſtrari, binos illos Electores ſententiam & proceſſum proſcriptionis approbaſſe; imò potius contrarium ſtatuiſſe: Quod autem tranſlationem Electoratûs in Bavarum attineat, eos quidem conſenſiſſe, ſed certis conditionibus, ex quibus tamen nulla adimpleta ſit, unde quoque conſenſus nullus, & approbatio nulla ſit; inſuper aſſenſum iſtum longè poſt datam Bavaro inveſtituram declaratum eſſe, & minis, perque errorem offuſum extortum eſſe. Adhæc conſenſum iſtum ideo eſſe nullum, quia per eum actus ſua natura nullus approbetur, nec poſſit diſplicere amplius, quod ſemel placuerit.

Tandemque Electoris Brandenburgenſis conſenſum ultra Imperatorem, Bavarum & Moguntinum etiam Regem Poloniæ extorſiſſe; hinc factum ut Rex Angliæ Polono indignum illud factum exprobraverit.

CONSPECTVS.

1. Electores & Principes ne dignos quidem habitos fuiſſe, quorum ſententiæ ante proſcriptionem Friderici R. & tranſlationem Electoratûs in Bavarum interrogarentur.

2. Imò ne quidem illorum ratificationem petitam fuiſſe.

3. Hinc Saxoniæ Electorem in Senatu conqueſtum eſſe de hâc præteritione Electorum.

4. Quæ res ſit planè nova & hactenus in Imperio nondum audita.

5. Quo exemplo Imperator Ferdinandus orbi terrarum teſtatum fecerit, rem tandem in Imperio eò deductam, ut Cæſari integrum ſit pro arbitratu Electores deſtituere & inſtituere, inconſultis reliquis Collegis.

6. Neque ideo obligatum eſſe rationem redde-

reddere, cum ſit pro ratione voluntas.

7. Eam nempe conditionem eſſe imperandi, ut oon aliter ratio cooſtet, quàm ſi uni reddatur.

8. Regem Perſarum aliquando quoque conſilium coëgiſſe, non ut Conſiliariorum ſententias exquireret & ſequererur, ſed ut illi approbareot, quod ille nutu ſuo decreviſſet.

9. Carolum IX. Regem Galliæ qooque Patribus Curiæ dixiſſe, parendum eſſe ſuis ſanctiooibus, nec diſputandum quales ſiot, ſe enim melius ſcire, quid ſit ex uſu regni, quàm illos.

10. Et hæc quidem ex abſolutâ dominationis poteſtate facta eſſe.

11. Hoc antem apud Perſas, quibus lex Regia erat, novum noo fuiſſe.

12. Sed apud Germaoos libertati, oon ſervituti aſſuetos:

13. Apud qnos Ephori refrænandæ potentiæ conſtituti ſint:

14. Capitulatio Regia cum Imperatore inita:

15. Conſtitutiones & leges fnodamentales aliud ſanciant, ipſeque Imperator promittat:

16. Planè inſolens & inauditum eſſe.

17. Manifeſtum itaque eſſe Electores & Priocipes Ratisbonam eâ de cauſâ evocatos, ut Ducis Bavariæ inaugurationem præſentiâ ſuâ oroarent, & celebriorem redderent:

18. Et oovum Collegam in Senatum cum applauſu reciperent.

19. Saxoniæ quidem & Brandeburgi Archiprincipes, Duces etiam Pomeraoum & Brunſvvicenſem comparere noluiſſe;

20. Electores tamen illos binos Legatos ſuos miſiſſe eum reſtrictis ad contradicendum mandatis; & ſuâ abſentiâ proceſſum in Friderieo R. & Electoratu transfereodo improbaſſe.

21. Cæteros Electores ioſulatos Ratiſbonæ præſentes noonihil etiam fluctuare viſos fuiſſe ab initio.

22. Dum non per omnia Ferdinandi Imperaroris decreto aſſeotiri velleot, vel ſimulareot.

23. Ideoque ab Imperatore petiiſſe, conſiderate vellet, an liberi Friderici R. frater, & reliqui Agnati excludi ab Electoratu jure poſſint.

24. Fridericum R. etiam in gratiam recipiendum ſuaſiſſe & rogaſſe.

25. Cum noo extiterit inceptor motuum Bohemicorum.

26. Et, Cæſare in rigore perſiſtente, novum incendium & deveſtationem regionum adhuc flotentinm ſecuturam certum ſit, & jam velut ante oculos verſetur.

27. Liberos enim & Agoatos ſe non paſſuros privari jute ſuo, ſed potius extrema tentaturos.

28. Proſcriptionem tamen iſtos antiſtites oon improbaſſe, minus impugoaſſe, ſed potius comprobaſſe & laudaſſe.

29. Poſtquàm verò Cæſar, ex ſuggeſtione Carafæ, tum temporis Nuocii Pontificii, ſingulatim quemlibet Electorum iſtorum evocârit, & pollicitationibus & præmiis invitaverit, propitium reſponſum obtinuiſſe:

30. Jutibus & prætenſionibus Liberorum & Agnatorum ad amicabilem tranſactionem remiſſis.

31. Hunc itaque io modnm approbatione iſtorum Principom extortâ & obreptâ, Bavarum, cujns præſentia, promiſſiooes & artes plurimum orſerint, rem factam habuiſſe.

32. Saxooiæ verò & Brandenburgi Electores in legibus Imperii, juratâ Capitulatione Cæſareâ, in conſuetudine & uſu, in æquitate, honeſtate & juſtitiâ, in boni publici reſpectu fundatis argumentis contradixiſſe.

33. Omoem Cæſaris proceſſum improbando & nullum;

34. Utpote contta ſanctiones fundamentales Imperii,

35. Auream Bullam,

36. Inviolabilem jurejurando & per cootractum firmatam capitulatiooem,

37. Majorum inſtituta,

38. Receptum & tot ſæculis in Germaniâ cuſtoditum motem:

39. Contra Electorum & Principum jura, privilegia, libertatem, honorem & eminentiam.

40. Inconſultis primò Electoribus decretum & ſuſceptum.

41. Deinde iſtis proteſtantibus deproperatum & peractum declarando.

42. Satis jam apparere ex enumeratis, quam nulliter & inſolenter cùm banni proceſſus adornatus, præcipitatus & approbatus:

43. Tùm Electoralis digoitas Friderico ademta & Dnci Bavariæ collata fuerit;

44. Excluſis contta omoe jus liberis & agnaris.

45. Deinde etiam apparere, quàm tumultuariè & confuſè ſeotentias eliquârint.

46. Quam ſuſpecti, flexibiles, & affectibus oppleti fuerint major eorum pars, qui in conſilium & judicium adhibiti fuerint.

47. Malevolentiâ enim in Fridericum R timore & reverentiâ erga Imperatorem, gratiâ & favore in Bavarum, tùm utilitate ante oculos poſitâ, illectos, callidis etiam perſua-

perſuaſionibus illaqueatos id approbaſſe, quod ipſo jure nullum, Reipublicæ exitium, rerumque omnium confuſionem allaturum eſſe non ignorârint, imò prædixerint.

48. Notandum hîc etiam, quod contra ipſum conventum, tanquam nullum, Saxoniæ & Brandenburgi Electores proteſtati ſint.

49. Quia contra Majorum inſtituta;

50. Conſuetudines & leges Imperii ſit;

51. Et non ſine diminutione prærogativæ Septemviralis novo planè exemplo Principes aliqui cum Electoribus in ſententiis dicendis commiſſi fuerint.

52. Ipſum quoque univerſum Senatum in duas ἰσοψήφους ſententias diſceſſionem feciſſe.

53. Dum trini Electores Eccleſiaſtici, cum Epiſcopis Herbipolenſi & Salisburgenſi pœnam banni, tranſlationem Electoratûs in Bavarum non ſolùm approbârint, ſed etiam dilaudârint.

54. Saxoniæ verò & Brandenburgi Septemviri contrarium cenſuerint.

55. Si nunc Duces Bruſwigæ & Pomeraniæ procul dubio horum amborum Electorum ſententiæ acceſſiſſent, qui tamen, ne proſcriptionis executionem & inveſtituram Bavari comprobare cogerentur, emanſerint.

56. Quibus etiam hanc Electoratûs in Bavarum tranſlationem non placuiſſe ex ipſo fœdere, quod inter ipſos & Regem Daniæ, Electoremque Brandeburgenſem initum fuerit, manifeſtum ſit:

57. Quodque ipſe Caraffa luculenter teſtetur:

58. Qui illos dicat conqueſtos inſuper eſſe de moderatione Cæſaris, quâ filiis & Agnatis conſuleret, illamque non ſufficientem dixiſſe, nec ſatis fundatam.

59. Landgravium Haſſiæ Ludovicum in potioribus quoad reconciliationem & tranſlationem Electoratûs cum Saxone, in cæteris cum Infulatis ſenſiſſe.

60. Ipſum paulò poſt tamen totum ſe ad nutum Cæſaris compoſuiſſe, qui ad devinciendum hominem, cauſam ſucceſſionis Marpurgenſis in ejus favorem deciderit.

61. Bavarum autem, qui pars fuerit & Candidatus, in numerum horum Principum non veniſſe, niſi quemadmodum Saul olim fuerit inter Prophetas.

62. Jam verò ſi Senatus numeretur, reperiri ſententias ἰσοψήφους;

63. Illoſque omnes qui nigrum calculum appoſuerint, inimicos profeſſos Friderici fuiſſe, & à partibus Cæſaris & Bavari ſtetiſſe.

64. Ideoque judicandi munere planè incapaces extitiſſe.

65. Eorumque ſententiam pro nulla habendam eſſe.

66. Inter illos verò qui album calculum addiderint Brandenburgicum Heptarcham & Duces Pomeraniæ & Brunſwigæ fuiſſe omnium integerrimos & ἀπαθεῖς.

67. Et ob id etiam eorum ſententias juſtitiæ magis conformes cenſendas eſſe.

68. Et cæteris ex affectu præcipitatis & largitione devinctis ſuffragiis præferendas.

69. Apud antiquas gentes reum ſemper abſolutum fuiſſe, quando ſententiæ ſuffragantium æquales fuerint.

70. Quod etiam apud Romanos lege cautum fuerit.

71. Et jura civilia fieri velint.

72. Nimirum cum ad utramque partem vota conſulentium ſint æqualia, tunc benigniora ſequi, non minus juſtius eſſe quàm tutius.

73. Ideò melius eſſe de miſericordia reprehendi, quàm de ſeveritate.

74. Et faciliores nos eſſe debere ad liberationem.

75. Opponi quidem ex adverſo, Electores Saxoniæ & Brandenburgi conſenſum tandem ſuum in approbandâ tranſlatione Electoratûs, & ratihabitione omnium eorum, quæ à Cæſare & cæteris Electoribus eâ in re decreta ſint, declaraſſe:

76. Sed reſponderi, nequaquam poſſe demonſtrari Electores iſtos binos ſententiam & proceſſum proſcriptionis cum requiſitâ formâ & ſolennitate approbaſſe.

77. Imo potius contrarium ſtatuiſſe, & in primâ ſuâ diſſenſionis opinione perſtitiſſe.

78. Quod autem tranſlationem Electoratûs in Bavarum attineat, conſenſiſſe quidem;

79. Sed his conditionibus, ut Bavarus ad dies vitæ duntaxat Elector maneat:

80. Et jura, prætenſioneſque liberis & agnatis Friderici Regis ſalvæ & illæſæ perſiſterent.

81. Deinde ut Cæſaris, Bavari & Ligiſtarum copiæ è ditionibus Ordinum proteſtantium deducerentur & dimitterentur.

82. Denique ut Collegium Septemvirale redintegraretur eum in finem, ut comitia pro ſalute Imperii & pace reſtabiliendâ inſtitui poſſent.

83. Has Conditiones Cæſarem & Bavarum ſtipulatos, ut eò facilius confidentes Principes in ſententiam ſuam traherent.

84. Nullam autem ex iis, ad quas tamen

couſenſus prædictus adſtrictus fuerit, adimpletam ſuiſſe.

85. Couſenſum verò & approbationem ſub conditione ſactam nullam eſſe, uiſi couditione impletâ, in totum quidem, & in formâ ſpecificatâ.

86. Præterea aſſenſum iſtum legitimum eſſe non poſſe, quia lougo tempore poſt datam Bavaro inveſtituram, re uon amplius integrâ:

87. Nec eo modo ac formâ, quæ requireretur, declaratus:

88. Tum minis, falſis promiſſis, injuſtis perſuaſiouibus & per errorem offuſum extortus ſit.

89. Nihil autem tam coutrarium conſenſui, quàm vis, metus, error & injuſta perſuaſio.

90. Nec velle aut conſentire dici poſſit, qui coactè id faciat.

91. Adhæc ratificatio debeat fieri re integrâ, & cum eâdem ſolennitate, quæ requiſita ſit iu primo actu.

92. Inſuper conſenſum iſtum ideo eſſe nullum, quia per eum actus ſuâ naturâ nullus & vitioſus approbetur.

93. Qod de jure fieri non debeat.

94. Actum enim nullum ex ſupervenieute conſenſu convalidari.

95. Non poſſe quoque diſplicere amplius, quod ſemel placuerit.

96. Nec integrum eſſe mutare ſeutentiam ſuam in alterius injuriam, aut præjudicium illius, cui inde jus acquiſitum fuerit.

97. Tandem Electoris Brandenburgici aſſeuſum, non Imperatorem & Bavarum Præſulemque Moguntinum tantum minis & perſuaſionibus ſuis extorſiſſe:

98. Sed etiam Regem Poloniæ permotum, ut minacibus literis Electorem Brandenburgicum tanquam Vaſallum ſuum perſuaderet.

99. Hinc factum, ut Rex Jacobus Polono ingratum illud & indignum factum per literas etiam exprobrarit.

1. QUin & ex prædictis hoc apparet, quod Electores & Prin-
cipes ne digni quidem habiti fuerint, quorum ſententiæ
ante privationem & excluſionem Friderici è Collegio, &
2. ante tranſlationem Electoratûs in Bavarum interroga-
rentur, imò ne eorum ſaltem aſſenſus, approbatio aut ra-
tificatio, quia res ſuperflua, non neceſſaria, & ad imminu-
tionem potentiæ legibus ſolutæ ſpectare, & in præjudi-
3. cium ſtabiliendæ Dominationis tendere videbatur, perita fuerint. Hinc
Saxoniæ Elector per legatos ſuos in Senatu conqueſtus eſt de hâc contem-
tione & præteritione Electorum, dum ita Oratorem ſuum inter alia loqui
juſſit: huc accedit, quod tranſlatio iſta ab initio ſine præſcitu & conſilio
Electorum facta ſit, cum tamen ea res ſit maximi & ſummi momenti, de
quâ ſanè, utpotè quæ membrum Collegii attingat, Electores conſuli de-
buiſſent. adhæc etiam illud addendum, quod in hoc ipſo conventu non ro-
4. gentur Electorum ſententiæ & conſenſus: ſed illis, quid decretum, con-
ſtitutum & actum ſit nudè indicari & ſignificari, quæ res ſit planè nova &
5. in Imperio hactenus non audita. Quo ſingulari & notabili exemplo po-
tentiſſimus Imperator Ferdinandus Orbi terrarum teſtatum ſanè fecit,
rem tandem in Imperio per ſua conſilia, auſpicia, vires & victorias ex oc-
caſione diſcordiarum & diſſenſionum inter Ordines, deductam ut Cæſari
integrum ſit pro arbitratu, proprio motu & ex plenitudine poteſtatis Ele-
ctores, quos velit, deſtituere & inſtituere; hos Senatu movere, illos adſci-
ſcere, inconſultis reliquis Collegis & membris, quibus non liceat dicere,
6. Caput cur hoc facis? neque ideò obligatum eſſe cuipiam rationem redde-
re, cum ſit pro ratione voluntas. *Iuvenal.* Vim enim Principatûs reſolvi,
7. ſi hæc talia ad Senatum vocentur: eam nempè conditionem eſſe Imperan-
di, ut non aliter ratio conſtet, quàm ſi uni reddatur. *Tacit. annal.* 1. *cap.* 6.
8. *in fin.* Sic legimus Regem quendam Perſarum, nî nos memoria fallit, ali-
quando concilium cogiſſe, & in hanc ſententiam Conſiliarios ſuos allocu-
tum fuiſſe: Ego vos non ideò convocavi, ut veſtras ſententias & opiniones
exquirere, auſcultare & ſequi intendam, ſed ut approbetis & exequamini,
9. quod ego nutu meo jam deſignavi, decrevi & conſtitui. Ita Carolum IX.
Regem

Regem Galliæ ad Patres Curiæ in oratione quâdam ſuâ locutum eſſe legimus: Veſtrum eſt, *inquit*, parere ſanctionibus meis, nec diſputare quales ſint; ego enim melius ſcio, quid ſit ex uſu regni, quidvè deceat, quàm vos. *in obſervat. ad* XXIV. *Orationem Mureti in funere Caroli habitam Romæ* MDLXXIV. *ubi legitur* Carolum imberbem hæc dixiſſe, in frequentiâ doctiſſimorum ſenum, mirantibus cunctis à quo talia didiciſſet. Et hæc 10.
quidem ex abſolutâ dominationis exlegis poteſtate quâ Principes κτ̃ νόμυς ἀνυπεύθυνος (reddendæ rationi non abnoxii) *Plato.* qui ſibi leges ſubjectas, ſe legis animatæ inſtar hominibus eſſe credunt. *Nov.* 105. *§. Subjacent igitur.* 4. *in fine.* cuncta quæ libet, ſibi licere: *Iulia uxor Antonini Caracallæ apud Spartian. in Caracalla.* Et nullius auſcultare aut ſequi conſilium neceſſe habere, arbitrantur; quin in diminutionem authoritatis ſuæ fore, ſi aliorum conſilio uterentur, vel uti tenerentur. Hoc apud Perſas, quibus lex 11.
regia erat, quæ Regi omne id, quod facere vellet, permittebat, *ſicut teſtatur Herodotus in Thalia.* novum non erat: Sed apud Germanos libertati 12.
non ſervituti, ſicut Oriens, *Tacit. hiſtor.* 4. *cap.* 17. adſuetos, apud quos 13.
Electores Ephori refrenandæ & temperandæ potentiæ conſtituti, & capi- 14.
tulatio regia cum Imperatore inita, tùm conſtitutiones & leges fundamen- 15.
tales aliud longè ſanciunt & præſcribunt, ipſeque Imperator promittit, 16.
planè inſolens & inauditum. Electores igitur & Principes, qui Ratisbonæ 17.
tùm convenerunt, ea potiſſimùm de cauſa evocatos fuiſſe, manifeſtum eſt, ut Ducis Bavariæ inaugurationem, hoc eſt, inveſtitutam Electoratûs interventu ſuo & præſentia ornarent, & celebriorem auguſtioremque, imò & plauſibiliorem, acceptiorem & opprobatiorem apud vulgus redderent, & novum Collegam in Senatum cum pompâ adgeſtis 18.
congratulationibus & applauſibus reciperent & venerarentur, conciliatâ ei apud plebem per ſolemnem receptionem & agnitionem gratiâ & autoritate. Saxoniæ quidem & Brandenburgi Archiprincipes, Duces 19.
etiam Pomeranus & Brunſuicenſis, quamvis admodum diligenter ab Imperatore & cæteris Electoribus & Principibus admoniti & rogati, comparere noluerunt, legatos tamen ſuos bini Electores cum reſtrictis ad contradicendum mandatis miſerunt; abſentiâ & emanſione ſuâ omnibus te- 20.
ſtatum facere volentes, ſe proceſſum in Friderico, & Electoratu confiſcando, & in Bavarum transferendo minimè comprobare, vel ut ipſi reſcripſerunt, ne præſentes cogerentur adſtipulari & ſuffragari iis, quæ jam peracta & deciſa viderent, quæque ſalvo honore & conſcientiâ, fideque quam Reipublicæ jurârint, illæsâ, comprobare nequirent, utpotè quæ contra leges & conſtitutiones Imperii, contraque majorum inſtituta & capitulationem regiam eſſe, & apud Ordines poſteroſque excuſari & juſtificari non poſſe ſcirent: adhæc Cæſari offenſioni futuros, ſi præſentes & palàm improbarent, quæ ille probaſſet & decreviſſet, *ſicut in eorum literis ad Cæſarem Annebergæ* XII. *Martii anno* MDCXXII. *& ad Electorem Moguntinum Dreſdæ* XXIII. *Februar. eodem anno exaratis, pluribus apud Lundorpium libr.* 6. *actor. public. tomo* 1. *videre licet.* Cæteri Electores infulati, 21.
qui Ratisbonæ aderant, nonnihil etiam fluctuare & hæſitare ab initio vide- 22.
bantur, dum non per omnia Ferdinandi ſententiæ & decreto, præſertim in his, quæ translationem Electoratus, & omnimodam liberorum & agnatorum privationem ſpectabant, accedere & aſſentiri vel volebant, vel ſimulabant: ideò demiſsè ab Imperatore petebant, conſiderare vellet, an 23.
liberi Friderici, quibus ante Patris reatum jus ex Providentiâ Majorum quæſitum eſſet, an etiam Frater Ludovicus, qui fraterni criminis particeps non ſit, neque quidquam deliquerit, aut per ætatem minorennem delinquere potuerit, an denique reliqui agnati non ſolùm innocentes, ſed

etiam bene de Cæſareâ Majeſtate in his ipſis motibus meriti, privari & ex-
24. cludi ab Electoratu jure ſine propriâ culpâ poſſint. Fridericum etiam, pro quo timidè, & cum præfatione veniæ intercedebant, in gratiam, debita prius ſubmiſſione & deprecatione, tùm renunciatione Regni Bohemiæ præſtitâ, recipiendum & reſtituendum ſuadebant & rogabant, inter alias,
25. " has potiſſimum rationes afferendo: Comitem Palatinum non extitiſſe au- " torem & inceptorem motuum Bohemicorum: ſed hos cœpiſſe pridem, " antequam ille in Bohemiam ſe contuliſſet, & rebus Bohemorum illigaſſet:
26. præterea conſiderandum, quod, Cæſare in rigore perſiſtente & ſeveriorem juſtitiæ adminiſtrationem lenitati & clementiæ præferente, novum incen- " dium, majorem ſanguinis humani profuſionem, ſciſſionem & devaſtatio- " nem regionum & provinciarum adhuc florentium & bello immunium, ſe-
27. cuturam eſſe certum ſit, imò illam jam velut ante oculos verſari. Liberos enim & agnatos non paſſuros ſe privari jure ſuo, ſed potius extrema tentaturos, & divina humanaque in auxilium vocaturos, ut illud aſſerant & vin-
28. dicent. Proſcriptionem tamen & ejus proceſſum iſti antiſtites non improbabant, minus impugnabant, ſicut Electores Saxoniæ & Brandenburgi faciebant: imò Cæſaris decretum in eo comprobabant & laudabant, ſatis eum cauſæ habuiſſe, quod pœnam banni & privationis contra Comitem Palatinum decreviſſet & promulgaſſet, idque juſtitiæ & legibus conſentaneum eſſe, aſſeverando. *Ita in eorum reſponſo & conſilio Cæſari* $\frac{XIX}{XX}$ *Ianuar.* 1631
29. *dato ſcriptum legimus.* Poſtquàm verò ex ſuggeſtione Caroli Caraffæ, Epiſcopi Averſani, tùm temporis Nuncii Papalis, (*ſicut ipſe conſilium hoc ſe Cæſari dediſſe atteſtatur in libro ſuo, cui titulum fecit; Commentaria de Germania ſacra reſtauratâ: ubi ita ſcribit:* Cæſar etiam à priore ſententiâ vix dimoveri potuit, quo verbo ſuo ſtaret, quod ut Catholici Electores approbarent, (me conſulente ſingulatim quemlibet evocavit, atque mox propitium reſponſum obtinuit.) unus poſt alterum ad Imperatorem ſeparatim appellatus, admonitus, perſuaſionibus, pollicitationibus & præmiis invitatus fuiſſet, nemo ab ejus voluntate vel minimum diſſentire, aut ullam exceptionem contra translationem & inveſtituram Electoratus Bavaro promiſſam & factam, opponere auſus fuit: ſed omnes, alius poſt alium in ſententiam
30. Cæſaris pedibus manibuſque ſine difficultate abire properârunt; juribus & prætenſionibus liberorum & agnatorum ad amicabilem compoſitionem & tranſanctionem, quâ non ſuccedente ad forum judiciale remiſſis
31. & ſepoſitis. Hunc in modum conſenſu & approbatione iſtorum Principum, qui deindè in publico conſeſſu, miſſi in ſuffragia, non audebant præ pudore & ignominiâ retractare & mutare, quod privatim & ſeorſum *κατ' ἰδίαν* approbârant & agnoverant extortâ & obtentâ, Bavarus, qui more veterum candidatorum ſe velut ex colle in comitio univerſis oſtentabat. *Macrob. lib. 1. Saturn. alium c.16. Nicolaus Gruchius de comit. lib. 1. cap. 3. in fin.* cujuſque præſentia, petitiones, prenſationes, promiſſiones, perſuaſiones,
32. artes, pollicitationes plurimùm urgebant, rem factam habuit. Saxoniæ verò & Brandeburgi Electores, tam per Oratores ſuos in ipſo Senatu, quàm per repetitas querelarum & proteſtationum plenas literas conſtan- " tiſſimè multis in medium adductis, non in opinionibus hominum, ut ipſi " ajunt, ſed in legibus Imperii, in juratâ capitulatione Cæſareâ, in con- " ſuetudine & uſu, in æquitate, honeſtate & juſtitiâ, in boni publici &
33. tranquillitatis communis reſpectu, fundatis argumentis contradixerunt & quiritati ſunt, omnem illum proceſſum, quo Cæſar in proſcribendo & privando feudis & dignitatibus Friderico, in Electoratu Palatino & officio Archidapiferiæ cum pertinentiis in Bavarum non ſine magna injuriâ & præjudicio liberorum & agnatorum transferendo uſus

erat,

erat, improbando, & nullum, invalidum, illegitimum & infirmum, ut-
porè contra ſanctiones fundamentales Imperii, contra Auream Bullam, 34.
& inviolabilem jurejurando & per contractum firmatum capitulatio- 35.
nem, contraque majorum instituta & receptum tot ſæculis in Germa- 36.
niâ custoditum morem, contra Electorum denique & Principum jura, pri- 37.
vilegia, libertatem, honorem & eminentiam, inconſultis primò Electori- 38.
bus decretum & ſuſceptum, deinde ipſis abrogantibus & protestantibus 39.
deproperatum & peractum, pronunciando & declarando: *Sicut ex Proto-* 40.
collo Cancellariæ Moguntinenſis, in quo vota illorum deſcripta ſunt, & ex variis 41.
ad Imperatorem, ad Moguntinum & alios ſcriptis literis; tùm etiam ex relatione
nomine Electorum & Principum 15. die Februarii, & ex aliâ 21. ejuſdem menſis,
anni MDCXXIII. *Ratisbonæ tradita; ex reſponſis etiam, oratoribus ad extorquen-*
dum & captandum amborum illorum Electorum miſſis, datis, pluribus cognoſcere
licet Ea omnia & ſingula huc minutim referre, nimis longum foret: plæraq;
etiam in ſcripto publico, ſeu diplomate declaratorio Caroli Ludovici Ele-
ctoris Palatini ad omnes Reges & Principes Orbis Christiani tranſmiſſo
continentur, & nos non minus alibi exſecuti ſimus. Satis autem, ni nos fallit 42.
ratio, ex ſupra enumeratis apparet, quàm nulliter, inſolenter, illegitimè &
præposterè, cum banni proceſſus adornatus, præcipitatus, & approbatus,
tùm Electoralis dignitas Friderico adempta, & Duci Bavariæ collata fuerit 43.
excluſis contra omne jus, fas & æquum, liberis & agnatis, qui jam ex pacto 44.
majorum lege & conſuetudine Imp. & ex investiturâ ſimultaneâ, jus, quod
eis propter alienum delictum auferri non poterat, quæſitum habebant: ap-
paret deinde, quam tumultuariè, perfunctoriè, & properanter, quàm abru- 45.
ptè, confuſè, & citra ordinem juris nullo habito rerum, temporum, perſo-
narum diſcrimine, veluti per Satyram & ex compacto tanquam in velabro
rem egerint, ſententiaſque eliquârint: quàm ſuſpecti denique, flexibiles, 46.
gratiæ obnoxii & extra ſe rapti affectibus oppleti fuerint major eorum pars,
qui in conſilium & judicium adhibiti fuerunt. Malevolentiâ enim & odio 47.
in Fridericum quem depreſſum cupiebant, rimore & reverentiâ erga Im-
peratorem, cujus potentiam & minas formidabant, gratia & favore in Ba-
varum, quem exaltatum & novis honoribus, hoc eſt, alienis plumis orna-
tum videre volebant, tùm utilitate & emolumento ante oculos propoſito
illecti, callidis etiam perſuaſionibus & dictis illaqueati, id approbârunt &
ratum habuerunt, gratumque quod ipſo jure invalidum, nullum, & præter
jus & æquitatem, quodque Reipublicæ exitium & ſubverſionem, rerum-
que omnium confuſionem & deſperationem allaturum eſſe haud ignora-
bant, imò & prædicebant. Jam & hoc in additamentum & mantiſſam no- 48.
tandum, quod contra ipſum etiam conventum & conſeſſum tanquam
nullum & illegitimè convocatum, bini iſti Saxoniæ & Brandeburgi Ele-
ctores protestati ſunt, & exceperunt, quia nimirum contrà majorum inſti- 49.
tuta, contra conſuetudines & leges Imperii, non ſine diminutione præro- 50.
gativæ Septemviralis, novo planè & inaudito exemplo, Principes aliqui 51.
cum Electoribus in conſultando & ſententiis dicendis commiſſi & con-
juncti fuerint Ne attingamus jam ipſum illum univerſum Senatum in duas 52.
contrarias & diſcrepantes αἰτισωιθμυς ſententias & opiniones ſeceſſionem
feciſſe, dum trini Electores Eccleſiastici, cum Epiſcopis, Herbipolenſi, & 53.
Salisburgenſi Cæſaris voluntati & nutui per omnia ſeſe accommodantes
pœnam banni & privationis, tùm tranſlationem Electoratûs, cum conne-
xis juribus, feudis & regalibus in Bavarum, non modò approbarunt & ra-
tum habuerunt, ſed etiam dilaudarunt, eoque nomine Imperatori pro ad-
miniſtratâ juſtitiâ & ſollicitudine ſtabiliendæ in Imperio concordiæ gra-
tias agendas eſſe ſtatuerunt. Saxoniæ verò & Brandenburgicus Septem- 54.
viri

viri contrarium judicârunt & cenſuerunt, nempè Fridericum in gratiam
recipiendum, & reſtituendum Electoratum antiquis poſſeſſoribus, & fami-
55. liæ Palatinæ relinquendum eſſe. Sicut & Duces Brunſwigæ, nam & illi
Ratisbonam ad concilium illud evocati fuerant, procul omni dubio ſen-
tentiæ horum amborum Electorum acceſſiſſent; certò enim conſtat, eos
ex eâdem causâ, propter quam Saxo & Brandeburgicus adeſſe noluerunt,
56. emanſiſſe, ne ſcilicet Proſcriptionis proceſſum & executionem, inveſtitu-
ramque Bavari de Electoratu comprobare præſentes cogerentur. Quod
illis ut & aliis Principibus inferioris Saxoniæ ſummò diſplicuerit Electora-
tûs tranſlatio, quodque Ducem Bavariæ pro Electore agnoſcere nolue-
rint, hoc multis argumentis, & ex ipſo fædere, quod inter ipſos & Regem
Daniæ & Electorem Brandenburgenſem, circa id tempus initum fuit, ma-
nifeſtum eſt. Hinc Epiſcopus Averſanus Carolus Caraffa, qui tùm apud
Cæſarem Nuncii Papalis munere fungebatur, arcanum illud fœdus pro re-
ſtitutione Palatini, ſub ſpecie ſeſe tuendi initum fuiſſe ſcribit ab Ordini-
bus inferioris Saxoniæ, apud quos de tranſlatione Electoratûs, quæ multis
57. ſummè diſplicuiſſet, deliberatum ſeriò fuerit. Clariùs adhuc Brunſwi-
cenſis & Pomerani diſſenſum & exceptionem contra tranſlationem Ele-
ctoratûs teſtatur idem Caraffa, dum ita ſcribit: Hoc ergò periculo libera-
ti in majus ratione tranſlationis Electoratûs incidimus; Nam Elector
Brandenburgicus, Saxo, Brunſwicenſis & Pomeranus ſatis apertè tranſla-
tionem factam improbabant, ſummeque dolebant monita ſua aliquoties
per Legatos inculcata locum non habuiſſe cum illa in legibus fundamen-
talibus Imperii fuiſſent, & arbitrabantur, fundatiſſima, quæ ſi tacerentur
ab ipſis non putabant ſe poſſe apud poſteritatem excuſari. Querebantur
itaque, quod Palatinus punitus fuiſſet, antequàm ſatis eſſet auditus; &
quidem ab illis penes quos non erat tàm grave contra excelſam perſonam
58. „ judicium. Moderationem etiam Cæſaris, quâ filiis & agnatis conſulebat,
„ non ſufficientem eſſe, nec ſatis fundatam, arguebant, cum agnatorum jura
„ hoc pacto controverterentur, & incerto diſceptationis eventui commit-
„ terentur, quæ tamen innocentibus clara eſſe teſtabantur. Landgravius
59. Haſſiæ Ludovicus, qui & ipſe inter Aſſeſſores iſtius comitii erat, mediam
viam elegiſſe videbatur, dum in potioribus quidem quoad reconciliatio-
nem, & impediendam tranſlationem Electoratûs è domo Palatinâ, cum
60. Saxone in cæteris, cum infulatis ſenſit: paulò poſt inveſtiturâ factâ to-
tum ſe ad nutum Cæſaris compoſuit, qui ad demerendum & ſibi devin-
ciendum hominem & Domum Haſſiacam magis inter ſe collidendam
cauſam ſucceſſionis Marpurgenſis in ejus gratiam & favorem decidit. Hinc
idem *Carolus Caraffa, qui Comitiis iſtis intererat nomine Romani Pontificis, ita
ſcribit:* Principes congregati primò Saxoniæ Electorem placandum duxe-
runt, in quem finem nomine omnium ad illum miſſus fuit Ludovicus
„ Landgravius Darmſtadienſis illi gratiſſimus, cui Cæſar ut tanto fidelio-
„ rem operam navaret, paulò ante Marpurgenſem ſucceſſionem dudum in-
ter ipſum & cognatum Mauritium ventilatam, ſervatâ juſtitiâ ſecundùm
leges Imperii adjudicaverat, cum condemnatione Mauritii, quod præva-
61. ricaſſet teſtamentum Patrui. An Bavarus, qui pars erat, & candidatus,
imò qui jam Electoratum per diploma ſibi conſignatum & collatum de-
glutiverat, in numerum veniat, quis dicere ſuſtineat, niſi quemadmodum
Saulus quondam inter Prophetas aliquando, ita ille inter Electores & Prin-
62. cipes Collega & judex tùm fuiſſe dicatur. Jam verò ſi Senatum numeras,
reperies vota & ſententias æquales καὶ ἰσοςάθμους, totidem ſanè contra ban-
ni proceſſum & executionem, contraque tranſlationem Electoratûs, quot
numerabis pro contrariâ opinione. Ut ſilentio prætercam omnes illos, qui
morti-

mortiferum theta affixerunt, & nigrum calculum appoſuerunt, inimicos 63.
profeſſos Friderici fuiſſe, & à partibus Cæſaris & Bavari σὺν δορὶ, καὶ ἀσπίδι,
cum haſtâ cum ſcuto, *Ex Homero Eraſm. in Chiliad. ſub titul. conatus.* ſtetiſ- 64.
ſe, ideoque judicandi munere planè incapaces extitiſſe, eorumque ſenten- 65.
tiam, ſicut ipſo jure eſt, pro nullâ habendam & extra conſiderationem po- 66.
nendam eſſe. Inter illos verò qui album calculum addiderunt, Brande-
burgicus Heptarcha, & Duces Pomeraniæ, & Brunſwigæ, omnium erant
integerrimi, qui neutrò inclinabant, ἀδιάφθοροι, ἀκολάκευτοι, ἀκλινεῖς καὶ
ἰσοῤῥοποι, ob id etiam eorum ſententiæ ſaniores meritò, & juſtitiæ, atque 67.
æquitati magis conformes cenſendæ ſunt, & cæteris ex affectu præcipita- 68.
tis & largitione devinctis ſuffragiis præferendæ. Apud antiquas gentes 69.
reus ſemper cenſebatur abſolutus, quando ſententiæ ſuffragantium erant
æquales: nec ulla tàm barbara fuit, quæ aliquem condemnaſſet, qui pari
votorum lance in medio eſſet poſitus, totidem nigris condemnatus, quot
albis abſolutus calculis. Hinc *apud Æſchylum in Dyris legimus*:

> Α'νὴρ ὅγ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην.
> Ἴσον γάρ ἐστι τἀρίθμημα τῶν πάλων.
> *En iſte pœnam cædis effugit reus:*
> *Nam calculorum cernimus numeros pares.*

Etiam apud Romanos lege cautum fuiſſe *Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 7.* 70.
hiſtor. ſcribit: ut æqualitate ſuffragiorum reus abſolutus judicaretur: quod 71.
etiam jura civilia fieri volunt, nimirum cum ad utramque partem, vel ra- 72.
tiones vel ſententiæ & opiniones, vel vota & ſuffragia judicantium vel con-
ſulentium ſunt æqualia numero, ſive pondere, tunc benigniora ſequi &
præferri non minus juſtius eſſe quàm tutius. *l. ſemper. in dubiis 56. & l. ea
quæ in partes §. final. D. de regul. l. proximæ. D. de his quæ in teſtam. del. cap.
eſtote miſericordes. De regul. Iur. in antiquis.* ideò melius eſt de miſericordiâ 73.
reprehendi, quam de ſeveritate. *c. alligant* XXVI. *q. ultim. l. ſi benè D. de
Iuſtitia. Hieronym. Cagnolus ad d. l. ſemper in dubiis. D. de regul. l. Adrianus
ait, 47. ubi ſancitur*, faciliores nos eſſe debere ad liberationem *D. de action.* 74.
& obligation.

At hic ex adverſo excipitur & opponitur Electores Saxoniæ & Branden- 75.
burgicum conſenſum tandem ſuum & adſtipulationem in approbandâ
tranſlatione Electoratûs declaraſſe, Bavarum pro Electore & Collegâ
agnoſcendo, & ratihabendo omnia ea, quæ Imperator & cæteri Electores
Eccleſiaſtici eâ in re conſtituerunt & decreverunt. Ad hoc reſpondetur: 76.
Primò nequaquam poſſe cum veritate affirmari & demonſtrari Electores
iſtos binos ſententiam & proceſſum Proſcriptionis contra Fridericum di-
ſertis, expreſſis & planis verbis, requiſitâ cum formâ & ſolemnitate, ſicut
jura præcipiunt, & leges Imperii. *l. tunc autem. & ibi gloſſ. D. de re judicat.
Alexander & Roman. in l. 2. §. voluntatem. D. ſoluto matrimon. c. ſi quis juſto
46. §. abſens. de Elect. in 6. Calderan. conſil. 9. in tit. de re judicata.* appro-
baſſe & ratum habuiſſe; imò potius contrarium habuiſſe, & in primâ ſuâ 77.
improbationis & diſſenſionis opinione perſtitiſſe, dum ſuffragia ſua in co-
mitiis dicta ſubindè inculcarunt & in Protocollum Imperii ad perpetuam
rei memoriam, & ad ſui excuſationem, inſeri & deſcribi petierunt. Quod 78.
autem tranſlationem Electoratûs & ſuſceptionem Bavari in Senatum Se-
ptemviralem attinet, conſenſerunt quidem; ſed quomodo, & ſub quibus
conditionibus, tùm qualis ille conſenſus, ratihabitio & approbatio ſit, &
quid de eâ cenſendum, paucis circumſpiciendum eſt. Conſenſerunt pri- 79.
mò ut Bavarus quidem ad dies vitæ dumtaxat, quamdiu nempè in vivis eſ-
ſet, prout cavebatur & promittebatur, Elector maneret: nequaquam verò
conſenſerunt & approbarunt, ut Electoratus à totâ familiâ Palatinâ in

domum Bavaricam, in hæredes & poſteros Gulielmi, perpetuo & hæredi-
80. tario jure transfetretur, excluſis libetis & agnatis Fridetici; ſed ut horum
81. juta & prætenſiones ſalvæ & illæſæ perſiſterent. Deinde ut Cæſaris, Bava-
ri & Ligiſtarum copiæ è ditionibus Ordinum Proteſtantium,qui inſolenti
& alieno militi metata, ſalgama, & ſtipendia ſuppeditare cogebantur, de-
ducetentur, & à ſignis dimitterentur, atque ita pax & quies Reipublicæ
82. reſtitueretur. Nam & hoc ipſis condictum & promiſſum fuerat. Denique
ut Collegium Septemvitale redintegraretur, eò uſque & ad eum finem, ut
conventus & comitia pro ſalute Imperii, & pace reſtabiliendâ,inſtitui poſ-
83. ſent. Has conditiones Cæſar & Bavarus addixerunt & ſtipulati ſunt, ut eò
faciliùs credulos & confidentes Principes perſuaderent, & in ſuam ſenten-
84. tiam pettrahetent. Nulla autem iſtatum conditionum ad quas conſenſus
& adſtipulatio prædicta teſtricta erat, adimpleta & in effectum perducta
85. fuit. Conſenſus vetò, adſtipulatio,ratihabitio & approbatio ſub conditio-
ne facta, nulla eſt, niſi conditione impletâ, & purificatâ, in totum quidem,
& in forma ſpecificatâ. *l. Plautius. 43. D. de condition. & demonſtrat. ibi.*
quia in ſolidum conditioni paretur. l. penult. C. de condition. inſert. l. ſi quis
fundum D. de contrah. emtion. Alexand. conſil. 127. incipit : viſo proceſſu
num. 2. lib. 7. Roland. à Valla conſil. 38. n. 14. lib. 3. Oldrad. conſil. 242. n. 3. verſ.
ſecundo objicitur. in princ. & verſ. reſpondetur & aliter. Alexand. conſil. 75.
86. *in fin. adde ibi apoſtillam in verbo, relevat. libr. 7.* Præteteà aſſenſus iſte & ra-
tificatio amborum iſtorum Electorum legitimus & validus eſſe non poteſt,
tùm quia longo tempore poſt datam Bavaro inveſtituram, & poſt impu-
87. gnatum diu actum, aliquot nimirum annis, re non amplius integrâ, nec eo
modo & formâ, quæ requirebatur, (non enim collegialiter & in conſenſu,
ſed ſeparatim & particulatim per literas & denunciationes) declaratus &
88. impertitus; tùm quia minis, metu, falſis promiſſis & injuſtis perſuaſioni-
bus per ſub & obreptionem, per importunitatem & errorem offuſum ex-
tortus fuit,& expreſſus. Cæſar enim & Bavarus cum potentibus exercitibus
totum Imperium in terrore continentes, & iſtis ambobus Principibus in
primis imminentes, miſſis crebris nuntiis & legatis inſtabant, ſpes vanas,
rationes commentitias, pollicitationes fraudulentas, intermixtâ commi-
natione urgendo & impellendo, ut Bavarum pro Electore & Collegâ
agnoſcerent, & rata haberent, quæ Imperator cum Eccleſiaſticorum Ele-
89. ctorum conſenſu & apptobatione ordinaverat. At jam ſciendum nihil
tàm contrarium conſenſui & voluntati, atque ratificationi, quæ eſt loco
conſenſus, quàm vim, metum, errorem, & injuſtam perſuaſionem. *l. nihil*
conſenſui. 216. D. de regul. l. 1. quod metus cauſa. l ſi per errorem. D. de juriſdi-
ction. omni judic. Borcholt. in tractat. de pactis. cap. 1. n. 12. Pruckmann. conſ. 39.
90. *n. 41. volum. 1.* Nec velle aut conſentire dici poteſt, qui coactè id facit, vel
obſequi tenetur Imperio potentioris, ejuſque offenſionem formidare. *l. non*
velle creditur. 4. D. de Regul. ibi Decius. adde Cujacium 16. libr. obſerv. ultim.
91. *Speculat. in tit. de edition. inſtrument. §. nunc aliqua v. 75.* Adhæc ratificatio
& apptobatio debet fieri re integrâ, & cum eadem ſolemnitate, quæ requi-
rebatur in primo actu. *Ruin. conſil. 161. n. 16. libr. 4. Gozadin. conſ. 14. n. 6.*
Alexander conſil. 110. num. 3. verſ. rquiritur. Decius conſil. 246. n. 5. & con-
ſil. 225. n. 11. ſicut eos refert Cardinalis Tuſchus concluſ. 25. tom. 6. Cardinal. Pa-
riſius conſil. 12. n. 112. Oſachius in deciſionib. Pedemont. 119. n. 24. Geminia. con-
ſil. 128. n. 4. verſ. ſed quando jura. Signarol. conſil. 87. n. 9. verſ. hinc reſponde-
92. *tur; citante Tuſcho in concluſ. 8. tom. 6. n. 7.* Ne dicamus jam conſenſum &
ratihabitionem iſtam ideò etiam eſſe nullam, quia per eam actus ſuâ na-
93. turâ nullus, vitioſus & invalidus approbatur, quod de jure fieri non debet.
l. quod initio 29. D. de Regul. Ioan. de Anania in conſ. quod incipit; Ultra alia. 32.
n. 7.

num. 7. & ſeq. quod actus nullus ex ſupetveniente conſenſu convalidetur. 94.
Cardinal. Tuſchus in concluſ. 753. num. 2. tom. 2. & concluſ. 147. tom. 3. & concluſ. 24. n. 7. tom. 7. adde c. auditis. de Election. Fredericum de Senis. conſ. 184.
Adhæc ſciendum non poſſe diſplicere amplius, quod ſemel placuit; nec 95.
integrum eſſe mutare conſilium & ſententiam ſuam in alterius injuriam, 96.
aut præjudicium illius, cui inde jus acquiſitum fuit. *c. quod ſemel. 21. de regul. in 6. l. nemo poteſt. 75. D. de regul. c. mutare conſilium 33. in 6. eod. l. per quem locum. 14. D. de ſervitutib. ruſticor. prædior. Pariſius Cardinal. conſil. 14. in princ. n. 3. lib. 1. Riminald. Iunior. conſil. 201. n. 55. Baldus conſil. 198. incipit: ad intelligentiam in fin. num. 10. lib. 1.*

De Electoris Brandenburgici aſſenſu, & cum quantâ difficultate & la- 97.
bore ille fuerit extortus & exterebratus, multa dici poſſent. Non enim Imperator & Bavarus & præſul Moguntinus tantùm inſtabant, urgebant, perſuadebant, minas intonabant: Sed Rex Poloniæ etiam permovebatur, 98.
ut minacibus literis Electorem Brandeburgicum tanquam Vaſallum ſuum perſuaderet & adduceret, ne diutius refragaretur Cæſaris eâ in re ordinationi & diſpoſitioni. Hinc factum, ut Rex Jacobus Polono ingratum illud 99.
& indignum factum per literas exprobrarit, dum in hanc ſententiam ad eum ſcripſit: Intelligimus, *inquit*, illos, qui contra Imperii jura & ſanctiones Bavariæ Ducem in ſeptemvirale collegium intrudere præſumunt, nunc apud Serenitatem veſtram flagrantiſſime inſtare, ut Electorem Brandeburgicum, qui juſtiſſimâ æquitate & fide libertatem & dignitatem Imperii hactenus, quantum in eo fuit, tutari conatus eſt, eâ, quâ apud ipſum polleat, autoritate interpoſitâ, urgeat perſuadeatque, ſuo ut ſuffragio & aſſenſu ratam habeat approbetque injuſtam illam Bavari aſſumtionem, & Electoratûs Palatini tranſlationem. Quamvis autem haud dubitemus, quin veſtra Serenitas pro ſingulari ſuâ prudentiâ conſideret, quantum noſtrâ interſit, Sereniſſimi Electoris Palatini, Fratris & affinis noſtri cariſſimi jura, honores, & patrimonia defendere, & in priſtinum ſtatum reponere: & verò nobis de Serenitate veſtra quæ ab amico Rege expectari poſſunt, ſinceræ voluntatis ſtudia in iis, quæ nos noſtroſque, & publicum emolumentum concernunt, polliceamur: tamen hiſce Serenitatem veſtram «
rogare voluimus, ne precibus tàm injuſtis ſe emoveri ſinat, ut rem in ſeipsâ «
injuſtam & perpetui belli alumnam apud amicos noſtros & præſertim Electorem Brandeburgicum, urgeat, approbandamque proponat: confiſi Serenitatem veſtram attentâ priſcâ illâ, quæ Sereniſſimus Pater noſter glorioſæ memoriæ ſincerè vobiſcum coluit, & multis nominibus teſtatus eſt, amicitiâ, in quâ nos etiam paternis veſtigiis inſiſtentes, continuare volumus, haud facilè aliquid ex ſuâ parte commiſſuram, unde illa lædi, labefactarique poſſit: ſed ſe in iis ita benovolam & æquanimam, quemadmodum mutuâ noſtrâ neceſſitudine dignum eſt, præbituram.

CAPUT XXXI.

ARGUMENTUM.

Præcipuum Argumentum contrariæ partis, per quod proceſſum banni & tranſlationem Electoratus factam defendere pertendant; nempe quia in ſimilibus caſibus idem quoque ab aliis antea Imperatoribus factum fuerit, refutatur: & quidem primò per ipſius Electoris Saxoniæ reſponſum; deinde etiam per ipſius Bavarici Conſiliarii conſilium, quo perſuadere conatus fuerit Duci Bavariæ, illum nequaquàm ſapienter facturum, ſi Electoratum Palatinum acceperit.

Deindè oſtenditur, non videri quo jure Elector Saxoniæ hodiernus impedire queat, quin ipſi & ejus poſteris à Vinarienſibus quæſtio ſtatûs moveri poſſit: Proſcriptionem enim Iohannis Friderici, tùm promiſſionem & conceſſionem Electoratus factam Mauritio ex iiſdem ferè fundamentis, quibus Friderici Regis proſcriptio judicetur nulla, nullam quoque eſſe. Hoc autem Iohannis Friderici nempe, primum enormis poteſtatis exemplum eſſe, quod unquam aliquis Imperatorum poſt inſtitutum Electorale Collegium auſus ſit ſtatuere.

Poſtremò afferuntur rationes, quibus moti Ordines Imperii & præſertim Proteſtantes huic tranſlationi Electoratus in Mauritium conſenſerint.

Et tandem dicitur, Electores, iſto Caroli V. exemplo commonefactos, inter conditiones Regiæ capitulationis inſeruiſſe cautelam ne impoſterùm Cæſar vindictæ causâ aliquem Electorum aut Principum proſcriberet, ſed conſilium Septemvirûm adhibeat.

CONSPECTUS.

1. PRæcipuum argumentum, per quod proceſſum banni & tranſlationem Electoratûs jure factam defendere pertendant οἱ ἐναντίοι, eſſe: Quod dicant Electoratum & omnia quæ Fridericus Rex poſſederit ob feloniam commiſſam ad Imperatorem pleno jure devoluta eſſe.

2. Ac proindè optimo jure Cæſarem de iis diſponere potuiſſe.

3. Etiam inconſultis Electoribus.

4. Quia in ſimilibus caſibus idem quoque ab aliis Imperatoribus antea factum fuerit.

5. Quæ potiſſimum ad exemplum Caroli V. reſpiciant.

6. Qui Electorem Saxoniæ proſcripſerit, Electorali quoque dignitate privârit inconſultis Electoribus.

7. Illamque Mauritio & Auguſto agnatis, neglectis filiis contulerit.

8. Ad quod argumentum tamen Elector modernus reſpondeat, exemplum Mauritii planè contrarium atteſtari.

9. Prætereaque addat, clauſulam illam, de jure filiorum & agnatorum ad judicium remittendo majorem animorum ſciſſionem quam concordiam producturum.

10. In jure enim definitum eſſe, nemini innocenti, præſertim jus ſuum facto proprio quæſitum adimi poſſe.

11. At per clauſulam iſtam, certum quod ſit, reddi incertum.

12. Quod non tantum Familiam Palatinam, ſed omnes alios Electores & Principes, qui ſimultaneam inveſtituram proprio facto adepti ſint:

13. Eidemque ſemper, quoties neceſſe fuerit, ſatisfecerint, tangat.

14. Ac proindè eo magis cauto opus eſſe, ne per aliquam præcipitem approbationem univerſo Imperio præjudicium accerſatur.

15. Adhuc tamen clariùs de eodem exemplo Electorem ſupra dictum loqui.

16. Ubi dicat dignitatem Electoralem factâ prius à Duce Johanne Friderico feudorum, fidei & obſequiorum rennunciatione, promiſſam fuiſſe Mauritio.

17. Quæ verba ſignificent, illud factum fuiſſe ſano proceſſu & maturâ habitâ deliberatione.

18. Deinde capitulationem, quo Johannes Fridericus Electoratui renuncier erectam fuiſſe in caſtris ad Wittenbergam.

19. Poſtmodum eâ ipsâ de causâ peculiarem obligationem eundem tradidiſſe.

20. Poſt præſentibus omnibus Electoribus & Principibus, aliiſque peregrinis nationibus ipſo Carolo V. præſidente Electoralem dignitatem in Ducem Mauritium tranſlatam fuiſſe.

21. Denique Auguſtæ in Comitiis Electoribus omnibus adſiſtentibus Mauritium Septemvirum ſolemnem inveſtituram accepiſſe.

22. Et ab iiſdem in Electoralem Senatum receptum fuiſſe.

23. Notandum quoque Johanni Friderico & ſociis, diu etiam poſt publicationem proſcriptionis oblatam fuiſſe amicabilem compoſitionem & conditiones pacis, quas ille rejecerit.

24. In hoc autem caſu à Friderico R. petitum enixè pacificationis colloquium exploſum eſſe.

25. Deinde Johannem Fridericum & fœderatos nonſolùm contra Imperatorem potentiſſimum exercitum eduxiſſe:

26. Sed eum etiam hoſtili planè modo tractaſſe.

27. Imò in publicis literis prætenſum Imperatorem nominaſſe.

28. Præterea ipſum ad duellum, poſtquam ei prius feuda & obſequium refutaſſent, provocaſſe.

29. Fridericum R. econtrà litem habuiſſe quidem adverſus Ferdinandum, non ut Imperatorem, ſed Ducem Auſtriæ, Regemque Bohemiæ.

30. Eumque pro Imperatore agnoviſſe & debitum obſequium exhibuiſſe.

31. Johannem Fridericum R. multos agnatos non modò agnati ſui hoſtem fuiſſe, ſed ei majorem ditionum partem eripuiſſe.

32. Quod nequaquam de Comite Palatino dici queat, qui Ducem Bavariæ gentilem ſuum ſingulari benevolentiâ proſecutus fuerit.

33. Johannem Fridericum ab omnibus amicis derelictum nullam ſpem recuperandi Electoratûs reliquam habuiſſe.

34. Adhæc Imperatori neceſſe fuiſſe ut contra ipſum inſigni victoriâ potitum expeditionem ſuam deproperaret.

35. At Friderico R. multos adhuc & præpotentes amicos ſupereſſe, qui non ſint permiſſuri, ut is penitus atteratur,

36. Johannem Fridericum Saxonem in prælio juſto victum, captum, ad mortem condemnatum;

37. At Fridericum R. nondum penitus debellatum.

38. Carolum V. Johanni Friderico & ejus liberis majorem ditionum partem reliquiſſe.

39. Friderico R. econtra omnia erepta.

40. Johannem Fridericum expreſſâ pactione omni jure in Electoratum pro ſe & hæredibus ſuis renunciaſſe: eamque renunciationem à filiis & patruo approbatam fuiſſe.

41. Quod hic nondum factum ſit, nec futurum unquam.

42. Mauritium Ducem non ſtatim poſt Johannis Friderici privationem, neque defunctoriè, ſed in plenis Comitiis & ſolenniter inauguratum fuiſſe.

43. Bavarum verò nequaquam.

44. Tempore illo, quo Mauritio Electoratus conceſſus fuerit, nullum alium proximiorem agnatum extitiſſe.

45. Cum Palatinâ verò Familiâ rem longè aliter eſſe comparatam.

46. Deindè alium tum temporis fuiſſe rerum in Imperio ſtatum, quàm nunc ſit; tunc enim Carolum V. dominationem liberam exercuiſſe, pacem ubique viguiſſe.

47. Hâc verò tempeſtate totum Imperium malis involutum, & Catholicos victoriâ elatos rem ſe factam habere arbitrari.

48. Conſiderandum demum Mauritium ejuſdem religionis fuiſſe quam Johannes Fridericus eum ſuis ſubditis profitebatur, atque ideo hos, tum reliquos quoque Electores hanc tranſlationem æquiori animo toleraſſe.

49. Sed, in transferendo Electoratu Palatinico in Bavarum, prorſus contrarium adeſſe.

50. Denique Carolum V. ſæpius pœnituiſſe, quod Johannem Fridericum dignitate Electorali exuerit.

51. Præterea ipſum quoque Mauritium in hâc dignitate parùm proſperè egiſſe, nec eâ diu fruitum fuiſſe.

52. Non videri, quo jure Elector Saxoniæ hodiernus ejuſque Progenitores & poſteri, ſi jus in ſolâ proſcriptione fundent, impedire queant, quin ipſis à Vinarienſibus quæſtio ſtatûs moveri poſſit.

53. Proſcriptionem enim Johannis Friderici, tum promiſſionem & conceſſionem Electoratûs factam Mauritio ex iiſdem ferè fundamentis, quibus Friderici proſcriptio judicetur nulla, nullam quoque eſſe.

54. Æque enim atque hanc per vim, inconſultis Electoribus publicatam, promiſſo clàm, diu ante publicatam proſcriptionis ſententiam, Electoratu.

55. Demum, poſtquam Mauritius ſub auſpiciis Cæſaris omnem Electoratum occupaſſet, ſubditos in ſua verba jurare, & Johannem Fridericum conſentire coëgiſſe.

56. Armatis comitiis Auguſtæ Vindelicorum inſtituris Mauritium inveſtiviſſe, nemine ſeſe opponere auſo.

57. Hoc autem primum enormis poteſtatis exemplum eſſe, quod unquam aliquis

Imperatorum poſt inſtitutum Electorale Collegium auſus ſit ſtatuere.

58. Dubio verò non carere, quin ex Hiſpaniâ hoc Caroli V. factum originem traxerit.

59. Ordines autem Imperii, Proteſtantes præſertim, aſſenſiſſe, & vel ideò promptius, quia proximiori agnato conferretur,

60. Ac per tranſlationem illam nemini, cui ex pacto Majorum jus erat quæſitum, injuria fieret.

61. Neque tranquillitas & ſalus publica læderetur.

62. Electores autem iſto Caroli V. exemplo commonefactos, & repreſſuros impoſterùm ejuſmodi conatus, conſultum duxiſſe, & inter conditiones Capitulationis Regiæ inſeruiſſe;

63. Ut Cæſar, antequam Imperator agnoſceretur, juraret, ſe neminem Electorum aut Principum, Procerumque, indictâ causâ, proſcripturum, ſed jure acturum, & conſilium Electorum adhibiturum.

64. Hanc conditionem omnes poſt Carolum V. Imperatores jurejurando confirmaſſe, ſed quam benè obſervata ſit, Fridericum R. exemplo eſſe poſſe.

1. REſtat nunc ut ad præcipuum & palmarium argumen-
tum, per quod proceſſum & executionem damni, tùm
tranſlationem Electoratûs Palatini, jure & validè factam,
adſtruere, juſtificare & defendere pertendunt *οἱ ἐναντίοι*,
reſpondeamus. Dicunt Electoratum & quæ ei annexa,
tùm cætera omnia feuda regalia, principatus & bona,
quæ Fridericus poſſedit, ob feloniam & crimen læſæ Ma-
jeſtatis atque perduellionis ab eo commiſſum, ad Imperatorem tanquam
dominum & proprietarium pleno jure ex præſcripto legum, & conſuetu-
2. dinum feudalium devoluta eſſe, ac proinde optimo quoque jure Cæſarem
de eis diſponere, & Electoratum de facto ex plenitudine poteſtatis Bavaro
conferre potuiſſe, etiam inconſultis & inſciis, imò & contradicentibus
3. Electoribus, quia in ſimilibus caſibus idem quoque ab aliis antea Impera-
4. toribus validè factum fuerit; *ſicut habetur in ſupra memoratâ Cæſaris propo-
ſitione Ratisbonæ* VII. *Januar.* MDCXXIII. *habitâ*, quod clariùs enunciant
& explicant Electores Eccleſiaſti *in Reſolutione datâ* XXII/XX *Januarii ad iſtam
Propoſitionem*: Cum res ita ſe habeat, *inquiunt*, ut à redintegratione colle-
gii Electoralis dependeat ſalus Imperii, ideò rectè & laudabiliter à Cæſa-
reâ Majeſtate factum eſſe, quod de illâ tàm clementer cogitaverit, neque
ſciri quidem aliter quàm expletionem & redintegrationem talem, olim in
conſimilibus occaſionibus, à Romanis Imperatoribus rerum potientibus
5. factum fuiſſe. Hæc ad exemplum Caroli V. potiſſimum reſpiciunt, qui
6. Electorem Saxoniæ Johannem Fridericum etiam inconſultis Electoribus
7. proſcripſit, & Electorali dignitate privavit, quam Mauritio & Auguſto Jo-
hannis Friderici agnatis, excluſis *autem* & remotis hujus filiis, contulit,
proprio motu & de plenitudine Cæſareæ poteſtatis. Mauritius autem &
poſteà ejus frater, & hujus filii & maſculi deſcendentes, jure primogeni-
turæ & ex Præſcripto Aureæ Bullæ ſuccedentes in Electoratu, ab omnibus
Electoribus & Principibus Imperii, nemine contradicente, ab ipſis etiam
Palatinis, pro legitimis Electoribus agniti ſunt, & etiamnùm agnoſcuntur
& habentur.

8. Sed quid ad hoc exemplum & argumentum Elector modernus Johan-
nes Georgius Saxo, ad quem Electoralis dignitas ex iſta privatione perve-
nit, reſpondet? Tranſlatione Electoratûs, *inquit, in literis ad Moguntinum*
XXIII. *Februar. Dreſdæ exaratis*, & quicquid eam ſecutum eſt, non pro
medio, ſeu inſtrumento pacis, ſed potius belli perpetuò duraturi, ex plu-
rimis in medium adductis rationibus, judicavimus, ea propter approbare
illam minimè potuimus: atque in hâc noſtrâ ſententia conſtanter perſiſti-
mus, præſertim cum inde à tempore promulgatæ Aureæ Bullæ nullum
prorſus exemplum extet, quo demonſtrari poſſit, tale quid unquàm in Im-
perio

perio peractum fuiſſe; imò exemplum Mauritii planè contrarium atteſtatur. Præterea certum eſt, clauſulam illam de jure Filiorum & Agnatorum 10.
ad colloquium vel judicium remittendo, majorem animorum abalienationem & ſciſſionem, quàm concordiam & quietem producturum; In jure enim definitum & determinatum omnino eſt, nemini, tertio præſertim & innocenti jus ſuum facto proprio quæſitum adimi, eumve beneficio ſimultaneæ inveſtituræ privari poſſe. At per clauſulam iſtam, qua filii & agnati ad compoſitiones & tranſactiones remittuntur, certum quod eſt & indubium, redditur incertum, ac diſputationibus ſubjicitur: id quod non tan- 11.
tum familiam Palatinam, ſed omnes alios Electores & Principes qui ſimul- 12.
taneam inveſtituram proprio facto adepti ſunt, eidemque ſemper quo- 13.
ties neceſſe fuit, per jurisjurandi præſtationem & exoſculationem gladii ab 14.
inveſtiente protenſi ſatisfecerunt, tangit, ac proindè eò magis cauto opus eſt, ne per aliquam præcipitem approbationem univerſo Imperio præjudicium accerſatur. Adhuc clarius de eodem exemplo idem Elector *in votis ſuis; ubi hæc legimus:* Etiamſi pauca exempla, atque unicum fortaſſis 15.
reperiatur, quo Electoratus propter delictum tranſlatus fuerit, nimirum 16.
illud, quando dignitas Electoralis, facta tamen prius à Duce Johanne Friderico feudorum, fidei & obſequiorum refutatione ſeu renunciatione, promiſſa fuit Mauritio in caſtris prope Suntheimium XXVII. Octobr. an- 17.
no CIↃ IↃ XLVI. attamen ipſa verba clarè ſignificant, illud factum fuiſſe ſano proceſſu & Imperii fidelium conſilio, & matura habita deliberatione: deinde anno CIↃ IↃ XLVII. XIX. die Maji. Capitulatio, qua Johan- 18.
nes Fridericus Electoratui & his quæ inde dependent, renunciavit, erecta fuit in caſtris ad Wittenbergam: poſtmodò ea ipſa de cauſa ad XXI ejuſ- 19.
dem Menſis Maji, peculiarem confirmationem & obligationem idem Johannes Fridericus tradidit; IV. deindè die Iunii in iſdem caſtris ad Witten- 20.
bergam præſentibus omnibus Electoribus & Principibus, aliiſque peregrinis nationibus, ipſo Carolo V. Imperatore præſidente, Electoralis dignitas, officiumque Archimariſchalli, & quæ ei connexa ſunt, in Ducem Mauritium, ut titulo atque juris Electoris uteretur, tranſlatum fuit. Denique 21.
XXIV. Februarii anno CIↃ IↃ XLVIII. Auguſtæ in Comitiis, Electoribus omnibus aſſiſtentibus Mauritius Septemvir ſolennem ſub dio inveſtituram accepit, & ab iiſdem tradito conſenſionis diplomate, in quo cuncta 22.
ipſorum ſcitu & approbatione acta fuiſſe teſtabantur, in Electoralem Senatum receptus, eidemque jus & locus ferendi ſuffragii, & quæ inde dependent conceſſa & aſſignata fuerunt.

Alias & plures rationes & differentias inter iſtud Iohannis Friderici Saxonis, & hoc Palatini Electoris exemplum adducit, auctor in conſilio ſuo, quo Duci Bavariæ perſuadere conatus, nequaquàm benè & ſapienter facturum, ſi Electoratum Palatinicum acceptarit: eas paucis & in compendium redactas referre operæ compendium fuerit. Circumſtantiis & differentiis abdicationis & privationis Saxonicæ & Palatinicæ conſideratis & inter ſe comparatis evidenter καὶ ὀφθαλμοφανῶς apparere ait, præjudicium & exemplum illud Saxonicum Duci Bavariæ in accipiendo Electoratu magis abeſſe, quàm prodeſſe. Primò enim notandum: Iohanni Fri- 23.
derico & ſociis, diu etiam poſt publicationem proſcriptionis oblatam fuiſſe amicabilem compoſitionem & conditiones pacis, quas ille recuſarit & rejecerit, cujus rei eum poſteà vel maximè pœnituerit: ſed in hoc caſu 24.
tantum abeſſe, ut Friderico ulla reconciliationis ſpes ex eo tempore, quo proſcriptus audiatur facta; ut etiam enixè ab ipſo petitum pacificationis colloquium ſuperbè exploſum & armorum via ex adverſo prælata fuerit. Deindè Iohannem Fridericum & fœderatos non ſolum contra Impera- 25.
torem

torem Catolum V. potentem centum plus minus millium militum exerci-
26. tum in campum & ejus conſpectum eduxiſſe; ſed eum etiam hoſtili planè
27. modo tractaſſe, imò in publicis literis prætenſum Impetatorem & Caro-
lum Gandavenſem, qui ſe Romanum Imperatorem nominatet, appellaſſe;
Prætereà miſſa die 11. Septemb. anno MDXLVI. ex caſtris apud Auriopo-
28. lim diffidatione, ſeu denunciatione hoſtilitatis, ad duellum provocaſſe,
poſtquam ei prius ad diem XI. Auguſti feuda, fidem & obſequium teſuta-
29. verant & renunciatant: Fridericus econtrà litem quidem adverſus Ferdi-
nandum, ſed non tanquam Imperatotem, verùm Atchiducem Auſtriæ &
30. Regem Bohemiæ habuiſſe, eumque pto Imperarote agnoviſſe, omnem-
que debitum honotem, fidem & obſequium, tanquam Vaſallum Domi-
31. no ſuo exhibuiſſe. Tertiò: Iohannem Fridericum Saxonem non modò
agnati ſui hoſtem profeſſum fuiſſe; ſed & ei majorem ditionum partem
per vim & arma eripuiſſe; quod nequaquam de Comite Palatino dici
queat, qui Ducem Bavariæ gentilem ſuum, ne minimùm læſerit, ſed ſin-
32. gulari benevolentia proſecutus fuerit, & ad omne ſtudii genus ei ſeſe ob-
ligavit; ſicut id publicis monumentis conſtet.
33. Quartò: Ioannem Fridericum ab omnibus tum ſociis & amicis deteli-
34. ctum nullam ſpem recuperandi Electoratûs teliquam habuiſſe; adhæc Im-
peratoti neceſſe fuiſſe, ut contra ipſum, inſigni victoriâ potitum & ela-
35. tum expeditionem ſuam deptopetatet: At Friderico Palatino multos ad-
huc & ptæpotentes Amicos ſupeteſſe, qui non ſint petmiſſuri, ut is penitus
atteratur, & cum ipſo libertas etiam Religionis exſcindatur.
36. Quintò: Johannem Fridericum Saxonem in pugnâ ſtatariâ, ſive ptæ-
lio juſto, die 24. Aptilis, anno MDXLVII. ad internecionem cæſum, victum,
caſtris exutum, & captum: poſteà etiam X. die Martii, ad mortem con-
37. demnatum fuiſſe: At Fridericum Palatinum nondum eſſe penitus debel-
latum aut captum, neque ita oppteſſum, ut nulla res reſiſtendi & arma re-
ſumendi ei ſupeteſſe queat.
38. Sexto: Carolum V. Johanni Friderico & ejus tribus liberis non omnes
ditiones, oppida, feuda & fortunas ademiſſe; ſed majorem eatum partem
39. eis reliquiſſe: Ftidetico econtrà & ejus liberis omnia cum pulviſculo, hoc
eſt, omnes ditiones & bona cum dignitate Electorali eripi.
40. Septimo: Johannem Fridericum expreſsâ pactione ad XIV. diem Maji,
in caſtris ad Wittenbergam anno CIↃIↃ XLVII. omni juti ſuo & prætèn-
ſionibus in Electoratum pto ſe & hæredibus ſuis in manus Imperatoris re-
nunciaſſe & ejutaſſe; eamque tenunciationem à Iohanne Friderico Iu-
niote, hujuſque Fratribus, atque etiam à Iohanne Erneſto Patruo appto-
41. batam fuiſſe: at Electotem Palatinum, aut ejus libetos & fratrem nequa-
quàm tenunciaſſe Electoratui, nec veriſimile eſſe eos unquàm tenuncia-
turos, imò jus ſuum totis viribus, remis veliſque defenſutos & proſecu-
turos.
42. Octavò: Mauritium Ducem non ſtatim poſt Iohannis Friderici priva-
tionem, neque ſimpliciter & defunctoriè, per ſimplices literas feudales ab
aula Cæſatea emiſſas; ſed die demùm XXIV. Februarii, anno MDXLVIII.
in plenis & centumviralibus comitiis, coràm omnibus Ordinibus, ſub dio,
cum tequiſitis & juſtis cetemoniis, aſſidentibus, Imperatore quidem in ſo-
lio Majeſtatis Imperialibus inſulis inſignibuſque & diademate decorato;
Electoribus verò in ſuis ſubſellijs trabea & cinctu ſeptemvirali indutis,
atque aliorum Principum, Comitum, Baronum, Ptocerum, Nobilium nu-
meroſa multitudine cuneatim ſedente, publicè, ſolenniter, & cum magna
pompa in conſpectu multorum millium hominum inveſtitum atque inau-
43. guratum fuiſſe: Bavarum vetò cum tali ſolemnitate, applauſu & concentu
nequa-

nequaquam inveſtituram Electoratus Palatini conſecuturum & adeptu-
rum eſſe.

Nonò: tempore illo quo Mauritio Electoratus conceſſus fuerit, nullum 44.
alium proximiorem hæredem & agnatum in domo Saxonicâ, præter ipſum
Mauritium extitiſſe, ſi Johannis Friderici tres filios & fratrem exceperis,
qui tamen omnes juri ſuo, ut dictum ſit, in optimâ formâ renunciaverint:
cum Palatinâ verò familiâ rem longe aliter eſſe comparatam, dum præter 45.
impuberes Friderici Filios & Fratrem quamplurimi adhuc ſuperſint agna-
ti, qui Bavarum proximitatis gradu multis paraſangis præcedant.

Decimò: alium tum temporis fuiſſe rerum in Imperio ſtatum, quàm 46.
nunc ſit: tum enim Carolum V. omnibus Imperii Electoribus, Principi-
bus & Ordinibus atque Civitatibus in ordinem & ad obſequium vi metuq;
redactis dominationem liberam exercuiſſe: ubique etiàm per univerſam
Germaniam & in vicinis regionibus pacem viguiſſe, & cuncta tranquilla,
quin & edictum pacificationis eo ipſo tempore in iiſdem comitiis renova-
tum & emendatum in publicam lucem promulgatum fuiſſe: hâc verò no- 47.
ſtrâ tempeſtate totum Imperium motibus involutum eſſe, & inter Electo-
res, Principes, & Ordines, diſſenſiones, diſſidia & ſimultates in exitium
Reipublicæ eruptutas gliſcere: præterea Catholicos felici rerum ſucceſſu
& victoriâ elatos rem ſe factam habere, ſuiſque conatibus nihil obeſſe poſ-
ſe arbitrari: Sed ſciendum fortunam inſtabilem eſſe, ſumma & ima miſce-
re; Catholicos nondum gloriari debere ſe extra teli jactum poſitos cuncta
ex arbitratu ordinare & conſtituere, & leges, quas velint, præſcribere: res
etiam ad faſtigium perductas in lubrico ſtare, & volvente rotâ in præceps
ruere, tempora hæc valdè opportuna ad evertendas florentes & pacatas pro-
vincias, imminere ex Oriente, Septentrione, ab Angliâ, Galliâ, Daniâ &
aliis plagis bellorum procellas, & armorum diluvia.

Undecimò: conſiderandum in primis, Mauritium, in quem Electora- 48.
tus Saxonicus tranſlatus fuit, ejuſdem, & quidem Euangelicæ Religionis,
quam Iohannes Fridericus ejuſque ſubditi profiterentur, fuiſſe, atque ideo
hos, tum reliquos etiam Electores & Principes, quorum eâ in re intererat,
hanc mutationem & tranſlationem nullam allaturam religioni perniciem
tanto æquiori animo toleraſſe: Sed in transferendo Electoratu Palatinico 49.
in Bavarum contrarium proſus adeſſe, dum non ſolùm è Palatinatu Euan-
gelica penitus ejiciatur, & nova Catholica in ejus locum ſubſtituatur: ſed
omnibus etiam Ordinibus merus idem mox experiundi incutiatur, æqui-
librio inter Proteſtantes & Catholicos, quo ſolo hactenus concordia inter
utroſque ſuffulta fuerit, ſublato.

Denique Carolum V. ſæpius pœnituiſſe, quod Iohannem Fridericum 50.
debellarit, dignitate Electorali exuerit, & tàm diu captivum detinue-
rit, ac toties quoties tabulam in quâ victoria illa & privatio depicta fue-
rit, ſuſpirando in hæc verba prorupiſſe: Utinam hunc, digito Johan-
nem Fridericum demonſtrans, in ſtatu ſuo reliquiſſemus, nos quoque
priſtinâ uteremur fortunâ, nec ex Imperio fugati fuiſſemus. Præterea 51.
ipſum quoque Mauritium in hac dignitate parùm proſperè egiſſe, nec
eâ diu fruitum fuiſſe, ſed in floridâ ætate annis triginta tribus vivendo
vix completis, cruentâ morte, prœlio IX. Sextilis *anno* CIↃ IↃ LIII
in campis Luneburgicis prope Siverſhuſium decertato, victum & duo-
bus plumbeis globulis ſclopetariis vulneratum, animam biduo poſt ex-
halaſſe: in eâdem pugnâ tres magnanimos Duces Luneburgicos, novem
Comites & trecentos plus minus primariæ nobilitatis viros unà cum mul-
tis millibus gregariorum occubuiſſe. Has duodecim rationes & circum-
ſtantias Ducem Bavariæ pro ſuâ prudentiâ attentius conſiderare, & varios

rerum eventus,qui à fortunâ & ambitione dependeant,ad rationis examen
trutinare debere. Nos eas in diſquiſitionem non vocamus,ſed pondus ſuum
habere meritò ſinimus: hoc tamen dicere & profari nobis permiſſum eſſe
52. arbitramur,non videri rem attentius ponderantibus,quomodo Elector Sa-
xoniæ hodiè rerum potiens , ejusque Progenitores & poſteri,ſi nullo ſoli-
diore fundamento, quàm in proſcriptione & privatione Johannis Frideri-
ci & conceſſione Caroli V. jus ſuum in acquiſito Electoratu fundant,evade-
re, aut jure impedire queant, quin ipſis à Vinarienſibus , hoc eſt, Johan-
53. nis Friderici poſteris & hæredibus quæſtio ſtatus moveri poſſit. Proſcri-
ptionem enim & privationem Johannis Friderici Saxonis , tùm promiſ-
ſionem & conceſſionem Electoratûs factam Mauritio , ex iiſdem ferè
fundamentis & argumentis , quibus Friderici proſcriptio & tranſlatio E-
lectoratûs Palatini æſtimatur & judicatur nulla , nullam quoque eſſe, ille-
gitimam & invalidam , ipſe Johannes Fridericus ejuſque fœderati publi-
cis typo evulgatis ſcriptis, *quæ apud Fridericum Hortlederum, actorum iſtius*
54. *temporu collectorem & alios leguntur*, evicerunt. Æquè enim illa Proſcri-
ptio atque hæc , per vim & arma inconſultis & inſciis Electoribus, ex me-
rà abſolutæ poteſtatis voluntate à Carolo V. decreta & publicata fuit,pro-
miſſo clam & per ſecretas conventiones , diu ante publicatam proſcri-
ptionis ſententiam Electoratu , eâ quidem cum conditione , ut Mauri-
tius Cæſaris partes amplexus agnatum Johannem Fridericum armis pro-
ſequeretur & ejus ditiones & ſubditos in poteſtatem ſuam redigeret , eos
55. cum Electoratu in præmium militiæ habiturus. Demùm verò, poſtquam
Mauritius hoc ſtrenuè perfeciſſet , & ſub auſpiciis Cæſaris omnem Ele-
ctoratum occupaſſet , ſubditis in ſua verba jurare , & Iohanne Frideri-
co & ejus filio captivis conſentire & juribus ſuis renunciare conditioneſ-
56. que latas amplecti coactis , Cæſar , armatis Comitiis Auguſtæ Vindelico-
rum inſtitutis, Mauritium ſolemni ritu & pompâ , ut dictum eſt , cum E-
lectoratu & juribus , regalibus & feudis inde dependentibus inveſtivit,
atque ita promiſſioni & conceſſioni dudum à ſe factæ , ſatisfecit. Nemo
contra hiſcere audebat , nemo ſeſe opponere , quia Carolus Imperator
victor & triumphans potentem in Germaniâ exercitum , in omnes occa-
ſiones paratum & excubantem ſub ſignis habebat , nullo Ordinum in
57. procinctu ſtante , ſed omnibus ad imperata facienda accinctis. Et hoc
quidem primum enormis & inſolentis poteſtatis exemplum eſt , quod
unquam aliquis Imperatorum poſt inſtitutum Septemvirale Collegium
contra aliquem Electorem auſus eſt ſtatuere , neglecto & ſpreto Septem-
58. virorum & Ordinum conſilio , ſuo duntaxat atque domeſtico uſus. Du-
bio verò caret , quin ex Hiſpaniâ , ubi Regia poteſtas in ſubditos major
eſt , neque tam arctis legibus & pactis, ſicut eſt in Germania, liberâ Re-
publica Imperatoris , cui in Principes, Regibus potentia & autoritate æ-
quiparandos , non omnia licent, hoc Caroli Quinti factum , originem
traxerit , & in experimentum ſtabiliendæ in Imperio dominationis dire-
ctum fuerit.

59. Ordines autem Imperii,Proteſtantes præſertim & in religione à Ponti-
ficiis diſſentientes,ad imitationem Burrhi apud Tacitum mærentes & lau-
dantes (14. *Annal. cap.* 14.) aſſenſerunt , & vel ideò promtius , quia Electo-
ratus Saxoniæ non remotiori , ſed proximiori Agnato, ad quem jus ſucceſ-
ſionis poſt Johannem Fridericum & hujus filios,quorum tres tùm fuerant,
60. pertinebat ſolùm & ſine controverſiâ, conferebatur,& per tranſlationem
illam nemini cui ex pacto Majorum & ſimultaneâ inveſtiturâ jus erat quæ-
61. ſitum , injuria fiebat; neque tranquillitas & ſalus publica vel in religione,
quia Mauritius eundem ſacrorum cultum , quem ejus Agnatus profiteba-
tur

tur, vel in rebus politicis lædebatur, aut cauſa fovendi & reſtaurandi belli præbebatur. Electores autem iſto Caroli exemplo commonefacti & exter- 62.
riti, proſpiciendo velut è ſpeculâ de libertate Germanicâ, deque Electorum, Principum & Procerum dignitate & prærogativâ actum fore, ſi Imperatori liceat eorum aliquem pro arbitrio & lubitu proſcribere, Senatu & loco movere, jura ſucceſſionum per majores ſtabilita evertere, dignitates ac ditiones alienabiles fiſco ſuo adjudicare, & cuicunque vellet, donare, repreſſuri, *inquam*, in futurum ejuſmodi conatus, & præventuri, ne ſucceſſores Caroli in Imperio eandem aut ſimilem poteſtatem & dominatum in alium quempiam Electorem aut Principem ullo prætextu juris uſurpare & exercere auderent, conſultum & neceſſarium duxerunt, inter conditiones Capitulationis Regiæ, ſub quibus Imperatori coronando & inaugurando Imperii diadema deferunt & tradunt, hanc ſingularem expreſſis inſerere verbis: ut nimirum Cæſar, antequam reciperetur & agnoſceretur 63.
Imperator, ſacroſanctè per vim contractus & ſtipulationis promitteret & juraret, ſe neminem Electorum, Principum & procerum, indicta cauſa, proſcripturum, & dignitate, feudis, juribus & bonis privaturum; ſed jure & ex proſcripto legum actutum, atque in eo ſicut in omnibus aliis rebus arduis, & ad communem Imperii ſalutem ſpectantibus, conſilium & conſenſum Electorum abhibiturum. Hanc conditionem omnes poſt 64.
Carolum electi Imperatores admiſerunt & jurejurando confirmârunt: ſed quàm benè ea hac noſtra tempeſtate obſervata ſit, Fridericus exemplo eſſe poteſt. Sed ita hodiè moris eſt; nam, *ut Plautus ait*, noſtra ætas non multum fidei gerit, tabulæ notantur, adſunt teſtes ſeptem, tempus, locumque ſcribit actuarius, tamen invenitur Rheta qui factum negat vel diſputat.

CAPUT XXXII.

ARGUMENTUM.

Proſcriptionem Iohannis Friderici non magis validam eſſe, quàm Friderici Regis condemnationem oſtenditur: contra quam quoque ipſe Iohannes Fridericus & Haſſiæ Landgravius proteſtati ſint, & illam ex iiſdem ferè fundamentis, quibus Fridericus Rex ſuam, impugnarint & ſic nullam declararint.

Hodiernos itaque Electores Saxonicos non ſatis firmo fundamento inniti, ſi jus ſuum ad Electoratum in conceſſione Caroli V. fundent, ſed cautius eos facturos, ſi ſolemni illi Naumburgicæ tranſactioni inhæreant.

Deindè cum ſatis adſtruatur, proſcriptionem Iohannis Friderici & tranſlationem Electoratus in Mauritium & Auguſtum in jure non ſubſiſtere, nec ab exceptionibus nullitatis immunem eſſe, malè in exemplum ad juſtificandam proſcriptionem & privationem Friderici Regis & tranſlationem Electoratus in Bavarum adduci; nec exemplis, ſed legibus judicandum eſſe dicitur.

Poſtremò demonſtratur, ſolemnem illam Naumburgicam tranſactionem verum & unicum palladium eſſe, quo ſe hodierni Electores Saxoniæ contra Duces agnatos lineæ Vinarienſis tutari poſſint: quibus aliàs non deeſſent rationes graves neque prætextus juris ad antiquum ſuum jus repoſcendum.

CONSPECTUS.

1. PRoſcriptionem Iohannis Friderici neque magis validam eſſe, quam Regis Friderici condemnationem tàm ex eo quod nullus Electorum conventus ob eam rem deliberandam convocatus fuerit, quàm ex ſcriptis, quæ contra iſtam proſcriptionem ab ipſo Iohanne Friderico evulgata ſint, locuenter apparere.

2. Primo enim Carolo V. Iohannem Fridericum proſcribeoti oullum Electorem adfuiſſe, ſed Cæſarem motu proprio id feciſſe.

3. Ex capitulatione præſcriptâ Johanni Friderico caprivo parere, jam tùm Carolum anteà de Electoratu diſpoſuiſſe, & quidem clàm.

4. Collationem Electoralis dignitatis factam & in Auguſtanis Comitiis confirmatam, conſenſu Electorum non adhibito, manifeſtum ex Sleidano & aliis eſſe.

5. Deindè, Carolum V. Electoratum Saxonicum diu ante publicatam proſcriptioois ſententiam Mauritio addixiſſe.

6. Et hunc Agnati ſui dignitatem ac bona prenſaſſe.

7. Ideoque Cæſaris partes ſequi voluiſſe.

8. Unde pateat, proceſſum ipſum in proſcribendo Iohanne Friderico eodem, qoo proceſſus contra Fridericum, modo ab executione inchoatum eſſe; atque ex eo capite nullom.

9. Mauritinm verò, cum animadverteret, ſe Agnato ſuo ſuſpectum, ditiones Johannis Friderici occupare armatâ mano aggreſſum, ſubditis Electoris perſuaſis, ot ſibi ſe tradentes peregrinæ dominationis jugum præveniant, ut tanto ſpecioſiori prætextu ſe excuſandi oteretur.

10. Ut ex ejus literis ad Iohannem Fridericum & filium ejus, tum quoque publicis epiſtolis pateat.

11. De dignitate verò Electorali ne verbum qoidem ſcripſiſſe.

12. Quod exemplum Dux Bavariæ quoque ſecutus ſit, qui nullam promiſſi Electoratûs mentionem in denunciatione executionis ſibi contra Fridericum demandatæ fecerit.

13. At Maoritiom ſubditos & feuda Iohannis Friderici non obſtantibus Haſſi interminationibus occupaſſe.

14. Iohanne Friderico ioterim Ordines Mauritii exagitante, quod Principi ſuo tàm nefarium contra ſe conſiliom dare & tàm perfidi eſſe auſi fuiſſent, & proteſtante, qood Mauritius contra fidem, jura ſanguinis, legeſque ſibi injuſtæ & adverſus ſe nolliter promulgatæ proſcriptionis executionem deferri paſſus ſit.

15. Quod & Mauritio ejuſque Ordinibus exprobrarit Landgravius.

16. Porrò Ioaonem Fridericum & Philippum Haſſum, cum viderent Imperatorem in procincto eſſe, ut ſe proſcriberet, io ſuis ad ipſum literis proteſtatos eſſe, qnod injuſtè criminis læſæ Majeſtatis inſimuleotur.

17. Quod Imperatot contra leges Imperii & capitulationem agat.

18. Cæſateâque poteſtate abutatur, ſe inauditos vi proſequendo.

19. Notum autem, legibus præſcriptum eſſe, quomodo Cæſar tali in caſu contra Electorem aut Principem Imperii procedere debeat.

20. Nimirum cum caoſæ cognitione; præviâ citatione, & auſcultatâ defenſione.

21. Denique proſcriptiooe publicatâ, Saxonem & Haſſum contra eam, tanquam nollam, proteſtatos eſſe, deducendo illius nullitates.

22. Imò eos demonſtraſſe per hoc bellom ſibi intentatum, ſub prætextu falsò *imputatæ* rebellionis, quæri oppreſſionem Chriſtianæ religionis, & ot obſeqoium Romanæ Sedi ſubtractum reducatur, denique Patriæ libertas exſcindatur, in literis ſuis inſoper addere:

23. *Si ponatur, prædictas criminariooes quibus onerentur veras fuiſſe, quanquam id nunqnam probari potuerit, nihilominus debuiſſe Impetatorem eos citare, accuſare, & otdioe juris contra eos procedere.*

24. Prætereà non ei licuiſſe abſque cauſæ cognitiooe & prævio Electorum Principumque conſilio ejuſmodi oullam proſcriptionem promulgare.

25. Neque ipſi minimè fas fuiſſe Principes, qui per Dei gratiam Principes Imperii ſint, famâ, & nobilitate generis non ipſo Cæſare inferiores, inauditos & non citatos proſcribere, qood juri & legibus, omnibuſque integri judicii Ioriſperitis dijudicaodum relinquant.

26. Si enim Imperatoti cuipiam licitum eſſet contra aliquem Electorem & principem Imperii ſine ordine juris procedere, non fuiſſe opus conſtitutione Henrici VII. quâ cautum, quomodo in læſæ Majeſtatis crimine procedendom ſit.

27. Quæ tamen conſtitotio eum in finem ſit ſancita, ut noo minos ac aliæ Imperii

perii conſtitutiones ab Imperatoribus & unoquoque obſervari debeant.

28. Et quamvis objicere vellet, ſe ſolutum legibus;

29. Attamen Imperatorem eatenus eſſe legibus obnoxium, quatenus illæ in jure divino, naturali & gentium fundatæ ſint, ſicut hæc Henrici VII. conſtitutio.

30. Adhæc quemlibet Imperatorem in inauguratione ſuâ Imperio jurejurando promittere, ſe jura ejus obſervaturum, quod & Carolus V. fecerit, quapropter eo minus eos debere vi proſequi, ſed actionem ſuam juri committere.

31. Tandem illos in literis ſuis addere; cum ex his dictis nullitas proſcriptionis evidentiſſimè appareat, ſe confidere, nemi nem tàm fore præcipitem qui ſe pro bannitis ſit habiturus.

32. Quia nulla illa proſcriptio nòn magis de jure valere poſſit, quàm res in rerum naturâ non exſtans.

33. Cum itaque proſcriptio & privatio Iohannis Friderici translatioque Electoratûs exiſdem ferè fundamentis quibus proſcriptio Friderici R. & Electoratus Palatini in Bavarum alienatio impugnetur, nulla judicari poſſit.

34. Hodiernos Electores Saxonicos non ſatis firmo fundamento inniti, ſi jus ſuum ad Electoratum in conceſſione & donatione Iohannis Friderici fundent.

35. Qui illam ſemper in dubium vocârit.

36. Sed cautius eos facturos, ſi ſolemni illi Naumburgicæ tranſactioni inhæreant.

37. Notandum eſſe Iohannem Fridericum libertati reſtitutum, aliam & novam cautionem præter capitulationem ante captivo à Cæſare præſcriptam dare recuſaſſe.

38. Carolum V. Imperatorem & Regem Ferdinandum libenter Iohannem Fridericum reſtituere ad priſtinam fortunam voluiſſe; quod ex ipſius literis clarè pateat.

39. Imò etiam ad Electoratum.

40. Cujus etſi non expreſſa mentio in literis Cæſaris fiat;

41. Tamen tacitè incluſam videri.

42. Verba enim cum effectu accipienda;

43. Et quamvis de univerſo concepta ſint, ad ſingulas tamen partes aptari.

44. Prætereà Principis beneficium latiſſimè eſſe interpretandum;

45. Clarius, Caroli V. intentionem fuiſſe, Iohannem Fridericum ad reſtitutionem Electoratûs admitti debere, ex propoſitione, quam Iohannes Fridericus ad ſuos Ordines habuerit, apparere.

46. Ipſum Auguſtum Electorem cum agnatis ſuis de titulo, jure atque ſucceſſione Electoratûs tranſigendo tacitè agnoviſſe videri, eos baud immeritò jus ſuum ad Electoratum renovaſſe.

47. Tranſactionem enim nil aliud eſſe, quam rei dubiæ definitionem, dato aliquo & retento.

48. Et ſi proſcriptio Iohannis Friderici & donatio Electoratûs facta Mauritio & Auguſto fratribus res indubia fuiſſet, fruſtra eos tranſegiſſe.

49. Tranſigi enim de re dubiâ & litigioſâ.

50. Et ſuper re liquidâ nunquam præſumi debere tranſactionem.

51. Hinc ſuper judicato fruſtra tranſigi.

52. Cur autem ſuper judicato tranſactio fieri non poſſit, rationem eſſe, quia res judicata non ſit res dubia, ſed jam finita & perfecta.

53 Sciendum tamen tranſactionem legitimè fieri etiam poſt rem judicatam, quamvis appellatio non fuerit interpoſita, ſi negetur judicatum.

54 Nam ſententiam, quæ accuſetur nullitatis, non facere jus inter partes.

55. Ideò tranſactionem non infirmare.

56. Adſtructum itaque jam eſſe ſatis, primò, proſcriptionem Iohannis Friderici & tranſactionem Electoratûs in Mauritium & Auguſtum in jure non ſubſiſtere, nec ab exceptionibus nullitatis immunem eſſe.

57. Ac proindè malè in exemplum ad juſtificandam proſcriptionem Friderici R. & translationem Electoratus Palatini in Bavarum adduci.

58. Non enim exemplis, ſed legibus eſſe judicandum.

59 Nec eſſe neceſſariam conſequentiam: per anteceſſores hoc factum eſſe, ergò poſſe fieri à ſucceſſoribus.

60. Nam multa facta fuiſſe per Pontifices, quæ jure non potuerint fieri.

61. Et argumentum ab exemplis tùm demum procedere, quando ſint exempla Sanctorum.

62. Et quando concordent rationi & juri, aliàs ſecus.

63. Deindè quoque demonſtratum eſſe hodiernos Saxoniæ Electores tutius jus ſuum ad Electoratum in hâc tranſactione, quam in conceſſione Caroli V. collocare.

64. Tranſactionem habere effectum rei judicatæ,

65. Hinc Imperatores reſcripſiſſe, cauſas tranſactionibus legitimis definitas Imperiali reſcripto reſuſcitari non oportere.

66. Tantam eſſe tranſactionis vim ut nec propter læſionem ultra dimidium, nec pro-

pter conteſtationem doli, vel vis, vel metus reſcindatur.

67. Præſertim ſi amicis intervenientibus facta ſit.

68. Amicorum enim præſentiam ſecuritatis teſtimonium eſſe.

69. Uno verbo ſolennem illam Naumburgicam tranſactionem verum & unicum Palladium eſſe, quo ſe hodierni Electores Saxoniæ contra Duces Agnatos lineæ Vinarienſis tutari poſſint.

70. Quibus aliàs non deeſſent rationes graves, neque prætextus juris ad antiquum ſuum jus repetendum.

1. Sed ut revertamur eò unde digreſſi ſumus: Proſcriptionem Johannis Friderici & promiſſionem conferendi Electoratus inconſultis Electoribus factam, neque magis juſtam & legitimam, validamque eſſe, quam Friderici condemnationem, tàm ex eo quod nullus Electorum conventus ob eam rem & cauſam deliberandam convocatus & inſtitutus fuerit, neque in tabulis proſcriptionis ulla mentio conſenſus requiſiti & adhibiti fiat: quàm ex his ſcriptis quæ contra iſtam proſcriptionem & executionem ab ipſo Johanne Friderico & aliis evulgata *in actis publicis leguntur*, apparet luculenter: ex quibus pauca hæc decerpere & pro informatione veritatis adjicere operæ compendium duximus.

2. Ac primò quidem notandum, Carolo V. Johannem Fridericum Saxoniæ Ducem & Philippum Haſſiæ Landgravium proſcribenti & condemnanti, & Mauritio Electoratum promittenti nullum Electorum adfuiſſe, imò in tabulis proſcriptionis Imperator dicit ſe ex plenitudine poteſtatis,
3. certâ ſcientiâ & motu proprio id feciſſe. In capitulatione præſcriptâ Johanni Friderico captivo XIV. *Mai. anno* MDXLVII. in 1. articulo continetur, captivum ante omnia juribus ſuis cunctis, quæ vel ipſe, vel ipſius ſucceſſores ad Electoratum qualicunque modo prætendere poſſint, in manus Cæſareæ Majeſtatis renunciare, omniaque alia, quæ illa jam eo nomine decreverit & conſtituerit, aut adhuc decernere & ordinare voluerit, grata habere & approbare debere. Hinc apparet jam tum Carolum anteà de Electoratu diſpoſuiſſe, & quidem clam, nullo eâ de causâ conventu habi-
4. to, aut communicatione ſolemni cum Electoribus inſtitutâ. Quid multis? adeò manifeſtum & notorium tum erat, Electorum conſenſum & judicium non interveniſſe: ut *Sleidanus lib.* XIX. *commentar. Bocer. de regalib. cap. 2. n. 6. & cap. 4. n. 15. Thom. Lindeman. in exercitatione feudal. cap. 2. n. 66. Matth. Stephani in diſcurſ. Academico* XVII. *concl.* 12. *in fin. vol. 2. & alii* ſcribant collationem Electoralis dignitatis in caſtris ad Wittenbergam primò factam, deinde in comitiis Auguſtanis confirmatam, conſenſu Electorum non adhibito. Quanta autem hæc ſit in jure nullitas, cum forma à lege præſcripta non obſervatur, & ii in judicium non adhibentur, quos conſuetudo & ſanctiones pragmaticæ adhibere præcipit, ex ſupra adductis allegationibus liquet.
5. Deinde, Carolum V. Electoratum Saxonicum dui ante publicatam
6. proſcriptionis ſententiam Mauritio promiſiſſe & addixiſſe; & hunc Agnati
7. ſui dignitatem atque bona prenſaſſe; ideoque Cæſaris partes & caſtra, quamvis ejuſdem eſſet religionis, quâ illi, quos Cæſar bello perſequebatur, & ſciret cauſam religionis agi, ſequi voluiſſe, extra omnem eſt dubitatio-
8. nem: undè planè perſpicitur, proceſſum iſtum in proſcribendo Johanne Friderico & in transferendis & donandis ejus ditionibus, dignitatibus, & officiis, eodem quo proceſſus contra Fridericum modo ab executione in-
9. choatum, continuatum & finitum fuiſſe, atque ex eo capite nullum. Cum verò Mauritius animadverteret, ſe Agnato ſuo & hujus fœderatis ſuſpectum eſſe, neque diutius ambitionem & prenſationem ſuam, promiſſionemque

nemque Electoratûs ſibi factam celare & diſſimulare poſſe, ditiones Iohan-
nis Friderici occupare armata manu, & in ſuam poteſtatem tedigere palàm
aggreditur, ſubditis Electoris perſuaſis, ur ſibi tanquam proximo ſucceſſori
feudali in fidem ſe traderent, hoc pacto exitium & peregrinæ dominationis
jugum, quod ipſos maneat evaſuri & præventuri. Et hoc quidem ex con-
ſilio Ordinum & Popularium ſuorum, quos ea de te, ut quid ſibi facto opus
cenſerent, conſulere voluit, ut tanto ſpecioſiore prætextu ſe excuſandi &
invidiam odiumque amoliendi, nitetetur. *Vide apud Hortlederum de cauſis
belli Germanici lib. 3. cap. 35. & cap. 36. tàm propoſitionem Mauritii, Ordinibus
ſuis* VIII. *Octobris factam, quàm Ordinum reſponſionem cum annexâ conſulta-
tione. Sleidan. lib.* XVIII. *Lambertus Hortenſius de bello Germanico lib. 2.* In 10.
eodem ſe fundans conſilio ad Iohannem Frideticum die XXVII. Octobr.
civiles literas dat, quibus declarat & profitetur, ſe & fratrem ſuum Augu-
ſtum omninò cogi, ut eam viam eligant & apprehendant, qua innocen-
tium Agnati ſubditorum ſaluti conſulatur, & impediatut, ne in alienam
poteſtatem perveniant: ſua etiam quàm maximè referre, tùm proprer jus
ſimultaneæ inveſtituræ & agnationis, tùm alias ob cauſas, ne feuda illa, in
quæ ſuccedendi ſpem quæſiram habeant, extraneus aliquis conſequatur
& obtineat: hæc ſe ad ſui excuſationem indicare neceſſe duxiſſe, intereà
offerre & promittere, tranſactione & reconciliatione inter Cæſatem &
Agnatum inita, ſeſe talem erga hunc & ejus liberos exhibiturum, quemad-
modum par ſit. In eandem quoque ſententiam ad Gulielmum Ducem Sa-
xoniæ filium Electotis ſcripſit. Publicis denique literis idem pluribus in-
culcavit, & pro majoti excuſatione mandatum, quo ſibi occupationem &
executionem iſtam demandatam fuiſſe aſſetit, in medium adduxit: de di- 11.
gnitate Electorali, quanquam eam jam ſpe & promiſſione tenebat, ne ver-
bum quidem eructavit. Hoc exemplum Dux Bavariæ ſecutus in denuncia- 12.
tione executionis ſibl contra Frideticum demandatæ, de ſubditis & di-
tionibus in poteſtatem & obſequium tedigendis mentionem dunraxar fe-
cit, nullam verò de Electoratu, quem tamen jam pridem ſibi addictum &
per diploma conſignarum habebar. Ar Mauririus tebus ſuis proſpiciens, 13.
& occaſionem ad utilitatem flectens, ſubditos, territoria & feuda Johan-
nis Fridetici, non obſtantibus ſeveris hujus & Philippi Haſſi dehortatio-
nibus & intetminationibus, *quas videre licet apud Hortleder. dict. lib. 3. & O-
ſiandrum in epitom. hiſtor. Eccleſiaſtic. in centur.* XVI. *parte 1. lib. 2. cap 63.* in-
vadit armis, occupat, & in ſua verba jurare cogit, quod eò promptiùs & fe-
licius facere licuit, quia Iohannes Fridericus expeditione contra Caro-
lum occupatus, ſuis præſtò eſſe non poterat: intetim litetis dolore & indi- 14.
gnatione plenis, Ordines & Vaſallos Mauritii exagitat, quod Principi ſuo
tàm nefarium contra ſe conſilium dare, & tàm perfidi eſſe auſi fuiſſent: ſi-
mul conqueritut & proteſtatur, quod Mauritius contra fidem, honeſta-
tem & jura ſanguinis, conttaque leges & juſtitiam ſibi injuſtæ, invalidæ &
præcipitatæ adverſus ſe nulliter promulgatæ proſcriptionis executionem
defetri & demandari paſſus ſit. Idem Mautitio & ejus Ordinibus expro- 15.
btavit Landgravius, *in ſuis ad eoſdem literis die* XX. *Octob.* MDXLVI. *exaratis;
ubi hæc verba inter alia notanda:* Quanquam, *inquit*, adverſarii noſtri ſe fun-
dant in prætensâ proſcriptione contra Electorem & me emiſsâ, ſciendum
illam nobis inauditis, indefenſis, non citatis, nec convictis, ſinæ cauſæ co-
gnitione & ordine juris præcipitatam, Cæſareæ jurejurando confirmatæ
capitulationi, tùm Conſtitutioni de pace publicâ, denique juri & juſtitiæ
contrariam, ideoque ipſo jute nullam, infirmam & nihili eſſe, ac ptoinde
minimè attendendam. Ad Ordines inrer alia hæc promit: Similitet nos
non parum, *inquit*, afficit, quod vos, qui viri prudentes & ſapientes, arque
experti

experti eſtis, invalidam illam & nullam dicti Imperatoris declarationem banni in aliquâ conſideratione habeatis, cum tamen præſertim qui jura noſtis, benè ſciatis, Electorem aut alium Ordinem Imperii non poſſe damnari & proſcribi niſi causâ cognitâ, citatum, auditum & convictum. *Hortleder. lib.3. cap.38.*

16. Porrò Iohannes Fridericus, & Philippus Haſſus, cum præſentiſcerent & viderent Imperatorem Carolum contra ſe potentem exercitum formaſſe, & in procinctu eſſe, ut ſe proſcriberet & pœnâ rebellionis afficeret in ſuis ad Cæſarem literis Ichterhuſii die Dominicâ poſt Viſitationem Mariæ ſive IV. Iulii, & in publico ſcripto XV. & alio XXI. ejuſdem menſis Quinctilis exaratis conqueſti & proteſtati ſunt, quod injuſtè & innocenter re-
17. bellionis, inobedientiæ & criminis læſæ Majeſtatis inſimulentur; quodque Imperator contra leges & conſtitutiones Imperii contraq; ſuam jurejuran-
18. do & formâ contractûs firmatam capitulationem agat; Cæſareâq; poteſta-
19. te abutatur, ſe inauditos & indefenſos vi & armis proſequendo: Notum autem legibus dictaq; capitulatione præſcriptum eſſe, quomodo Cæſar tali in
20. caſu contra aliquem Electorem aut Principem Imperii procedere debeat, nimirum cum cauſæ cognitione, præviâ citatione & auſcultatâ defenſione, non per vim & arma, ab executione & proſcriptione judicium inchoando, nec hunc proceſſum per clauſulas plenitudinis poteſtatis & auctoritatis Cæſareæ, motus proprii, & certæ ſcientiæ excuſari, cum illæ contra pacta conventa, ſtipulationes & contractus, contraque ſolemne juramentum locum non habeant, nec eis Cæſari uti fas ſit. *Hortleder. refert integras illas literas & ſcripta lib.3. cap.* XI. *& cap.* XIX. *Sleidan. lib.* XVII. *Schurff. conſ.53. num.16. cent.2.*

21. Denique proſcriptione publicatâ Iohannes Fridericus Saxo & Philippus Haſſus contra eam, tanquam nullam, injuſtam, invalidam proteſtati ſunt, & exceptiones ſuas oppoſuerunt, deducendo nullitates & errores, quibus illa ſcateret. Inter alia in quodam ſcripto quod 11. die Septembris anno MDXLVI. in publicum emiſerunt, hæc quæ ſequuntur depromunt, & poſteritati, non minus, quàm tum viventibus hominibus, pro informatio-
22. ne veritatis tradunt. Imò potius, *inquiunt*, manifeſtum & irrefragibile eſt, & ex ipſis Romani Pontificis ad Helverios literis, præſertim autem ex fœdere Cæſaris cum Papâ inito luce meridiana clarius apparet, hos ambos nihil aliud ſub prætextu falsò nobis imputatæ rebellionis per hoc diu præcogitatum bellum intendere & quærere, quam ut orthodoxam noſtram & Chriſtianam religionem, & omnes eos qui illam profitentur penitus opprimant & extirpent, tum obſequium Romanæ ſedi, *ut ipſi loquuntur*, ſubtractum reducant, deniq; Patriæ noſtræ libertatem & ſplendorem exſcindant: ut hoc modo Carolus dominationem & Monarchiam, quam jamdudum affectavit & animo concepit, obtineat & conſtabiliat, nationemq; Germa-
23. nicam ſub Hiſpanicæ ſervitutis jugum redigat. Poſito tamen prædictas criminationes, quibus nos onerat, veras eſſe, quanquam id nunquam cum veritate aſſeverari, minus probari poterit; nihilominus ſi quidanimadverſione dignum contra nos habuiſſet, debuiſſet nos (ſicut more & legibus cautum eſt & ab aliis Imperatoribus obſervatum fuit) citare, accuſare, atque ita jure & judicio, non facto & violentiâ abſq; ullâ cauſæ cognitione & ordine juris contra nos agere & procedere, præſertim cum id contra jus & juſtitiam, contraque Imperii Conſtitutiones & ſuam jurejurando firmatam obligationem ſuſcipiat & aggrediatur: quod apud priores Imperatores & Reges
24. non fuit auditum aut uſu receptum. Præterea non ei licuit aut integrum fuit abſq; cognitione cauſæ & prævio Elector. Principumque conſilio & judicio ejuſmodi nullam & invalidam Proſcriptionem decernere & promulgare.

gare. Item, quod ei minimè fas fuerit nos, qui per Dei gratiam, quod ſine
jactatione dictum volumus, Principes Imperii ſumus integræ & inculpatæ
vitæ & famæ, ex antiquâ & inclytâ Electorum & Principum Germanorum
proſapiâ oriundi, & nobilitate generis & ſanguinis dicto Imperatore non
inferiores, inauditos, non citatos, noſtris exceptionibus & defenſionibus
exploſis, propter tàm graves præſertim & confictas criminationes proſcri-
bere, vitâ, honore, dignitate, bonis & fortunis exuere & privare; hoc juri 25.
& legibus harumque interpretibus, omnibus aliis integri judicii anteceſ-
ſoribus & Juriſperitis dijudicandum relinquimus. Si enim alicui Impe- 26.
ratori licitum eſſet, contra aliquem Electorem, Principem & Optimatem
Imperii, in rebus præſertim tàm gravibus & periculoſis, ſine citatione &
ordine juris, rejectâ cauſæ cognitione procedere, quemadmodum hic Ca-
rolus prætenſus Imperator, contra nos auſus eſt, non opus fuiſſet laudabi-
li illa & ſapiente conſtitutione Henrici VII. quâ cautum, quomodo in læ-
ſæ Majeſtatis & rebellionis crimine procedendum ſit: quæ tamen conſti- 27.
tutio cum maturo & excuſſo conſilio eum in finem eſt ſancita, ut non mi-
nus ac aliæ ſanctiones Imperii ab Imperatoribus & unoquoque obſervari
debeat. *In extravagantib. ſeu lib. 5. Feud. tit. 19.* Et quamvis objicere vel- 28.
let, ſe ſolutum, neque ſubjectum legibus eſſe: attamen neque ipſe, neque 29.
ullus alius cum fundamento & veritate negare poteſt, Imperatorem eate-
nus eſſe legibus obnoxium, quatenus illæ in jure divino, naturali, & gen-
tium fundatæ ſunt; ſicut hæc Henrici VII. conſtitutio omninò fundata
eſt: nimirum ut is, qui alicujus criminis inſimulatur ante omnia citetur, ad
tribunal ſiſtatur, audiatur, & ejus defenſiones & exceptiones admittantur,
quæque negata fuerint, legitimè probentur, antequàm condemnatio fiat,
& pœna imponatur. Quod autem citatione opus ſit, & accuſati exceptio-
nes & defenſiones auſcultandæ, & is non per ſimplicem Cæſaris affirma-
tionem, ſed vel per ſufficientes vivos teſtes, vel per inſtrumenta & docu-
menta fide digna, quæ ſecundum qualitatem perſonæ & rei gravitatem
luce meridianâ clariora eſſe debent, legitimè convincendus ſit; hoc ex ju-
re divino, naturali & gentium procedit, ac proinde in nullius Imperatoris
poteſtate ſitum eſt, aliquid in contrarium præcipere, ſtatuere, vel agere.
Atque hoc juris effatum neque ipſe dictus Imperator Carolus, neque ul-
lus alius, cum aliquo rationis prætextu refellere & infitiari poteſt.

Adhæc ſciendum, quod quilibet Imperator in auguratione ſuâ Imperio 30.
jurejurando promittit, ſe jura ejus obſervaturum, ſicut & hic Imperator
ſe Imperii jura illibatè ſervaturum juravit: quapropter eò minus nos debe-
bat vi proſequi; ſed potius ſi quam contra nos actionem ſe habere putaret,
eam juri & judicio committere, nobis diem dicere, & noſtras exceptiones
& depulſiones admittere, nequaquam verò indefenſos & inauditos, abſq;
formâ & ordine Judicii proſcribere & hoſtes Reipublicæ declarare. Paulò 31.
poſt: Cum igitur ex his prædictæ nullitates prætenſæ Proſcriptionis &
privationis evidentiſſimè appareant, & notoriæ ſint ipſo jure, confidimus
neminem tam fore præcipitem, qui nos pro bannitis & proſcriptis ſit habi-
turus, aut contra nos, noſtras ditiones & ſubditos in præjudicium & viola-
tionem jurium & conſtitutionum Imperii de pace publicâ non turbandâ
aliquid acturus, quia nulla illa & inanis proſcriptio non magis valere de 32.
jure poteſt, quam res in rerum naturâ non exſtans. *Hac Principes iſti.* Plura 33.
in eandem rem adducere potuiſſemus; ſed ſufficient hæc ad probandam
& demonſtrandam Proſcriptionem & Privationem Johannis Friderici,
tranſlationemque Septemviratûs Saxonici ex iiſdem ferè fundamentis &
rationibus, quibus proſcriptio Friderici Regis, & Electoratûs Palatini in
Bavarum alienatio impugnatur, nullam & invalidam atque injuſtam æſti-

34. mari & judicari poſſe: ac proinde hodiernos Electores Saxonicos non ſa-
tis firmo & ſolido fundamento inniti, ſi jus ſuum ad Electoratum in re con-
35. troversâ & diſputabili, in conceſſione & donatione (quam Johannes Fri-
dericus & ejus filii ſemper in dubium revocaverunt, renunciationemque
Electoratûs ab ipſis per vim & metum intentatæ mortis extortam & re-
ſcindendam, & tanquam nullam, ex præſcripto legis: Quod metus cau-
36. sâ, antiquandam pertenderunt) fundant. Cautius, prudentius, & tutius
meo quidem judicio facturi, ſi ſolemni illi & legitimæ tranſactioni Naum-
burgicæ, quæ ultrò citròque cunctis iis, quorum intererat intervenientibus
inita, approbata, confirmata, ſubſcripta, & diligenter hactenus obſervata
fuit, inhærent & innituntur. Quamprimùm enim Johannes Fridericus E-
lector è cuſtodiâ diuturnâ anno CIↃ IↃ LII. dimiſſus, & inſequente ſtatim
anno Mauritius mortuus fuerat, ipſe Electoralem titulum & jus ſibi denuò
arrogabat, ſe Electorem & Archimareſchallum gerebat, nominabat & ſcri-
bebat, Carolo Imperatore & Ferdinando ejus fratre Rege Romanorum
non adverſantibus, quippè qui Mauritium, quem immemorem accepti
beneficii bellum ſibi moviſſe ſtomachabantur, & Auguſtum ejus fratrem,
cujus potentiam propter affinitatem cum Rege Daniæ Chriſtiano II. con-
tractam, haud immeritò ſuſpectam habebant, à ſucceſſione Electorali ex-
cludi tacitè & in animo ſuo cupiebant. Johannes Fridericus autem anim-
advertens Carolum & Ferdinandum non ſui amore hoc expetere & deſi-
derare; ſed odio & indignatione in Mauritium & Auguſtum ipſis infenſos,
utque domum Saxonicam, cujus potentiam & auctoritatem in Germaniâ
cottidiè incrementum per concordiam præſertim gentilium καὶ ὁμοίθεν,
ſumere torvis oculis adſpiciebant, colliderent & inter ſe dividerent; maluit
cum Agnato Auguſto, ſuadentibus & hortantibus amicis paciſci & tranſi-
gere ſub æquis & moderatis conditionibus, quam jus ſuum privatum cum
concuſſione & perturbatione publicæ tranquillitatis, cumq; detrimento rei
Religionis, & cum diſcrimine generis ſui perſequi & vindicare. In illâ ſo-
lemni & hæreditariâ perpetuò valiturâ tranſactione ipſe Johan. Fridericus
& ejus tres filii (frater Erneſtus tum vivere deſierat) qui majorennes tunc
erant, & ad ſuam tutelam pervenerant, deliberato animo, maturo cum con-
ſilio, re omni benè & diu expenſa, amicis, neceſſariis, ſequeſtris, Ordinibus
& Vaſallis utriuſque partis aſſiſtentibus, juri ſuo, quod in ſucceſſione Electo-
ratus & eorum quæ connexa & agglutinata ſunt, denuò renunciarunt,
& illud totum ceſſerunt & proprium addixerunt Agnato Auguſto &
ejus poſteris atque hæredibus maſculis, qui electorium iſtud jus & præro-
gativam adhuc hodiè beneficio & gratia, atque conceſſione ſingulari ſuo-
rum agnatorum vigore legitimæ tranſactionis, poſſident & exercent, ne-
mine contradicente, aut quæſtionem ſtatûs movente. Ipſi autem ceden-
tes, Iohannes Fridericus Elector & ejus filii in compenſationem plurima
opida, villas, fundos, & haud contemnendam territorii partem, quæ ma-
gnitudine & reditibus, ſi non æquabat, certè parum inferior erat ditioni-
bus Electoralibus Auguſto Septemviro reſervatis & ceſſis. Tranſactio illa
Naumburgica interventu potiſſimùm Regis Daniæ Chriſtiani II. procu-
rata, conciliata, & peracta fuit. Eam autem tùm Elector Auguſtus ex una,
tùm Iohannes Fridericus Senior Pater ex altera parte, cum tribus filiis, Io-
hanne Friderico medio, Iohanne Wilhelmo, & Iohanne Friderico Iunio-
re, omnibus pubertatis annos egreſſis, & ſui juris effectis, ratam habue-
runt, approbarunt, ſubſcripſerunt & impreſſis veſtigiis ſigillorum con-
firmârunt: Prætereà etiam Ferdinandus Rex Romanorum, Chriſtianus
Rex Daniæ, Ioachimus Elector Brandenburgicus, Wilhelmus Dux Iulia-
cenſis, Philippus Dux Pomeraniæ, Philippus Landgravius Haſſiæ rogati,
ſigilla

ſigilla ſua in teſtimonium fidei & veritatis appoſuerunt, & nomina adſcripſerunt. Quod & internuncii, ſeu deputati ab Ordinibus, Nobilibus, Vaſallis & ſubditis utriuſque partis, fecerunt. In ipſo tranſactionis principio continetur, quod Iohannes Fridericus, poſt mortem Mauritii agnati repoſcerit veteres ſuas ſibi ademtas ditiones & jura, ſeque Electorem geſſerit: Auguſtum verò quia ſimultaneè cum fratre Mauritio de iis inveſtitus eſſet, ſeſe oppoſuiſſe, & ea reddere noluiſſe: idcircò inter utroſque communis concordiæ ſtabiliendæ cauſa, non obſtantibus hujus vel illius prætenſionibus & juribus, amicè ſub certis conditionibus, quæ ſpeciatim enarrantur, tranſactum & pactum fuiſſe. Vigore illius compoſitionis Iohannes Fridericus Pater & Filii promiſerunt & receperunt ſe deinceps titulum Electoris & Archimareſchalli atque Burggravii Magdeburgenſis Auguſto & ejus hæredibus maſculis legitimis daturos; ita tamen ut Iohanni Friderico titulus quoque nati Electoris, quamdiu is in humanis eſſet, remaneret. Filii quoque Johannis Friderici pro ſe & ſuis hæredibus condixerunt & promiſerunt, ſe neq; titulum nati Electoris Patre eorum mortuo, neque jus Electorale prætenſuros & uſurpaturos, quamdiu Auguſtus & ejus maſculi legitimi hæredes ſupereſſent, quibus Electoralem quoque titulum ſe tributuros pacti ſunt. Capitulationem denique Wittebergenſem cum Carolo Imperatore initam, in quâ Electoratui renunciarunt, de novo ratam habuerunt, ſed eatenus, quatenus ei per hanc tranſactionem non eſſet derogatum.

Notandum verò quod Iohannes Fridericus libertati reſtitutus ſe quidem nihil contra capitulationem à Cæſare præſcriptam acturum promiſerit, aliam tamen & novam cautionem præter illam dare & præſtare recuſaverit. *Hæc omnia in actis Hortlederi lib. 3. cap. 87, & 88. pluribus legi poſſunt. De hâc tranſactione Lucas Oſiander in Epitom. Hiſtor. Eccleſiaſtic. in parte alterâ, centur.* XVI. *ſummatim hæc ſcribit*: Mortuo Mauritio, ipſius Frater Auguſtus à ſuis ſubditis ſalutatus Elector, & celebrantur Lipſiæ comitia, in quibus Iohannes Fridericus per Legatos ſua repetit, & ſibi Electoratum reſtitui poſtulat: ſed nihil tùm obtinuit. Tandem tamen paulò ante ipſius mortem hæc controverſia inter ipſum & Auguſtum ſic eſt compoſita: Iohannes Fridericus diſceditab Electoratu, Miſnia, & oppidis metallicis: Auguſto ſine liberis maribus extincto, ad Saxonem ejuſque liberos mares hæc omnia redeunt. Interim Saxoni licet uſurpare nomen Electoris & inſignia tàm in obſignandis literis, quàm in procudenda moneta. Præfectutas etiam & oppida quædam Auguſtus ei, liberiſque largitur, & pro ſuperiorum aliquot annorum reſiduis debitis, quæ Mauritius non dependerat ipſius liberis, perſolvit ad centum aureorum millia: Sed & arcem oppidumque Conigsbergum Saxoni, liberiſque reſtituit: & fœdus hæreditarium Saxonicæ domûs, violatum ſuperiotibus annis, renovatur & confirmatur. 37.

Quod autem Carolus Imperator & Rex Ferdinandus libenter Iohannem Fridericum, ſi citra reſciſſionem rerum ab ipſis decretarum fieri potuiſſet, reſtitutum ad priſtinam fortunam, etiam ad Electoratum, & inde Mauritium res novas & bellum molientem remotum vidiſſent, haud obſcurè ex literis reſtitutionis & abolitionis à Carolo V. die XXVII. Sextilis, Auguſtæ Vindelicorum anno τῆς ἐνσαρκώσεως datis colligitur, ubi antiquatâ, & abolitâ proſcriptione Carolus ſe reſtituere dicit Johannem Fridericum in priſtinum ſtatum & honorem, velle atque jubere, ut pro Principe Imperii, Duce Saxoniæ eodem, quo antea, modo habeatur & agnoſcatur. Item ſe reſtituere, *inquit*, eundem Johannem Fridericum, & ejus hæredes, ad omnia priora jura, prætenſiones, honores, privilegia, titulos, inſi- 38. 39.

Fff 2 gnia,

gnia, libertates ſeu immunitates, ad jus etiam ſimultaneæ inveſtituræ & ad
terras & ditiones, quæ ejus liberis vi capitulationis reſervatæ fuerint. *Hort-*
40. *leder. d. lib. 3. cap.* 88. Licet hîc expreſſa reſtitutionis ad Electoratum men-
41. tio non fiat; nec tamen illam excluſam & rejectam fuiſſe dici poteſt: imò
verò tacitè incluſa videtur in iis verbis, in priſtinum ſtatum & honorem ad
41. priora jura & prætenſiones: Verba enim cum effectu accipienda. *Regula*
43. *brocardica. l. aliud eſt capere. 71. D. de verbor. ſignif. ibi Alciatus in liter. b.* &
quamvis de univerſo concepta ſint, ad ſingulas tamen partes aptantur, *ut*
44. *ait idem Alciat. in l. litus eſt quouſque 96. §. prædia D. de verb. ſignif.* Præterea
Principis beneficium latiſſimè & pleniſſimè eſt interpretandum. *Sic enim*
lex penult. D. de Conſtitut. Princip. Beneficium, *inquit*, Imperatoris, quod
à divinâ ſcilicet ejus indulgentiâ proficiſcitur, quam pleniſſimè interpretari
debemus. *ibi gloſſ. & Baldus & in l. nec avus C. de emancipat. liberorum. l. 2.*
C. de bonis vacant. & incorpor. l. ex facto quæritur. 43. D. de vulgari. & pupill.
ſubſtit. c. 15. de Reg. in 6. & c. olim. de verbor. ſignif. l. fin. circa medium C. de
Præpoſitis agentium in rebus lib. 12. Ioannes Bernardus Dias de Luco. in regul. 63.
de regulis utriuſque Iur. Noſtrum non eſt verba Principis tenaciter & ſtri-
ctè interpretari, *ait gloſſ. in cap. alligant in verbo. tenax 26. quæſt. 7. Thomas*
Grammaticus in conſil. 156. & in deciſ. Neapol. 4. ut citat Iohannes Borcholten
45. *de feud. cap. 6. n. 35. in fine.* Clarius autem Caroli V. intentionem non fuiſ-
ſe Johannem Fridericum à reſtitutione Electoratûs excludi, ſed potius eum
ad illam admitti debere, apparet ex propoſitione quam Iohannes Frideri-
cus ad ſuos Ordines & Vaſallos in conventu Salveldiæ anno M D LII. in-
ſtituto habuit: in eâ inter alia dicit, ſe mandato, voluntate & conſenſu Cæ-
ſaris à quibuſdam Principibus petiiſſe ſcire, quid ſibi ab eis & quæ auxilia
promittere poſſet, ſi Mauritio ſuo agnato proſcripto Electoratum & an-
nexas ditiones repoſceret & occuparet. *Hortleder. d. lib. 3. cap.* 87.
46. Ex his, quæ hactenus commemorata ſunt, manifeſtum fit & dilucidum
multò prudentiùs & conſultiùs facturos Auguſti Electoris ſucceſſores &
poſteros, qui Electoratu potiti ſunt, & qui hodiè potiuntur, aut in futu-
rum potientur, ſi jus ſuum ad Electoratum, non in controversâ illâ, in
quæſtionem vocatâ, & exceptioni nullitatis atque injuſtitiæ obnoxiâ pro-
ſcriptione & privatione Iohannis Friderici, & in conceſſione ac donatio-
ne Caroli V. lubrico huic fundamento innixâ & contradictioni expoſita:
ſed in hâc firmâ, ſtabili, & à nemine adhuc improbata & contradicta
tranſactione Naumburgica fundaverint. Quid multis? ánnon ipſe Augu-
guſtus Elector cum Agnatis ſuis de titulo, jure atque ſucceſſione Electora-
tûs tranſigendo & pactionem ineundo tacitè agnoviſſe videtur, eos haud
immeritò; nec ſine ratione jus & prætenſiones ſuas ad Electoratum, &
ad feuda per proſcriptionem atque condemnationem δυσαπολογήτως καὶ
ἀναπολόγητως (quæ difficulter defendi & cui facilè contradici poteſt.) eis
47. adempta, renovaſſe & in medium propoſuiſſe. Quid enim eſt aliud tranſ-
actio, quam rei dubiæ definitio, dato aliquo & retento? *ut ait Vultej. lib. 1.*
Roman. Prudent. cap. 59. velut Borcholten in comment. ad titul. de Tranſactio-
nibus cap. 1. princ. conventio, quæ fit de re dubia, lite incertâ & nondum
finitâ, aliquo dato, retento, vel promiſſo. *l. 1. D. de Tranſactionibus.* qui
tranſigit, *inquit*, quaſi de re dubia & lite incerta neque finita tranſigit. *ibi*
Doctores & gloſſ. l. Præſes Provinciæ 12. C. eodem. ubi Gothofredus notat: du-
bietatem eſſe notam tranſactionis *l. ſi inter Patrem 6. & l. inter eſt mul-*
tum 21. C. de Solutionib. Res autem dubia denotat omnem rem, de qua du-
bitatio, quæſtio vel controverſia aut contradictio aliqua eſſe & moveri ſo-
let. *VVeſenbec. in tit. de Tranſact. & Borcholt. ibid. cap. 3. n. 1.* Res, *inquit*
48. *Varro*, quæ in controverſia eſt, lis dicitur. *lib. 6. de ling. latin.* Si proſcri-
ptio

ptio & privatio Iohannis Friderici & donatio Electoratus facta Mauritio & Auguſto fratribus, res certa & indubia, vel ſententia talis fuiſſet, quæ nullo remedio, vel prætextu, & exceptione juris attentari & impugnari potuiſſet, eamque partes tranſigentes inprimis Auguſtus pro tali agnoviſſent & judicaſſent, fruſtra & nulliter tranſegiſſent, *l. ſi causâ cognitâ prolata 32. C. de Tranſaction.* Tranſigitur enim de re dubia *ait ibi Gothofred.* vel litigioſa, aliàs tranſactio nulla eſt. *Angelus in conſil. 94. num. 6. & conſ. 240. Caſtrenſ. conſ. 343. in princ. lib. 1. Alexand. conſil. 40. num. 3. in fin. lib. 5.* Super re liquida nunquam præſumi debet tranſactio: *ait Abbas conſil. 97. n. 3. lib. 2. citante Tuſcho concluſ. 345. n. 5. tom. 8. Decius conſ. 251. n. 5. & conſil. 879. in fine.* Hinc ſuper judicato fruſtra tranſigi, non eſt opinionis incertæ, *ut ait d. l. ſi cauſa cognita. vel ut in l. eleganter. Pomponius. 23. §. 1. D. de condiction. indebit. habetur.* poſt rem judicatam placuit tranſactionem nullius eſſe momenti: *hoc enim Imperator Antonius cum Divo Patre ſuo reſcripſit: ſed additur ibi:* reſcriptis tunc locum eſſe, cum de ſententia indubitata, quæ nullo remedio attemptari poteſt, tranſigitur. (μετὰ ψῆφον ἐῤῥωμένην ὐκ ἰσχυρῶς τις διαλύει): *ait Harmenopol. in promptu. lib. 1. tit. 10. n. 4. Felin. in cap. monaſterium. n. 31. de re judicat. Roman. conſil. 504. n. 1. & conſil. 155. n. 2. Decius conſil. 39. n. 3. Berous conſ. 187. n. 48. lib. 1. ita refert eos Tuſchus concluſ. 346. n. 11. tom.* 8. Cur autem ſuper judicato tranſactio fieri non poſſit, ratio eſt, quia res judicata non eſt res dubia, neque lis incerta, ſed jam finita, perfecta & indubia, haberurque pro veritate. *l. ingenuum 35. de ſtatu homin. l. res judicata pro veritate accipitur. 207. D de Regul. Sacin. in regula. ſententia regulariter jus inter partes. c. cum inter. de re judicat. 6. in cap. quoniam. de probat.* Sciendum tamen tranſactionem legitimè & validè fieri etiam poſt rem judicatam, quamvis appellatio aut provocatio non fuerit interpoſita, ſi negatur judicatum, & incertum ſit, an ſententia valeat, & juſtè ſecundum leges & jura pronunciata ſit. *d. l. eleganter Pomponius. §. quid ergò. Borcholten. in dicto cap. 3. n. 11. in fine.* Nam talis ſententia & judicatum, quod accuſatur injuſtitiæ & nullitatis, non facit jus inter partes, nec pro veritate habetur. *Canoniſtæ in c. licet. de probat. Socin. d. regul. 365. in 6. fallentia.* ideo tranſactionem non infirmat. *Cravetta conſ. 425. n. 65. & conſ. 707. n. 29. ubi dicitur,* ſolam negationem extrajudicialem operari, ut tranſactio juſtè fieri poſſit: imò propter metum litis futuræ, etiamſi jus certum ſit, tranſigere validè quis poteſt. *Angel. Aretinus conſ.* 38.

49.
50.
51.
52.
53.
54.
55.

56. Ut paucis abſolvamus τὰ ἀναγκαῖα ἀνακεφαλαιούμενοι, (capitulatim & ſummatim repetentes neceſſaria) nos hactenus ſatis eviciſſe & adſtruxiſſe arbitramur: Primò proſcriptionem & privationem Iohannis Friderici Saxonis & tranſlationem Electoratus in Mauritium & Auguſtum, ſi eam æquis rationum ponderibus libramus, & ad normam legum, conſtitutionum, conſuetudinum in Imperio receptarum examinamus & caſtigamus, in jure non ſubſiſtere, aut vires habere, nec ab oppoſitionibus & exceptionibus nullitatis & injuſtitiæ immunem eſſe, καὶ ἀναντίῤῥητον: ac proindè malè & incongruè in exemplum ad juſtificandam tùm proſcriptionem contra Fridericum evibratam, tùm tranſlationem Electoratus Palatini in Bavarum, adduci. Non enim exemplis, ſed legibus judicandum eſſe, nec in aliorum judicum virium extendi oportere, ſi quid non benè diremtum & judicatum fuerit, jura jubent. *l. nemo judex 13. C. de ſententiis & interloc. omn. judic. l. 1. C. de veter. jur. enucleando. l. ſed licet is. 12. D. de officio Præſidis. ubi* non ſpectandum eſſe quid Romæ factum ſit, quam quod fieri debuerit. *§. ult. Inſtit. de ſatiſd. l. exemplo C. de Probation. Socin. regul. 225. Alexand. conſ. 150. n. 7. verſ. prætereà non exemplis lib. 6. ubi dicit:* Principis exemplum non eſſe attendendum, niſi cum cauſæ cognitione ita ſtatuiſſet. *Cardinal. Tuſchus.*

57.
58.

concl.549.tom.3. Pariſ.conſ.31. n.17.tom.1. ubi nec Principum exemplis judicandum eſſe *dicit, per Doctor in l.3. C. de leg. & not. in l.1. D. de conſtit. Princ. & in l. Iulia.§.ult. D.ad Trebell. idem Pariſ. in conſ.81. n.30. tom.3. & conſ. 68.*
59. *n.251. tom. 4. ubi n.252. addit:* non eſſe neceſſariam conſequentiam, per
60. anteceſſores hoc factum eſt, ergo poteſt fieri ab ſucceſſoribus. Nam multa
61. facta fuiſſe per Pontifices, quæ jure non potuerint fieri. *& n.254. dicit,* Argumentum ab exemplis tum demum procedere, quando ſunt exempla Sanctorum *ut in c. de quibuſd.diſt.20.c.verum. & ibi Abbas in 3. notab.de converſ.*
62. *conjug.* & quando concordant rationi & juri, aliàs ſecus, *ut Præpoſit. in c. ſi in adjutorium. diſt.10. & c.turbat.diſt.37.& notatur in cap.in cauſis de re judic.*
63. Deinde hoc etiam demonſtravimus, hodiernos Electores Saxoniæ tutiùs & ſecuriùs jus ſuum ad Electoratum in hâc tranſactione firmâ & ſtabili, amicorum interventu conciliatâ, quam in conceſſione & donatione Caroli V. vel in ejus ſententiâ proſcriptionis & privationis, exceptionibus & contradictionibus obnoxiâ collocare & ponere. Non minorem autem tranſactionum auctoritatem, quàm rerum judicatarum eſſe, rectâ ratione placuit, ſiquidem nihil ita congruit fidei humanæ, quam ea quæ placuerant cuſtodiri: *ut ajunt Imperatores in l. non minorem 20.C.de tranſact. Hinc Angel.*
64. *Aretinus conſ. 95. n. 3. dicit:* tranſactionem habere effectum rei judicatæ & litis finitæ: imò potiorem & efficaciorem vim habere quam rem judicatam. *Harmenop. dict. tit.10. num.4.* ἡ διάλυσις, *inquit,* ἀμφιβαλλομένου πράγματός ἐστι τομὴ, καὶ μείζων ἐστὶ ψήφου. Tranſactio eſt rei controverſæ deciſio, & majorem
65. habet vim re judicatâ. Hinc Imperatores reſcripſerunt cauſas vel lites tranſactionibus legitimis definitas imperiali reſcripto reſuſcitari non oportere. *in l.cauſas vel lites. 16. C. de Tranſact.* οὐ δεῖ διὰ βασιλικῆς ἀντιγραφῆς
66. ἀνατρέπεσθαι χρὴ, *inquit Harmenopol. d. tit. 10. §. 11.* tanta nimirum eſt tranſactionis vis & autoritas, ita ut nec propter læſionem ultra dimidium, nec propter conteſtationem doli, vel vis, vel metûs reſcindatur. *l. ſi major. C. 22. de tranſact. l. tranſactionem. 35. eod. Alexand.conſ.42. n.11. verſ.8. ubi dicit,* magis communem. *lib. 1. & repetit. n.12. teſte Cardinale Tuſcho*
67. *concl. 353. tom. 8.* præſertim ſi amicis intervenientibus facta ſit tranſactio *d.l. tranſactionem.* οὐκ ἀνατρέπει τις ἔμπροσθεν φίλων γενομένην διάλυσιν, διὰ τὸ λέγειν αὐτὸν κατὰ βίαν ταύτην ποιῆσαι: ὅτι ὅπου φιλία ἐστὶν οὐ βία πραχθείη: *ait Harmenop. d.loc.* §. 13. Non ſubvertit quis factam intervenientibus amicis tranſactionem, quod ſe vi eam feciſſe aſſerat: Ubi enim amicitia eſt, vis non habet
68. locum. *l.non eſt veriſimile. D.quod met. cauſ. Alciat.1. præſumt.21.* Amicorum præſentia, ſecuritatis teſtimonium eſt, *ait Gothofr. in d.l.tranſactionem.* uno
69. verbo: Solemnis illa Naumburgica per tantum temporis ſpatium jugiter obſervata, & toties ſubinde renovata, & ratihabita, Imperiali etiam Reſcripto confirmata & approbata tranſactio, verum & unicum Palladium eſt,
70. quo ſe hodierni Electores Saxoniæ contra Duces Agnatos lineæ Vinarienſis tutari poſſunt; quibus aliàs non deeſſent rationes ſatis graves & ſpecioſæ, neque prætextus juris, ad antiquum ſuum jus ſuper Electoratu repoſcendum & perſequendum. Nunc pergamus ad reliqua, quæ nobis adhuc reſtant eliquanda.

Caput XXXIII.

ARGUMENTUM.

Quâ viâ Maximilianus Bavarus ad Electoriam dignitatem graſſatus ſit, & in culmen illud honoris evectus, declaratur: nempè primò ante aliquot annos ſcripta, jubente Bavaro, ab ipſius conſiliariis in vulgus ſparſa eſſe, in quibus conati ſint oſtendere Septemviratum Ducibus Bavariæ ratione Ducatus ab antiquo competiiſſe: ubi attentè ſit animadvertendum, controverſiam iſtam præter omnium opinionem productam, & Palatinæ progeniei velut ex obliquo motam fuiſſe, non tamen alieno tempore nec ſine applauſu τ̃ κακίνων; nam res in Imperio ita jam tum comparatas fuiſſe, ut ad mutationem propendere viderentur; intereaque cauſæ Bavaricæ patronos rebus ſuis intentos occaſionem adipiſcendi Electoratum exſpectare ſatagiſſe, quam opportunitatem facilè Ducem Bavariæ diſſidiis inter Imperatorem & Ordines ambarum partium in bellum erumpentibus, conſecuturum præviderет: quod & veriſimile fuerit.

Præterea Bavaros conſiderantes haud parvum ſuæ prætenſioni ad Electoratum momentum acceſſurum, ſi aliquem titulum ambitioni præſtruerent, Electorumque Palatinorum jus in dubium vocarent, confiſi ſe favore imminentis temporis cætera eò faciliùs conſecuturos, Palatinis præſertim de poſſeſſione dejectis: Et ſanè ſpem ſuam eos non fefelliſſe.

CONSPECTUS.

5. Videndum jam quâ ratione Maximilianus Bavarus in culmen Electoriæ dignitatis eniſus & evectus fuerit.

2. Idque ex actis publicis, literis Principum, diplomatibus, ſuffragiis, ſimilibuſque libellis authenticis in publicam lucem etiam à contrariæ partis commentatoribus emiſſis.

3. Sciendum primò, ante 26. plus minus annos ſcripta quædam, jubente Bavaro, ab ejus Conſiliariis in vulgus ſparſa eſſe.

4. Inque illis eoſdem conatos oſtendere Septemviratum Ducem Bavariæ ratione Ducatûs ab antiquo competiiſſe.

5. Nec Palatinam familiam, ſed vice verſâ Bavaricam in Palatinam Electorale decus intuliſſe.

6. Ubi attentè animadvertendum ſit, controverſiam iſtam præter omnium quidem opinionem ex improviſo productam, & Palatinæ progeniei objectam & velut ex obliquo motam fuiſſe.

7. Non tamen alieno tempore nec ſine applauſu τ̃ κινητῶν.

8. Nam res in Imperio ita jam tum comparatas fuiſſe, ut ad mutationem propendere viderentur.

9. Studia enim partium, diſſenſionem & diſceptationem inter Imperatorem & Principes Euangelicos unitos, & inter hos & Pontificios ad ſummum gradum perductam fuiſſe.

10. Dum hinc pars limitatam Cæſaris poteſtatem ex legum præſcripto reſtringendam eſſe contenderent, ſeque propterea reſcriptis & mandatis in aulâ Cæſaris decretis, quæ ipſis ſuſpicionem abſolutioris dominationis concitarent, oppoſuiſſe.

11. Pars autem iſthinc abſolutum Cæſari etiam in cauſâ religionis Imperium aſſerere, tum interpretationem conſtitutionum, illius maximè quæ de libertate religionis & bonorum ſacrorum fructibus ſanciat, competere pertenderent.

12. Hinc Principem Mauritium benè prædixiſſe, tria ſtudia in Imperio ejus ruinam acceleratura: Primum eſſe eorum qui caput Imperii abſolutum exoptent; ſecundum eorum qui libertatem Statuum ita deprimant, ut ſervire, quam obedire malint.

13. Tertium eorum qui dictam Statuum libertatem ita extendant, ut legibus quibuſlibet Imperii ſoluti magis, quam ligati apparere velint.

14. Ante omnia autem diſſidium in religione & inde prognatum odium, quod Papa in ſuis Inſulatis ſufflare haud ceſſaret, faces ſubminiſtraſſe.

55. Solere verò Pontificios vehementiori odio in diſſentientes ſecum in cauſâ religionis ferri, quàm Proteſtantes.

16. Tum quod cæco erga Papam obſequio faſcinati ejus mandatis obſequi ſuæ con-

conſcientiæ & æternæ ſalutis intereſſe putent.

17. Tum quia ex formâ diſciplinæ ad ſuperſtitionem magis inclinent.

18. Difficile autem eſſe modum tenere in eo, quod bonum (magis quam pium) eſſe credideris.

19. At Pontificios Principes non ſolùm pium opus ſe facere, ſi hæreticos funditùs exſcindant, ſed nec ſe ſalvos fieri poſſe credere, ſi ullam id exequendi occaſionem prætermitterent.

20. Sed redeundum ad cauſæ Bavaricæ patronos, qui interea, dum res in motu poſitæ everſionem Imperii parturirent, rebus ſuis intenti occaſionem adipiſcendi Electoratum Palatinum exſpectare ſatagerent.

21. Quam opportunitatem Ducem Bavariæ diſſidiis inter Imperatorem & Ordines ambarum partium in bellum erumpentibus facilè conſecuturum eſſe prævideret.

22. Quod & vero ſimile fuerit.

23. Tum quia Auſtriaci, quorum decretis inſolentioribus Proteſtantes, inter quos Palatinus Elector familiam duceret ſeſe opponerent, Bavari auxilio ſublevandi, ei promtè in quavis re eſſent gratificaturi, imò & ad Electoriam dignitatem viam munituri.

24. Tum quia opportuni magnis conatibus tranſitus rerum, & incrementa potentiæ ſponderent, turbatumque Imperii ſtagnum fœcundam promitteret capturam.

25. Quæ res vitio verti non poſſit, cum prudentis Principis ſit, in turbis finitimorum (doctore ſcilicet Machiavello) aliena appetere & temporibus inſidiari.

26. Eadem quidem & ſimilia ex adverſo Friderico R. objici.

27. Sed utri Bavaricinè an Palatini verum dicant, & quo fundamento alteri alteris φιλαρχίαν objiciant, æquis ab omni affectu judicibus ipſi poſteritati dijudicandum, nos relinquere.

28. Præterea Bavaros conſiderantes haud parvum ſuæ prætenſioni ad Electoratum momentum acceſſurum, ſi aliquem colorem ambitioni præſtruerent.

29. Et Electorum Palatinorum jus ad ſeptemviratum in Palatino ad Rhenum territorio fundatum in dubium vocarent variis ex obſcurâ vetuſtate petitis argumentis.

30. Confiſi, ſe favore imminentis temporis cætera eo faciliùs conſecuturos; Palatinis præſertim de poſſeſſione dejectis.

31. Et ſanè ſpem ſuam eos optatorum compotes feciſſe.

32. Illoſque Catharinæ Reginæ conſilium vafrum, quod Florentino contentionem de dignitatis prærogativâ cum Ferrarienſi Duce renovanti de fovendâ & movendâ lite, donec opportunum tempus iſti principem locum tribuere permitteret, dederat, ſecutos.

33. Nam primò rebus ad mutationem in Imperio inclinantibus, & Palatinâ domo odio laborare incipiente, de legitimâ poſſeſſione Electoratûs controverſiam moviſſe.

34. Deinde occaſione ematurâ obtinuiſſe, ut Friderico Palatino proſcripto & de poſſeſſione dejecto, Bavarus Elector renunciaretur.

1. IAm videamus quâ ratione, quove modo Maximilianus,
qui rerum hodiè in Bavaria, ſuperis fortunantibus, poti-
tur, Avi ſui Gulielmi *παυδαρχίδα* veſtigia ſecutus, & quâ
viâ ad Electoriam dignitatem graſſatus, & in culmen il-
2. lud honoris eniſus & erectus fuerit. Nos ea, quæ verita-
te tralatitiâ nituntur, & ex actis publicis, ex literis Princi-
pum, aliiſque ſcriptis, diplomatibus, ſuffragiis pro ſen-
tentiâ dictis, ſimilibuſque libellis & monumentis, non quidem ſuſpectis,
falſis & confictis; ſed authenticis & genuinis, in publicam lucem, etiam
à contrariæ partis commentatoribus, emiſſis, comperta habemus bonâ fi-
de, *τὸ προσωπεῖον ῥίψαντες γυμνῇ τῇ κεφαλῇ. Chryſoſtom. homil. in Ioann.* 1. in
medium producemus; de noſtro nihil addituri, niſi cæmentum ad are-
nam, ut ita loqui liceat, ne rem calidius & vehementius, vel inflatius & du-
rius referre & denarrare argui queamus.
3. Ac primò quidem ſciendum, ante viginti ſex plus minus annos, ſcripta
quædam καὶ βιβλίδια jubente & præcipiente, certè & conſentiente & ap-
probante Bavaro ab ejus Conſiliariis & Advocatis, inter quos Chriſtopho-
rus Gewoldus Juriſconſultus & hiſtoricus, nec non Maximiliano Duci à
4. conſiliis primas tenet, in vulgus ſparſa, & typis excuſa fuerunt. In illis co-
nati ſunt diſertis rationibus oſtendere, *verba ſunt Gewoldi in libr. de Se-
ptemviratu cap. 10. in rubric. & cap.* Septemviratum, ſive Electoralem
digni-

dignitatem Ducibus Bavariæ, ratione Ducatus ab antiquo competiiſſe, nec Palatinam familiam; ſed vice verſa Bavaricam in Palatinam Electorale decus, quod teſtificante Cæſare Rudolpho I. & Principibus Imperii, Bavariæ 5.
Ducibus competierit, ratione Ducatus Bavariæ ab antiquo, intuliſſe. Argumenta etiam, quæ à Marquardo Frehero, rerum vetuſtate involutarum indagatore ſtudioſiſſimo, & ab aliis contra novam illam, & trecentis ab hinc annis nunquam motam & auditam quæſtionem, adducta fuerunt, conquiſitis rationibus refutare, magno molimine aggreſſi ſunt. Tandem Nicolaus Burgundus Juriſconſultus Cæſaris & Bavariæ Ducis Conſiliarius & hiſtoriographus, boni ſarcinatoris eſſe ratus ſummum fuere centonem optimè. *Lucilius apud Nonium. Eraſm. in chiliad. ſub tit. Perficiendi.* velut colophonem tantæ moli additurus, anno æræ noſtræ 1633. librum ſatis amplum, cui titulus talis: Electoratus Bavaricus, ſive Apologia Chriſtoph. Gevvoldi de Septemviratu adverſus Anonymum, (is eſt conſiliarius quidam, (vel Zeſchlinus J.C. & alius) Ducis Wolfgangi Wilhelmi Comitis Palatini Neoburgici) conſcripſit, & Imperatori, nec non Electoribus inſcripſit. Anonymi iſtius libellus hanc præfert in frontiſpicio epigraphen: *Diſcurſus de Septemviratu, ſeu dignitate Electorali Palatinatûs Rheni*; in quo diſertis rationibus ex jure & hiſtoriis deſumtis oſtenditur Electorium illud munus & officium Archidapiferiæ, cum juribus & terris connexis, à primâ ſtatim Electorum inſtitutione ad hæc uſque tempora Palatinatui Rheni ſui naturâ & nexu indiſſolubili ita ſemper fuiſſe, & adhuc eſſe conjunctum, ut nullus alius niſi Comes Palatinus Rheni, Palatinatûs tùm ſuperioris, tum inferioris ad Rhenum poſſeſſor legitimus, idem quoque Elector ſit & audire debeat: neque id muneris proximo in Aureâ Bullâ vocato Agnato innocuo, ſub prætextu criminis ab aliis in ſummum Principem commiſſi, poſſit auferri; editus operâ & ſtudio Conſiliarii cujuſdam Palatini Neoburgici. De aliis minutioribus ſcriptiunculis ad aſſerendam Bavaricam illam præſumtionem, ſive προλήψει compilatis, & in exoticis idiomatibus ad exterorum animos præoccupandos & in eandem ſententiam pertrahendos publicatis, mentionem facere ſuperſedemus..

Hoc nihilominus probè & attentè animadvertendum, quæſtionem & 6.
controverſiam iſtam, velut monſtrum quoddam ex Africâ, præter omnium quidem opinionem ex improviſo in theatrum productam, & Palatinæ progeniei, quæ jus ſuum in Aureâ potiſſimùm Bullâ, ſanctione pragmaticâ, & in antiquâ tot ſæculis inviolatè cuſtoditâ conſuetudine, quam Bavaricæ cauſæ Patroni nimis audacter & præfidenter poſita fronte, impugnare, laceſſere, & injuſtitiæ atque nullitatis damnare haud verentur, fundat, objectam & velut ex obliquo motam fuiſſe: non tamen alieno tempore, nec 7.
ſine applauſu & adſtipulatione τῶν κινητῶν καὶ καχεκτῶν: *(ita vocat Polybius lib. 1. στασιώτας* factioni deditos & præſentem ſtatum faſtidientes. *vide Caſaubonum ibi fol. 91.)* Nam res in Imperio & per Germaniam ita comparatæ 8.
jam tum erant, ut ad inclinationem & mutationem, quæ biennio vel triennio poſt, tanquam ſanies ulceris ad maturitatem perducta, erupit, ſpectare & propendere viderentur. Studia enim partium, diffidentia, ſimultas, 9.
diſſenſio & diſceptatio inter Imperatorem & Principes Euangelicos unitos, & inter hos & Pontificios, ad ſummum & inemendabilem ſtatum atque gradum perducta erant: dum hinc pars limitatam Cæſaris poteſta- 10.
tem, in rebus præſertim, jura & poſſeſſiones Principum & religionem ſpectantibus, non extendendam, ſed coërcendam & ex legum præſcripto reſtringendam eſſe contendebant, ſeque propterea proceſſibus, reſcriptis, mandatis, edictis, in aulâ Cæſareâ decretis, quæ ipſis ſuſpicionem abſolutioris dominatus concitabant, & ad ſua jura & privilegia, in rebus non

tam civilibus quàm ſacris circumcidenda & imminuenda tendere inter-
11. prerabantur, opponebant: pars autem iſthinc abſolutum Cæſari etiam in cauſâ religionis Imperium aſſerere, tum interpretationem & emendationem Legum & Conſtitutionum, illius maximè, quæ de libertate Religionis & bonorum ſacrorum fructibus ſancit, & diſponit, competere, perten-
12. debant. Hinc ſapientiſſimus & literatiſſimus Princeps Mauritius ſubindè inculcabat & prædicebat, fore, ut tria ſtudia in Imperio ejus ruinam & everſionem ſint acceleratura. Primum eſſe eorum, qui caput Imperii abſolutum non limitatum exoptent: Secundum eorum, qui libertatem Sta-
13. tuum ita deprimant, ut ſervire quam obedire malint: Tertium eorum, qui dictam Statuum libertatem ita extendant, ut legibus quibuſlibet Imperii ſoluti magis quàm ligati apparere velint. *Ita refert Matth. Stephani.*
14. *vol. 2. diſcurſ. Politic. Academicorum* 17. *in gloſſ. a. in fine.* Ante omnia autem diſſidium in religione, & inde prognatum & inveteratum ebulliens odium, quod Papa, qui tot Epiſcopatus, Abbatias, monaſteria, fundos, villas, homines ſuæ juriſdictioni ſubtractos, & Imperium inde ſuum imminutum indignabatur, in ſuis conſecraneis & Infulatis tanquam ſcintillam in explicandum ignem ſufflare haud ceſſabat, belli & motuum incen-
15. dium accelerabat, faceſque ſubminiſtrabat. Solent verò Pontificii vehementiori & acriori odio in diſſentientes ſecum in cauſâ religionis ferri,
16. quam Proteſtantes; tum quod cæco erga Papam obſequio faſcinati, ejus Imperio & mandatis, canonibuſque, quibus docetur & præcipitur, hæreticos è medio tollendos, urendo, ſecando, nec eis fidem ſervandam eſſe. *c. excommunicamus. ubi* hæreticos extirpare nolens, excommunicatur. *c. vergentis, de hæreticis. Concilium Tridentinum & Conſtantienſe.* obſequi ſuæ conſcientiæ & æternæ ſalutis intereſſe putant; *ſcilicet ut quemadmodum Stratocles Athenis decretum de Demetrio fecerat;* πᾶν δ᾽ ὅ τι ὁ, βασιλεὺς κελεύσῃ, τοῦτο καὶ πρὸς θεοὺς ὅσιον, καὶ πρὸς ἀνθρώπους εἶναι δίκαιον: ſic quicquid Pontifex ſtatueret, id ſimiliter pium erga Deum, & juſtum eſſet erga homines.
17. *Peucer. in chronic. lib. 5. de Synodis Conſtantienſi & Baſilienſi.* tum quia ex inſtituto & formâ diſciplinæ ad ſuperſtitionem potentiſſimum animorum im-
18. pellendorum inſtrumentum magis inclinant & trahuntur. Difficile autem eſt modum tenere in eo, quod bonum (magis quod pium) eſſe credideris: *ut in terminis ex Seneca Epiſtolâ refert Juſt. Lipſius in libr. adverſus dialogiſt. in*
19. *in cap.* 3. At Pontificii Principes non ſolum pium ſe opus facere, & munere ſuo præclarè fungi perſuadentur & credunt, ſi hæreticos & hæreſes, (tales Evangelicos & horum Doctrinam eſſe judicant) funditùs delent & exſcindunt. Sed nec ſe ſalvos fieri poſſe credunt, ſi ullam id exequendi occaſionem prætermitterent. *In Concilio Toletano* VI. *anno* DCXXXIIX. *decretum tale habetur:* Ut quiſquis ſuccedentium temporum regni ſortietur apicem, non ante conſcenderet regiam ſedem, quàm inter reliqua conditionum ſacramenta polliceretur, non ſiturum ſe degere in regno ſuo eum qui non eſt Catholicus. Si verò poſtquam ad regni gubernacula acceſſiſſet, hujus ipſe temerator exiſteret promiſſi, eſſet anathema maranatha in
20. conſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficeretur ignis æterni. Sed ne in rem & materiem altioris ſtyli, quæ ſi ex merito & de induſtriâ tractanda foret, alio & integro volumine ac commentario opus haberet, longius progrediamur, redibimus ad cauſæ Bavaricæ Patronos. Quid illi intereà dum res in motu & agitatione poſitæ converſionem & everſionem Imperii parturiebant? Non compreſſis certè manibus ſicut otioſi ſpectatores ſedebant; ſed perſonati in ſcenam prodibant, non ſolum ſicut viri prudentes & callidi temporum aucipes ſolent, è ſpeculâ turbas & motus qui mox Germaniam eſſent excepturi & inſtar torrentis vel cataclyſmi inundaturi pro-

proſpiciebant & intuebantur: ſed etiam rebus ſuis intenti occaſionem adipiſcendi, invadendi & occupandi Electoratum Palatinum, quem in quæſtionem & controverſiam tum vocare operæ pretium erat, expectare & circumſpicere ſatagebant: Huic rei ſtruere cauſas vel ſponte oblatas arripere, *Tacitus annal. 2. cap. 42.* è re Catholicâ Romanâ eſſe exiſtimantes. Hanc autem opportunitatem Bavariæ Ducem diſſidiis inter Imperatorem 21. & Ordines ambarum partium in nervum & bellum erumpentibus, & rebus ſurſum ac deorſum in Imperio conturbatis, facilè conſecuturum eſſe prævidebant, & vero quidem ſimile erat: tùm quia Auſtriaci & horum ſo- 22. cii, quorum dominationi & decretis inſolentioribus Proteſtantes, inter 23. quos Palatinus Elector, propter eminentiorem dignitatem & officium, propterque curam & directionem ei à fœderatis impoſitam, chorum & familiam ducebat, ſeſe opponebant, Bavari potentioris in Germaniâ Principis ope & auxilio ſublevandi, libenter ei & promtè, in quâvis re eſſent gratificaturi; imò & ad Electoriam dignitatem & munus conſequendum viam 24. munituri & dextras præbituri, tum quia opportuni magnis conatibus tranſitus rerum, *Tacitus 1. hiſt. cap. 21.* incrementum potentiæ & ampla dominia ſponderent, turbatumque Imperii ſtagnum fœcundam promittere t capturam. *Ariſtophanes in Equitibus. Lipſ. in Polit. cap. 14. lib. 4. Nicol. Reuſner. in claſſ. 1. Symbol. Imperatoriorum. Symbol. 7. circ. fin.* quæ res vi- 25. tio verti non poſſet, cum prudentis Principis eſſet (ex opinione ſcilicet Machiavelliſtarum) in turbis & diſſidiis finitimorum aliena appetere & temporibus inſidiari. *Lipſius d. cap. 14.* Non ignoramus equidem 26. eadem & ſimilia ex adverſo Friderico Regi objici, quod nimirum occaſione motuum Bohemicorum ambitionem ſuam & cupiditatem regnandi, amplificandique ditionum pomœria, explere, tum rem & religionem Romanam Catholicam exſcindere, Pontificios opprimere & in ordinem redigere; ſumma, tyrannidem inſtituere & ſtabilire, ſtrenuè contenderit & laborarit, quanquam fortuna præfeſtinis & præcocibus conatibus inimica adverſaretur, & ſucceſſus deſtitueret. Sed utri, Bavaricinè an Pala- 27. tini veriora & probatiora dicant, & quo fundamento alteri alteris φιλαρχίαν καὶ καταδυναστείαν, dominandi libidinem & oppreſſionem objiciant, æquis ab omni affectu, vel gratiæ, vel odii, liberis, nullaque præpoſtera opinione imbutis judicibus, imo unicuique ſano judicio & incorrupta mente, ex certa ſcientia & cognitione, res, conſilia & actiones Principum æſtimanti & ad obruſſam juſtitiæ & veritatis examinanti; ipſi inprimis poſteritati quæ detractione & malevolentia libera, verius judicium ferre, *Cicer. in Epiſtol. ad Q. fratrem. Quintilianus in dialogo de Oratoribus vulgò Tacito adſcripto, ubi dicitur:* quod etiamſi judicia malignitas & invidia tardaverit, verum tamen dictuti ſint poſteri: & cuique pro merito ſuum vel decus & laudem, vel culpam & ignominiam rependere & aſſignare ſolet. *Tacitus Annal. 4. cap. 35. & Annal. 16. cap. 25. Lipſ. Polit. lib. 4. c. 11. in fin.* dijudicandum relinquimus. Sed redeamus illuc unde divertimus.

Præterea Bavari conſiderantes, haud parvum ſuæ cauſæ & prætenſioni 28. ad Electoratum momentum acceſſurum, ſi aliquem colorem & titulum cupiditati & ambitioni præſtruerent, fucumque ignorantibus & credulis facerent, eos inducendo & perſuadendo, ut ſi palam & in principio ſtatim adſtipulari & cauſam probare nollent, nec poſſent, ſaltem crederent, rem controverſam & dubiam eſſe, conſultum & ex utilitate ſuâ judicabant, E- 29. lectorum Palatinorum jus ad Septemviratum in Palatino ad Rhenum territorio fundatum, in dubium vocare & controverſum reddere variis ex obſcurâ vetuſtate petitis argumentis, confiſi ſe beneficio & favore immi- 30. nentis & cuncta ſecum trahentis atque volventis temporis, cætera eò

 facilius

facilius & citius, minoreque cum invidiâ & reluctatione conſecututos, Palatinis præſertim de poſſeſſione dejectis, & jure ſuo per Cæſaream poten-
31. tiam privatis. Et ſanè ſpes ſua eos non fefellit; ſed optatorum compotes fecit, fortunâ annuente, talemque, qualem optarunt, exitium rei tribuen-
32. te. Cum inter Ferrarienſem & Florentinum Duces contentio de dignitatis prærogativa anno CIↃ IↃ LXVIII. renovaretur, legimus Catharinam Reginam, nihil non in Mediceorum gentilium gratiam facere paratam, & Florentino principem locum tribuere percupidam, cum tamen id tempus nondum maturum & opportunum, haud permitteret; quia ſententia à Franciſco Rege, Cardinali Lotharingio vindice pro Ferrarienſi pridem lata obſtabat, conſilium hoc Agnato dediſſe, ut interea dum tempus ematuraret, in movenda controverſia pergeret: ſatis enim in præſentiarum eſſe dictitabat, ſi litem iſtam foveret & ſubinde inculcaret: ſic enim fore ut jus ſententia Ferrarienſi quæſitum in dubium revocaretur, & paulatim ille de poſſeſſione dejiceretur, quod & paulò poſt accidit: Nam primùm controverſa Ferrarienſis poſſeſſione, tandem, ſed aliquot poſt annis, Regina obtinuit, ut ſecundum Florentinum, interea Magnum Hetruriæ Ducem creatum à Rege pronunciaretur: *ſicut Thuanus libr.* XLIV. *pluribus me-*
33. *morat:* Vafrum hoc & muliebre conſilium nec inutile Dux Bavariæ Maximilianus ſecutus, primò cum res in Imperio ad mutationem inclinarent, & Palatina Electoralis domus invidia & odio laborare inciperet, de leigtima poſſeſſione Electoratus, eam nimirum Bavariæ Ducatui, non territorio Palatino Rheni, jure vetuſto connexam & adſcriptam eſſe perhibens,
34. controverſiam movit: deinde tempore & occaſione ematura impetravit & obtinuit, ut Friderico Palatino proſcripto & de poſſeſſione dejecto, ipſe Elector renunciaretur, & Electoratus poſſeſſio ſibi, ut Duci Bavariæ, & Ducatui cohærens adjudicaretur. Canem aliquando partu gravidam à paſtore precariò petiiſſe, ut ſibi educare in eodem loco catulos liceret: ad poſtremum adultis catulis fultam domeſtico præſidio, proprietatem loci ſibi vindicaſſe, legimus *apud Iuſtinum lib.* 43. Hæc cum ipſe mente animoque mecum perpendo, & rerum viciſſitudinem, diverſoſque eventus in tota hac ultro citroque luſa fabula conſidero, hinc Friderici Regis juvenis & Palatinæ domus miſerabile fatum & depreſſionem; iſtinc Maximiliani Senis, Bavaricæque ſtirpis proſperitatem & evectionem intuens, non poſſum me continere, quia cum *Poëtâ in Opuſculis Virgilii* lachrymabundus exclamen:

O Fortuna potens, quàm variabilis!
Tantum juris atrox qua tibi vindicas,
Evertiſque bonos, erigis improbos,
Nec ſervare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus;
Fortuna innocuos cladibus afficit:
Iuſtos illa viros pauperie gravat;
Indignos eadem divitiis beat.
Hæc aufert juvenes & retinet ſenes,
Injuſto arbitrio tempora dividens.
Quod dignis adimit, tranſit ad impios,
Nec diſcrimen habet, rectaque judicat:
Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica,
Nec quos deſeruit, perpetuò premit.

Caput XXXIV.

ARGUMENTUM.

Per digreſſionem proponitur, quid de quæſtione in medium propoſita judicandum ſit, in principio libri hujus ſufficienter indicatum eſſe.

Deindè mirandam illam intolerandam præſidentiam, dum privati homines, & unus vel alter Ordinum auſi fuerint, id quod longo ante tempore concinnatum arrodere & ſugillare.

Animadvertendum quoque eſſe, Auſtriacos, Bavarum & reliquos Principes Pontificios ſemper animum intendiſſe, Principibus contrariæ ſectæ ſuam ubique perſuaſionis rationem reſtituere, bona Eccleſiaſtica recuperare, & Auſtriacis ſuam in Imperio dominationem aſſerere; ad hunc verò ſcopum ſe pervenire minimè poſſe, vidiſſe, niſi æquilibrio rupto, potior ſententiarum numerus penes Pontificios eſſet.

Ferdinandum itaque, Papam, Bavarum & Antiſtites ſocios animadvertentes, quantam rebus ſuis afferret remoram æquilibre in Senatu Septemvirali ſuffragium, quod potiſſimùm Elector Palatinus ſuſtineret, occaſionem objiciendam putaſſe, ut, nimirum Palatino oppreſſo, ſub aliquo prætextu juſtitiæ, ea, quæ dudum mente concepta haberent, exequerentur.

Hunc autem ſcopum eſſe notorium, neque egere probatione, quia experientia de illo continuò teſtata ſit.

CONSPECTUS.

1. QUid autem de memoratis libellis, deque quæſtione ipsâ in medium propoſitâ judicandum ſit, hoc & ante alios publicis ſcriptis demonſtraſſe, & nos in principio hujus libri indicaſſe.

2. Planum faciendo, Electoriam dignitatem & munus Archidapiferiæ Palatinatui alligatum nexu adamantino.

3. Quibus etſi prævaricatores & legirupæ obganniant, haud illos tamen effecturos, quin ea, quæ ſanctione ſacratæ legis conſtituta ſint, legitima & ſancta ſint & maneant.

4. Ea verò, quæ contra legem dicantur & fiant, injuſta & nulla cenſeantur.

5. Mirandam illam inauditam temeritatem eſſe, dum privati homines & unus aut alter Ordinum auſerint id, quod à Majoribus prudenter conſtitutum & in ſuâ firmitate compoſitum exiſtat, ac multarum ætatum uſu comprobatum ſit, in quæſtionem vocare & explodere.

6. Eas enim leges nuper abolitas eſſe, in quibus fundamentum & ſalus univerſæ Reipublicæ repoſita ſit.

7. Quas nec ipſi Imper. nec omnibus Electoribus conſentientibus antiquare liceat:

8. Deindè animadvertendum, Auſtriacos, Bavarum, & reliquos Principes Pontificiam religionem tuentes eò ſemper animum intendiſſe, ut ſub ſpecioſo aliquo juris titulo, oppreſſis vel penitus ſublatis Electoribus & Principibus contrariæ ſectæ, ipſi ſuam ubiq; perſuaſionis rationem reſtituerent, & bona Eccleſiaſtica recuperarent.

9. Auſtriaci etiam ſuam in Imperio dominationem aſſeverarent.

10. Ad hunc verò ſcopum ſe aliter pervenire minimè poſſe, vidiſſe, niſi æquilibrio ſoluto & rupto, potior ſententiarum numerus, atque ita cauſarum deciſio, penes Pontificios eſſet.

11. Statum enim rerum in Imperio talem fuiſſe, ut ſalus Reip. à ſeptemvirum συμϑυμίᾳ dependeret.

12. Dum hinc tres Pontificii Pontificiorum partes tuerentur, iſthinc tres Proteſtantes Proteſtantium cauſam, privilegia & pacta defenſarent.

13. Hinc factum eſſe, ut neque hi illos, neque illi hos ſententiarum numero vincere potuerint.

14. Ideò nec Imperatori qui ſine Septemvirûm Electorum conſilio & adſtipulatione nihil ſtatuere & præcipere, quod vim legis, edictique haberet:

15. Aut religionis libertatem, quæ in tranſactione Paſſavienſi fundata conquieſceret, infringeret.

16. Quamdiu hæc *iſoſſania* inter Pontificios & Proteſtantes duraverit, cuncta in Imperio quietè perduraſſe.

17. Quamprimum verò Bavarus in Senatum Septemviralem collocatus fuerit, totam Impetii molem concuſſam cohorruiſſe.

18. Nam ſtatim, ut ille in novâ poteſtate ſedem fixerit, fatale illud edictum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis promulgatum fuiſſe.

19. Atque tunc demum Ordines Euangelicos intellexiſſe bona ſua amiſſa.

20. Si autem oppreſſionem Friderici R. & tranſlationem Electoratus in Bavarum communibus conſiliis & viribus divertiſſent, non hodie Pontificiis ludibrio & prædæ futuros fuiſſe.

21. Sed ſerò ſapere Phryges.

22. Cootinuò autem atque monſtrum illud edicti in lucem eductum fuerit, omnia in Imperio ſurſum atque deorſum verti cœpiſſe.

23. Diſſidiis enim auctis novum & atrocius bellum recrudniſſe, inque Proteſtantes detonuiſſe.

24. Ubique enim hos proceſſibus & executionibus vexatos fuiſſe, & compulſos bona Eccleſiaſtica reſtituere, & ceremonias Pontificias inſtaurare ſine exceptione & morâ.

25. Hinc tantam vaſtitiem & perturbationem, imò deſperationem omnium rerum ſecutam, hinc tot myriadum exilia & exitia.

26. Ferdinandum igitur, Papam, Bavarum & Antiſtites ſocios animadvertentes, quantam remoram rebus ſuis afferret ἡ ψηφία iſta, quam potiſſimùm Elector Palatinatus ſuſtineret, occaſionem objiciendam putaſſe.

27. Ut nimirum Comite Palatino ſub aliquo colore juſtitiæ oppreſſo, ea quæ dudum mente concepta haberent, exequerentur.

28. Hunc autem ſcopum tàm generalem in exſtirpandâ Proteſtantium (ut vocent) ſectâ, quàm peculiarem in Auſtriacorum & Bavarorum: illorum, in ſtabiliendâ ſucceſſione perpetuâ Imperii, inque amplificanda abſolutâ poteſtate; horum in Electoratu occupando, Ferdinando, Pontifici, Maximiliano & eorum Symmachis propoſitum fuiſſe, eſſe notorium.

29. Nec egere probatione, quia rerum teſtimonia adſint.

1. SEd quid in iſta revolvor? *πολὺ ἂν εἴη ἔργον ταῦτα πάντα λέγειν.*
Redeamus ad telam detexendam: Quid de iſtis libellis &
ſcriptiunculis ſuprà memoratis, deque quæſtione ipsâ in
medium propoſitâ judicandum ſit; hoc non ſolum ante
nos alii publicis itidem ſcriptis & commentariis demon-
2. ſtrarunt; Sed & nos in principio hujus libri indicavimus,
planum & manifeſtum faciendo, Electoriam dignitatem
& munus Archidapiferiæ Palatinatui, hoc eſt, territorio & Principatui Pa-
latinico ad Rhenum, alligatum, connexum & adglutinatum eſſe vinculo &
nexu adamantino; eoſque, qui contrarium ſtatuant & aſſerant, injuriam
Aureæ Bullæ, Conſtitutionibus, & legibus fundamentalibus, tùm conſue-
tudini intemeratè per tot ætatum curricula obſervatæ, ipſis inprimis vene-
randis legiſlatoribus & judicibus facere, Majorum inſtituta, pacta, inveſtitu-
ras, ſtipulationes pervertere, tot Imperatorum conceſſiones & approbatio-
nes, tot Electorum atteſtationes & confirmationes, illotis pedibus calcare,
eludere & deridere. Quid aliud eſt, quam os in cœlum ponere, *ut Fran-
ciſcus Milanenſis in deciſ. 2. n. 60.* aut caput ad montem Murellum percu-
tere, *ſicut Baldus loquitur de his, qui donationem Conſtantini impugnant, in tit.
de his, qui feud. dare poſſunt. referente Everhardo in loco à veriſimili. n. 15.* aut
3. ſoli more canis, *in apophtegmatis Theodori Bezæ*, oblatrare? Sed obganniant
& ſibilent viperæ, quantum velint, ſtrepant & quiritentur prævaricatores
& legirupæ, quantum poſſint, haud tamen efficient, quin ea, quæ ſacratæ
ſanctione legis, cum maturo Imperatorum & Ordinum omnium judicio
& deliberatione definita, deciſa, determinata, atque conſtituta ſunt, legi-
4. tima, æqua, juſta, ſancta & probata ſint & permaneant; ea verò quæ con-
tra legem dicuntur & fiunt, improbanda, injuſta, & nulla cenſeantur.
*l. legitima. D. de pactis l. juris gentium. §. Prætor ait. D. eodem. l. pacta quæ
contra. C. eod. tit. l. nemo dubium. C. de Legibus. l. nemo poteſt. & l. ſi quis in-
quilinos.*

quilinen §. finali. D. de legat. 3. Petrus Gregorius in arte juris. caſu 13. *n.* 19. *&* 21.
Subit hoc loco mitati inauditam illam & intolerandam præſidentiam, imo 5:
audaciam & temeritatem, omnem modum egreſſam, quæ à crimine ſacrilegii haud exſors eſſe poteſt, dum ptivati homines & unus aut alter Ordinum & Civium ad præſentem Reipublicæ ſtatum nauſeantes, & ambitioni atque cupiditati ſuæ indulgentes auſint & præſumanr Cyclopum & gigantum more id, quod à majoribus prudenter ordinatum & conſtitutum, quod longo ante tempote concinnatum adornatumque & in ſua jam fitmirate compoſitum exiſtir. *in præfation. Novellæ* 28. *de Moderatore Helenoponti.* quodque mulrarum ætatum uſu & exemplis comprobatum & teceptum eſt, in quæſtionem vocare, arrodere, ſugillare, &
explodete; eas ſcilicet leges cupere reſciſſas, abolitas, carbone notaras 6.
& abdicatas, in quibus fundamentum, ſalus atque incolumitas univerſæ
Reipublicæ Ordinumque concordia ſita & repoſita eſt; quas nec ipſi Im- 7.
peratori cum omni ſuâ poteſtate, neque Electoribus conſentientibus abtogare, antiquate, mutare, aut contratiâ ſanctione tollere licet, quia ſunt ſponſiones communes Reipublicæ & baſes & columnæ Statûs Impetii, quæ non poſſunt moveri loco, aut labefactari, ſine inevitabili totius ædificii tuinâ. *arg. l. nemo poteſt. de Legat.* 1. *l. ſi quis in princ. de Legat.* 3. *l.* 1. *de Legibus. l. nihil tam naturale. D. de regul. juris. Petr. Heigius in quæſt.* 5. *n.* 1. *ubi* has leges accommodat ad Auream Bullam, quam neque Pontificem neq; Imperatorem cum Electoribus Impetii mutare, aut contrariâ conſtitutione evertere poſſe *dicit per Baldum in c. Venerabilem. n.* 4. *extr. de Electione. & in c. licet de vitanda. n.* 13. *& in fin. eod. tit. Pruckmann. de ſolutâ poteſtate. effect.* 4. *Arumæus in diſcurſu ad Aur. Bull.* 1. *theſ.* 7. *Innocentius Gentiletus adverſus Machiavell part.* 1. *theor.* 1. *Matth. Stephani in* 2. *volumine. diſcurſ. Academ. diſcurſu* 17. *concl.* 12. *Pauermeiſter de juriſdictione lib.* 1. *c.* 6. *in fine.* Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν ἐκ παρεκδρομῆς: *Plutarchus de liberis educandis.*

Jam ſecundo loco animadvertendum, Auſtriacos, Bavarum & teliquos 8.
Principes & Antiſtires Pontificiam Romanam religionem & ſacra tuentes & propugnantes, eò ſemper animum mentemque intendiſſe, omniaque conſilia, cutas & cogitationes eum in finem direxiſſe, nt ſub ſpecioſo aliquo juris obtentu oppreſſis & in ordinem tedactis, vel penitus ſublatis Principibus, Electoribus & Otdinibus conttatiæ ſectæ ipſi ſuam ubique perſuaſionis rationem; *ita religionem vocat Longolius in Oratione contra Lutheranos,* reſtituerent bona & proventus ſacros, quos ſibi à Luthetanis & Calvinianis, ita Euangelicos & Orthodoxos à Papatus jugo liberos nomi-
nanr, ſubtractos itendidem quiritabantur, tecuperarent; Auſtriaci etiam 9.
ſuam in Impetio dominationem & ſucceſſionem hæteditatiam conſtabili-
tent, & aſſeterent. Ad hunc verò ſcopum ſe aliter pervenire minimè poſ- 10.
ſe videbant, niſi æquilibrio, quod in ſuffragiorum æqnalitate, ἀντιστρόφῳ καὶ ἰσοῤῥόπῳ contrariâ & æquivalente, inter Seviros Electotes utriuſque partis conſiſtebat, ſoluto & rupto, potiot ſententiarum numerus, atque ita
cauſarum & terum deciſio & concluſio penes Pontificios eſſet. Status 11.
enim rerum in Imperio talis erat, nr jam indè à Tranſactionis Paſſavienſis tempote ſalus & rranquillitas Reipublicæ & Ordinum inter ipſos concor-
dia à Sevirûm Electorum ἀντιπερισπάσει καὶ συμπαθείᾳ dependeret; dum hinc 12.
tres Pontificii (Nam Bohemiæ Rex quanquam & ipſe ejuſdem perſuaſionis & otdinis, niſi in Imperatorum electionibus & inaugutationibus, non autem in aliis de Impetii ſalute inſtitutis deliberationibus & conventibus intervenire ſolet) Pontificiorum religionem & partes tutabantur; iſthinc tres Ptoteſtantes Proteſtantium cauſam, jura & privilegia, pactaque cum
ipſis in negotio teligionis inita ſuſtinebant & defenſabant. Hinc factum 13.
ut

14. ut neque hi illos, neq; illi hos ſententiarum numero vincere potuerint: Ideò nec Imperatori, qui arduis in rebus, vel Imperii ſtatum, vel formam regiminis, vel legum rogationem, vel rerum & bonorum ſacrorum ordinationem attinentibus, ſine Sevirûm Electorum qui totum Imperium & omnium Ordinum corpus repræſentant, conſilio, conſenſu, præſcitu, & adſtipulatione, quam potior calculorum numerus efficere ſolet, nihil, ſi juratas leges, pacta conventa, ſuamque capitulationem obſervare & à tyrannidis ſuſpicione & culpâ immunis eſſe volebat, ſtatuere, edicere, reſcribere, ſancire, promulgare, præcipere, quod vim legis aut ſanctionis & edicti legitimi habe-
15. ret; aut religionis libertatem, & Proteſtantium ſecuritatem, quæ in tranſactione Paſſavienſi per conſtitutionem Pragmaticam omnium Ordinum conſenſu confirmata, fundata conquieſcebat, labefactaret, infringeret & everteret. Ambæ enim in ſtaterâ, ut ita dicam, Imperii lances, in æquilibrio poſitæ paribus utrinque ponderibus libratæ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἵστανται, in iiſdem ſtabant, hoc eſt, res Imperii in eodem atque incolumi integroque ſtatu in-
16. concuſsè permanebant. Quamdiu hæc *ἀντισηκωθμία καὶ ἰσοῤῥοπία* (in neutram partem inclinatio ſeu æquipondium) inter Pontificios & Proteſtantes duravit, cuncta in Imperio pacata & quieta perdurabant, quia hi contra illos, aut illi contra hos nihil movere & attentare, minus arma ſumere audebant, imò nullam cauſam, anſam, aut prætextum id faciendi habe-
17. bant. Quamprimùm verò Bavarus in Collegium & Senatum Septemviralem aſſumtus & collocatus fuit, tota ſubitò Imperii moles concuſſa &
18. perculſa intremuit & cohorruit. Nam ſtatim atque ille in novâ poteſtate concaluit, & ſedem fixit; fatale illud & exitiabile edictum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis à Proteſtantibus injuſtè & illegitimè poſſeſſis & detentis, promulgatum fuit, necquidquam Saxone & Brandeburgico Electoribus refragantibus & diſſentientibus, quorum ſuffragia bina præ quaternis
19. ex adverſo præponderantibus, nullius erant valoris & pretii. Atq; tunc demùm Ordines Euangelici intellexerunt bona ſua, cum ea, quæ in poteſtate habuerunt & beneficio Electoris Palatini ſocii & conſecranei ſui obtinue-
20. runt, amiſerunt. *Plautus.* Si proſcriptionem & oppreſſionem Friderici, ſi tranſlationem Electoratûs Palatini in Bavarum, præpotentem & acerrimum Pontificiæ religionis & cauſæ defenſorem communibus conſiliis, armis & viribus divertiſſent & impediviſſent, ſicuti facilè potuiſſent, ſi concordes eſſe, & ad publicam ſecuritatem & ſalutem, quàm ad privata ſua ſtudia & affectus reſpicere maluiſſent; non hodiè Pontificiis Catholicis lu-
21. dibrio, conculcationi & prædæ eſſent. Sed ſerò ſapiunt Phryges & Cumani. γέροντα δ' ὀρθοῦν φλαῦρον, ὃς νέος πίσοι: Erigere ſenem difficile eſt, qui
22. cecidit juvenis. Continuò autem atque monſtrum illud edicti è cubili ſuo, tanquam Cerberus in fabulis, ex Orci cancellis protractum & in lucem eductum fuit, omnia in Imperio ſurſum atque deorſum verti, & tartara cœ-
23. lo commiſceri cœperunt: diſſidiis enim, odiis, turbis, contentionibus auctis & inflammatis novum & atrocius bellum recruduit, & in Proteſtantes Euangelicos detonuit, & vim ſuam effudit. Ubique enim hi proceſſibus,
24. edictis, reſcriptis, executionibus vexabantur, juſſi & compulſi nunc Epiſcopatum hunc, nunc illam Abbatiam & Præpoſituram, nunc hoc cœnobium, hos fundos, nunc iſtam diœceſin & parœciam, nunc templa illa, delubra, & proventus reſtituere, monachos & cucullatos ordines recipere, cæremonias Pontificias Romanas inſtaurare, & quidem ſine exceptione & morâ. Si quis deliberaret, dubitaret, differret, & parere nollet, milite & ar-
25. mis cogebatur, & poſſeſſio auferebatur. Hinc tanta vaſtities, calamitas, ſolitudo, confuſio & perturbatio, imò deſperatio omnium rerum ſecuta, & per univerſum Imperium, finitimaſque regiones diffuſa fuit: hinc etiam

tot

tot myriadum hominum nobilium & plebejorum exilia & exitia, qui vel ſolum vertere, vel mori malebant, ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, *1 Timoth. 4. verſ. 1.* προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων.

Ferdinandus igitur, Papa, Bavarus & Antiſtites ſocii animadvertentes 26.
quantum obſtaculum & remoram propoſito & rebus ſuis afferret ἰσοψηφία iſta, ſeù æquilibris in Senatu Septemvirali ſuffragatio, quam potiſſimùm Elector Palatinus, tanquam præcipuum Collegii Electoralis & Imperii membrum, conſiliorumque inter Proteſtantes Director, ſuſtinebat, & quod eo florente & rerum in Germaniâ potiente, neque Auſtriaci hæreditariam Imperii ſucceſſionem & dominationem ſtabilire & affirmare, neque Papa hæreticos in Germaniâ coërcere, & ad obedientiam Sedi ſuæ præſtandam redigere, aut juriſdictionem & poteſtatem ſuam Romanis ubique ceremoniis reſtauratis extendere & amplificare, neque Bavarus ad Electoriam dignitatem aſcendere, & pulcherrimam Palatinarûs provinciam acquirere, neque infulati Myſtæ & præſules bona Eccleſiaſtica recuperare poſſent: idcircò occaſio obtinendi & conſequendi hæc emolumenta, anquirenda, circumſpicienda, venanda, indaganda, vel ſtruenda & objicienda erat; ita 27.
nimirum ut Comite Palatino, ſub aliquo colore & prætextu juſtitiæ, qui facilè ex controverſiis naſci, *ut ait Appianus de bello Punico*, ſolet, vel procudi poteſt, oppreſſo, proſcripto, & dignitate atque facultatibus orbato, & ad egeſtatem redacto, ea, quæ mente & animo, ut dictum eſt, dudum affecta, concepta & deſtinata habebant, exequerentur, & in effectum atque opus deducerent. Hunc autem ſcopum tam generalem & commu- 28.
nem in extirpandâ Lutheranorum & Calvinianorum, ut vocant, ſectâ, & in unâ ſolâ religione Pontificiâ inſtaurandâ & tolerandâ, quàm peculiarem & privatum in Auſtriacorum & Bavarorum; illorum in ſtabiliendâ ſucceſſione perpetuâ Imperii, in amplificandâ dominatione & abſolutâ poteſtate; horum in Electoratu adipiſcendo & aucupando; Ferdinando Cæſari, Pontifici Romano, Maximiliano Bavaro, & eorum Symmachis propoſitum fuiſſe, & in eodem tuendo tenaciter perſeverare: id notorium 29.
eſt, & vulgo cognitum; nec eget probatione aut longa deductione, quia rerum teſtimonia adſunt, & continuò experientia teſtata eſt, teſtaturque quotidiè. *Cicero. c. tuas nos. de cohabitat. clericor. c. evidentia. de accuſation. l. Barbarius. D. de officio Prætor. l. 1. C. qui & adverſus quos in integr. reſtit. Bald. in conſ. 229. n. 1. vol. 1. Iacob. Novellus lib. 2. ad Regulas Petri à Duenar. regul.* 113. *Aretin. conſ.* 164.

Replica, ſodes, ſuperioris & noſtræ ætatis monumenta rerum; dinumera & perpende cædes, lanienas, bella, excommunicationes, interdicta, conjurationes, tot Regum & Principum parricidia, tot regnorum & provinciarum excidia, quæ in officinâ Romanâ cuſa & in orbem Chriſtianum diffuſa fuerunt; inſpice & relige fœdera, pacta, conventiones & ſocietates cum Papis ſubindè percuſſas & initas; conſidera & revolve Auſtriacorum Imperatorum & Regum per Europam exempla; imprimis ante oculos tibi conſtitue Ferdinandi II. & Maximiliani Bavariæ Ducis recentiſſimas perſecutiones, clandeſtinas pactiones, arcana conſilia & proceſſus in opprimendis Proteſtantibus, exclamabis certè cum *Lucretio:*

Tantum nè religio potuit ſuadere malorum?

Caput XXXV.

ARGUMENTUM.

In hoc capite apertè oſtenditur, Zelum Ferdinandi in exſcindendis Proteſtantibus, cupidinemque tum ſtabiliendi in domo ſuâ Imperiale faſtigium, tum Fridericum proſcribendi, Bavarumque ei ſufficiendi, nos certiſſime docere Lamormaini & Caraffam, illum Imperatoris Patrem confeſſarium, hunc verò Nuncium Apoſtolicum: hiſque accedere Imperatoris propriam confeſſionem, evidentiam rei & acta publica.

Deinde ſcopum belli fuiſſe, ut Proteſtantium religione è provinciis pulsâ, religio Catholica reſtitueretur, ipſum Lamormaini confiteri.

Præterea Caraffæ opinio de cauſis, quæ Fridericum R. impulerint, ut Bavaro Imperiale diadema adjudicaret, firmiſſimis refutatur argumentis, & veræ motivæ indicantur; ubi ſimul, quantam in Bavari neceſſitudine fiduciam Fridericus R. poſuerit, demonſtratur.

Poſt Caraffam, etiam demonſtrare, magnum momentum proſcriptionem ad inchoatam executionem promovendam attuliſſe, ubi ſimul notandum veniat, in ipſius verbis nullam fieri mentionem Electorum, qui proſcribenti Cæſari adfuerint.

Tandem inter Hiſpanos & Cæſareanos Conſiliarios ratione tranſlationis Palatinatûs in Bavarum diſceptationem ortam: Caraffamque judicaſſe expedire, ut aliquis in Hiſpaniam demandaretur, qui illam tranſlationem Regi Hiſpaniæ probaret, quod etiam per Monachos factum ſit.

CONSPECTUS.

1. QUanto zelo Ferdinandus inflammaretur ad exſcindendos Proteſtantes; & quanto conſilio eniteretur tam ad ſtabiliendum in domo ſuâ Imperiale faſtigium, tum ad Fridericum proſcribendum, Bavarumque in ejus locum evehendum, quàm certiſſimè nos docere poſſe Guilelmum Germæum de Lamormaini & Carolum Caraffam; illum, Ferdinandi II. Patrem confeſſarium, hunc Nuncium duorum Pontificum qui Imperatori in iſtis omnibus adfuerit monitor & præmonſtrator.

2. Binis his teſtibus ipſam Imperatoris confeſſionem accedere, tum evidentiam rei & acta publica.

3. Ferdinandum annos natum non plures viginti Laureti voviſſe, ſe vel cum vitæ diſcrimine abacturum è Styriâ, Carinthiâ & Carniolâ ſectas, ſectarumque Magiſtros.

4. Tertio ſupra quadrageſimum anno, idem ſe in Bohemiâ adjunctiſque Provinciis acturum Cellis ſanctè voviſſe.

5. Tandem octo ferè ante obitum annis obſtrinxiſſe ſe voto, nullis ſe defuturum occaſionibus, quin fidem Catholicam in Ungariâ protegeret & propagaret.

6. Zelum hunc reparandæ religionis eô evaſiſſe, ut cætera omnia commoda Catholicæ fidei tuendæ propagandæque poſthaberet.

7. Sæpè teſtatum voce & ſcripto, ſe libentius ſuis regnis renunciaturum, quàm ſcienter amplificandæ fidei occaſionem neglecturum.

8. Malle oſtiatim panem mendicare, & in fruſta diſcerpi, quàm injuriam Deo, Eccleſiæque ab hæreticis in ſubditis ſibi provinciis illatam hactenus, diutius ferre.

9. Imo oppeiiturum ſe mortem libentius, quàm poſt tot ſerias inhibitiones ſuis ſubditis Acatholicum hoc quale quale publicum exercitium permiſſurum.

10. Eundem Lamormaini addere, hoc armis actum, ut hæreſi è provinciis pulsâ, vera religio reſtitueretur. Nota ſcopum belli.

11. Jam Lamormainum audiſſe nos, nunc ad Caraffam veniendum, qui expreſsè dicat, Papam Gregorium xv. quæ ad exſtirpationem hæreſium præſertim ex Germaniâ diu ante animo concepiſſet, ſtatim promovere conatum eſſe, eundemque ſacrum zelum habuiſſe Ferdinandum II. Cæſarem.

12. Qui etiam dicat Palatinum omnem moviſſe lapidem cum ſuis aſſeclis, ut Ferdinandus Imperator coërceretur, & ut Bavarus ad regiam Germaniæ coronam ſuo ſuorumque ſociorum ſuffragiis & auxiliis eveheretur promiſiſſe.

13. Non ut Bavarum promoveret, ſed ut Domum Auſtriacam vexaret, ei æmulam inveniret, & utramque ſimul commiſſam bellis odiiſque conſumeret.

14. Hæc

14. Hæc Caraſtam quidem dicete, ſed in eo injuſtam Friderico R. imponere dicam, dum fraudulentet eum Gentili ſuo diadema Cæſareum detuliſſe ſcribat.

15. Retum enim & tempotum circumſtantias, tum omnes alias conſidetationes luculentum Fridetico R. teſtimonium de infucatâ benevolentiâ in Bavatum perhibere.

16. Cum enim optimus Princeps cetneret, Reipublicæ ſtatum in bellum brevi erupturum, niſi obviam iretur, ſui officii eſſe aibitratum, ut exitio occurreret.

17. Cognitum enim habuiſſe, Auſtriacos tum tempotis maximè ſollicitos fuiſſe, ut Imperii ſucceſſionem bæteditariam fa-cerent.

18. Quam rem cum Frideticus ad everſionem libertatis Imperii & Electotum ſpectare deptehenderet, è ſalute Imperii putaſſe, continuationem illam ſucceſſionis legitimo modo divettere.

19. Ac proinde neceſſe omninò fore, ut poſt Matthiam talis eligeretur, cui & cum Ordinibus & cæteris Regibus Principibuſque illibata pax intercederet.

20. Ducem Bavariæ autem tum temporis inter Chriſtianos maximè capacem ad regendas Imperii habenas exiſtimaſſe.

21. Idcitcò etiam cum eo conſilia ſua communicaſſe, ſeqne cum cæteris ſuis collegis annisurum, ut ei regimen Imperii traderetur, modò ipſe Reipublicæ deeſſe nollet, promiſiſſe.

22. Bavaro rem autem haud ingratam fuiſſe tum temporis ex eo apparere, quod propenſum in ſe Friderici ſtudium maximi æſtimare, neque etiam ſe Imperio defuturum eſſe, ſi conſultum ita judicaretur, tum Saxoniæ Elector contentus fuetit, reſponderit.

23. Poſtea verò rerum ſtatu mutato & inimicitiis inter Agnatos ortis piam Friderici Regis intentionem malè interpretatos eſſe.

24. Hûc accedere quod Fridericus R. in hoc ſuo propoſito conſtans manſerit, eumque in ipsâ Electione Regis Romani ſuffragio ſuo nominatet, odium Ferdinandi præſentis nihil veritus.

25. Quantam etiam in Bavari neceſſitudine fiduciam Fridericus R. poſuetit inde deptehendi poſſe, quod in Bohemiam diſceſſurus ſuos ſubditos & provincias ejus tutelæ commendârit.

26. Et inde quoque patere, quod ægrè tulerit, ſi quis vel domeſticorum vel amicorum ipſo audiente vehementiore orationis genere illum perſtringeret, quod Agnatum odio plus quam Vatiniano perſecutus fuerit, & bonis omnibus exuerit, illumque hoſtilem animum adverſus Friderici liberos continuet.

27. Caraffam demonſtrate, magnum momentum proſcriptionem ad inchoatam executionem promovendam attuliſſe: ubi ſimul notandum veniat in ipſis verbis nullam fieri mentionem Electorum, qui imperatori proſcribenti adfuerint.

28. Eundem dicere: diſceptationem inter Hiſpanos & Cæſareos Conſiliarios ratione Electoratus Palatini, quem Cæſar, ut verbis ſuis ſtaret, hoc anno in Bavarum transferre decreverat, ortum, quod conſilium non exequendum, ſed differendum æſtimeretur.

29. Et Caraffam de mandato Papæ cum Imperatore arctiori conſilio conjunctum judicaſſe expedite, ut aliquis in Hiſpaniam demandaretur, qui idem Regi Hiſpaniæ probaret, quod etiam factum ſit.

QUanto autem zelo, fervore, ſtudio, curâ, diligentiâ, con- 1.
tentione animi & corporis Ferdinandus ferebatur & in-
flammabatur ad exſcindendam & è medio penitùs tol-
lendam Lutheranorum & Calvinianorum, quos ſic vo-
cant, ſectam; quanto item conſilio, induſtriâ & ardore
enitebatur & ſtimulabatur, tum ad ſtabiliendum & per-
petuandum in domo ſuâ Imperiale faſtigium, tum ad
Fridericum tanquam hæreſiarcham & anteſignanum factionis & partis
contrariæ proſcribendum, Bavarum verò in ejus locum & officium pro-
movendum & evehendum, nemo certius & melius nos docere poteſt,
quàm Gulielmus Germæus de Lamormaini Jeſuita Sacerdos, qui Ferdi-
nando à ſacris & auriculariis confeſſionibus erat, & Carolus Caraffa Epi-
ſcopus Averſanus, qui duorum Pontificum Gregorii XV. & Urbani VIII.
nuncius in Aulâ Cæſareâ conſilio ſuo in iſtis omnibus Imperatori adfuit
& præfuit, adjutor & monitor & præmonſtrator, ſicut Chremes ille *apud*
Terentium in Heauton. act. 5. ſcen. 1. exiſtens. Binis his teſtibus, omni exce- 2.

ptione majoribus, ipſa ipſius Imperatoris confeſſio & declaratio mentis accedit; tum etiam evidentia rei, & acta publica, quibus ſufficienter & abundè notorium probatur. *Bartol. in l. ſcriptas. D. de relig. & ſumtib. funer. Panormitan. in c. eum olim. de cenſibus. Decius in c. at ſi clerici. n. 143. de judic. & conſ. 423. n. 13. Iacob. Novellus in d. regul. 113. n. 4. & in tractatu criminali ad offenſam. n. 34.*

Quid autem *Germanus Lamormaini?* inter alia, *in libello de Ferdinandi II.*
3. *Romanorum Imperatoris virtutibus*, Annos, *inquit de Ferdinando*, natus
non plures viginti, in ipſo ſuſcepti regiminis exordio, Laureti in agro Pi-
ceno, coràm Virgine Matre vovit Deo, vel cum vitæ diſcrimine abactu-
4. rum ſe à Styriâ, Carinthiâ, Carniolâ, ſectas ſectarumque magiſtros. Ter-
tio ſupra quadrageſimum anno, Ungariæ, Bohemiæque Rex, & Cæſar,
idem ſe in Bohemiâ, illique regno adjunctis provinciis acturum, Cellis (ubi
in Styriæ ac Auſtriæ finibus præcipuâ religione Virgo colitur) ſanctè con-
ſtanterque vovit. De eodem voto jamdudum concepto, ſed Cellis reno-
5. vato, etiam *Caraffa* mentionem facit. Tandem octo ferè ante obitum annis
obſtrinxit ſe voto, nullis ſe deſuturum occaſionibus, quas Deus dignare-
tur offerre, quin fidem Catholicam in Ungariâ, olim ut catholiciſſimâ &
piiſſimâ, ſic ſub B. Virginis patrocinio fortiſſimâ feliciſſimâque prote-
geret, & modis mediiſque licitis ac honeſtis propagaret. *Paulò poſt:* Non-
nulli abſque temeritate ſe affirmare poſſe putant, Ferdinandi zelo atque
operâ centies centena millia hominum ad Eccleſiæ Catholicæ gremium
6. & caulas eſſe revocata. Zelus hic reparandæ Religionis eò evaſit, ut cæ-
tera omnia commoda Catholicæ fidei tuendæ propagandæque poſthabe-
7. ret. Sæpè voce, ſæpè ſcripto teſtatus eſt, ſuis ſe provinciis, regniſque re-
nunciaturum citius ac libentius, quàm ſcienter amplificandæ Fidei occa-
ſionem neglecturum; malle ſolo pane & aquâ vitam trahere: malle cum
8. conjuge & liberis ſolo ſcipione inſtructum ire in exilium; malle oſtiatim
panem mendicare; malle in fruſta concidi ac diſcerpi, quàm injuriam Deo
Eccleſiæque ab hæreticis in ſubditis ſibi provinciis hactenus illatam, diu-
tius perferre. *Iterum paulò poſt:* Memoriâ digniſſima ſunt verba, quæ ad-
9. jecit; oppetiturum ſe mortem libentius, quàm poſt tot ſerias inhibitio-
nes ſuis ſubditis ſuo in conſpectu, Acatholicum hoc quale qualepublicum
exercitium permiſſurum. *In c. 24. in fine:* Nam quæ ſunt Clero, *inquit Ieſuita*,
ac religioſis familiis hoc tempore attributa, planè neceſſaria fuere: Hoc ar-
10. mis agebatur *(nota ſcopum belli ſuſcepti & continuati)* ut hæreſi è provinciis, in
quas etiam contra Imperii conſtitutiones vel irrepſerat, vel inducta fuerat,
pulsâ, vera & Catholica religio reſtitueretur: non debuit iis de victu pro-
ſpici, qui ſuo ſudore ac laboribus animarum ſaluti operam erant daturi?
Atque hæc ex Lamormainio. Audiamus nunc Caraffam, is in commentario ſuo
11. *de Germaniâ Sacrâ reſtauratâ ſtatim in principio;* Romæ, *inquit*, mortuo opti-
mo Pontifice Paulo V. unanimi Cardinalium conſenſu, die 13. Februarii fuerat electus in ſummum Univerſalis Eccleſiæ Paſtorem Alexander Cardinalis Ludoviſius, qui fatale nomen Pietatis, religionis, liberalitatis, nec non acerrimi hoſtis contra Infideles & hæreticos, Gregorii Decimi Quinti aſſumſerat, & quæ ad propagationem fidei, & ad extirpationem hæreſium, præſertim ex Germaniâ diu animo conceperat (præpeditus tamen Dei permiſſu, & hominum voluntate, ob non collatas, multo ante illi debitas dignitates) ſtatim promovere conatus eſt, ut infra referemus. Eundem ſacrum zelum & ardorem, quamvis implicitus multis bellis & periculis, habebat Ferdinandus Secundus, qui electus Cæſar Francofurti die 28. Auguſti, anni M D C XIX. occidentale regebat Imperium, verè pius, verè fælix, verè Germanicus, Saxonicus, Cymbricus, Ungaricus,

Turcicus,

Turcicus, & meritò nemini Anteceſſorum Cæſarum, qui pronomen à magnitudine rerum geſtarum habuerunt, ſecundus. *Alio in loco hæc ſequentia, quæ advertenda ducimus idem Caraffa Antiſtes ſcribit:* Nam cum feliciter tranſacta fuiſſet Bohemica coronatio, Cæſar Matthias cum Rege deſignato, & Archiduce Maximiliano in Saxoniam profecti, de Romanâ coronâ eidem Ferdinando imponendâ deliberârunt, & non ita per conventum Electorum præparatorium indixerunt; Verum Palatinus Elector 12.
(nota hîc primam & præcipuam cauſam offenſionis Friderici in domum Auſtriacam) cum ſuis aſſeclis omnem movit lapidem, ut illa præpedirentur; importunè hoc apud Electorem Brandeburgicum egit, Moguntinum ad hoc conatus eſt inducere: ipſemet adultâ hyeme per trahas Monachium devenit, & cum Duce Bavariæ ſimulatâ amicitiâ, familiæ Bavariæ ſplendorem, jura & priſtinas fortunas memorans illum magno verborum circuitu, ſuo, ſuorumque ſociorum inimicorum Domus Auſtriacæ ſuffragiis & auxiliis ad regiam Germaniæ coronam evehere promiſit; non ut Bavarum ſibi magis 13.
proficuum promoveret, ſed ut domum Auſtriacam vexaret, eique æmulam inveniret, ut, cum utramq; ſimul committeret, ambas odiis belliſque conſumeret. Doluit poſteà Palatinus has tàm artificioſas honoris anſas non arripuiſſe Bavarum, conſtanter hujuſmodi dignitatem, doloſe oblatam, repudiantem. *Hæc ille quidem;* ſed in eo injuſtam Friderico Regi impo- 14.
nit dicam, dum fraudulenter & ſubdolè, atque decipiendi causâ eum Gentili, ſuo ſuorumque nomine diadema Cæſareum detuliſſe ſcribit. Rerum 15.
& temporum circûmſtantiæ, tum omnes etiam aliæ conſiderationes, quæ eâ tempeſtate in procinctu ſtabant, luculentum Friderico Regi teſtimonium, de ſingulari & infucatâ in Bavarum affectione & benevolentia perhibent. Cum enim optimus & religioſiſſimus Princeps, velut oculis ſuis 16.
cerneret ſtatum reipublicæ incipere vacillare, & in turbas, bellumque civile brevi erupturum, niſi obviàm iretur, ſui officii & muneris haud immeritò eſſe arbitrabatur, impendenti exitio, quantum in ſe eſſet, occurrere. Cognitum enim & perſpectum habebat, Auſtriacos tum temporis 17.
maximè ſollicitos, eò omnia ſua conſilia, mentem & ſcopum intendere, ut Imperii ſucceſſionem poſt mortem Matthiæ Imper. in ſuâ Domo continuarent, & hæreditariam facerent, labefactata & ſubmota libera electione, non attentis, imò & repugnantibus Palatini & Brandenburgi Electorum ſuffragiis, dummodò Dux Saxoniæ, de cujus voluntate & aſſenſu haud dubitabant, in partes traherent, ſicut id omne, præſertim quomodo res iſta, ut felicem ſortiretur exitum, foret adminiſtranda & regenda, ex conſilio Maximiliani Auſtriaci ſcripto comprehenſo, quod ſingulari fato è recondito Auſtriacorum Archivo uni aut alteri Electorum communicatum fue- 18.
rat, pluribus apparebat. Quam rem cum Fridericus ad everſionem libertatis, authoritatis & majeſtatis Imperii & Electorum, Ordinumque ſpectare deprehenderet, ſui officii & muneris, ut dictum eſt, tum imprimis è ſalute Imperii eſſe judicabat, continuationem & perpetuationem illam ſucceſſionis, quæ non Imperium ſolùm, ſed univerſam Remp. Chriſtianam in internecinum bellum & exitium præcipitatura eſſet, legitimo & convenienre modo, prout in conſcientia, tanquam primarius Elector, obligatus erat, divertere, & impedire; ac proindè omninò neceſſe fore, ut 19.
poſt Matthiam talis eligeretur Rex Romanorum, cui non ſolùm cum Ordinibus, ſed etiam exteris Regibus & Principibus pax illibata & integra intercederet, cujuſque potentia nemini eſſet invidioſa, & formidini. Du- 20.
cem autem Bavariæ inter Chriſtianos tum temporis Principem maximè idoneum & capacem, ad regendas Imperii habenas, utpute ſub cujus regimine Germania pace frui poſſet, exiſtimabat; Idcirco nullis obſtaculis 21.

remorantibus, itet in Bavariam ſæviſſimâ anni parte ætæ Chriſtianæ MDCXIV. inſtituit, & pro ſingulari ſuâ in Agnatum fiduciâ & neceſſitudine, habito inprimis in conſideratione Reipublicæ emolumento & incremento, ad ipſum ſæviſſimâ hyemis tempeſtate *anno* MDCXIV. profectus eſt, cum eo conſilia & animi ſui ſenſa communicavit, ſeque cum cæteris ſuis Collegis anniſurum, ut ei regimen Imperii in ſolatium & commodum Reipublicæ Chriſtianæ traderetur, modò ipſe in hâc occaſione Reipubli-
22. cæ deeſſe nollet. Bavaro rem haud ingratam illo tempore fuiſſe ex eo apparuit, quod propenſum & benevolum Friderici in ſe ſtudium maximi æſtimare; neque ſe etiam Imperio defuturum eſſe, ſi conſultum ita, utile, & neceſſe judicatum, tum Saxoniæ cumprimis Elector contentus fuerit,
23. reſponderit. Poſteà verò, rerum ſtatu mutato, & inimicitiis belloque inter Agnatos ortis & gliſcentibus, hanc piam & ſynceram Friderici Regis intentionem & propoſitum, Bavarici malè interpretati ſunt, perhibendo & calumniando, non ex amore in Gentilem, nec propter ſalutem communem hoc conſilium in medium à Rege Friderico propoſitum fuiſſe, ſed ut Principes Catholicos in Imperio inter ſe collideret, quò ipſe ejuſque ſocii tanto ſecurius & felicius in ſtagno turbido piſcari, & utilitati ſuæ
24. ſine impedimento attendere poſſent. Huc accedit, quod Sereniſſimus Fridericus in hoc ſuo propoſito & præclaro erga Agnatum ſtudio conſtans manſerit, eumque in ipſâ Electione Regis Romani, tum cum maximè offenſiones extimeſcendæ eſſent, ſuffragio ſuo quod ſuâ manu præſcripſerat, & in conclavi Septemvitali à ſuo Oratore, Comite Solmenſi, recitari juſſerat, deſignaret & nominaret: Deo enim & conſcientiâ ſuâ in teſtimonium vocato, Bavarum Gentilem digniſſimum, qui pro rerum & temporum in Imperio conſtitutione, ad faſtigium Imperiale promovendus & evehendus eſſet, judicavit, Auſtriacorum & Ferdinandi præſentis, quem tamen per majora vota prælatum iri videbat, offenſam & odium, cujus deinde vim, & vindictam experiri coactus fuit, nihil veritus. Gentilis amicitiam, imprimis autem conſcientiam & fidem, quâ Reipublicæ obſtrictum ſe agnoſcebat, tum ſalutem & tranquillitatem Imperii, tanquam ſupremam legem potiorem habuit Auſtriacorum gratiâ vel odio; quanquam id neque Bavarus, neque ii, quorum intererat, & cauſa agebatur, agnoſcere volebant. His enim ingenuis & minimè fucatis verbis uſus eſt; Cum in animo meo nihil magis ſemper in votis habuerim & flagrantiùs optaverim, quàm ut tale Romano ſacro Imperio Caput eligendo præficeretur, ſub quo jus & juſtitia ex æquo adminiſtraretur, & præſenti calamitoſæ Imperii conditioni aliiſque ingraveſcentibus malis occurratur, ne bellis exteris Reſpublica involvatur; ego re totâ attentiùs ponderatâ, in eorum numero, qui inter Candidatos Imperiales denominati ſunt, cogitationem & animum meum in Ducem Bavariæ converti & defixi, Principem expertum, prudentem ac pacificum, qui ditiones ſuas in quiete poſſidet & regit, neque ullo bello implicatus eſt: proinde ei ſuffragium & calculum meum in nomine Dei tribuo, nullo alieno in hunc vel illum Candidatorum prædictorum animo & adfectu abreptus; multo minus aliquo in Domum Auſtriacam, quæ aliàs fida meæ Domûs Electoralis ſtudia reapſe & ſatis ſuperque experta eſt, odio inductus: Verum ex animi mei ſententiâ, ſecundum fidem &
25. debitum, quo Imperio per religioſum jusjurandum obſtringor. Quantam in Bavari neceſſitudine & amicitiâ fiduciam collocarit, ex hoc etiam deprehendi poteſt, quod in Bohemiam diſceſſurus, ſuos ſubditos, ditio-
26. nes & provincias, fidei ejus & tutelæ commendarit. Ipſi qui hæc ſcribimus auriti & oculati teſtes ſacroſanctè affirmamus, tantum abfuiſſe, ut Fridericus ullum immoderatum aut calidius verbum per indignationem aut impatien-

patientiam (licet juſti doloris & acceptæ injuriæ ſenſus, quem alto corde
preſſum tenebat, tantus erat, ut etiam hominis ſanctimoniam profeſſi pa-
tientiam ad iram & imprecationes commoviſſet) contra Gentilem tàm
ingratum & immemorem effuderit, ut etiam ægrè tulerit, & inhibuerit, ſi
quis vel domeſticorum, vel amicorum ipſo præſente & audiente, vehemen-
tiore orationis genere illum perſtringeret & taxaret, quod Agnatum opti-
mè de ipſo meritum, non modo ullo grati animi officio haud dignatus, ſed
& contra omne jus & fas, contra datam fidem & cautionem, ſpreto & calca-
to conſanguinitatis jure, tam crudeliter & pertinaciter odio pluſquàm Va-
tiniano perſecutus fuerit, & omnibus fortunis, honoribus, ditionibus, &
bonis per vim & arma, per dolum & fraudem dejecerit & ſpoliarit, eundem-
que hoſtilem & infenſum animum adverſus Friderici Regis liberos conti-
nuet & exerceat ſine ullâ commiſeratione, non permittendo, ut in aliquam
ſaltem priſtinæ dignitatis & avitorum bonorum partem reſtituantur, aut à
Cæſare in gratiam recepti in Patriam liberè redire queant. Hoc ſolùm Fri-
dericum de Maximiliano Bavaro ſuo neceſſario dixiſſe & judicaſſe novi-
mus & audivimus. Se, *inquiebat*, deprehendiſſe, recondito illum & abſtru-
ſo ingenio eſſe, & ſimulandi peritum, moribus, vultu & animo ad Italorum
potius, quàm Germanorum indolem & naturam accedere: Fratrem verò
illius Albertum juniorem magis Germanicum eſſe, hoc eſt, candidum &
apertum, vultu, verbis, moribus & ingenio Teutonicis præditum, priſco-
rum Comitum Palatinorum ingenuitatem & ſimplicitatem referre.

Atque hæc velut per tranſennam: nunc ad gradum & lineas revertamur, 27.
hoc eſt, ad noſtrum Antiſtitem Caraffam, *alio in loco fol. 95.* demonſtrans
quantum momentum Proſcriptio ad inchoatam executionem promoven-
dam attulerit: Facilius, *inquit*, ad Rhenum progrediebatur Spinola, qui
totam Weteraviam, etiam ſub hyemis algore, pro Rege Hiſpaniæ occupa-
vit: Deinde tranſmittens aliquot ex ſuis, Friburgum oppidum ſibi dedi
poſtulavit. Ceſſere tunc Spinolæ oppida, Gelohuſium, Rothemium,
Brunsfelſum, aliaque multa illius diſtrictûs, idque tanto alacrius actum,
quantò evidentius conſtitit Cæſarem Viennæ publicè Palatinum proſcri-
pſiſſe. Nota nullam fieri mentionem Electorum, quod Cæſari proſcriben-
ti adfuerint: adhæc Proſcriptionem ad executionem jam pridem cœptam,
feliciter perficiendam & accelerandam, depropetatam fuiſſe. *Fol. 117. iſta
animadverte ſis:* Aliqua etiam, *inquit*, diſceptatio & diverſitas opinionum 28.
circa initium anni M DC XXII. ſeſe obtulit inter Hiſpanos & Cæſareos
Conſiliarios ratione Electoratûs Palatiniani, quem Cæſar ut verbis ſuis
ſtaret, hoc anno in Maximilianum Bavarum transferre decreverat; quod
conſilium cum à Comite de Ognate in eo conventu *(Ratisbonæ deinde ſub
finem anni iſtius celebrari cœpto)* non exequendum, ſed alio commodiore
tempore differendum æſtimaretur, apud ipſum Regem illud probari poſ-
ſe, multi alii judicârunt. Hinc de mandato S. M. Gregorii XV. hoc nego- 29.
tium in me derivatum ſuſcepi, & cum Cæſareâ Majeſtate arctiori conſilio
conjunctus judicavi expedire, ut aliquis in Hiſpaniam demandaretur, qui
idem Potentiſſimo Regi probaret: ad quem finem in Hiſpaniam delectus
fuit Pater Hyacinthus Caſalenſis ſtrictioris Cappucinorum obſervantiæ
religioſus, cui Cæſareæ literæ miſſæ fuerunt, quibus talem tranſlationem
non incongruam fore Cæſar ipſe ſignificabat; ipſemet, quo negotium fa-
ciliorem haberet exitum, totius mentis Cæſareæ decurſum in Belgium ad
Nuncium Apoſtolicum Archiepiſcopum Patras, nunc Eminentiſſimum
& Digniſſimum Cardinalem de Bagni deſcripſi, rogavique ut Hiſpanos ad
conſentiendum diſponeret. difficultates exortas penitus ſcripſeram, &
ſingulares hominum affectus ſobriè tetigeram, ut morem gererem Sanctiſ-
ſimo

ſimo & Auguſtiſſimo, quibus eadem in hâc tranſlatione mens erat: verùm neſcio quo caſu literæ noſtræ cum literis Auguſtiſſimi Cæſaris in manus hoſtium, plateas omnes ſcrutantium, & veredarios ſpoliantium, inciderunt, qui quod ſuſpicabantur, certò cognoſcentes, illud præpedire ſtuduerunt. Palatinus ipſe interceptas literas ſociis regibus & amicis communicavit, imò typis mandavit inter alias ſcripturas Cancellariæ, quam vocavit Hiſpanicam, ut ſtupenda & longè ſpectantia conſilia diſcuterentur & majori conatu impedirentur.

CAPUT XXXVI.

ARGUMENTUM.

Per digreſſionem oſtenditur negotium tranſlationis Electoratûs non cum Septemviris, ſed cum Papâ & Hiſpano deliberatum & concluſum, latenterq; actum ideò ut impedientium conatus eo facilius eluderentur: at iſtos judices eo ipſo, quod cauſam tanti momenti in occulto determinarint, ſatis teſtatos, ſe ſibi malè conſcios perperàm egiſſe.

Deindè Caraffa iterum producitur, qui ingenuè confiteatur, religionem & pacem Proteſtantium in parilitate votorum Electoralium conſtitiſſe, & propterea in transferendo Electoratu in Catholicum Principem Catholico-Romanos laboraſſe: Deinde Papam præcipuam perſonam in hoc Drămate ſuſtinuiſſe: Tertiò zelum in exſtirpandâ Proteſtantium religione, & promiſſionem Bavaro factam unicam cauſam fuiſſe ademti Friderico R. & tranſlati in Bavarum Electoratûs: nec ullibi mentionem juſtitiæ fieri, ſed merita duntaxat Bavari extolli: Quartò ex Caraffa quoque patere, Electoratum promiſſum fuiſſe Bavaro ſtatim in principio inita eo nomine ſtipulationis non ſoli, ſed & ejus hæredibus: Quinto, Cæſarem valdè anxium fuiſſe, poſtquam ejus conſilia de transferendo in Bavarum Electoratu detecta fuerint, quod argumento ſit, Cæſarem non uſque adeò juſtè cum Friderico R. egiſſe: Sextò, Colloquium Bruſſellæ non alium in finem inſtitutum fuiſſe, quàm ut tempore lucrefacto Cæſar, Bavarus & Hiſpanus res ſuas eò ſecurius ſtabilire poſſent, quo tempore oportuno rupto cauſæ deciſio ad conventum Ratisbonenſem remiſſa fuerit; quia certi fuerint, Principes ibidem conventuros, in ſuam ſententiam ituros, & contradicentium opinionem πλυψηφία facilè ſuperaturos, quod & factum ſit. Tandem animadvertendum, Cæſarem à Papâ & ejus Nuncio ſubinde confirmatum fuiſſe.

Poſtremò verba Caraffæ iterum allegantur, quibus Electorem Saxoniæ, propter ejectionem Lutheranorum è Bohemiâ, tranſlationemque Electoratûs in Bavarum, ſui excuſandi duntaxat causâ, indignationem ſimulaſſe, attamen in pectore aliud, ſenſiſſe narret.

CONSPECTUS.

1. CAraffâ itaqoe teſtante liquidò conſtare negotium tranſlationis Electoratûs in Bavarum non cum Septemviris & Principibus Imperii, ſed cum Papâ & Hiſpano deliberatum & deciſum.

2. Deindè illud latenter actum, & ideò tectum, ut impedientium conatus eo facilius eluderentur, & Proteſtantes Electores & Principes incauti deciperentur.

3. At iſtos judices eo ipſo, quod cauſam tanti momenti in occulto & abſtruſo determinarint, ſatis teſtatos eſſe, ſe ſibi malè conſcios perperàm egiſſe, nec ad juſtitiam, ſed ad utilitatem ſuam, & ad ea, quæ dudum in perniciem Proteſtantium præcogitata haberent, reſpexiſſe.

4. Conſilia enim & actiones, quæ clàm agantur, in jure non eſſe extra ſuſpicionem doli.

5. Jam iterum redire nos ad excerpta ex

Caraffâ

Caraffa, qui dicat. Regem Angliæ tranſlationem Electoratûs non tam armis quam dexterrimis commerciis impedite conatum fuiſſe.

6. Quare apud Regem Hiſpaniæ de Cæſaris inconſtantiâ conqueſtus rogârit, ut Rex ipſe ſuam auctoritatem interponeret, quo tandem pax in universâ Europâ reſtitueretur.

7. Quod ut facilius impetraret, ſpem ſpecioſam matrimonii unici ſui filii cum ſorore Regis Hiſpaniæ injeciſſe.

8. Ita ut quidam ejuſdem Regis Conſiliarii, recuperationi Belgicarum provinciarum inhiantes ad Palatinatum cum Electoratu reſtituendum afficerentur, & majori conatu ſatagerent, Electoratus tranſlationem ſub ſpecie majoris boni diſſuadere, aut ſaltem ob inſtantem bellorum calamitatem tali tranſlatione augendam rem differre.

9. Nec defuiſſe qui hoc conſilium adſcriberent non tàm ſpeciali commodo quam metui, ne Domus Bavarica ſemel ad Electoralem dignitatem promota Imperialem dignitatem facilè aſſequeretur.

10. Præter hos ſe oppoſuiſſe Electorem Saxoniæ motum duplici fine, religionis, & familiæ Palatinianæ commiſeratione.

11. Nam Lutheranos hactenus paritate ferè votorum in Electorali Collegio elatos per hanc tranſlationem non parùm damni paſſos, quod non facilè à reliquis Principibus tolerandum judicaretur.

12. Quia tamen hoc non expreſsè dictum ſit, neque fuerit conſultum bellum religionis indicere, Saxoniæ Electorem ſenſiſſe tam ſplendidam familiam non defraudandam Electoratu ob delictum unius parentis, vel potius ob Conſiliariorum Fridericum ſeducentium culpam.

13. Cui ſatius viſum ſit, ſi caſtigato Friderico Palatino, ſaltem in filium Electoralis dignitas devolveretur.

14. Cum Electore Saxoniæ verò non paucos Principes Proteſtantes conſenſiſſe.

15. His tamen omnibus rationibus præter zelum religionis, Cæſaris promiſſionem Bavariæ Duci aliàs factam, oppoſitam.

16. Quam ut Cæſar integram ſervaret, per Archiducem Carolum ad Electorem miſſum, tandem ab ipſo impetratum eſſe, ut ſolùm in Bavariæ Ducem Electoralis dignitas transferretur.

17. Non verò in illius hæredes tranſiret, ſed ad Friderici filius devolveretur.

18. Cui conſilio Cæſar ad tempus morem gerere voluerit.

19. Plurima in citatis Caraffæ locis notanda occurrere: & ex iis;

20. Primò Caraffam ingenuè fateri, religionem & ſecuritatem Proteſtantium in paritate votorum Electuralium conſtitiſſe; idque Catholicos agnoviſſe, & propterea ita in transferendo Electoratu in Catholicum laboraſſe.

21. Deindè Papam præcipuam perſonam in hoc Dramate ſuſtinuiſſe, & per ſuos emiſſarios totam ſcenam direxiſſe.

22. Zelum in promovendâ Pontificiâ & extirpandâ contrariâ religione, tum promiſſionem Bavaro factam, unicam cauſam fuiſſe ademti Friderico & tranſlati in Bavarum Electoratûs.

23. Nullam ullibi mentionem legum & juſtitiæ fieri, ſed merita duntaxat Bavari extolli.

24. Electoratum promiſſum fuiſſe in principio initæ eo nomine ſtipulationis non Bavaro ſoli, ſed & ejus hæredibus, quanquam id diſſimularetur & ab ipſo Cæſare negaretur.

25. Imperatorem valdè anxium fuiſſe, poſtquam ejus conſilia de Bavaro conferendo Electoratu detecta fuerint, quod ſanè indicium ſit, ac ſi Cæſar benè agnoviſſet, ſe non uſque adcò rectè & juſtè cum Friderico R. egiſſe.

26. Si enim optimorum conſiliorum & factorum teſtis in omni vitâ conſcientia nobis fuerit, ſine ullo metu nos victuros.

27. Colloquium Bruſſellæ haud alium in finem inſtitutum fuiſſe quam, ut tempore lucrifacto Cæſar, Bavarus & Hiſpanus res ſuas armis eo ſecurius ſtabilire poſſent.

28. Quo rupto, cauſæ deciſio ad conventum, quem Cæſar Ratisbonæ indici voluerit, remiſſa fuerit.

29. Quia Ferdinandus & Bavarus certi fuerint, Principes ibidem comparituros in ſuam ſententiam ſine remorâ ceſſuros, & abſentium & contradicentium opinione πολυψηφίᾳ facilè ſuperaturus: nec eos fefelliſſe ſpem.

30. Non igitur Friderico R. vitio vertendum, quod prudenti diffidentiâ motus nullam in iſto conventu fiduciam collocarit.

31. Notandam etiam in colloquio Bruſſellenſi decantatam illam Auſtriacorum clementiam, qui ſub ἀδυνάτοις conditionibus adhuc dubitarint, an aliquam partem ereptarum ditionum & dignitatis Electoralis portionem primogenito Friderici reddere poſſent.

32. Animadvertendum quoque, Cæſarem à Papa & ejus Nuncio ſubinde inflammatum & confirmatum fuiſſe.

33. Caraffam dicere de Electore Saxoniæ, illum ob ejectionem Lutheranorum è

Bohemiâ, tranſlationemque Electoratûs in Bavarum in ſpeciem & ſui excuſandi duntaxat causâ indignationem ſimulâſſe, ſed in pectore aliud ſenſiſſe.

34 Hoc ſi verum ſit, tantùm Principem qui laude ſinceritatis percelebris eſſe velit, notam διψυχίας apud poſteritatem non effugere poſſe.

35. Præſertim cum eventus id teſtari videatur.

1. HÆc Caraffa, quo teſtante, & palam affirmante conſtat
liquidò negorium tranſlationis Electoratûs non cum Se-
ptemviris & Principibus Imperii, ſed cum Papâ & Hiſpa-
nis exreris deliberarum & deciſum arque concluſum
2. fuiſſe: Deinde illud ſub runicâ & ſinu, hoc eſt, larenter
& furtim actum & adornarum, ideò rectum, ut impe-
dientium conarus eò faciliùs eluderentur, & boni Prote-
ſtanres Electores & Principes, quorum intererar maximè ne Electoratus in
3. Bavarum transferretur, incauti deciperentur. Ar cognitores iſti & judices
rranſlationis eo ipſo, quod cauſam tanri momenti & ponderis, in quâ ſa-
lus univerſæ Reipublicæ Chriſtianæ verſabatur, non in judicio aperto &
pro rribunali, nec citaris & auditis, de quorum agebatur præjudicio; ſed
in occulro & abſtruſo, intra privatos parieres rractarinr & determina-
rint, ſatis reſtati ſunr, ſe ſibi malè conſcios perperàm & prærer jus & æquum
egiſſe, nec ad juſtitiam & merira cauſæ, ſed ad utilitarem ſuam, & ad ea,
quæ dudum in perniciem Proteſtantium, præcogitata haberent, reſpexiſ-
4. ſe. Conſilia, actiones, & judicia, quæ clam & in tenebris agunrur, in jure
non ſunt extrà ſuſpicionem doli. Literas ipſas, quarum Caraffa meminit,
infra referemus: jam pergamus in excerptis ex ipſis. *comment. ſuprà memora-*
5. *to fol.* 119. *ita ſcribit:* Rex Angliæ rranſlationem Electoratûs non tàm armis,
6. quàm dexrerrimis commerciis impedire conabatur: quare apud Regem
Hiſpaniæ, de Cæſaris inconſtantiâ aliquoties conqueſtus, rurſus perſpe-
ctam fuiſſe Cæſaris voluntatem circa tranſlationem Electoratûs in Bavariæ
Ducem jam olim promiſſam, proferebat, rogabatque ut ſicut hactenus
ipſius Regis miniſtri hanc non promoviſſent; ita deinceps Rex ipſe ſuam
auctoritatem interponeret, quo tandem pax inregra conſtituererur, non
7. ſolùm in Germaniâ, ſed in univerſa Europa. Quod ut facilius impetraret,
8. ſpem ſpecioſam matrimonii unici ſui filii, cum Sorore Regis Hiſpaniæ
injecit: ita ut quidam ejuſdem Regis Conſiliarii, prout fama evulga-
barur, recuperationi Belgicarum Provinciatum inhiantes, non levi-
rer ad pacem ineundam, & ad Palatinatum cum Electoratu reſtituen-
dum afficerentur, majorique conatu ſatagerent, Electorarûs tranſlatio-
nem Cæſari ſub ſpecie majoris boni diſſuadere; aut ſalrem ob inſtan-
rem bellorum calamitatem, rali tranſlarione augendam cum univerſali
torius Germaniæ commorione rem differre, donec murata facie Imperii,
periculum, ne omnes Palatino accederenr, abeſſer: nec deerant maligni,
9. nimium in futurum ſpeculantes, qui hoc conſilium adſcriberent non tàm
ſpeciali commodo, quàm merui, ne Domus Bavarica ſemel ad Electoralem
dignitatem promora ſuccedenribus annis Imperialem dignitatem facili
10. negorio aſſequeretur. Prærer hos Principes tranſlationi Electoratus ad-
verſos non leviter ſe opponebar Dux & Elector Saxoniæ, alio ramen fine,
ut ferebatur, motus, & quidem duplici, uno Religionis, alrero Familiæ
11. Palatinianæ commiſerarione: Nam Lurherana ſecta hactenus paritate fe-
rè votorum in Collegio Electorali elata, arque ideò in omnibus comiriis ſui
erroris renaciſſima, per hanc tranſlarionem non parum damni pariebatur,
cum in Carholicum Electorale votum deciderar, quod non facilè à Civi-
taribus Imperialibus, cærerisque Principibus Germaniæ plerumque hæreſi
infectis tolerandum judicabatur, tanto ſuarum forrunarum nec non ſectæ
hacte-

hactenus per æqualitatem votorum ſatis conſervatæ periculo; ad cujus repulſam omnes Lutherani, Calviniſtæ, Huſſitæ, & quotquot ſunt ſectarii Eccleſiæ Romanæ hoſtes, videbantur conſpiraturi. Quia tamen hæc 12.
non expreſſe dicebantur, neque erat conſultum, bellum relligionis indicere, hinc Saxoniæ Elector rem urſit pro Familiâ Palatinianâ per ſimilem tranſlationem dignitatis peſſundandâ, non ſine deſperatione filiorum, & injuriâ Conſanguineorum non tolerantium ſimile opprobrium ac notam tam ſplendidæ Familiæ, quare nullo modo defraudandam Electoratu ſentiebat ob delictum unius Parentis, vel potius ob Conſiliariorum Fredericum ſeducentium culpam. Satius itaque illi videbatur, ſi ca- 13.
ſtigato Friderico Palatino, ſaltem in filium Electoralis dignitas devolveretur, quo medio ſatisfactum iri Regi Angliæ & majores etiam difficultates Proteſtantium evitari poſſe arbitrabatur. Cum Electore Saxoniæ 14.
non pauci Principes Proteſtantes à Rege Angliæ, Daniæ & ab aliis perſuaſi quos non minus Palatiniana Familia, quam ſectarum conditio premebat, idem ſentiebant. His tamen omnibus rationibus præter zelum 15.
Relligionis Cæſaris promiſſio Bavariæ Duci aliàs facta opponebatur;
quam ut Cæſar integram ſervaret, miſſus eſt Archidux Carolus ad Electo- 16.
rem Saxoniæ illius amiciſſimum, ut illi perſuaderet tunc, expedire ut Cæſar Bavaro tot ſubſidiis, impenſis addictus, & verbo oppignorato obſtrictus fidem datam præſtaret. Verùm ab Electore vix impetrari potuit, ut ſolum in Bavariæ Ducem Maximilianum Electoralis dignitas transferretur, (ut Cæſar promiſſionem impleret) non verò in illius hæredes tranſiret, 17.
ſed ad Friderici Palatini Filios devolveretur: cui conſilio eum Cæſar vo- 18.
luiſſet ad tempus morem gerere, de ſolis Auſtriaco nomini devotis ſcrupulo eximendo difficultas erat. Itaque in eo acriter laboravimus tàm Bruſſellæ, quam Madriti, apud Regem Regioſque miniſtros, Comitem de Olivares ac Balthaſarem de Zuniga; & cum noſtra conſilia publicata fuiſſent ſub titulo Cancellariæ Hiſpanicæ; Cæſar mirum in modum anxiè verebatur, ne univerſalis commotio in Germania oriretur, quare non parum metuebat ne tranſlatio Electoratus vel omnino omitteretur, vel ſaltem in plures annos differretur, ac tandem evaneſceret occaſio tam inſignis rem Catholicam augendi, quibus curis dum undique anguſtaremur, & non evidenter res tota ab eventu dependeret, Palatinus ut extremum tentaret, poſt excitatos Principes Proteſtantes ipſemet ex Hollandia facto itinere per Galliam & Lotharingiam, in Palatinatum advenit, rem propriam ſua curaturus præſentia; qua viſæ fuerunt res omnes abolitæ & conſilia immutata; & quia Cæſar Comitem Swartzenburg paulò antè in Angliam miſerat, ut de depoſitione armorum & de modo aliquo rem honeſtè componendi tractaretur, quod pro ſuâ humanitate Infanti Iſabellæ commiſerat, ſibi ſolam finalem ſententiam reſervans, per Palatini in Germaniam adventum etiam commercium illud evanuit, & nihil certi ibidem ſtatui potuit, cum fortè, ſi aliquid ſtatutum fuiſſet, Mansfeldius vel alius pro Palatino bellum gerens non obedíviſſet. Cæſar interim divulgatâ jam ejus mente de transferendo Electoratu in Bavariæ Ducem, eidem ſententiæ conſtanter inſiſtere debuit, ne levis videretur & inconſtans, ac non ſine imminutione Cæſareæ Majeſtatis irrideretur: quare ex eo, quod detecta res foret, quæ maximè nos cruciabat, natam vidimus conſtantem Cæſaris mentem, quam Amici omnes probarunt, & ſoli inimici oppugnare ſtuduerunt. *Hactenus iterum Caraffa, qui paulò poſt fol. 127. de colloquii Bruxellenſis exitu hæc notat:* Interim, *inquit,* Bruxellæ Suartzenburgicus cum Regis Angliæ Legatis & Palatinis miniſtris convenerat, ſed difficulter votis correſpondebant. Palatiniani enim integram ſuæ ditionis nec non digni-

tatis depoſcebant; Cæſarei verò vix illius partem concedere Friderico, ſed filio primogenito, & dignitatem poſt obitum Ducis Maximiliani, eâ tamen conditione, ut Catholicæ religioni addiceretur, fortè ſe offerre poſſe dubitabant: ſicque infectâ tractatione totum negotium, ad futurum conventum, cui maximè Palatinus diffidebat, dilatum eſt; ad quem Cæſar Saxoniæ Electorem, Ducem Pomeraniæ, Mechelenburgenſem, Electores catholicos omnes, cum Ludovico Landgravio Haſſiæ, qui paulò antè è
19. manibus Mansfeldii, & Ludovici Palatini liberatus fuerat, invitavit. In iſtis plura notatu digna occurrunt, quæ ſi ſpeciatim efferre & deducere vellemus, longiore opus foret oratione; attamen ſummam rerum decer-
20. pere, & in pauca referre operæ erit compendium. Primò autem notandum, Caraffam ingenuè fateri fortunam, potentiam & ſecuritatem atque religionem Proteſtantium in æquipondio ſeu paritate votorum Electoralium conſtitiſſe, & impedimento fuiſſe, quo minus res Romana Pontificia incrementum caperet & reſtaurati poſſet: id & Cæſarem & omnes Catholicos Romanos agnoviſſe, ac proindè haud immeritò tantum deſudaſſe & laboraſſe in transferendo Electoratu in Ducem Bavariæ Principem Sedi
21. Papali addictiſſimum & obnoxium. Deinde Patrem illum Patulcium & Cluſium præcipuam perſonam in hoc Dramate ſuſtinuiſſe, & per ſuos emiſſarios ſcenam direxiſſe, totis viribus tùm animi tum corporis incumbendo & enitendo, ut res iſta, ex quâ tantum emolumentum ipſe & univerſum ejus Regnum eſſet conſecutus, felicem haberet ſucceſſum, & ſine ullâ
22. contatione perficeretur. Tertiò, zelum & fervorem in promovendâ Pontificiâ, & extirpandâ contrariâ religione, tùm promiſſionem Bavaro propter Domus Auſtriacæ utilitatem & potentiam ſtabiliendam, factam, præcipuam & unicam cauſam fuiſſe ademti Friderico Electoratûs, & tranſlati in Bavarum, ſicut infrà pluribus & dilucidius nobis ab ipſo Imperatore de-
23. clarabitur. Nullam ullibi mentionem juſtitiæ & legum fieri, ſed merita duntaxat Ducis Bavariæ extolli, quæ quia Cæſar compenſare de ſuo non poterat, innocens Fridericus dignitate & ditionibus ſpoliandus erat, ut
24. Bavarus dignum redhoſtimentum conſequeretur. Quartò Electoratum promiſſum & addictum fuiſſe ſtatim in principio initæ eo nomine ſtipulationis, non Bavaro ſoli, ſed ejus etiam hæredibus, quanquam id diſſimularetur, & Cæſar ipſe conſtantiſſimè pernegaret declarando per ſuas ad Regem Jacobum literas ſe Bavaro ad dies vitæ tantùm, non hæreditaria proprietate inveſtituram Electoratûs promiſiſſe & dediſſe, imò per expreſſum reſervaſſe jus & prætenſionem liberis & Agnatis Friderici, ea ſub conditione, ut de illa, vel amicè tranſigeretur, vel in judicio ordinario diſceptaretur, atque hac cum reſtrictione Bavarum contentum ſolemniter caviſſe, ſe non plus prætenſurum, ſed in limitata illa inveſtitura acquieturum, quod ſanè fecit, ſicut infra plenius deducetur: ſed eventus poſtea
25. docuit, aliud in pectore clauſum, aliud linguâ promtum fuiſſe, *Salluſt.* Quintò Imperatorem Ferdinandum valdè anxium fuiſſe, poſtquam ejus conſilia de promiſſo & conferendo Bavariæ Duci Electoratu detecta & patefacta fuiſſent: quod ſanè non caret præſumtione & indicio, ac ſi Cæſar in interiori animo ſuo agnoviſſet, ſe non uſque adeò rectè & juſtè, ſecundum leges & jura egiſſe, adimendo Friderico Electoratum & conferendo
26 cum Bavaro; Si enim ſe benè & ſecundum juſtitiam, normamque Conſtitutionum & pactorum in inauguratione ſuâ promiſſorum feciſſe totus perſuaſus fuiſſet, nihilque planè addubitaſſet, nulla conſternatio & anxietudo animi eum ſubire & occupare potuiſſet. Si optimorum conſiliorum atque factorum teſtis in omni vita nobis conſcientia fuerit, *inquit Cicero pro Cluentio,* ſine ullo metu, ſumma cum honeſtate vivemus.

Circum-

Circumretit enim vis atque injuria quemque:
Atque unde exorta eſt, ad eum plærumque revertit.
Nec facile eſt placidam ac pacatam degere vitam
Qui violat factis communia jura quietis:
Ac licet is fallit Divûm genus, humanumque,
Perpetuò tamen id fore, clam diffidere debet.

Lucretius lib. 5. & alibi:

—— Mens ſibi conſcia facti
Præmetuens, adhibet ſtimulos, torretque flagellis.

Sextò Colloquium Bruſſellæ non alium in finem inſtitutum fuiſſe, quàm 27.
ut tempore lucrifacto Cæſar, Bavarus & Hiſpanus res ſuas armis eò ſecú-
rius & facilius, dum cæteri in eventum tractationis intenti fortiora & uti-
liora conſilia negligerent, ſtabilire, & Regem Jacobum circumventum &
irretitum, ab auxilio Genero ſuo ferendo divertere poſſent. Cum dein-
dè tempus moneret abrumpendum eſſe colloquium, culpam in adventum
Friderici in Palatinatum conjecerunt, cum tamen ab illo illic degente po-
ſtulaverint, ut tabulas mandati ſicut propoſitæ erant cum omiſſione ti-
tuli Regis ſubſcriberet, & ſuos miniſtros ad colloquium delegaret, quod
optimus Princeps ſine morâ confecit. Sic qui canem cædere vult, facilè
baculum invenit: vel ut Celtæ ſuo proverbio dicunt; Canis mactandus
dicitur rabioſus. Galli, *qui veut tuer ſon chien, luy met la rage ſus.* Sed ex
eo, quod in ipſo colloquii curſu Cæſar ad Regem Angliæ ſcripſit, ſatis li-
quet, non fuiſſe mentem & intentionem Cæſareanorum & Hiſpanorum
aliquid reverâ concludendi, aut ad conditiones pacis ſincerè attendendi.
Ideò rupto colloquio cauſæ deciſio & determinatio ad conventum, quem 28.
Cæſar Ratisbonæ indici, & compoſitionis diætam vocari voluit, remiſſa
fuit; quia Ferdinandus & Bavarus certi erant, eos Principes, præſertim 29.
Præſules & Papalinos, qui comparituri eſſent, in ſuam ſententiam ſine re-
morâ & oppoſitione conceſſuros, & abſentium vel emanentium & con-
tradicentium opinionem πλυψηφίᾳ & numero ſuffragiorum facilè ſupera-
turos & eluſuros. Nec fefellit eos ſpes & fiducia. Nam omnes qui præſen-
tes aderant infulati, Cæſaris & Bavari nutibus morem gerebant, pœnaſque
Friderico deſtinatas repoſcebant,

Uni infenſi omnes, non diſceptare parati,
Sed damnare.

Ut Hieronym. Vida canit dē Anna & Caipha, cæteriſque ſacerdotibus Chriſtum
condemnantibus. Non igitur Friderico vitio verti debet, quod prudenti 30.
diffidentiâ motus, nullam in iſto conventu Principum Ratisbonam evo-
catorum fiduciam collocârit: Prævidit enim velut è ſpecula, nihil æqui,
moderati, juſti & pacifici in eo concluſum, ſed atrocius & crudelius bel-
lum concitatum iri, tranſlato in Bavarum Electoratu, & æquilibrio voto-
rum Electoralium ſublato. Nota hîc etiam in Colloquio Bruſſellenſi de- 31.
prædicatam illam & decantatam Auſtriacorum clementiam, manſuetudi-
nem, ignoſcentiam, qui ſub graviſſimis etiam & injuſtiſſimis atque inho-
neſtis καὶ ἀδυνάτοις conditionibus, tamen adhuc dubitabant, an aliquam
partem ereptarum ditionum & dignitatis Electoralis portionem Filio pri-
mogenito Friderici reddere poſſent.

Poſtremò & hoc animadvertendum Cæſarem Ferdinandum, quam- 32.
quam promiſſi & ſtipulationis Bavaro factæ admodum tenacem, & in trans-
ferendo Electoratu nimium ferventem & properantem, nihilominus à
Papâ & ejus Nuntio ſubinde incitatum, inflammatum & confirmatum
fuiſſe, ut nimirum Pontifici Romano ſua authoritas conſtaret, & ei potiſſi-

hemiæ ille in Cæſarem modeſtè rejiciebat. Quare cum ſua Majeſtas prout mihi videbatur, maluiſſet ejectionem in aliud tempus fuiſſe dilatam, oſtendi nihil in celeritate erratum eſſe; ſed potius in nimiâ decreti procraſtinatione, quod indubiè alioquin fuiſſet intermiſſum, non ſine dedecore & conſcientiæ propriæ condemnatione; vel ſi etiam poſt præſentiam Saxonis fuiſſet editum, periculum extitiſſet magis eum offendendi: quapropter ſaniori conſilio tale decretum fuerat præmiſſum; illudque in Bohemiâ excuſari poſſet, ubi jam Lutherani, factâ vi, irruperant, & non exiguas turbas cum aliis concitaverant. Quare Cæſar evocato concilio, & ſuorum ſententiis auditis, quos inſtruxetam, ſtatuit in facto decreto perſiſtere, Deoque offenſorum animos committere, & Saxoni reſpondere, ut ad conventum indictum ſe accingeret, multa ibidem poſſe componi, ſuam Majeſtatem de causâ religionis in Bohemiâ cum eo eſſe tractaturam; illum etiam cogniturum mentem ſuæ Majeſtatis non adeò eſſe ab officio, vel favore ipſius alienam, quin parata foret ſufficientem facti decreti rationem reddere, ac ei in omnibus juſtis atque æquis ſatisfacere. Ubi Ratisbonam acceſſimus, ex literis cujuſdam miniſtri Ducis Saxoniæ, qui Fratrem Catholicum, meum Amicum, in aulâ habebat, demonſtrare potui, non fuiſſe Electorem adeò exacerbatum propter ejectos Prædicantes, neque eum tanti illos feciſſe, ut propterea tumultum aliquem excitare decreverit; verum debuiſſe Electorem in gratiam Proteſtantium, ſuæque Religionis conſortium aliquo modo urgere illorum patrocinium, ne omninò negligentiæ argueretur, & ut honeſtam aliquam anſam ſuæ abſentiæ attexeret: non enim decreverat tali conventui intereſſe, ex quo non niſi indignationem apud ſuæ Religionis Proceres poterat ſperare, ſi in tranſlationem Electoratûs à Cæſare conceptam conſenſiſſet. Et licet Delegati illius de dimiſſione miniſtrorum Euangelicorum conqueſti fuerint, & inſtiterint, ut reſtituerentur; tamen illis commiſſum erat, ut hâc in re Cæſari perſiſtenti cederent, modo in Sileſiâ corrigendâ, aut de Luſatiâ reperendâ nulla mentio ingereretur. Quæ cum Cæſari retuliſſem, conſtantiſſimè in Decreto facto perſeveravit.

CAPUT XXXVII.

ARGUMENTUM.

In hoc Capite Caraffæ enarratio de negotio tranſlationis Electoratûs Palatini adducitur, & quomodo fabulam iſtam in Comitiis præſertim Ratisbonenſibus inſtructam & luſam, qualivè geſtu Actores Perſonas ſuas egerint, refertur: ubi varia Electorum & Principum, qui ibi confluxerant, mens de proſcriptione Friderici, reformatione Bohemiæ, Friderico in gratiam recipiendo, & tranſlatione dignitatis Electoralis panditur; Cæſariſque ad Principum petita reſponſum exponitur, ad quod quid exceperint Electoris Saxonici & Brandenburgici Legati, & Landgravius Haſſiæ, etiam refertur: Deinde Mediatorum ad Cæſarem reſponſum & moderatio, Papæque, ad defenſionem Electoratûs in Bavarum tranſferendi, oblatum narratur.

Præterea dicitur, Saxoniæ & Brandenburgi Legatos moderationi non acquieviſſe; inſuper ſe oppoſuiſſe Neoburgicum, remoram finalis ſententiæ abſentiam Ducis Saxoniæ injeciſſe: nuncium de peregrinatione Regis Angliæ filii in Hiſpaniam inſtitutâ vix non omnia invertiſſe concepta: additur quoque conſilium Caraffæ Cæſari datum, ad Electorum Eccleſiaſticorum, ut ſententiam ſuam approbarent, propitium reſponſum obtinendum; quod & ſucceſſerit.

Poſtea

Poſtea ſubnectitur decretum Cæſaris de excludendo Friderico R. & transferendi Electorali dignitate in Bavarum, filiorum & Agnatorum causâ ad conventum evocandum remiſſâ, vel juridico examini. Subjicitur tandem Electoris Saxoniæ, Brandenburgenſis, Brunſuicenſis & Pomerani Ducis improbatio ſuper factam tranſlationem, pœnam Palatini & moderationem Cæſaris, filiis & agnatis conſuleret, quæ magnas curas Cæſari & omnibus Catholicis Principibus injecerint.

Denique tranſactionem & concordiam inter Cæſarem & Bavarum de reſtitutione Auſtriæ Superioris oppignoratæ contra Superiorem Palatinatum & partem Inferioris, Electoratu perpetuo Bavaro ejuſque ſtirpi collato exponit.

CONSPECTUS.

1. IAm videndum quid Caraffa ſcribat de negotio tranſlationis Electoratus Palatini, cujus fabula in Comitiis præſertim Ratisbonenſibus acta ſit.

2. Illum referre, ad Cæſaris propoſitionem Ratisbonæ factam, & quidem ad primum ejuſdem caput, de privatione Palatini, promotione Bavari, & tuendâ pace, multos conſultum putaſſe, ut cæteri abſentes Principes expectarentur.

3. Aliis tamen ſatis viſum fuiſſe, ſi S. C. Majeſtas rurſus illos evocaret, atque interim præſentes exorientès difficultates excurerent.

4. Proſcriptionem Palatini ab omnibus ut juſtiſſimam æſtimatam, ſed tamen aſſertum fuiſſe, illam non ad ſolum Cæſarem, ſed ad Electorale Collegium pertinere.

5. Ipſam quoque executionem à nonnullis eſſe improbatam.

6. Electores conſulentes putaſſe, ad omnem diffidentiam auferendam, Cæſari operam eſſe dandam, ut in Bohemiâ inchoatæ reformationes intermitterentur.

7. Deinde ſuaſiſſe Cæſari, ut ipſum Palatinum poſt factam ſubmiſſionem & renunciationem in gratiam reciperet, eique ablata reſtitueret.

8. In tranſlatione verò dignitatis Cæſarem attendere voluiſſe ad ipſius Friderici R. filium primogenitum, fratrem; & ad proximiores Agnatos.

9. Econtra aliquos ſenſiſſe, Cæſarem in ſuâ proſcriptione graves attuliſſe cauſas, & rebus ita conſtitutis, Electoratum illum ad Cæſarem eſſe devolutum.

10. Si Palatinus reſtitueretur ſine delictorum pœnâ metuendum fore, ne alii idem molirentur.

11. Inter Cæſarem & Palatinum alioquin nullum futurum diſcrimen, quandoquidem Cæſaris regna & provinciæ eodem modo vaſtatæ ſint.

12. Additum eſſe quoque Palatinum non pacem quærere, ſed armis cauſam ſuam agere.

13. Collegium autem Electorum neceſſariò debere compleri.

14. Contrà rurſus alios à ſummo jure abhorruiſſe, & Regum Angliæ, Daniæ, aliorumque arma metuiſſe, ac putaſſe ſufficere, ſi Cæſar recuperatis ſuis provinciis reconciliationem indulgeret.

15. Sed hanc Electorum & Principum reſponſionem, non in votis fuiſſe Cæſari & Papæ.

16. Itaque à Cæſare reſponſum, ſe ad Duces Pomeraniæ & Brunſuicenſem miſiſſe.

17. Se ſuorum pactorum in Palatini proſcriptione nec oblitum eſſe, ſed ea diligenter conſideraſſe.

18. Quod autem quidam de reſtitutione Palatini dixerint, id Cæſarem de reſtitutione Dignitatis Electoralis non accipere.

19. Sed ſe ad ipſum in gratiam recipiendum offerre, in fortunarum verò reſtitutionem aliquâ ex parte, pariterque ad pœnas promeritas moderandas inclinare.

20. Reformationem Bohemiæ conſtanter negaſſe ad hunc conventum pertinere.

21. His Cæſaris conſiderationibus non vehementer contradixiſſe Catholicos.

22. Electoris Saxonici & Brandenburgenſis Legatos, & Ludovicum Haſſiæ Landgravium in priori voto perſiſtentes, Cæſarem melius facturum, ſi Friderico veniam indulgeret.

23. Rurſus pro intermiſſione Reformationis & reſtitutione Eccleſiarum in Bohemiâ inſtitiſſe.

24. In modo proſcriptionis verba addita, quæ abſolutam proſcriptionem indicarent, & obligationi Cæſareæ contrairent, illis diſplicuiſſe.

25. In collatione ſententiarum de modo cogitarum ad juſtè terminandum hunc conventum;

26. Quarè

26. Quare Mediatores auditoſà Cæſare gratias ei egiſſe, quod aliquid Palatino reſtituere vellet.

27. Ad inſtantiam Regis Angliæ viſum Cæſarem illis ſatisfacturum, ſi Nepotes ſaltem non præteriretur in Electorali dignitate reſtituendâ.

28. Si tamen omninò dignitatem Electoralem in Bavarum Cæſ. transferre vellet, rogate ut res ſic moderaretur, ne Nepotes & Agnati Palatiniano jure privarentur.

29. Huic moderationi antequam à Catholicis ſubſcriptum fuerit, de defenſione Electoratûs in Bavarum transferendi, & de repellendis conatibus hoſtium actum fuiſſe, ad quæ Papa 5000 militum obtulerit.

30. Saxoniæ & Brandenburgenſis Electorum Legatos non acquieviſſe.

31. Principem Ludovic. Haſſum tranſlationem Electoratûs Collegio Electorum reliquiſſe, ſed pro intermiſſione reformationis Bohemicæ, aſt frigidè, deprecatum eſſe.

32. Præterea ſeſe tranſlationi Electoratûs oppoſuiſſe Neoburgicum, aſſerentem, contra Auream Bullam diſponi de Electoratu, ſe prætermiſſo.

33. Finali ſententiæ remoram viſam eſſe abſentiam Saxoniæ Ducis, ſine quo fruſtratorium decretum proferendum cenſuerint.

34. Haud enim illum conſenſurum viſum, ut Electoralis dignitatis tranſlatio à ſolo Cæſare dependeret; nec facilè illum à Proteſtante Principe adimi permiſſurum & facilè omninò à Cæſare receſſurum judicatum.

35. Invento moderamine ſuperius memorato, nuncium de filii Regis Angliæ in Hiſpaniam inſtitutâ peregrinatione vix non omnia concepta evertiſſe.

36. Sed multis præſagientibus nullas futuras nuptias, in medium allata ittiſa ab aliis

37. Cæſarem etiam à priori ſententiâ vix potuiſſe dimoveri, quo minus verbo ſuo ſtaret.

38. Quod ut & Catholici Electores approbarent, Caraffa conſulente, ſingulatim quemlibet evocatum, atque mox propitium reſponſum obtinuiſſe.

39. Quare Cæſarem decreviſſe ſe Palatinum poſt humilem deprecationem, militum ſuorum exauctorationem & ſimilium renunciationem in gratiam velle recipere.

40. Sine reſtitutione Elect. dignitatis:

41. Quàm omninò alteri donare velit.

42. Quia verò plures eſſent adſpirantes, neque tunc decetni poſſet jus cujuſlibet, abſentibus proximis Friderici Agnatis Cæſarem, ne diutius Collegium Electorale vacaret, Electoralem dignitatem Maximiliano Duci Bavariæ conferre voluiſſe:

43. Propter eximia illius merita.

44. Filiis verò & Agnatis uſ conſuleret, propediem conventum evocaturum, in quo tranſactio inſtitueretur.

45. Amicâ verò tranſactione locum non habente ſpopondiſſe, ſe juridico examini deciſionem cauſæ relicturum, ut poſt Ducis Bavariæ obitum Electoratus aliaque adjuncta occuparentur ab illo, cui jura faviſſent:

46. Modò ſemper feudum à Cæſare acceptaretur.

47. His conditionibus contentum Bavarum Electorali dignitate auctum fuiſſe, die 25. Februarii.

48. Quæ ipſa etiam ſub Carolo V. Mauritio dignitatem Electoralem conceſſerit.

49. Multa quidem à Caraffa potuiſſe, quæ circa hanc tranſlationem in conventu Ratisbonenſi & alibi contigerint, referri, attamen illa abſcondenda fuiſſe.

50. Qui etiam Bibliothecam Heidelbergenſem à Bavaro impetraverit.

51. Sed Electorem Brandeburgicum, Saxonem, Brunſuicenſem, & Pomeranum, Duces, ſatis apertè tranſlationem factam improbaſſe.

52. Queſtos quoque, quod Palatinus punitus fuiſſet, antequam ſatis fuiſſet auditus.

53. Et quidem ab illis, penes quos non eſſet tam grave contra excelſam perſonam judicium.

54. Moderationem etiam Cæſaris, quâ filiis & Agnatis conſuleret, non ſufficientem eſſe, nec ſatis fundatam arguiſſe.

55. Quod reſponſum magnas curas Cæſari omnibuſque Catholicis & Principibus injecerit; quia innotuerat,

56. Mansfeldium reparato exercitu in Friſiâ Orientali graſſari, & Chriſtianum Halberſtadenſem in Epiſcopatu Oſnabrugenſi verſari.

57. Qui ſimul, ſollicitantes Inferioris Saxoniæ Principes ad bellum, impetum in Palatinatum minitarentur.

58. De tranſactione inter Cæſarem, de reddendâ Auſtriâ ſuperiore oppignoratâ contra Superiorem Palatinatum & partem Inferioris, jam videndum Caraffam:

59. Qui dicat quod remota illius tractatûs reproductâ reſolutione Electorum in conventum Mülhuſii, & inſuper promittente Cæſare defendere provincias Bavaro, ſublata fuerit.

60. Præcipua concordiæ capita fuiſſe, ut daretur liberè Bavaro pro ſe & ſuis ſucceſſoribus Palatinatus Superior, unà cum quatuor præfecturis Palatinatus Inferioris cis Rhenum.

61. Secundò ut daretur Diploma Electoratus perpetui Bavaro ejuſque ſtipiti.

62. Per iſtam concordiam duo graviſ-

ſima negotia Catholicam religionem ſpectantia complementum habuiſſe.
63. Sublatas enim eſſe ſuſpicionum umbras inter Domum Auſtriacam & Bavaricam.
64. Et tranſlationem novius voti Electoralis hæretici in Catholicum factam.
65. In quo negotio Caraffa deſudârit & laborârit.

1. IAm tempus eſt videre, quid Præſul ſcribat de negotio tranſlationis Electoratûs Palatini, & quomodo fabulam iſtam, in Comitiis præſertim Ratisbonenſibus, inſtructam & luſam, qualivè geſtu & ſchemate Actores Perſonas ſuas egiſſe referat. *fol.* 140. *dicit:* Cæſarem XXIV. Novembris Ratisbonam ingreſſum, & poſtquam Electorem Saxoniæ iterum monuiſſet, ut adeſſet, tandem VII. Januarii, præſentibus Electoribus Catholicis, eorumque Legatis, & Principibus, cauſas conventûs per Imperii Vicecancellarium Ulmam expoſuiſſe; hoc eſt, ut loquimur, Propoſitionem feciſſe, quam ſuprà retulimus, ideò eam hûc
2. accerſere meritò ſuperſedemus. Ad Cæſaris verò Propoſitionem, *inquit fol.* 142. præſentes Electores & Principes & abſentium Legati reſponderunt, ſe humilimè gratias agere ſuæ Majeſtati pro curâ ac ſollicitudine reſtaurandæ Germaniæ, eamque ſe obnixè rogare, ut in iſto laudabili affectu & ſollicitudine clementer perſeveraret. Quodad primum Propoſitionis caput de privatione Palatini, de promotione Maximiliani Bavari, & de tuendâ pace, multi conſultum putabant, ut cæteri Principes abſentes expe-
3. ctarentur; aliis tamen ſatis videbatur, Si S. C. Majeſtas rurſus illos tertiis ſuis literis evocaret, atque interim præſentes, quæ exorirentur difficultates, diſ-
4. cuterent. Proſcriptio itaque Palatini ferè ab omnibus ut juſtiſſima exiſtimabatur, ſed aſſerebatur quorundam ſententiam eſſe, tàm grave negotium quod S. R. Imperii Electoratum concernat, non ad ſolum Cæſarem, ſed ad Electorale Collegium pertineret, juxta pacta regia, quo loco legum
5. in Imperio eſſent habenda & integerrimè cuſtodienda. Ipſa quoque executio dicebatur à nonnullis fuiſſe improbata; ſervato enim juris ordine, Palatinum prius citari & audiri debuiſſe ajebant, antequam Proſcriptionis notâ afficeretur, nihilominus ex his nullus volebat cum Cæſare contende-
6. re, ſperabantque ipſum Cæſarem officio ſuo facturum ſatis. Quod ad conventum attinet, dicebant Electores conſulentes, eum eſſe inſtitutum ad omnem diffidentiam auferendam & pacem ſtabiliendam, atque ideò his finibus contraria obſtacula eſſe removenda. Putabant ergò, Cæſari operam eſſe dandam, ut in Bohemiâ inchoatæ Reformationes & executiones
7. intermitterentur; deinde ad firmandam pacem ſuadebant Suæ Maj. ut in Palatinum iras remitteret, & miſericordiam rigori juris anteponendo ipſum Palatinum poſt factam ſubmiſſionem, deprecationem & renunciationem in gratiam reciperet, eique ablata reſtitueret; alioquin ſuam Majeſtatem nunquam fore ſecuram; ſed perpetuis bellis obnoxiam eſſe futu-
8. ram. In tranſlatione verò dignitatis Cæſarem attendere volebant ad ipſius Friderici Filium qui ante noxam Parentis jus acquiſitum ad Electoratum
9. habebat. Ad Fratrem etiam qui alterius delictum ferre non debebat, cum in Perſonâ propriâ non deliquiſſet; & ad proximiores Agnatos, qui prorſus innocentes Cæſari utilem operam navaſſent, quos ab Electoratûs jure excludi, non erat valdè æquum; iniquitatem autem vindicari poſſe à Re-
10. gibus ac Principibus Friderico Palatino affinitate conjunctis. Quibus omnibus incommodis obviari poſſet, ſi Pax conſtitueretur & Palatinus clementiâ Cæſaris reſtitueretur. Econtra aliqui ſentiebant Cæſarem in ſuâ Proſcriptione graves attuliſſe cauſas proſcriptionis, & rebus ita conſtitutis Electoratum illum, ita ad Cæſarem eſſe devolutum, ut poſtpoſitis omnibus

omnibus proximioribus diſpoſitio illi ſoli competeret, & ſi Palatinus reſti- 10.
tueretur ſine delictorum pœnâ, metuendum fore, ne illius exemplo alii
idem molirentur. Inter Cæſarem & Palatinum nullum alioquin fore di- 11.
ſcrimeñ, quandoquidem Cæſaris regna & provinciæ eodem modo vaſta-
tæ ſint. Addebatur Comitem Palatinum pacem non quærere; imò nec de- 12.
bitâ ſubmiſſione, ſed vi & armis cauſam ſuam peragere. Collegium autem
Electorum neceſſariò debere compleri, meritoque Cæſarem id juris ſibi
vindicare. Hujus aliquando mentis fuerat Joannes Gothofredus Prin- 13.
ceps & Epiſcopus Herbipolenſis, quo magis Dei zelo percitum Princi-
pem non vidit Germania, is militum Pater, Sacerdotum exemplum, Prin-
cipum decus, Catholicorum tutor, ſui ipſius contemtor, Eccleſiæ Roma-
næ Cæſareæque Majeſtatis cultor acerrimus & prudentiſſimus, nihil niſi
ad Electorem Catholicum ſuſpirabat, inter quæ ſuſpiria ſummo noſtro
omnium dolore ex hâc vitâ deceſſit. Contra rurſus alii optatam pacem 14.
deſiderantes à ſummo jure abhorrebant, & circuli inferioris Saxoniæ, Re-
gis Daniæ, Regis Angliæ, & fortè aliorum arma metuebant, putabantque
ſufficere, ſi Cæſar regna ſua & provincias recuperaſſet, tunc poſſe ſecurè
reconciliationem indulgere, præſertim cum unâ Cæſaris fortunâ bello
omnia in diſcrimen adduci ajebant, ſi contrario prælio victoriæ corrum-
peretur. Quare cenſebant de ratione faciendæ reconciliationis poſſe pe-
culiarem tractatum inſtitui, media autem proponi, ſi Bohemica reforma-
tio omitteretur, ſi hæreditariæ & liberæ civitates Imperii non premeren-
tur, ſi bonæ promiſſiones ſervarentur, ſi querelæ & gravamina tolleren-
tur, & Commiſſariorum interpoſita fides liberaretur. Hæc Electorum & 15.
Principum reſponſio non in votis fuit Cæſari, & nobis omnibus, qui tranſ-
lationem urgebamus. Cognoſcebatur enim in illâ Catholicorum Princi-
pum maxima timiditas, & hæreticorum ſumma audacia; quare putavi-
mus perſuadendum Cæſari, ut majori conſtantiâ & clarioribus verbis de-
clararet iis Principibus ſuam firmam determinationem, prout obtinui-
mus. Quapropter pro Cæſare reſponſum fuit, illum rurſus ad Duces Po- 16.
meraniæ & Bruſuicenſem miſiſſe ac ſperare propediem venturos: ſuorum
etiam pactorum nunquam oblitum in Proſcriptione Palatini, imò ea in
tam gravi caſu diligenter conſideraſſe. Verum eum fuiſſe rerum ſtatum, & 17.
animorum conſenſum, ut non tantum literis, ſed etiam coràm de Proſcri-
ptione cum aliis agere non potuiſſet: quoniam Palatinus tempore neceſ-
ſariæ proſcriptionis, quotidiè magis ac magis ſua facinora cumulârat, præ-
terquàm quod ſatis monitus, & conſultus fuiſſe videbatur, tum Palatinus,
tum Electorum conſenſus in conventu Mülhuſiano, quando rogatus fuit
Palatinus, ut abſtineret à tàm improbis conatibus; & illi non obedienti
tandem juſtæ pœnæ decretæ fuerunt: ſperare itaque ſuam Majeſtatem E-
lectores habita ratione temporis ac periculi, hunc agendi modum in de-
teriorem partem non accepturos. Quod autem de reſtitutione Palatini 18.
aliqui dixerant, Sua Majeſtas de reſtitutione dignitatis Electoralis non
intelligebat, cum contra illum maturo conſilio, & legitimis de cauſis facta
fuiſſet proſcriptio. Si verò de admittendo Palatino in gratiam ſuam Cæ- 19.
ſaream ageretur, ad illam ſe ſua Majeſtas offerebat, ſi modò pœnitentiæ
ſigna exhiberet: in fortunarum verò reſtitutionem, Electorali dignitate
excepta, ſubdebat, ſe ad interceſſionem Regum, Angliæ & Daniæ, nec
non Electorum & Principum aliqua ex parte inclinare, pariterque ad pœ-
nas promeritas moderandas. Reformationem Bohemiæ conſtanter nega- 20.
bat ad hunc conventum pertinere; illam enim, ajebat, cuilibet Electori
& Principi inferioris ordinis in ſuis provinciis hæreditariis eſſe, ac ſemper
fuiſſe liberam, non ideò debere in vicinis circulis aut Romano Imperio

Cæſaream fidem ſuſpectam haberi, cum non ſemel teſtatus eſſet, & adhuc
profiteretur, ſe pacem Religionis in Imperio, quoad omnes articulos velle
21. ſervare, neque vel in minimo quemquàm offendere. His Cæſaris conſide-
rationibus non vehementer contradixerunt Catholici, ſed ad alia puncta
22. progreſſi ſunt, quæ plæraque ad futura comitia rejecerunt. Electoris Sa-
xonici & Brandenburgici Legati & Ludovicus Landgravius Haſſiæ, in
priori voto perſiſtentes, Cæſarem melius facturum cenſebant, ſi veniam
Palatino petenti indulgeret, illam ut peteret ſe curaturos ſpondebant.
23. Cæterum rurſum pro intermiſſione Reformationis & reſtitutione Eccle-
ſiarum, nec non liberi exercitii Auguſtanæ confeſſionis conceſſione in Bo-
24. hemiæ regno inſtabant. Repetebant etiam quæ paulò ante de civitatum
libellis ſupplicibus fuerant dicta. In modo autem proſcriptionis diſpli-
cebant illis verba addita, quæ abſolutam & citra modum proſcriptionem
indicabant, illaque obligationi Cæſareæ contraire teſtabantur, cum pro-
ſcriptio ſimpliciter & abſolutè, citra modum in ſola Cæſaris poteſtate
non eſſet, ſed in arduis negotiis non niſi conſciis Electoribus fieri deberet.
25. In collatione autem ſententiarum de modo aliquo cogitabatur, ad juſtè
26. terminandum hunc conventum, quare Mediatores particulariter audi-
ti à Cæſare (quoniam ſi Palatinus in bonam Cæſaris gratiam reciperetur,
& ipſis aliquid accederet ex iis, quæ anteceſſores oppigneraverant) in pri-
mis gratias agebant Cæſari, quod tàm clementer aliquid reſtituere vellet
27. Palatino. Ad inſtantiam Regis Angliæ videbatur ſua Majeſtas illis ſatis-
factura, ſi Nepotes ſaltem non præterirentur in Electorali dignitate reſti-
28. tuenda: Si tamen omninò dignitatem Electoralem propter delicta Comi-
tis Palatini tunc vacantem in Bavariæ Ducem vellet transferre, idque nec
Aureæ Bullæ, neç Regiæ obligationi repugnare exiſtimaretur; rogabant
ut Cæſar rem ita moderaretur, ut ſupradicti Nepotes & Agnati Palatinia-
no jure non privarentur: in quo conſilio etiam ſperabant Bavariæ Ducem
29. quieturum. Huic moderationi antequam Catholici ſubſcriberent, de de-
fenſione Electoratûs in Bavariæ Ducem transferendi & de repellendis co-
natibus hoſtium actum fuit: ideò duos ad me deſtinârunt, mentem ac libe-
ralitatem Pontificis poſtulantes; cumque intellexiſſent Pontificem V. mille
30. milites offerre, facilius conſenſerunt. Hiſce quamvis moderatis conſiliis Sa-
xoniæ & Brandenburgenſis Electorum Legati non acquieſcebant, ſed Ele-
ctoratus Palatini tranſlationem non eſſe medium obtinendæ pacis cenſe-
bant, & tum demum ajebant pacem futuram cum Electoratus cum ſuis de-
pendentiis priori ſuo Domino reſtitueretur, à quâ ſententia propter defe-
31. ctum mandati diſcedere non poterant. Princeps Ludovicus tranſlationem
Electoratûs Collegio Electorum relinquebat; ſed pro intermiſſione refor-
mationis in Bohemiâ deprecabatur, frigidè tamen, quia & ipſe Cæſaris gra-
32. tiam ad evacuandam ſuam cauſam ambiebat. Præter has in communi dif-
ficultates opponebat ſeſe tranſlationi Electoratûs Princeps Wolfgangus
Wilhelmus Dux Neoburgicus, non ſine ſtrepitu aſſerens, contra textum
Bullæ Aureæ diſponi de Electoratu, ſe prætermiſſo; cum per illam denota-
retur proximus hæres innoxius; hoc autem caſu nullum eſſe propinquio-
rem innoxium præter ipſum. Frater enim Friderici Palatini contra Cæſa-
rem arma geſſerat, legioni præfuerat, & fratri ſemper adhæſerat: (quod ta-
men, ſalvo Epiſcopi honore, falſum eſt.) Favebat Duci Neoburgico vir po-
tens tunc temporis in aulâ Cæſareâ: cum è contrario alii maximè ad partes
Maximiliani accederent, quę omnia non exiguam diffidentiam excitarunt.
33. Finalis ſententiæ remora videbatur abſentiâ Ducis Saxonię, ſine quo fru-
ſtratorium cenſebatur decretum proferendum, quod alioquin ipſo aſſen-
tiente omninò validum exiſtimabatur, nam neque Palatinus, neque alius
illius

illius voto putabatur poſſe contradicere, aut obniti. Illius itaq; præſentiam
requirebant Bavarici, quandoque certam ſibi dignitatem promittebant; ad
illius etiam pręſeutiam anhelabant, qui Electotatûs tranſlationi reſiſtebant,
nam inde remoras expectabant; haud enim Saxoniæ Elector rigidior jutis 34.
Getmanici obſetvator conſenſurus videbatur, ut Electoralis dignitatis
tranſlatio à ſolo Cæſare dependeret; nec facile illam à Proteſtante Principe
adimi petmiſſurus, & fortè omninò ob dimiſſos miniſtros Euangelicos à
Cæſare receſſurus judicabatur. Hinc cum de illius emanſione conſtaret,
uttimque mihi paſſim ob ejectionem Prædicantium è Bohemiâ omnes of-
fendebantur, arguebantque, tanquam abſentiæ illius autorem, & commer-
cii minus rectè inſtituendi teum; verùm poſteà conſtitit, ut ſuperius decla-
ravi, hanc non fuiſſe præciſam cauſam ſuæ emanſionis, ſed eâ uſum fuiſſe
pro velo, ut apud Socios Proteſtantes, quæ facta fuiſſent excuſaret, & Cæſa-
rem non irritaret. Hæc tamen omnia ceſsârunt; quando Electores mode-
ramen, de quo ante diximus, invenetunt. Illo invento, nuncium de filii Re- 35.
gis Angliæ in Hiſpaniam inſtitutâ peregrinatione vix non omnia concepta
evertit. Nam matrimonium apud aliquos ratum habebatur, qui ſibi aliter
perſuadere non poterant, Filium Regis tantò ſe periculo expoſuiſſe, niſi
ſibi certò Hiſpaniæ Infantem addictam habuiſſet, & ſeſe ipſum arctiori vo-
to addixiſſet: quare rurſus Electoratus tranſlationem aliqui differendam
cenſebant, & majori fructu reductionis ad fidem Catholicam integri Regni
Angliæ ac totius Germaniæ per Palatini converſionem, Cæſar paciſcere-
tur cum Rege Angliæ pro Palatini Filiis in Angliâ apud Infantem Hiſpa-
niæ educandis. Verùm multis præſagientibus nullas futuras nuptias, hæc 36.
vana videbantur, & ab illis irridebantur. Cæſar etiam à priori ſententiâ vix 37.
dimoveri poterat, quo minus verbo ſuo ſtaret, quod ut Cath. Electores ap- 38.
probarent, me conſulente ſingulatim quemlibet evocavit; atque mox pro-
pitium reſponſum obtinuit. Quare deliberato aliquoties univerſo negotio, 39.
Cæſar decrevit, ſe in gratiam Regum Electorum & Principum, qui pro Pa-
latino interceſſerant, & ad declarandam clementiam, paciſque ſtudium,
poſt humilem Palatini deprecationem, militum ſuorum exauctorationem,
& ſimilium moleſtiarum renunciationem, ipſum in gratiam velle recipere, 40.
ſine reſtitutione Electoralis dignitatis, quam omninò alteri ſe donare velle 41.
oſtendit, abſque præjudicio Electoralis præeminentiæ, vel Aureæ Bullæ,
aliarumque Imperii ſanctionum. Quia verò plures erant adſpirantes, neque 42.
tunc decerni poterat jus cujuſlibet, cum abeſſent proximi Agnati Frideri-
ci, ſua Majeſt. ne collegium Electorale diutius vacaret, Electoralem dignita-
tem Maximiliano Duci Bavariæ propter eximia illius merita conferre vo- 43.
luit. Filiis verò & Agnatis ut conſuleret, propediem conventum evocan- 44.
dum promiſit, in quo amica tranſactio & compoſitio inſtitueretur, quam
Cæſar ipſe ad optatum exitum perduceret: ſi verò amica tranſactio locum 45.
non haberet, ſpopondit ſe juridico proceſſui, aſſidenti Electorali Collegio
deciſiouem cauſæ commiſſurum, ac relictutum, ut poſt Ducis Bavariæ obi-
tum Electoratus, aliaque adjudicata occuparentur ab illo, cui jura faviſſent,
modò ſemper feudum à Cæſareâ Majeſt. acceptaretur. His conditionibus 46.
contentus Maximilianus, XXV. Februarii Electorali dignitate auctus fuit. 47.
Quod Cæſar illâ die peragi voluit, quâ aliquando etiam ſub Carolo V. Ele- 48.
ctoralem dignitatem Mauritio Saxoniæ Duci conceſſerat. Forma autem
feudatoriæ acceptionis hæc fuit, &c.

Tandem *Caraſſa* Fabulam iſtam ſic concludit: Multa potuiſſent, & forſi- 49.
tan debuiſſent referri circa illud negotium tranſlationis Electoratus, quæ
& alibi & in ipſo conventu Electorali Ratisbonenſi evenêrunt: Attamen
ſecreta Regis abſcondere bonum eſt; opera autem Dei revelare & confiteri

honorificum. Supradictis cæremoniis peractis dum Principes Electores va-
50. riis Imperii negotiis intenderent; ego impetratâ à Bavariæ Electore Biblio-
thecâ Heidelbergenſi, quæ & copiâ librorum, & raritate manuſcriptorum
omnibus aliis in Germaniâ & forſan in Europâ Bibliothecis antecellebat,
Romam traſmittendam curavi, *Paulo poſt fol.* 151. *addit:* Hoc ergò periculo
51. liberati, in majus ratione tranſlationis Electoratûs incidimus. Nam Elector
Brandenburgicus, Saxo, Brunſuicenſis & Pomeranus, ſatis apertè tranſla-
tionem factam improbabant; ſummeque dolebant, monita ſua aliquoties
per legatos inculcata locum non habuiſſe, cum illa in legibus fundamenta-
libus Imperii fuiſſent, ut arbitrabantur, fundatiſſima; quæ ſi tacerentur ab
52. ipſis, non putabant ſe poſſe apud poſteritatem excuſari. Querebantur ita-
53. que, quod Palatinus punitus fuiſſet, antequàm ſatis eſſet auditus, & quidem
ab illis, penes quos non erat tam grave contra excelſam Perſonam judi-
54. cium; moderationem etiam Cæſaris, quâ filiis & Agnatis conſulebat, non
ſufficientem eſſe, neque ſatis fundatam arguebant, cum Agnatorum jura
hoc pacto controverterentur, & incerto diſceptationis eventui committe-
rentur, quæ tamen innocentibus clara eſſe teſtabantur, & ratione quorum
ingentes tumultus metuebant, tum Cæſari, tum Patriæ, ſuiſque ditionibus,
de quarum tutelâ ſolliciti, jam à ſubditis moniti, de milite cogitabant.
55. Quod reſponſum magnas curas Cæſari, omnibuſque Catholicis & Princi-
pibus injecit; maximè quia tunc innotuerat Mansfeldium reparato exer-
56. citu in Friſiâ Orientali, quæ ad Imperium ſpectat immaniter graſſari, &
Chriſtianum Halberſtadenſem ſimili tyrannide ſævitiam exercere in Epi-
57. ſcopatu Oſnabrugenſi, qui unà ſimul ſollicitantes inferioris Saxoniæ Prin-
cipes ad rebellionem; per Landgravii Haſſiæ Mauritii ditiones impetum in
58. Palatinatum pro reſtituendo Palatino minitabantur. De concordiâ &
tranſactione inter Cæſarem, de reddendâ Auſtriâ ſuperiore oppigneratâ,
contra ſuperiorem Palatinatum & partem inferioris, tum Electoratum
omnia perpetuo hæreditario & ad poſteros tranſmiſſibili jure data, tradita
& appropriata. *ſic ait Antiſtes fol.* 343. Meliorem effectum obtinuit Comitis
de Trautmanſdorf cum Electore Bavariæ ob ſuperioris Auſtriæ reſtitutio-
nem tractatus; licet ab initio habuerit remoram ex poſtulatione cautionis
59. illarum provinciarum, quas Cæſar in compenſationem crediti Bavarici da-
turus erat, quæ, re productâ reſolutione Electorum in conventum Mûlhu-
ſii, quâ pro ſuo arbitratu poterat S. M. diſponere de provinciis Friderici
Palatini proſcripti; & inſuper promittente S. M. defendére provincias Ba-
60. varo, ſublata fuit. Præcipua concordiæ capita fuêre, ut daretur liberè Bava-
ro pro ſe & ſuis ſucceſſoribus Palatinatus ſuperior, unà cum quatuor præ-
fecturis Palatinatûs inferioris cis Rhenum, in quibus eſt Heidelberga Pa-
latinorum antiqua & principalis ſedes, & Manheim inter Germaniæ arces
61. munitiſſima. Secundò ut daretur diploma Electoratûs perpetui Ser.[ma] Cel-
62. ſitudini, ejuſque ſtipiti. Quare per iſtam concordiam, quę in principio Maji
executionem ſortita eſt duo graviſſima negotia Catholicam religionem
63. ſpectantia complementum habuerunt. Nam ſublatæ fuerunt ſuſpicionum
umbræ inter Domum Auſtriacam & Bavaricam, ex quarum diſcordiis in
Germaniâ quot oriri potuiſſent Religionis Catholicæ pericula, & ruinæ,
ſuprâ retulimus: & in hoc quilibet bonus Catholicus ſummopere animad-
64. vertere debet. Secundò, quanti fuerit momenti tranſlatio unius voti Ele-
ctoralis hæretici in Catholicum, nemo eſt tàm parum rerum Germanica-
65. rum expertus, qui non plenè cognoſcat. In quo negotio non minus ſub
Pontificatu Gregorii XV. felicis recordationis, quàm ſub iſto Sanctiſſimi
Domini noſtri Urbani nos laboravimus, & deſudavimus, Deo dante vires
& incrementum,

CAPUT

CAPUT XXXVIII.

ARGUMENTUM.

Hoc caput per digreſſionem explicat, quæ præcedente ex Caraffâ adducta ſunt: in quibus animadvertendum, à Cæſare circa Fridericum R. commiſſa conſilio ipſius Caraffæ ex mandato Pontificis acta eſſe. Deindè Infulatos Principes in Ratisbonenſi conventu in principio non ſtatim Cæſaris voluntati morem in ſuis ſententiis geſſiſſe; poſtea tamen afflatu Romani tripodis actos ſe totos Cæſari accommodaſſe; de quibus quid judicandum ſit Proſelytas noſſe, & ſubindè hoc in libro deductum eſſe. Advertendum quoque Moguntinum & Trevirenſem Electores ſemetipſos quidem tanquam Mediatores conſtituiſſe, hâc tamen præcautione, ut ipſis etiam aliquid ex ſpoliis Palatinatûs accederet. Denique tenendum, Cæſarem & Bavarum contra expreſſam ſuam declarationem clandeſtinis pactis Electoratum Bavaro hæreditario jure addixiſſe.

Præterea Caraffæ producuntur literæ, quas nomine publico ſcripſit, partim ad Cardinalem Ludoviſium, Hyacinthum Monachum, Archiepiſcopumque de Patras; ex quibus appareat quàm libenter & verſutè totum negotium proſcriptionis & privationis Friderici, tranſlationiſq; Electoratûs inchoatum, actumque fuerit, quantaque ſollicitudo adhibita fuerit, in eo tum promovendo tum occultando, imò ne quidem unum Electorum dignum habitum, qui in conſilium admitteretur.

Deindè perſpicuè nos docere Caraffam, Cæſarem, Bavarum, Hiſpanum & Papam oppreſſione Friderici & evectione Bavari Proteſtantes in Imperio coërcere, religionis libertatem antiquare, Pontificia ſacra introducere & ſummi Pontificis juriſdictionem ſtabilire: Auſtriacos dominationem hæreditariam Imperialis diadematis ſibi aſſerere, Auſtriam oppignoratam redimere, Hiſpanum in Inferiorem Palatinatum immittere, quo facilius Batavos ſubjugaret, Bavari φιλαρχίαν explere, & Papæ Præſulumque proventus exaugere, voluiſſe: Non igitur Fridericum cum ſuis, quia id juſtitia, ſed quia Papa, Bavari & Auſtriacorum commodum requireret, terris ſuis privatum, oppreſſum eſſe.

Prætereà Caraffam nos docere, in quàm parvâ exiſtimatione Elector Saxoniæ & Lutherani apud Pontificios ſint; cum contrà Bavarus magni apud ipſos fiat, ut Eccleſiaſtici ſine ipſo ſe nec movere ſoleant.

CONSPECTUS.

1. Ex ſupra relatis Caraffæ dictis animadvertendum, quod omnia, privatio præſertim & proſcriptio Friderici, & promotio Bavari ad Electoratum, negotiumq; reſtaurationis Pontificiæ religionis conſilio ipſiuſmet Caraffæ ex mandato Pontificis ordinata & acta ſint.

2. Non ſine ſummo Germanicæ libertatis, legum fundamentalium, & ipſius Imperii contemptu.

3. Caraffæ jactantiam non eſſe vanam, niſi enim ſedes Tarpeja auſpicia ſua accommodaſſet, & tanto ardore rem urſiſſet, Cæſarem excitaſſet, Eccleſiaſticos Electores à metu abduxiſſet, milites in auxilium addixiſſet, Bavarum non tàm facilè Electoralem dignitatem adepturum fuiſſe.

4. Meritò igitur Papam pro creatore ſuo agnoſcere teneri.

5. Animadvertendum quoque, Infulatos Principes in conventu Ratisbonenſi diverſa ſenſiſſe in principio, nec per omnia Cæſari & Bavaro in ſententiis ſuis morem geſſiſſe.

6. Poſteà tamen afflatu Romani tripodis actos, perſuaſione, minis, promiſſis & prædæ Palatinæ participatione, adductos, totos ſe Cæſaris ac Bavari nutibus accommodaſſe.

7. Quid autem de ejuſmodi judicibus & aſſeſſoribus, qui dubitent, quid pronunciare debeant, (περιστωμαλίων) ſint, flexibiles, pro commodo ſuo judicii inclinent lancem, ſententias ſeorſim dicant, extraque curiam decernant:

8. Quid

8. Quid etiam de tali proceſſu, ubi præcipitanter omnia acta, nullo ſervato juris ordine, odio in hanc, in alteram partem gratiâ prævalente, judicandum prolytas noſſe, & ſubindè hoc ipſo libro deductum.

9. Tertiò animadvertendum, Moguntinum & Trevirenſem Præſules ſemet quidem ipſos Mediatores conſtituiſſe, eâ tamen præcautione, ut ipſis etiam quid ex Palatinis ſpoliis accederet.

10. Bonos ſanè (ſcilicet) judices, æquos certe Mediatores, emolumento jura exæquantes.

11. Pronunciantes hæſitabundos Διαπρηπτικῶς καὶ σὺν ἀμφιλογίᾳ.

12. Quartò, obelo notandum quod Caraffa dicat, Fratrem Friderici arma geſſiſſe, quod falſum ſit.

13. Quintò, Electorem Saxoniæ ideò tantum emanſiſſe, ut apud ſuos excuſatus eſſet; ideoque ſalſam cauſam emanſionis ſuæ præſtruxiſſe.

14. Sextò, dicere Caraffam, ſe multa arcana ſtudio reticere; ſi itaque illa quæ palam ſecerit, nulla & illegitima ſint, qualia illa præſumenda, quæ occulantur?

15. Denique tenendum Cæſarem & Bavarum contra expreſſam declarationem & cautionem, quam Regibus Angliæ & Daniæ, Electoribus & Principibus Imperii, Liberis & Agnatis Friderici publicè dederint, feciſſe:

16. Dum paulò poſt clandeſtinis pactis Electoratus Bavaro hæreditariò & perpetuo jure addictus fuerit.

17. In relatione ſolemnitatum, quibus Bavarus in ſolium Septemvirale collocatus fuerit, omiſiſſe Caraffam rem notatu dignam, quæ in peragendo ritu contingeret.

18. Bavaro ante Imperatorem inveſtiendum congeniculante, ſubitò è fornace flammam erupiſſe; præſagium evidens incendii ex eâ tranſlatione in Europâ concitati.

19. Jam ad Literas Caraffæ, quas nomine publico ut Romani Pontificis Internuncius ſcripſerit, accedamus:

20. Ac primum ad reſponſum, ad Cardinalem Ludoviſium de propoſitionibus Comitis Ognatenſis.

21. Dein ad literas exaratas ad Hyacinthum Monachum, qui clàm à Cæſare, Bavaro, Papâ & Nuncio in Hiſpaniam miſſus fuerat, ad obtinendum Regis conſenſum in negotio tranſlationis Electoratûs.

22. Tum ad aliam ejuſdem epiſtolam ad Archiepiſcopum di Patras.

23. Ex quibus tanquam authenticâ Caraffæ relatione luculenter appareat, quam libenter & verſutè totum negotium tàm proſcriptionis Friderici,

24. Quàm tranſlationis Electoratûs in in Bavarum inchoatum actumque fuerit.

25. Quantaque ſollicitudo adhibita in eo tùm promovendo, tùm occultando.

26. Tantum itaque abfuiſſe ut omnes aut major pars Electorum & Principum in judicium fuerint advocati, ut ne unus quidem dignus fuerit habitus, qui in conſilium & communionem admitteretur.

27. Imò etiam non omnia cum Oratore Hiſpanico communicata fuiſſe:

28. Ipſiq; Ognatenſi Cæſ. diffiſum eſſe.

29. Deindè perſpicuè nos docere Caraſſam, Cæſarem, Bavarum, Hiſpanum, Papam, geminum ſcopum in opprimendo Friderico & Bavaro in ejus locum evehendo habuiſſe, communem & particularem.

30. Communem eò directum, ut Friderico Hæreſiarcharum Anteſignano everſo, & Catholico Principe ſubſtituto, Proteſtantes in Imperio coërcerentur:

31. Religionis libertas antiquaretur:

32. Pontificia verò introduceretur:

33. Et ſummi Pontificis-juriſdictio ſtabiliretur.

34. Peculiarem: ut Auſtriaci dominationem hæreditariam Imperialis diadematis ſibi aſſererent;

35. Ut Ferdinandus Auſtriam oppignoratam permutatione Electoralis Palatinatûs redimeret:

36. Ut Hiſpanus cis-Rhenanas in Inferiore Palatinatu terras, pedemque indè in Imperio fixum haberet;

37. Quo facilius Batavos ſubjugare poſſet.

38. Ut Bavarus latifundia ſua amplificaret & φιλαρχίαν ac φιλαργυρίαν expleret.

39. Ut Papa & Præſules potentiam & tyrannidem ſuam ſuaque luxûs ſubſidia, proventus nempè, prolatarent.

40. Non igitur Fridericum cum ſuis oppreſſum, quod id juſtitia & ſalus Reipublicæ requireretur:

41. Sed quia Auſtriacorum, Papæ, Bavari privatim intereſſet, quibus inde magnum incrementum accederet.

42. Nullam proinde juris rationem habitam:

43. Nec ejus mentionem in judicio, conſiliiſque factam fuiſſe.

44. Prætereà Caraffam nos docere, in quam parvâ exiſtimatione Elector Saxoniæ & Lutherani apud Pontificios ſint:

45. Bavarum verò tanti eos facere, ut eum Catholicos ad ſuam utilitatem promptum habere, & quo velit flectere poſſe, dicat.

ATque hæc quidem Cataffa in ſuo commentario; in qui-
bus multa animadverſione digna obſervare licet. ſed pau-
ca iſta ſequentia, quæ velur patva quædam miſſilia in
thearrum ſpargere volumus, in præſentiarum ſuffecerint.
Primò, autem advertendum occurrit, quod omnia, pri- 1.
vatio præſertim & proſcriptio Fridetici, & promotio Ba-
vari ad Electoratum, rum negotium reſtaurarionis Roma-
næ Pontificiæ, & oppreſſionis Euangelicæ religionis, conſilio & directio-
ne ipſiusmet Caraſtæ tanquam Nuntii, ex mandato & ptæſcripto Ponti-
ficis, cujus cognitio & judicium in condemnando & proſcribendo Ele-
ctote Imperii, & novo creando adhibetur, non ſine ſummo Germanæ li- 2.
bettatis, antiquorum inſtitutorum, legum fundamentalium, & ipſiusmet
Imperatoris & Imperii, Ordinumque contemtu, probro, ignominiâ &
conrumeliâ. Pontificis auctoritas, juriſdictio, tytannis tot ætatibus, & à
Majoribus ex Impetio proſcripta & eliminata, nunc hâc noſtrâ tempeſta-
te, ptoh dolot! admittitur & tecipitut in perniciem & everſionem har-
moniæ, cum tantâ ſoleritiâ, dexteritate, & labote fundaræ. Quid indi-
gnius & mirius eſſe poteſt? Quid Germanis ignominioſius, & apud Poſte-
ros inexcuſatius? quod, infandum! Romanâ in ſede Sacetdos Palatinum
Comitem, columnam Imperii, & Apicem inter Ordines, & Teutonicæ li-
bettatis columen, ſuâ ſententiâ in ipſo Imperio condemnare, enm pro-
ſcribendum, & Electorali dignitate privandum, eamque Duci Bavariæ
dandam & confetendam eſſe, ptæcipete, otdinare, & ſtatuere auſit! Quod
denique Miniſtet ejus & cliens coram toto Chtiſtiano orbe jactare & glo-
riari præſumat ſe plurimum in procurando & efficiendo iſto negotio,
quod Pontificibus Romanis potiſſimùm acceptum ferri debeat, laboraſſe
& deſudaſſe. Et ſanè hæc jactantia non eſt vana: niſi enim Sedes Tarpeja au- 3.
ſpicia ſua accommodaſſet, & pet Nuntios ſuos cum tanto ardore & vehe-
mentia rem urſiſſet, Cæſarem confirmaſſet, & excitaſſet, Electores Eccle-
ſiaſticos à metu abduxiſſet, milirem & pecuniam in auxilium addixiſſet,
Bavatus non tàm facilè & citò mitram Septemviralem adeptus fuiſſet: me- 4.
ritò igitur Papam pro creatore ſuo agnoſcere tenetur.

Deindè advertendum, Infulatos Principes, in conventu Ratisbonenſi 5.
diverſa ſenſiſſe in principio, & non ſtatim per omnia Cæſaris & Bavari vo-
luntati morem in ſenrentiis ſuis geſſiſſe; ſed fluctuaſſe animi incertos, &
quid determinare deberent addubitaſſe, ac proindè cenſuiſſe, cæteros in
idem judicium & deliberationem vocatos exſpectandos eſſe; ita ut Caraffa,
Papalis Orator timiditatem, & perplexos eotum animos ſæpius arguere, eis
metum eximere, & ſpiritus addere neceſſe habuerit: poſtea tamen afflatu 6.
Romani ttipodis actos, perſuaſione, metu, minis, promiſſis, & rei privatæ
ſtudio & participatione prædæ Palatinæ adductos & allectos ſentenrias ſuas
mutaſſe, & ſe totos Cæſaris, Bavari & Papæ nutibus accommodaſſe; ptæ-
ſertim cum quilibet eorum ſeotſim ad Imperatotem, ex ſuggeſtione Nun- 7.
tii, evocatus & interrogatus fuiſſet. Quid autem de ejuſmodi judicibus &
Aſſeſſoribus, qui ſibi non conſtanr & dubitant, quid pronunciare debeant;
qui flexibiles ſunt, & perſonas reſpiciunt, qui ad partis potentioris arbi-
trium & deſiderium ſuffragia ſua accommodant, qui pro commodo ſuo
lancem judicii inclinant, & eò, quò utilitas vocat, flectunt; qui ſententias
ſuas ſeorſim indicant, & extra Curiam decernunt: quid deindè de tali pro- 8.
ceſſu, judicio & ſententiâ, ubi ptæcipitanter omnia acta, nullus ordo juris
obſetvatus, ubi odium in hanc, gratia in illam partem prævaluit & emo-
lumentum ex condemnatione & judicaro movit & impulit, judicandum &

ſentiendum ſit, hoc vel prolytæ & dupondii notunt, & in jute obvium eſt, noſque ſubinde in hoc libro & alibi deduximus.

9. Tertiò animadvertendum, Moguntinum & Ttevirenſem Præſules, ſemet quidem ipſos tanquam Mediatores, *ita eos Caraffa nominat*, conſtituiſſe, & ad Cæſaris ſententiam de transferendo in Bavarum Electoratu reſtringendam, & ad liberorum atque Agnatotum Friderici juta conſervanda, aliquam oram inveniſſe, & in medium ptopoſuiſſe; hâc tamen ptæcautione uſos fuiſſe, ut ipſis etiam aliquid ex ſpoliis Palatinicis, ea ptæſertim quæ ipſorum Anteceſſores oppigneraverint, adjudicaretur & accederet: nimitum Moguntino Præfectura viæ Montanæ, vulgò Bergſtraß indigitata; Ttevirenſi aliquot villæ & fundi in agro Spirenſi, aſſignatentut &

10. tradetentur. Boni ſanè, ſi Diis placet, judices, & omni ejuratione majores; æqui & integri Mediatotes, qui ſui quoque commodi rationem ha-

11. bendam eſſe arbitrantur, emolumento jura exæquantes! Qualis, amabô, hæc ſententia eſt, dum pronunciant hæſitabundi διαπρηλικῶς καὶ σὺν ἀμφιλογίᾳ: Si Cæſar omninò vellet transfetre Electoratum, neque id Aureæ Bullæ & Regiæ obligationi tepugnate exiſtimatetur, ſe togare ut Cæſar rem ita moderaretur, ne Liberi & Agnari Friderici prorſûs jure ſuo privarentut? Si ſinceri judicis & mediatoris officio defungi voluiſſent, debuiſſent planis & liquidis verbis enuntiare, quid ipſi ſentirent, quid legibus, juri, & Autcæ Bullæ conſentaneum, quidvè in iis deciſum & determinatum eſſet, judicatent in conſcientiâ & intellectu ſuo: ſed quia Cæſar, Papa, Nuntius & Bavarus hoc non petietunt, ut nimitum ſecundum jura, juſtitiam & æquitatem ſtatuerent & decernerent; ſed ut approbatent & laudarent, quod Quatuotviri iſti ptidem conſtituiſſent, ordinaſſent & diſpoſuiſſent, ideò illorum ptæceptis & voluntatibus obſequi, magis tutum, utile & conſultum judicarunt, quàm juſta & veta ptomendo, & liberè juxta legum notmam ſententias dicendo, offenſionem eorum incurrere, memores veteris illius veriverbii, Obſequium Amicos, Veritas odium parit.

12. Quartò obelo notandum, quod Caraffa dicit, Fratrem Ftiderici arma geſſiſſe, & legioni præfuiſſe; ac proinde jute ſuo ſucceſſionis ptivari meruiſſe: Nam falſum eſt, quia Princeps iſte Ludovicus Philippus nulli ſe bello unquam implicuit, aur arma induit; nec Cæſarem vel minimâ in re offendit.

13. Quinto Electotem Saxoniæ non ideò emanſiſſe, *ait Averſanus*; quod tranſlationem Electoratûs in Bavatum & Proſcriptionem Friderici reverâ improbaſſet; ſed ut apud ſuos excuſatus eſſet, ideò falſam cauſam emanſionis ſuæ præſttuxiſſe, Ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει, *ait Achilles Vlyſſi Iliad.* 1.

14. Sextò dicit Antiſtes ſe multa atcana, quæ in hoc tranſlationis negotio obſervari poſſent, ſtudio teticere: ſi ea quæ palam ptorulit, & in publicam lucem evulgavit, nulla, illegitima, juti & juſtitiæ boniſque motibus & datæ fidei contraria ſunt; qualia illa ptæſumenda ſunt, quæ tenebris abſconduntur, teguntur & occuluntut? πᾶς ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ. *Iohann.* 3. *v.* 20.

Quod ad Electotis Saxoniæ & Brandebutgi vota, ſententias, exceptiones & confutationes quas contra Proſcriptionis proceſſum, & tranſlationem Electoratûs oppoſuetunt, eas conſummatiores & cumulatiores in Proto-

15. collo Moguntinenſi, & in actis publicis reperies. Deniqı hoc mente tenendum, Cæſarem & Bavarum contra expreſſam declarationem ſuam, contta fidem & cautionem, quam Regibus Angliæ & Daniæ, Electoribus & Principibus Impetii, Liberis & Agnatis Friderici, publicè & per diplomata dedetunt, Bavato nempè inveſtitutam Electoralis dignitatis, ad dies vitæ

tan-

tantum conceſſam & traditam, reſervato Liberorum & Agnatorum jure, 16.
de quo vel amicè tranſigendum, vel in judicio diſceptandum eſſet, feciſſe, dum paulò poſt clandeſtinis pactis & conventis Electoratus cum ſuperiore Palatinatu & quatuor præfecturis in inferiore litis, Bavaro hæreditario & perpetuo jure, per æs & libram titulo emtionis & venditionis addictus, & in ſolutum datus fuit, juribus Agnatorum ad Thraces ablegatis & exploſis. Nulla hîc juſtitiæ, æquitatis, honeſtatis, promiſſionis & fidei ratio habita, nulla mentio facta fuit: ſed ad id ſola utilitas, & privatæ rei ſtudium impulit, & movit, ut nimitum Cæſar Auſtriam ſuperiorem Bavaro oppignetatam redimeret, & creditori ſuo ſatisfaceret, pignus luendo, & expenſas in bellum factas refundendo. Ob hanc cauſam Fridericus, ejus Liberi & Agnati fortunis, dignitatibus, juribus evolvendi & privandi erant in perpetuum, ut ea Bavaro cederent & venderentur jure hæreditario & proprio:

—— Sanctitas, Pietas, Fides,
Privata bona ſunt: quà juvat Reges eant.

Trag. Senec. in Thyeſt.

In relatione ſolemnitatum & ceremoniarum, quibus Bavarus in ſolium 17.
Septemvirale collocatus fuit, omiſit *Caraffa* rem notatu dignam, quæ in
peragendo ritu contigit: Dum novus Elector mitrâ & trabeâ Septemvirali 18.
indutus ante Imperatorem conferentem inveſtituram congeniculare, ſubitò è fornace nimio igne, propter adgeſta ligna, repletâ, flamma erupit, quæ ſi non extemplò obſervata & extincta fuiſſet, totum conclave deuſſiſſet, & hominibus magnum damnum dediſſet. Hoc ſcilicet præſagium evidens erat, tranſlationem illam Electoratûs & Bavari ambitionem tale incendium in Europâ concitaturam, quo univerſa Reſp. Chriſtiana conflagratura & arſura eſſet.

Jam tempus eſt, & ordo poſtulat, ut ad *Caroli Caraffæ literas*, quas in 19.
hoc negotio tranſlationis Electoratûs, nomine publico, ut Romani Pontificis Internuncius ſcripſit, accedamus: ex iis hæc quæ ſequuntur excerpere operæ pretium duximus; quia ea, quæ ſubindè inculcavimus declarant & probant, noſtroque ſcopo verificantur. *Scripſerat Cardinalis Ludoviſius ad Caraffam Nuntium* de propoſitionibus Comitis Ognatenſis Oratoris Hiſpanici, quibus arctius ad bellum continuandum fœdus inter Papam & Cæſarem, tum XV. centena aureorum millia ad ſuperiorem Auſtriam, Bavaro oppignetatam, redimendam mutuò à Papâ petebantur: inter alia Ludoviſius hæc verba addiderat: Nam ſi, *inquit*, Duci Bavariæ Palatinatus, vel pars ejus concedatur, vel Electoralis ſaltem dignitas, facilimè Auſtria illo onere liberabitur, nec opus erit ut ſponſores Palatini ſumtus factos Bavaro refundant. Longè etiam juſtius, majorique cum utilitate conjunctum eſt, Principem aliquem Catholicum poſſeſſorem eſſe Palatinatûs, quàm in illum reſtitui caput Calvinianorum, & principem Imperatoris æmulum, perpetuumque inimicum Domûs Auſtriacæ. Tandem concludendo: Quocirca, *inquit*, longè conſultius eſſet, manere Palatinum omnimodò oppreſſum, & perditum, & augeri Catholicorum vires, ſi inimicos minus potentes habeant. *Ad has literas Caraffa 2. Octobr. anno*
M DC XXI. *Viennæ reſpondens inter cætera ſic ſcribit:* Quod verò attinet ad 20.
modum quo Auſtria ſuperior pignoris nexu liberari poſſit, res eſt clara, à Cæſare neque breviorem, neque minus incommodum reperiri poſſe, quam ut in Bavarum vocem Electoralem unà cum Palatinatu ſuperiore conferat (quoniam Hiſpani putant Ducis prætenſiones eſſe exorbitantes, quas tamen, ut ſpero in Deum, Pater Hyacinthus ad terminos æquabiles reducet) & quis rectius poſſet in pecuniâ numeratâ illam ſummam quæ

Bavaro ad ſolutionem totius crediti debetur, addicere, quam Hiſpani: *Paulò poſt:* Inſuper credendum eſt, ſubditos illos, qui iniquo animo ferunt jugum Bavaricum, ut ſub mitem Auſtriacorum Dominum redeant, libenter
21. magnam pecuniæ ſummam collaturos eſſe. *In literis ad Hyacinthum Monachum*, qui clàm à Cæſare, Bavaro, Papa & Nuntio in Hiſpaniam miſſus fuit ad obtinendum conſenſum Regis Philippi in negotio tranſlationis Electoratus, hæc notanda ſunt: Rogavi, *inquit*, Majeſtatem ſuam, ut res in ſecreto haberentur; Et dixit mihi, ut illa eo magis ſecreta tractaretur, ego ſcribam propriâ meâ manu, quemadmodum jam feci, uſque ad involucrum. *Paulò poſt:* Majeſtas ſua inter colloquium quod habuit de illis literis, pervenit etiam ad negotium principale, in ſpecie ad Bavariæ Ducem, & inter multa particularia mihi dixit, quod non tantum ut res occulta maneret, verum etiam ut demonſtraret, quantum ſibi Bavariæ Ducis emolumentum cordi eſſet, propriâ ſuâ manu ſcripſerit. Nam Bavaro ſe deſiderare ſatisfacere, uſque ad effuſionem ſui ſanguinis; ſed progrediendum eſſe cum magnâ circumſpectione. *Iterum.* Et ego quidem, *inquit*, urgeo, ut bellum ſtrenuè promoveatur, quamvis dubitem an hoc neceſſe ſit, cum amici noſtri conſtituerint perficere, quod Comes Zollerenſis Bavariæ Duci per miniſtrum quendam Cæſareum propoſuit. Rev. V. intelligit, quid dicam. Ego ubique famam ſparſi Rev. V. iter convertiſſe in Italiam, & uſque nunc non reſciverunt aliud. Elapſo aliquo temporis ſpatio indicabo rem Comiti de Ognata. In aliâ ad eundem Hyacinthum epiſtolâ hæc obſervari operæ eſt pretium: Dicebat, *inquit*, Cæſarea Majeſtas in fine epiſtolæ, non enim totam legi voluit, ſcribere Ducem Bavariæ meritum ſe eſſe tam præclarâ operâ (occupatione totius ſuperioris Palatinatus redactæ in poteſtatem Cæſaris,) ut viciſſim Cæſar ſibi gratificaretur, & perficeret defenderetque, quod ipſi promiſiſſet; unde ſua Majeſtas omnium Conſiliariorum ſententias expetiit, & cuncti uno ore hoc reſponderunt: Hoc rationi & æquitati conveniens eſſe; & ita mandatum fuit, ut conſularetur de modo, quomodo in perficiendo agendum eſſet: Hæc omnia R. V. pro informatione ſerviant, ſimul etiam ſciat, & quas prætenſiones Comes Ognatenſis habeat pro coronâ Hiſpanicâ in illo negotio, quamvis non ita apertè mihi rem indicaverit. Nam illum V. R. probè novit. Prima eſt reſtitutio Auſtriæ, & ut ſumtuum bellicorum loco Bavaro concedatur vox Electoralis unâ cum Palatinatu ſuperiore, cujus reditus expenſas illas longè ſuperant, ut Comes Zollerenſis mihi retulit. Ut Palatinatum inferiorem retineat Corona Hiſpanica pro ſumtibus belli, & denique ut arctiſſimum fœdus fiat inter Imperatorem, Hiſpanum, Bavarum & Pontificem, atque ligam Catholicam, ad defenſionem totius illius negotii, ſic ut neque hoſtes, neque qui neutrales ſunt, multum animi ad ſe opponendum habere poſſint, etiam ipſe Saxo. Nam ſi illo modo res agatur, ſecundum Comitis Ognatenſis ſententiam, non adeò voluntas illius neceſſaria, aut potentia æſtimanda. *Paucis lineis interjectis:* Hæc omnia, *inquit*, Reverentiæ veſtræ perſcribere volui, ut nihil illam lateat, & quoniam ego vereor, neque Comitem de Ognata, neque miniſtros ipſius ullo unquam tempore conſenſuros in tranſlationem Electoralis vocis in Bavarum, niſi adductos utilitate propriâ, nimirum ut Palatinatum inferiorem habeant, ſtatum tanti momenti pro domo Auſtriacâ, tam reſpectu Belgii quam Germaniæ: Cum illo pacto neque Proteſtantes juvare Hollandos, neque hi illos amplius poſſint; & Rex Belgium, & Imperator Germaniam in poteſtate ſuâ habituri ſint. Sed iterum dico, niſi Hiſpani illud lucellum habuerint, me non credere, illos unquam permiſſuros vocem Electoralem Bavaro, quamvis aliud dicant & loquantur. Et quantum ad religionis zelum

ſum attinet, parum intereſt, ſive Hiſpani illum habeant, ſive alius, modò ſit Catholicus. Quantum verò ad me, credo, qualis nunc eſt ſtatus Germaniæ, Galliæ & Belgii, licet Hiſpani inferiorem Palatinatum teneant, indè motus vix orituros: & quamvis exiſterent, non tamen majores futuros illis, qui erunt, quando Palatinus conabitur aliquid tentare cum Amicis & Cognatis ſuis. Et ſic res eodem redit: Rev. Veſtra prudentiâ & experientiâ me ſuperat, & hæc cuncta pro informatione illi ſervire poſſunt. Nam prout in Hiſpania cantabunt, ita ſaltare poterimus, & credat mihi rem omnem iſtinc dependere. Nam in hâc aulâ optima eſt intentio & voluntas; ſed metus & indigentia ingens. *In aliâ Epiſtolâ ad Archiepiſcopum di Patras Nuntium Papalem in Bruxellenſi aulâ:* Adeò benè, *inquit*, diſpoſita eſt Sua Cæſarea Majeſtas ad conferendam vocem Electoralem in Ducem Bavariæ, ut de ipſius intentione nullo modo dubitandum ſit. Verùm Illuſtriſſima Dominat. veſtra pro certo habeat, quod totius illius negotii determinatio omnimodò dependeat ab Hiſpanis; quod ego affirmare non auderem, niſi ipſe Dominus ab Ekenberg mihi hoc arcanum credidiſſet, quod niſi obſtaret, & præterita & præſens Hiſpanorum oppoſitio, res ab Imperatore jam deciſa foret. Omnes mehercle vires ſuas Hiſpani adhibent, cum alia effugia non habeant, ut oppoſitionem quam Bavaro faciunt, tegant prætextu Electoris Saxoniæ. Sed hæc eſt rei veritas: diſplicere ipſis dicti Ducis potentiam, & quod velint ſine moleſtiâ ulterioris belli retinere Palatinatum inferiorem. Cumque metuant ne Saxo, qui Conſtitutiones Imperii, quæ peregrinos & exteros in Imperio non admittunt, ſingulari zelo conſervati cupit, deſideriis ipſorum ſe opponat, omnibus modis ipſius animum ſibi devincire & placare ſtudent ac volunt, ut ſaltem apparenter ipſi ſatisfiat. Caſu verò, quo ille alienetur & adverſarius exiſtat, illo ſingulari artificio toti Orbi perſuadere nituntur, ejus rei veram cauſam non fuiſſe, quod ipſi Palatinatum inferiorem retinent, ſed quod vox Electoralis in Bavariæ Ducem collata fuerit. Ut igitur hanc ipſis excuſationem eriperet, profectus eſt, quamvis ſub alio prætextu ad Saxoniæ Ducem nuper Archidux Carolus, & brevi expectamus ejus reſponſum, quod ob multas circumſtantias ſperamus fore commodum. Quod ſi illud vel indifferens, vel neutrale, ſaltem non apertè contrarium fuerit, tum opinio eſt, & ego omnem movebo lapidem, ut Imperator ſine ulteriori dilatione pro Bavaro ſe declaret, maximè quod ipſe Comes de Ognata jam oſtenderit, Regem Hiſpaniarum jam aſſentiri, ut Electoratus concedatur Bavaro, modò ne Saxo alienetur ac repugnet. Verùm quia nos, etiam non repugnante Saxone pertinaciam Ognatenſis metuimus, idcircò Patrem Hyacinthum quàm ſecretiſſimè in Hiſpaniam ablegavimus, ut ibi actionibus iſtius Ognatenſis, & Digby, Legati Anglici, qui ad aulam illam profecturus eſt, ſe opponat. Et Imperator ſuâ propriâ manu nulli mortalium rem communicans, ſcripſit ad Regem Hiſpaniæ, Dominum Balthaſarem de Zuniga, & ad Infantem Monialem in favorem Patris & negotii, & iſtæ literæ ſub involucro ad Nuncium Hiſpaniæ colligatæ cum his adferuntur, quas rogo Illuſtriſſima Veſtra Dominatio primâ quâque occaſione, quæ ſe offeret, tranſmittat. Plurimum ſane Hiſpanis accedetet, tàm ut modum ponant Bavari potentiæ, quàm reſpectu rerum in Belgio, ut Palatinatus inferior, in illorum poteſtate maneat, & quantum ad noſtras intentiones, unum & idem eſt, ſive illos habeamus ſive alium Principem Catholicum. Quamvis etiam, ne ex illo facto bellum in Imperio exoriatur, quidam vereri poſſent: nihilominus præſens rerum ſtatus non admittit ut multum timeamus. Nam quantum ad Catholicos attinet, illos Bavariæ Dux ad promovendam utilitatem ſuam facilè tranquillare poteſt,

& ſine ipſo reliqui, utpotè ex majori parte Eccleſiaſtici, nunquam ſe movebunt. Calviniani verò jam ſuâ unione ſolutâ diviſi ſunt, nec poſſunt eos incitare correſpondentes ipſorum in Galliâ & Hollandiâ, cum in illis utriſque locis ipſimet verſentur in periculo ſuarum rerum. Rex Chriſtianiſſimus, dum diſtractus eſt in ſubditis ad obedientiam reducendis, non poteſt autem præbere, qui conſulere ipſi vellent, ut creſcenti Hiſpanorum potentiæ in Germaniâ ſe opponeret. Lutherani verò & neutrales, nec vires habent, nec animos; ſic ut exiſtimem, Hiſpanos jam habere magnam opportunitatem, ut conſequantur propoſitum ſibi ſcopum. Abſque quo ſi ſit, perſuadere mihi non poſſum, ipſos permiſſuros, ut Bavarus quidquam obtineat, non obſtante, quod anno prætetito Moguntiæ Marchio Spinola in præſentiâ Cardinalis Zollerenſis affirmaverit, omnino adverſari menti & mandato Regis Catholici inveſtituram Palatinatûs inferioris, quam illi Comes de Ognate procurari vellet. In ſumma: ſtatus hujus negotii talis erit, qualem Illuſtriſſima Dominat. veſtra intelligit, & tantum etiam ex ſermonibus jam dicti Legati Hiſpanici colligitur, aſſenſuros Hiſpanos, à quibus omnia dependent, ut tota rei deciſio concludatur quatuor iſtis capitibus.

Primò ut Bavarus Auſtriam ſuperiorem reſtituat. Secundò ut ille ratione ſumtuum ſactorum vocem Electoralem unà cum ſuperiore Palatinatu habeat, cujus reditus cum ſumtus illos ſuperent, hoc pacto contentus erit Bavarus. Tertiò ut Hiſpanis concedatur Palatinatus inferior, & ut Bavarus renunciet & cedat cunctas prætenſiones, quas reſpectu vocis Electoralis ad illum ſtatum habere poſſet; & quas intelligo tantum eſſe de quatuor locis non adeò magnis. Quartò ut fœdus ineatur inter Ligam Catholicam, ſuam Majeſt. Cæſaream & Regem Hiſpaniæ offenſivum & defenſivum, contra quemcunque qui vellet ſe prædictis rebus opponere. Quod ſupereſt, Illuſtriſſima veſtra Dominat. pergat, ut Sereniſſimam Infantem & reliquos miniſtros in illâ aulâ rectè inſtruat, ipſiſque perſuadeat, ut benè ſperent de Saxone, qui non eſt Princeps tanti animi aut virium, ut multum de ipſo metuendum ſit; vereri autem motum & ſeditionem aliis in locis hoc tempore, ſuſpicio eſt ſine fundamento. *In Poſtſcripto:* Hoc, *inquit*, addere debeo, cum Hiſpanorum intentio de Palatinatu inferiori ſit, quæ diximus, tanti non facient Electoris Saxoniæ declarationem, uti nunc præ ſe ferunt. Et ob eam cauſam fœdus illud expetunt, ut poſſint parta tueri ſine magno ſuo incommodo in Belgio. Et quoniam hæc nonnihil prolixiora ſunt, ut nullis characteribus aut numeris in ſcribendo uſus ſim, idcirco Illuſtriſſimam Dominat. veſtram rogo, ut ſimul atque hanc epiſtolam legerit, & præcipua capita ſibi annotaverit, quæ pro oblatâ occaſione diligenter obſervet, illam in ignem conjici curet: cum nullo modo conſultum ſit ut alii, quæ in illo negotio acta ſunt, aut alias etiam res illud concernentes videant, aut ſciant.

23. Ex hac ingenua, liberâ & ſingulari atque authentica teſtificatione, declaratione & relatione Caroli Caraffæ qui ipſe rebus, de quibus agitur non ſolùm interfuit, ſed & præfuit, atque ideò ex certâ ſcientia loquitur, evidenter iterum & ὀφθαλμοφανῶς apparet, quam latenter, ſecretò, & clàm, quàm aſtutè, callidè & verſutè, totum hoc negotium,
24. tàm Proſcriptionis & privationis Friderici, quàm tranſlationis Electoratûs in Bavarum, inchoatum, actum, geſtum & ductum fuerit, quantaque
25. ſollicitudo, ſtudium, cura & induſtria adhibita in eo tum promovendo, ac-
26. celerando & exſequendo, tùm in occultando & obtegendo. Tantum abfuit ut omnes aut major pars Electorum & Principum Imperii, ſicut in re tanti momenti, quæ communem omnium ſalutem ſpectat, leges requi-

requirebant, in cognitionem & judicium fuerint advocati, aut illorum ſen-
tentia & opinio interrogata: ut ne unus quidem dignus habitus ſit, qui in
conſilii communionem & ſocietatem admitteretur: imò etiam non omnia 27.
cum Oratore Hiſpanico qui tum tamen in aulâ Cæſareâ τὸ πάντα erat, &
prædominabatur, communicata fuerunt. Cum enim Cæſar, Bavarus,
Papa & Caraffa cucullionem Hyacinthum in Hiſpaniam ad impetrandum
Regis illius conſenſum in negotio tranſlationis Electoratûs mitterent, il-
lud iter clam habuerunt Oratorem, quem ut cautius fallerent, ſparſerunt
famam, Hyacinthum in Italiam profectum eſſe. Diffidebant enim Ogna- 28.
tensi, tanquam minus faventi Ducis Bavariæ partibus, animadvertendo
eum non tàm facilè approbaturum tranſlationem Electoratûs, propter
utilitatem quam Rex ipſius ex amicitiâ Angli, quem nimium offendere &
per omnimodam Generi ejus oppreſſionem irritare, imprudentiæ eſſe O-
rator autumabat, conſequi & percipere ſolear. Deindè perſpicuè & 29.
planis verbis nos docet Caraffa, Cæſarem, Bavarum, Papam, Hiſpanos
geminum ſcopum in proſcribendo & opprimendo Friderico, & Bavaro
in ejus locum & dignitatem evehendo habuiſſe, communem unum omni-
bus, alterum cuique particularem: Communem eò directum, ut Friderico 30.
tanquam Hæreſiarchatum Antesignano & Protectore, ac præcipuo incre-
menti Pontificiæ dominationis obice, everſo & è medio ſublato, & Princi-
pe Catholico ſedi Romanæ obnoxio ſubſtituto, Palatinatuque ſubjugum
Papale redacto, Proteſtantes in Imperio Ordines coërcerentur, & in or-
dinem redigerentur, religionis Euangelicæ tanquam pernicioſæ ſectæ li- 31.
bertas antiquaretur, Romana verò Pontificia ſacra ubique introduceren- 32.
tur, & ſummi Pontificis juriſdictio & poteſtas oſtenderetur & ſtabiliretur. 33.
Peculiarem: ut Auſtriaci ſucceſſionem & dominationem hæreditariam 34.
Imperialis diadematis ſibi aſſererent & tuerentur, ut Ferdinandus Au- 35.
ſtriam oppigneratam permutatione Electoralis Palatinatûs redimeret, &
debita ſua alienis bonis compenſaret, ut Hiſpanus Ciſrhenanas in Inferio- 36.
re Palatinatu terras, pedemque inde in Imperio fixum haberet, quò faci- 37.
lius Batavos commoditate viciniæ & amicæ Germaniæ orbatos opprimere
& ſubjugare poſſet: ut Bavarus latifundia ſua & opes amplificaret, ſuam 38.
ambitionem, φιλαρχίαν καὶ φιλαργυρίαν expleret: ut Papa & Patres cau- 39.
ſiati, præſuleſque potentiam, auctoritatem, tyrannidem ſuam, ſuoſque pro-
ventus & ſubſidia luxûs, beneque vivendi & genio indulgendi commoda
exaugerent, & prolatarent.

Non igitur Fridericus & ejus Liberi, Agnatiq;, fortunis, ditionibus, feudis 40.
& dignitatibus ideò evoluti & orbati fuerunt, quia id juſtitia, leges, jura, ſa-
lus Reipublicæ requirebant, & flagitabant: ſed quia, Auſtriacorum, Papæ & 41.
Bavari privatim intererat, quibus ex oppreſſione Comitis Palatini, prima-
rii inter Euangelicos Electoris, & ex ruinâ ejus ſociorum, tum ex opimis
Palatinicis ſpoliis ipſis magnum incrementum potentiæ & magnitudinis
eſſet acceſſurum, ac proinde ne minima quidem juſtitiæ & juris ratio ha- 42.
bita, nec mentio in deliberationibus, in judicio, in conſiliis facta fuit. Sed 43.
omnia argumenta & rationes, quæ ad condemnandum, & ad dividendam
condemnati prædam movebant & impellebant, merè in ſcopo prædicto
communi & peculiari conſiſtebant.

Prætereà Caraffa nos docet, in quàm parvâ exiſtimatione Elector Sa- 44.
xoniæ & Lutherani apud Pontificios ſint, dum illius voluntatem & po-
tentiam in negotio tranſlationis Electoratûs non attendendam nec æſti-
mandam eſſe ſcribat, cum non ſit tanti animi aut virium Princeps, ut
multum de ipſo metuendum ſit: hos nec vires nec animos habere aliquid
movendi, aut Cæſaris nutibus opponendi; quod utrumque experientia
compro-

45. comprobaſſe videtur. Bavarum verò tanti facit, ut eum Catholicos ad ſuam utilitatem promtos habere, & quo velit flectere poſſe, cum ab illo toti, præſertim Eccleſiaſtici dependeant, nec ſe movere ſine ipſo ſoleant, dicat.

Caput XXXIX.

ARGUMENTUM.

In hoc Capite ipſe Ferdinandus Imperator cum ſuis literis producitur, ex quibus manifeſtè patet, Fridericum R. propterea oppreſſum, ne in florenti relictus ſtatu, authoritate ſuâ & potentiâ, incrementum Papatûs & dominationem Domus Auſtriacæ remoraretur, tum ut ipſius ſpolia cederent Bavaro in recompenſationem meritorum: quæ Ferdinando ſe eâ conditione præſtiturum is in ſe recepiſſet, ut Electoratûs Palatinus ſibi pro remuneratione foret. Præterea ideo eſſe proſcriptum, cum ultio quæſtui, gratia autem oneri eſſe ſoleat.

Enixam inſuper in transferendo Electoratu in Bavarum voluntatem ſuam multis verbis & argumentis hæ literæ declarant.

Præterea Cardinalis Ludoviſius cum ſuis literis exhibetur, quæ horrendis fulminibus, in innocentem Fridericum R. emiſſis, refertæ ſint.

CONSPECTUS.

1. JAm inſpiciendum eſſe, quid ipſe Ferdinandus Imperator propriâ ſuâ manu ſcribat, cur Fridericum proſcripſerit & attriverit, Bavaroque Electoratum addixerit.

2. In literis ſuis ad Balthaſarem Zunigam Regis Hiſpaniæ præpotentem adminiſtrum;

3. Ex quibus luculenter pateſcat, Fridericum Regem propterea potiſſimùm proſcriptum & oppreſſum, ne florente in ſtatu relictus potentiâ ſuâ incrementum Papatûs;

4. Et ſimul dominationem Domûs Auſtriacæ remoraretur.

5. Tum ut ipſius ſpolia cederent Bavaro in redhoſtimentum meritorum.

6. Quæ Ferdinando ſe ea conditione præſtiturum is in ſe recepiſſet, ut Electoratus Palatinicus ſibi pro remuneratione foret.

7. Præterea ideò etiam oppreſſum & fulmine Banni percuſſum, quia, ut Imperator dicat, ultio quæſtui, gratia autem oneri eſſe ſoleat, ac proindè in gratiam non eſſet recipiendus.

8. Mirari autem licere, quod Cæſar, quem tamen tam miti ingenio fuiſſe perhibeant, cum tantâ vehementiâ odii ſui internecini vim effundere potuerit;

9. Oſtendendo ſe magis commoveri ad puniendum ex inveteratâ in Fridericum ſimultate, & ut ultionis deſiderio ſatisfaceret;

10. Quam ob ullam perpetrati criminis culpam.

11. Enixam inſuper in transferendo Electoratu in affinem voluntatem ſuam & ſtudium multis verbis & argumentis promere & declarare.

12. Sed ne videamur abditos Principis ſenſus ſcrutari, pauſam facere nos, ad Ducem Maximilianum mentem directuros, & ſpectaturos qualem perſonam repræſentarit.

13. Interea autem dum ille in poſtſcenio adornet, audiendum intercurſorem Italicum Cardinalem Ludoviſium cum ſuis literis:

14. Quæ in noſtro contextu adducantur.

15. In quibus proh Deum immortalem! horrenda tonitrua & verba triſulca à Væjove Romano & Tarpejis nubibus in innocentem Fridericum, ejus liberos & ſubditos emiſſa & evibrata ſint.

Am ſeries rerum poſtulat, ut inſpiciamus & conſideremus, quid ipſe Ferdinandus propriâ ſuâ manu de Proſcriptione & privatione Friderici, deque tranſlatione Electoratûs in Bavarum ſcribat; cur nimirum & propter quas potiſſimùm cauſas illum proſcripſerit & attriverit, huic Electoralem Palatinatum addixerit & contulerit. Sic igitur Cæſarea Majeſtas ad Balthaſarum Zunigam, Regis 2.
Hiſpaniæ præpotentem Adminiſtrum ſcribit: Quæ circa tranſlationem, *inquit*, Electoratûs in Bavariæ Ducem vigore promiſſi ei facti, mihi mens & animus ſit, & quamobrem exiſtimem negotium illud tam univerſæ Germaniæ, quam imprimis Domui noſtræ Auſtriacæ ab Hæreticorum machinis vindicandæ neceſſarium ac utile, ulterius non differendum (pront & Sanctiſſimus Pontifex ad me ac Sereniſſimum Hiſpaniarum Regem, Conſanguineum & Nepotem meum, nec non alios Germaniæ Catholicos Principes deſtinavit) relatione intelligetis. Rationes verò potiſſimùm hæ ſunt: Quod quando regiminis mei curſum ab initio reputo, eaſque difficultates, quibus regna provinciaſque adivi, perpendo, admirabilem quandam Dei circa me providentiam venerans ſuſpicio; eoque magis Deo confidere, neque occaſionibus ejuſdem honorem & gloriam proferendi deeſſe, tamque admirabiliter expertæ divinæ providentiæ, quàm humanæ prudentiæ majorem rationem ducere me obligatum cenſeo. Eâque maximè de causâ divinitùs ante annum præclariſſimam mihi victoriam oblatam, ut ea ad Dei gloriam & honorem proferendum, & exſtirpandas ſeditioſas factiones, quæ à Calviniſticâ potiſſimùm hæreſi foventur, uterer, neque illo judicio ſubtraherem, quod Propheta Iſraëlis Regi comminatur: Quia dimiſiſti virum dignum morte, erit anima tua pro anima ejus. Nunc Palatinus jacet apud Hollandos exul, non tantum regno meo, quod mole tentavit, ſed propriis fermè ditionibus exutus, ac extremum quaſi fortunæ ictum præſtolatur. Quem ſi pravâ miſeratione vel callidis precibus perſuaſus tanquam torpentem & ſemianimem colubrum ſinu foveam, ac Electorali dignitati reſtituam, aliud nihil quàm lethalem ab eo morſum expectem. Fruſtra enim ut beneficii magnitudine illum demereri poſſe exiſtimem, Nimis ſiquidem verum Politicorum effatum: Ultionem quæſtui, gratiam oneri haberi, præcipuè cum tam atroces illius in me ſint injuriæ, tam ſubdolæ artes, ut quamvis Chriſtianâ caritate ego animum vincere, ille tamen tot facinorum conſcientiam nunquam exuere, aut ſolidam mihi fidem præſtare poſſit, quin ſemper occaſioni inhiaturus ſit, quomodo ſe ejus, quod promeruiſſe ſcit, timore exolvat, & ſemel proſtitutam famam, novis facinoribus cooperiat. Accedit Calviniſtica inſtitutio, cujus ſectæ hic proprius genius eſt, nullam fraudem, nullum ſcelus putare, quod pro eorum religione ſuſcipiatur: Nulla hic juramenti ſanctitas, nullus ſiniſtræ famæ metus obſtat. A tali verò, quam cautionem vel Domus Auſtriaca, vel Catholici reliqui Principes, quibus ille non minus infeſtus eſt, & ob religionem, & quia nobis hoc bello adſtiterunt, poſſunt recipere? Spondebit Angliæ Rex? at eâdem religione neque quidquam facilius eſt, quàm ubi occaſio patrandi ſceleris datur, læſæ fidei prætextum obducere. Plena eſt hiſtoria exemplorum. In ſumma, nulla in tali re cautio eſt, quàm eò redigere inimicum, ut nocere nequeat. Cætera fragilia ſunt, & is qui credidit, denique contemnitur. Eſt ea quoque non minoris ponderis conſideratio, illuc Palatinum reſtitutum machinas omnes atque cuniculos uti hactenus, ita deinceps admoturum, ubi maximè & facilimè ſe nocere poſſe exiſtimat: per Bethlenium nimirum & Turcas, quos jam ante con-

tra me hoſtes concivit, neque incitare ceſſat. In his Calviniſtarum ſpes omnis ſita eſt, hos donec ipſi reſpirent ac vires recolligant ad me exarmandum & ſumtu exhauriendum vaſtatis meis ditionibus, quemadmodum hactenus ferro flammaque fecerunt, ſubſtituere nituntur. Quod ſi & cum illis pacem (cui tamen æquè fidere non poſſem) inire velim, quas conditiones Gabor nondum victus præſcriber, ſi Palatino victo Electoralem dignitatem cum ditionibus reſtituam? Ergo cum jam olim, antequam celeberrimam mihi Deus victoriam conceſſit, conſtiturum fixumque haberem, non poſſe Palatinum ſine extremo Catholicorum omnium & Domûs meæ periculo, ſemel proſcriptum ad Electoralem dignitatem reſtitui, Bavariæ Duci, Catholicæ religionis defenſori acerrimo, cujus ditiones ex alterâ parte contra Germaniæ Principes ditionibus meis, veluti pro vallo objacent, adhæc conſilio & opibus ad dignitatem eam ſuſtinendam pollenti Electoratum ultrò ac ſponte, à Deo abſque dubio impulſus, obtuli. Cujus ex eo tempore opera, cum tam utiliter in regnorum ac Provinciarum mearum recuperatione uſus ſim, atque adhuc hodiè utar, tempus modo magis etiam quam ipſe Dux flagitare videtur, ut promiſſi fidem ſine ulteriore dilatione exſolvam, tranſlatoque Electoratu, ſpem quoque Palatino & iis, qui ejus reſtitutionem importunè à nobis flagitant, ut nos moleſtiâ liberent, adimam. Quæ res cum Sereniſſimi Regis Hiſpaniarum ſubſidio atque auxiliis porrò indigeat, quamvis per ſe inclinatum ad omnia, quæ ad Dei honorem, & Domus noſtræ ſecuritatem pertinent, admonendum nihilominus hâc occaſione exiſtimavi, ne hanc impoſterum Domûs noſtræ ac Religionis ſimul ſtabiliendæ oportunitatem deſerat, id quod per vos commodiſſimè me facere poſſe putavi. Neque enim Seren. ſuam latere arbitror, ita ſemper à Majoribus noſtris judicatum fuiſſe, Domus noſtræ Auſtriacæ, Dei gratiâ, tam latè per Orbem terrarum regnantis, fundamenta eſſe in hâc Germaniâ, quæ eo magis ab hoſtium vi defendenda ſunt, quo propior iis ſuffoſſis ruina. Multos hæc domus potentiæ ſuæ adverſarios hactenus experta fuit, ſed nullos inter Germaniæ Principes pertinaciores Palatinis, quemadmodum hiſtoriæ ſub Maximiliano I. Carolo V. Ferdinando I. ac Rudolpho II. Imperatoribus ſatis docuerunt. Hollandica ſane erga Philippum Regem Serenitatis ſuæ avum perfidia, alimenta ſua ex Palatinatu traxit, neque Serenitas ejus unquam rebelles in Belgio ſubditos ad obſequium reducet, niſi hâc in Romano Imperio radice ſuccisâ. Quæ quidem ſola res, ſi cætera non eſſent, de quibus ſuperius monui, meritò eam impellere debeat, ne jacentem hoſtem reſurgere, & vires in nos (nam animus nunquam deerit) reſumere patiatur. Etſi verò diſſimulandum non ſit, Lutheranos Principes, & inprimis Saxoniæ Electorem, hanc Electoratûs tranſlationem in Bavariæ Ducem fortaſsè non æquo animo laturum, quod Catholicam rem ex eâ nimium augeſcere vereri poſſit, cum tamen is accuſare nequeat, quod in Majoribus ſuis, Mauritio nimirum Proavo ſuo, cui ex multò levioribus Johannis Friderici delictis Electoralis dignitas à Carolo V. conceſſa fuit, probat. Adhæc quia Calviniſtarum conſilia eo jam pertinere animadvertit, ut abſque dubio, niſi obviam eatur, Turcæ in Imperium aditus per eos præparetur, neque minoribus odiis Lutherani in Calvinianos quàm Catholicos ferantur, vel minus ab his, quàm ab illis periculum ſibi imminere & exitium exiſtiment, ſperandum omnino eſt Saxoniæ Electorem, cæteroſq; Principes Saxonicos, ubi rem eò deductam eſſe intellexerint, non uſq; adeò tranſlationem hanc improbaturos, ut hâc causâ mihi bellum int[illegible]t. I[illegible]od ex Sereniſſimo Archiduce, Fratre meo Carolo, hâc de ca[illegible] ad Electorem Saxoniæ ablegato, brevi certius comperiam. Atque hæ[illegible] qu[illegible]mad-

modum

modum magni momenti ſunt, ita non minus vos qui Serenitati ſuæ Regiæ imprimis à conſilio eſtis, quam me ipſum diligenrer jam dudum cogitare exiſtimo, neque omiſſuros quicquid ad conſilium hoc porrò ſtabiliendum pertinere arbitrabimini. Ur diu deſideratus ex eo fructus, Dei omnipotenris honoris per Imperium propagatio, ac communis Domûs noſtræ ſaluris ac dignitatis argumentum conſequatur. *In poſtſcripto hæc addita leguntur:* Animadverti omiſſam eſſe in lireris cauſam magnæ conſiderationis, hanc nimirum: Quod ſi haberemus unum amplius votum Catholicum, quam nunc in præſenri habemus, certiſſimi eſſe poſſemus, Imperium ſemper in manibus Catholicorum permanſurum eſſe, atque ita ſecundum rationem in Domo noſtrâ: Ad cujus promotionem Dux Bavariæ ſemper lubens volenſque concurrer, in recognitione accepti beneficii, quod ab Imperatore ex domo noſtrâ ad dignitatem tàm illuſtrem & ſublimem promotus ſit.

Ex hoc Imperatorio calamo, & manu conſcriprâ arteſtarione, & perſpicuâ atque amplâ rationum deductarum comprehenſione, liquido & luculenrer pateſcir, Fridericum propterea potiſſimùm proſcriptum & profligarum, ac dignitate, ditionibuſque evolutum, ne florenre & priſtino in ſtatu relictus auctoritate & potentiâ ſuâ incrementum Papatus, ſimul & 3. 4.
dominationem Domus Auſtriacæ remoraretur: rum ut ipſius ſpolia cederent Bavaro in redhoſtimentum & compenſationem operæ & merirorum, 5.
quæ Ferdinando ſe ea conditione præſtiturum is in ſe receperat, ut Electorarus Palatinicus ſibi pro auctoramenro & remuneratione forer: Ex eo 6.
enim rempore, quo Electoratum Cæſar homini obrulir, ejus ſe operâ uriliter in regnorum provinciarumque ſuarum recuperatione uſum eſſe dicit: neceſſe igirur eſt, ut ſub hâc conditione & præmio Bavarus ad auxilia ferenda Cæſati ſe illigari paſſus ſit. Hoc autem diu anre condemnationem & Proſcriprionem Friderici factum eſt: cujus ſanè ditiones & bona, dignitateſque, ranquam præda opima inter Præmiarores diviſæ & diſtribûtæ fuerunr, clandeſtinis pactionibus, diu antequam ille condemnatus aut criminis inſimularus, proſcriptuſvè fuiſſet. Prærereà ideò etiam oppreſſus & 7.
fulmine Banni percuſſus eſt, & omnibus fortunis exutus, quia, ut Imperator dicit, ultio quæſtui, gratia autem oneri eſſe ſolet, ac proinde ingratiam non erat recipiendus. Mirari aurem licer, & tanquam rem vix credibilem 8.
æſtimare, quod Cæſar, quem tamen tam miri & placabili mente & ingenio fuiſſe perhibent, cum rantâ vehementiâ & imparientiâ animi, cum tanro fervore & impetu odii ſui inrernecini vim & calorem, cum ſingulari vindictæ cupiditate, expectorare & effundere potuerit, oſtendendo ſe magis commoveti ad puniendum & proſcribendum ex inveteratâ in Fridericum ſimulrare, & ut ultionis deſidetio ſatisfacerer, quam ob ullam criminis perpetrati culpam. Enixam inſuper in transferendo Electoratu in af- 9. 10.
finem voluntarem ſuam, propoſitum & ſtudium multis vetbis & argumenris promit & declarat, ſe moræ impatientem eſſe & quieſcere non pôſſe, donec exitu præſtaret, & reipſâ confirmaret & exſequeretur, quæ tàm religiosè fóviſſet & promiſiſſet. 11.

Sed ne videamur abditos Principis ſenſus, & quod occultius paravit, nimis curioſè exquirere & ſcrutari, *Tacit. Annal. 6. cap.* 8. nevè aliquid qnod offendere & mordere poſſit, dicere cogamur; pauſam facimus & ad Ducem Maximilianum oculos & mentem dirigimus, ſpectaturi, qualem is ſe in hoc ludo geſſerit, qualemvè perſonam repræſenrârit, quovè choragio indutus in ſcenam prodierit. Interea autem dum ille in poſtſcenio adornat, audiamus interluſorem ſeu hiſtrionem ab Italia Cardinalem Ludoviſium, *is in literis ſuis Romæ* XVI. *Octobr. anno* MDCXXI *ad Nuntium Papalem* 12. 13.

14. *tum temporis commorantem Archiepiſcopum di Patras, hæc ſcribit:* Quæ de armorum ſuſpenſione in Palatinatu Imperator ad Sereniſſimam Infantem perſcripſit ex communicatione Dominat. veſtræ hic eſt cognitum. Unde mihi in mentem venit illi ſignificare, nos omnino ſperare tàm propter felices Bavari ſucceſſus in ſuperiori Palatinatu, quàm quod alia de novo ab Imperatore mandata ſubſecuta ſunt ad Infantem, nullam amplius armorum ſuſpenſionem in Inferiore Palatinatu conceſſum, ſed potius bellum reaſſumtum, ſineque ulla remiſſione aut puſillanimitate, ſicut ante aliquoties factum, Bannum Imperiale executioni mandatum iri. Nam ſi ſemel Palatinus totaliter ſtatu ſuo ſpoliatus ſit, non ita facilè reſurgere poterit; & negotium de transferendo Electoratu, quod jam benè procedit, minoribus difficultatibus erit obnoxium. Dabit igitur Dom. veſtra operam, ut apud Infantem & alios, ubi hoc opus eſſe exiſtimabit omnia poſſibilia officia præſtet in iſto ſubjecto, ut armorum ſuſpenſio modis omnibus excludatur. Quantum verò ad Palatini perſonam attinet, hoc inſuper adjungo, quod cum ille juſtè privatus ſit Palatinatu, pro magno beneficio habere debeat, ſi Cæſaris pedibus ſe ſubjicere poſſit. Et quamvis hoc fecerit, tamen ne liberis quidem ipſius ulla patrimonii portio concedatur. Imò niſi in Catholica religione inſtituti fuerint, capitalis error eſſet, hæreticis perſonis illas ditiones reſtituere, maximè reſpectu Belgicarum provinciarum, quibus illæ adeò vicinæ ſunt. Quocirca accuratè hic vigilandum eſt, quemadmodum etiam de illa re ad Nuncium, qui reſidet in Hiſpania, diligenter perſcriptum eſt, ut Regi Hiſpaniarum hanc conſiderationem ſubjiciat. Quin etiam Pontifex tam apud Cæſarem, quam ipſum Hiſpaniarum Regem, omnem operam dabit, ut regiones illæ dentur Catholicis. Unde Dominatio veſtra Sereniſſimæ quoque Infanti idem opportunè perſuadebit. Poſtquam enim Electoratus in perſona Bavari ſtabilitus erit, poſteà tractabitur de inveniendo aliquo modo, quo
15. Regi Magnæ Britanniæ ſatisfieri poſſit. Proh divûm, hominumque fidem qualia hæc bruta fulmina & horrenda tonitrua! qualia murmura & tela triſulca à Væjove Romano è Tarpeis nubibus in innocentem Fridericum Regem, ejus Liberos, & ſubditos emiſſa & evibrata! Plura talia intonare & ſtrepere alibi audiemus.

CAPUT XL.

ARGUMENTUM.

Iam Maximiliani Bavari actiones intuendas eſſe, qui orto bello Bohemico cum Ferdinando certis ſub conditionibus, inter quas præcipua fuerit Electoralis dignitatis Friderico adimendæ promiſſio, Monachii clanculum fœdus percuſſerit: & poſtquam clandeſtinam illam de Electoratu ſtipulationem obtinuerit, Fridericum perſequi cæpiſſe clam & palam: quamvis ab initio hoſtilem animum occulere ſatageret, ne Friderico cauſam præveniendi daret; imo cùm Unitis tranſactionem iniiſſe, nomine Catholicorum omnium, in qua religiosè promiſerit, neque ſe, neque ullum alium Principem Catholicum invaſurum ditiones cujuſcunque Principis, aut Palatinatum Electoralem: aſſeverante inſuper ejus Cancellario, ne locum habiturum contra hanc promiſſionem proſcriptionis edictum: Imò Bavaro & Sociis nequaquam jus fore ſub tali proſcriptionis titulo ditiones Proſcripti invadere & occupare. Hæc omnia autem in ſpeciem ad fallendum dicta & pacta fuiſſe, experientiam mox ſecutam teſtatùm feciſſe, & occupationem Palatinatus edicto mandati Cæſarei excuſaſſe.

Præterea notandum Bavarum invaſiſſe Palatinatum ſuperiorem eo ipſo tempore, quo

quo cum Imperatore Viennæ de reconciliatione Friderici R. agitaretur, & ſuſpenſio executionis banni, tum induciæ Oratori Britanno pactæ eſſent: imò ipſum Oratorem Viennâ cum Cæſareo reſponſo redeuntem domum oculis ſuis Palatinatus occupationem adſpicere coactum fuiſſe.

Animadvertendum quoque, eodem tempore cum Saxone actum de approbatione tranſlationis Electoratus in Bavarum: & Hyacinthum Monachum tunc in aula Cæſarea nomine Papæ ſollicitaſſe Bavari in Electoratum immiſſionem: Bavarum etiam quanquam inveſtituram Electoratus jam in manibus haberet, tamen affirmaſſe ſe nihil hoſtile contra Palatinatum cogitare, & ſe paratum ad pacem curandam & ſtabiliendam Digbyo ſcripſiſſe: Interim nihilominus inducias eluſiſſe, Friderici ditiones occupaſſe, & ſocios ad bellum excitaſſe.

Non immeritò igitur Regem Iacobum toties de duplici hac fidei enunciatione conqueſtum eſſe, & illam ipſi Cæſari literis ſuis exprobraſſe.

Mirum ſanè eſſe quod plus candoris ſe in Rege Philippo homine Hiſpano, quam in Ferdinando Principe Germano deprehendiſſe dicat Iacobus, toto orbe ſtupente.

Imprimis autem Fridericum R. Bavari infidelitatem incuſare ſatis cauſæ habuiſſe, quam etiam publicè ipſi exprobrarit: Præterea nullum Regum & Principum Oratorem unquam tam indignè ludificatum eſſe atque Digbyum, qui non minus quoque in aula Bruxellenſi quam Cæſareâ deluſus ſit.

CONSPECTVS.

1. Maximiliani Bavari jam actiones intuendas,

2. Qui orto bello Bohemico ad Ferdinandum ſibi demerendum certis ſub conditionibus fœdus cum ipſo percuſſerit.

3. Inter quas præcipua fuerit electoralis dignitatis Friderico adimendæ promiſſio & ſtipulatio.

4. Sicut ex atteſtatione ipſius Ferdinandi;

5. Et aliis actis indiciiſque videre ſit.

6. Fœdus illud Monachii percuſſum Cæſare & Bavaro præſentibus & *ςόμα πρὸς ςόμα*.

7. Quæ omnia acta ſint antequam Fridericus in Regem Bohemiæ inauguratus, nedum proſcriptus condemnatusve eſſet.

8. Clanculum, tanti momenti rem tractatam & peractam.

9. Quomodo id cum legibus Imperii & Capitulatione Regiâ conveniat, alibi dictum eſſe.

10. Sed hic Maximiliani prudentiam notandam.

11. Qui in eo avum ſuum Gulielmum imitatus fuerit:

12. Cum quo etiam Carolus V. paulo ante bellum Smalcaldicum fœdus ſociare, eique Electoratum, ut haberet belli ſocium, promittere coactus fuerit.

13. Ideoque cum Carolus V. Fridericum II. in gratiam reciperet, & priſtinæ dignitati boniſque reſtitueret, Gulielmum agnatum ægerrimè tuliſſe.

14. Maximilianum autem poſtquam clandeſtinam illam de Electoratu ſtipulationem obtinuerit, Fridericum perſequi cœpiſſe;

15. Clam, conſiliis & ſuggeſtionibus;

16. Et palam, internecino bello eum proſequendo.

17. Quamvis ab initio hoſtilem ſuum animum occulere ſatageret.

18. Ne Friderico cauſam diffidendi & præveniendi daret.

19. Dum enim apparando bello occupatus eſſet, eum confidentem & certum eſſe juſſiſſe; ſe arma ad ſui defenſionem tantum parare, ſeque ſtudium ſuum ipſi offerre.

20. Cum jam copiis & omnibus neceſſariis ad bellum inſtructus eſſet, publicis literis notum feciſſe, ſe expeditionem iſtam contra Bohemos, nequaquam verò contra Fridericum ſuſcepiſſe.

21. Paulò ante id tempus ſolemnem cum Unitis tranſactionem iniiſſe.

22. In qua religioſe promiſerit, neque ſe, neque ullum alium Principem Catholicum invaſurum ditiones cujuſcunque Principis uniti.

23. Et inter iſtos Unitorum ditiones Palatinatum Electoralem expreſſis verbis comprehenſum fuiſſe.

24. Ut ex ipſis tranſactionis tabulis, quæ in textu recitantur, legere ſit.

25. Quis itaque Friderico & ſociis vitio vertere poſſet, quod tam ſanctæ promiſſioni fidem habuerint & nihil hoſtile à Bavaro timuerint?

26. Præſertim cum ejus Cancellarius aſſeverare auſus fuerit, ne locum quidem habiturum contra hanc promiſſionem proſcriptionis edictum.

27. Imo Bavaro & ſociis neqoaquam jus fore ſub tali proſcriptionis titulo ditiones proſcripti invadere & occupare.

28. Hæc omnia autem in ſpeciem ad fallendum dicta & pacta fuiſſe experientiam teſtatum feciſſe.

29. Statim enim ac Pragâ potitus ſit, occaſionem occupandi ſuperiorem Palatinatum arripuiſſe, prætendendo, ſibi ſevera mandata à Cæſare data fuiſſe.

30. Progreſſum tamen cum exercitu ad Ordines ſuperioris Palatinatus ſcripſiſſe, ſe nihil mali contra eos cogitare, ſed ſuam expeditionem tantum contra Mansfeldium directam.

31. Cedere Mansfeldio coacto Ordines ad ejurandum obſequium Friderico, & in verba Cæſaris jurare coëgiſſe.

32. Sibi enim mandatum à Cæſare ut eos in fidem reciperet nomine Cæſaris & ad ulteriorem Majeſtatis ſuæ diſpoſitionem conſervaret.

33. Cum hoc tamen tantum ſimulet, quia ſibi jam pridem Electoratum promiſſum ſciret.

34. Edoctus, nihil utilius ad obtinenda Imperia quam πλεσμένων πράξεων καὶ λόγων.

35. Præterea notandum Bavarum invaſiſſe Palatinatum ſuperiorem eodem tempore, quo cum Imperatore Viennæ de reconciliatione Friderici ageretur;

36. Et ſuſpenſio executionis banni,

37. Tum induciæ Oratori Britannico certo modo pactæ fuiſſent.

38. Imo ipſum Oratorem Britannicum Viennâ cum Cæſareo reſponſo domum redeuntem oculis ſuis ſuperioris Palatinatus occupationem adſpicere coactum fuiſſe.

39. Et quamvis reclamaret, fidem Cæſaris appellando & conceſſam ſuſpenſionem armorum urgendo, operam perdidiſſe.

40. Adverte odum quoque eodem tempore, quo Digbyo de induciis & ſuſpenſione banni ſtipulatio facta fuerit, Archiducem Carolum ad Saxonem miſſum fuiſſe, ut eum iodocerer ad approbandam tranſlationem Palatini Electoratus in Bavarum:

41. Digbyo perſuaſo, Archiducem ideò mitti, ut Saxonis conſenſum in conceſſis induciis erueret.

42. Aliam quoque notandam fallaciam, quod eodem tempore quo Digbyus in ſpem erigeretur fore, ut recepto in gratiam Friderico omnia ademta reſtituerentur, Hyacinthus ibidem in aulâ Cæſareâ ſollicitavrit nomine Papæ ut Bavarus in poſſeſſionem Electoratûs immitteretur.

43. Quod & Imperator ipſe flagrantiſſimè cuperet.

44. Bavarum etiam quanquam inveſtituram Electoratûs jam in manibus haberet, non veritum tamen in diplomate ſanctè aſſerere, ſe hil hoſtile contra Palatinatum & incolas cogitare.

45. In literis etiam ad Digbyum exaratis, ſe paratum eſſe ſalutem publicam pacemque æquam curare & ſtabilire.

46. Interim tamen nihilominus promiſſas à Cæſare inducias eluſiſſe, Friderici ditiones occupaſſe, ſocioſque ad bellum exhortatum eſſe pacique inutili præferendum ſuaſiſſe.

47. Hinc Wilhemum patrem Maximiliani ad filium Ferdinandum Colonienſem Archiepiſcopum ſcripſiſſe, ſe pacis inducias non probare, Electoratum filio ſuo tradendum eſſe, & Palatinatum nunquam reſtituendum.

48. Imò Electoribus Eccleſiaſticis Orci pœnas imprecatum, quod in illo tranſlationis negotio ad Saxonem plus æquo reſpiciant.

49. Ex quibus pateat, quam pacifici fuerint οἵτινες ἐλογίσαντο ἀδικίαν ἐν καρδίᾳ, ὅλην τὴν ἡμέραν παρετάσσαντο πολέμους.

50. Non immeritò igitur Regem Iacobum toties & præſertim in literis ad Hiſpaniæ Regem de duplici hâc linguæ fideique enunciatione conqueſtum.

51. Ac propterea ab eo periiſſe, ut impediret, ne Ferdinandus contra fidem datam Electoratum in Bavarum transferret.

52. In aliis etiam ad Electorem Saxoniæ:

53. Imo etiam in ſuis ad Cæſarem datis hanc dictorum factorumque περίβασιν illimet ipſi exprobraſſe.

54. Mirum eſſe, quod plus integritatis ſe in Philippo R. Hiſpano quam in Ferdinando Principe Germano deprehendiſſe dicat, toto terrarum orbe audiente & ſtupente.

55. In primis autem Fridericum Bavari infidelitatem & duplicitatem incuſare ſatis cauſæ habuiſſe.

56. Ideò

56. Ideò etiam in literis ſuis publicè ipſi exprobrare auſum, quod contra jura divina & humana:

57. Contra datam & ſolennibus tabulis promiſſam fidem:

58. Contraq; tranſactionem Ulmenſem à ſe ſubſcriptam, ſigilloque firmatam Palatinatum occupare non ſit veritos.

59. Nullum Regum vel Principum Oratorem unquam tàm indignè ludificatum eſſe atque Digbyum.

60; Dum ſe rem ad felicem exitum perducturum confiſus non animadverteret interea,

61. Cæſareanos, ſpem induciarum & reconciliationis inſinuando, hoc tantum animo voluiſſe, tum ut eo facilius deſtinata exequi valerent:

62. Tum ut ſe moleſtiâ importuni hominis liberarent, eumque cum promiſſionis plenis bullis domum remitterent.

63. Ipſi autem tantò ardentius in propoſito pergerent, ideò eodem tempore, quo Digbyo ſpem reconciliationis facerent, aliud clàm intendiſſe.

64. Ita ut Imperator in ſuis literis tum temporis ad Spinolam ſcriptis, dicat ſe Bavariæ Duci in ſuperiorem Palatinatum expeditionem commiſiſſe.

65. Bavarum verò ex[illegible] tetur, ut Palatinatum ejuſque incolas armi[s] ad obſequium redigat & in fidem recipiat.

66. An autem hæc excuſari poſſi[n]t, penes æquos rerum cogni[to]res judiciu[m] relinqui.

67. Regulam fortaſſis illam Concilii Conſtantienſis, Hæreticis fidem non eſſe ſervandam præcipientem;

68. Etſi illa juramento firmata ſit, locum hic habere debere.

69. Æquivocationis certè,

70. Quam bonam prudentiam vocet Azpilevera Navarrus,

71. Et prudentem defenſionem Gregorius de Valentia,

72. Et eâ uti licere, & decipere audientem dicat Toletus illuſtris Jeſuita, inſigne exemplum eſſe.

73. De hâc æquivocatione d[i]ctum Azpilevetam dicere ſe Principi cui[d]am abhorrenti à ſimulandi arte ſuaſiſſe, bonam utilemque hanc ſimulandi & diſſimulandi artem eſſe.

74. Hocque conſilium ei ſalutare fuiſſe.

75. Digbyum autem in aulâ Bruxellenſi non minus deluſum, atque fuerit in aulâ Cæſarea.

BAvari Maximiliani nunc actiones & luſus intueamur. Is 1.
orto bello Bohemico pulcherrimam nactus occaſionem 2.
ad Ferdinandum, qui ejus auxilio & ope indigus nihil
non promittere & ſtipulari paratus erat, ſibi obnoxium
reddendum & demerendum, certis ſub conditionibus,
cum eo fœdus percuſſit; inter quas præcipua erat Electo- 3.
ralis dignitatis Friderico adimendæ promiſſio & ſtipulatio, *ſicut ex atteſtatione ipſius Ferdinandi ſuprà ex literis ad Zunigam adducta, & ex aliis actis, plurimiſque indiciis & argumentis alibi relatu videre eſt*. In di- 4.
ctâ ſanè Epiſtolâ ſcribit Cæſar, ſe ex eo tempore, quo affini Electoratum 5.
promiſerit & condixerit, ejus operâ in recuperandis regnis ſuis utiliter uſum fuiſſe: & ſanè certum eſt Bavarum ante illud tempus, licet cum Papa multum adhortatus fuiſſet, non tuliſſe Ferdinando ſuppetias, imò nec in ſimili Domus Auſtriacæ neceſſitate, vel Rudolpho cum ei Pannonicum & Bohemicum Diadema frater interverteret & extorqueret, vel Matthiæ, cum tumultibus Bohemicis implicaretur præſto fuiſſe. Deinde in eâdem Epiſtolâ habetur: Cæſarem coram atque vivâ voce, hoc eſt, *ϛόμα πρὸς ϛόμα, ut Iohannes in 2. Epiſtol. verſ. 12. loquitur*. promiſiſſe Electoratum Bava-
ro, quod factum eſſe oportet, cum Ferdinandus Monachii præſens ade- 6.
rat Bavaro, quod contigit menſe Octobri, Anno MDCXIX. quando Imperator Francofurto poſt coronationem ſuam diſcedens & Viennam rediens Auguſtam Vindelicorum [illegible], inde ab affine Monachium [illegible] hoſpes [illegible] deductus fuit; ubi etiam aliquot dies commoratus familiares cum hoſpite congreſſus habuit. Ex eo tempore Ferdinandus cum Duce Maximiliano non fuit παρὼν, præſens corpore, niſi triennio poſt, cum Ratisbonam ad Conventum à ſe indictum profectus eſſet. In illo mutuo occultu fœdus, de quo modò diximus, ictum fuit; quod & Conſiliarius Bavaricus

varicus qui ſe *Berchtoldum de Reuchenſtein commentitio nomine appellat*, affirmat *in libello de Rejectione Quadrimeſtris itineris Bucquoji*; in quo Bavaro potius quam Bucquojo laudem victoriæ Pragenſis adſcribendam eſſe diſſerit: Inter ipſum Cæſarem, *inquit*, & Bavarum Monachii fœdus adverſus rebelles certis legibus ictum fuit. Inter illas leges, ſtipulationem & promiſſionem Electoratûs Palatini palmariam fuiſſe, non eſt ambigendum. Non enim veriſimile eſt, Bavarum tum ſui emolumenti oblitum neglexiſſe ea flagitare & exigere quæ in rem ſuam eſſent: nec Imperatorem omiſiſſe ea promittere & ſtipulari, per quæ Principem, cujus ſuppetiis carere non
7. poſſet, ſibi devinctum redderet & ad optata perveniret. Hæc autem omnia acta ſunt antequam Fridericus in Regem Bohemiæ ſolenni ritu inaugura-
8. tus, nedum proſcriptus & condemnatus eſſet: adhæc clanculum & in occulto res tanti momenti, cujus intererat univerſi Imperii, omniumque Electorum, Principum & Ordinum, qui ne digni quidem habiti fuerunt, ut
9. in ſocietatem tanti arcani admitterentur, tractata & peracta. Quomodo hoc cum legibus fundamentalibus Imperii, cum capitulatione præſertim regiâ, quam in inauguratione & ſuſceptione diadematis Imperatorii Cæſar religioſo jurejurando, conceptis verbis præſtito firmavit, & in formâ ſtipulationis & vi pacti cum Septemviris iniit, conveniat, alibi dictum eſt.
10. Sed hîc Maximiliani prudentia notanda, qui in hoc quoque Avum ſuum
11. Gulielmum imitatus fuit; cum quo etiam Carolus V. pauló ante bellum
12. Smalcaldicum Ratisbonæ anno CIↃ IↃ XLVI. fœdus ſociare, & ei Electoratum, ut haberet in partibus & belli ſocium, promittere his verbis coactus fuit. Et ſi Comites Palatini, contra quos, vel cum quibus ſupradicta prætenduntur, ad veram & Catholicam religionem, obedientiam & fidelitatem Cæſareæ Majeſtati Sacroque Romano Imperio debitam redire recuſarent, & ſine bello & armis reduci non poſſent, vel concilio jam dicto, ſeu indicendo, cum aſſenſu Suæ Majeſtatis ſe ſubdere & obedire nollent, tunc abſque alia juris diſcuſſione Cæſarea Majeſtas ipſum Ducem Gulielmum hæredeſque ſuos de tali Electoratûs dignitate inveſtiret. *Au-*
13. *ctor Diſcurſus de Septemviratu Palatinatus connexo.* Ideo cum Carolus V. Fridericum II. in gratiam reciperet, & bonis omnibus & priſtinæ dignitati reſtitueret, Gulielmum Bojarum Agnatum qui ſpe obtinendi Septemviratûs Cæſareanas partes ſecurus erat, ægerrimè tuliſſe, *ſcribit Thuanus lib. 2. hiſtor. circ. fin.*
14. Qualem autem ſe Maximilianus geſſit, poſtquam clandeſtinam illam & nullam de Electoratu promiſſionem & ſtipulationem obtinuit? Non ſanè tanquam ovis meridiana deſes & in umbra jacuit; ſed occaſionis vento velapandens Fridericum Gentilem ſuum exitio opportunum perſequi & op-
15. primere cœpit, quà clam, hoc eſt conſiliis, ſuggeſtionibus & perſuaſionibus procurando & inſtigando, ut is criminis læſæ Majeſtatis & perduellionis condemnatus proſcriberetur, atque ita ſub tali ſpecioſo juris titulo di-
16. gnitatibus & ditionibus privaretur; quà palam, internecino [illegible] bello pe-
17. tendo & perſequendo, quamvis ab i[illegible]o hoſt[illegible] ſuum animum occulere, & rem perſpicuam ſatis, opertam tamen habere quovis ſtudio ſatageret;
18. ne Friderico cauſam diffidendi & præveniendi daret. Dum enim apparan-
19. do bello occupatus erat, eum nihil de ſe mali ſuſpicari, ſed in ſua erga ipſum neceſſitudine & amicitia fiduciam collocare, & [illegible]fidentem atque certum eſſe juber[illegible] hinc crebras, plenas benevolæ declarationis & ſingularis ſtudii literas ad Fridericum de[illegible] hoc unicè contendens & enitens, ut bo[illegible]m Principem ſibi fidentem ſub ſpecie amicitiæ facilius falleret, & in[illegible]m imparatumque ſupplantaret & everteret. *In literis Monachi* XXIV *Se[illegible].* *anno* MDCX[illegible]. *ſcriptis cavet & aſſeverat Friderico*, ſe & Catholicos nihil niſi pacem

pacem quærere, & arma ad ſui defenſionem tantùm apparare & habere.
In aliis XXVI. *Octobr. datis* offert ſe ad confidentem cum Præſide & Conſi-
liariis Friderici communicationem, pollicetur que ſtudium ſuum, nec ſe
omiſſurum, ſi quod officii genus Gentili & ditionibus ejus præſtare poſſit.
Cum jam copiis ipſe, & omnibus ad bellum neceſſariis rebus inſtructus 20.
eſſet, & tempus exſequendi deſtinata opportunum adeſſet, publicis in me-
dium propoſitis literis notum fecit, ſe expeditionem iſtam, quam tamen
ſub alio prætextu adornaverat, ex mandato Cæſaris contra Bohemos & re-
belles ejus ſubditos, neutiquam verò contra Gentilem ſuum Fridericum
ſuſcepiſſe: Nam, *in literis etiam ſuis quos ad eum* XXV. *Auguſti anno* MDC
XX. *dedit*, hoc affirmat, *dum in fine illarum ſcribit*: Se quidem in procinctu
eſſe expediendæ ſibi à Cæſare delatæ & injunctæ commiſſionis & exſecu-
tionis contra Ordines & ſubditos Regni Bohemiæ, ſed quantum ad Perſo-
nam Friderici Palatini, non eam, ſed aliam eſſe mentem & intentionem.
Paulo ante illud tempus, hoc eſt, antequam in Auſtriam Superiorem & 21.
Bohemiam cum exercitu progrederetur, ſolemnem cum Principibus Pro-
teſtantibus confœderatis, Unitos vulgò vocabant, tranſactionem iniit Ul-
mæ die III. Quinctilis eodem anno: in quâ religiosè & ſub fide Principis 22.
cavit & promiſit, neque ſe, neque ullum alium Principem Catholicum Ro-
manum invaſurum aut hoſtiliter impetiturum ditiones & terras cujuſcun-
que Principis Uniti, ſub quocunque prætextu aut prætenſione. Inter iſtas 23.
Unitorum ditiones Palatinatus Electoralis expreſſis verbis comprehenſus
fuerat. In hunc enim modum & hâc formulâ in tabulis iſtius Pacificatio- 24.
nis ſeu Tranſactionis cautum legitur: Nos Maximilianus Dux Bavariæ,
tanquam Supremus Catholicorum confœderatorum Dux; & Nos Joachi-
mus Erneſtus Marchio Brandenburgicus Euangelicorum fœderatorum
Legatus ſeu Locum-tenens Generalis; pro Nobis & ex utrâque parte con-
fœderatis Electoribus, Principibus & Ordinibus in verbo veritatis & fidei,
atque in formâ modoque firmiſſimo, prout de jure fieri ſolet & poteſt, pro-
mittimus, ſtipulamur, cavemus, nullum Electorem, Principem, Statum
utriuſque partis, ullo modo, viâ, aut pacto, vel aliquo ſub prætextu quo-
cunque ſive per ſe, ſive per alium, alteram partem, aut ejus Electoratus,
ditiones, ſubditos, oppida, urbes, vicos, poſſeſſiones, ſit in Eccleſiaſticis
ſit in Politicis rebus, offenſurum & læſurum, aut contra conſtitutionem re-
ligionis & pacis publicæ gravaturum, turbaturum aut invaſurum, vel ali-
quid vi & facto contra hanc vel illam partem & partis ſocios attentaturum;
ſed Catholicos cum Euangelicis, & hos cum illis pacem ſinceram & candi-
dam, quietem & concordiam illibatam ex æquo obſervaturos & colituros,
unumquemque in ſuâ poſſeſſione imperturbatum, ſecurum & tutum reli-
cturos. *Paulò poſt in 3. articulo iſtius Pacificationis hæc verba leguntur*: In hâc
tranſactione & pactione comprehenſi intelliguntur ii Electoratus, Princi-
patus & ditiones, quæ ad Electores, Principes & Ordines utriuſque partis
ſpectant; inter quos nominatim Electoralis Palatinatus, cum hæreditariis
ejus in Imperio ſitis Provinciis comprehenſus eſto. Hæc quidem Maximi-
lianus non ſolùm approbavit & rata habuit, ſed etiam interpoſitâ fide ſti-
pulatus fuit, & impreſſis veſtigiis obſignavit.

Quis Friderico Regi & Sociis vitio vertere poterat, quod huic tam ſan- 25.
ctæ promiſſioni fidem adhibuerint, & nihil hoſtile à Bavaro timuerint, præ- 26.
ſertim cum ejus Orator & Cancellarius qui Tranſactionem iſtam nomine
ſui Principis inierat, aſſeverare auſus fuerit, ne locum quidem habiturum
contra hanc promiſſionem & ſtipulationem Proſcriptionis ſeu Banni edi-
ctum, ſi quod tale ab Imperatore contra aliquem in tabulis Tranſactionis
comprehenſorum, emanaret, imò Bavaro & ſociis nequaquam jus & fas 27.

fore, ſub tali Proſcriptionis causâ & titulo ditiones illius, qui proſcriberetur
28. invadere & occupare. Hæc omnia in ſpeciem ad fallendum dicta, pacta &
29. promiſſa fuiſſe, experientia mox ſecuta teſtata fuit. Statim enim ac Praga potitus Regem Gentilem regno pepuliſſet, occaſionem invadendi & occupandi Superiorem Palatinatum arripuit, prætendendo & obtestando, ſibi ſevera & nova eam in rem mandata à Cæſare, quibus morem gerere cogatur, data fuiſſe: Interea tamen cum progrederetur cum exercitu,
30. ſcribit, die VIII. Septembr. Anno MDCXXI. ad Ordines & incolas Superioris Palatinatûs, ſe quidem, quantum ad ipſum áttineat, nihil mali contra eos aut provinciam iſtam cogitare; ſuam expeditionem contra Comitem Mansfeldium duntaxat directam, & nullam aliam quàm ſecuritatis
31. cauſam pro ſcopo habere. Cedere Mansfeldio coacto, Ordines & incolas in ordinem & ad ejurandum obſequium, quo Friderico hæreditario Domino obligabantur, adegit, & in verba Cæſaris jurare coëgit obtendens, eum præter priorem demandatam commiſſionem ſibi ulterius injunxiſſe,
32. ut ex variè deductis cauſis, territoria, oppida, loca, & tranſitus in Superiore Palatinatu viâ amicabili, aut ſi reſiſtatur, viâ facti occuparet, illos in obedientiam Cæſaris redigeret, ejus nomine in fidem reciperet, & ad ulteriorem Majeſtatis Suæ diſpoſitionem uſque conſervaret. *Sicut in Diplomate ſuo dato Neofori* XIX. *Octobr. Anno* MDCXXI. *pluribus declarat.* O pha-
33. lerata dicta & facta! O ſoloces colluſiones! Nam jam pridem Bavaro Electoratus promiſſus & addictus, & Superior Palatinatus in reluitionem op-
34. pignoratæ Auſtriæ deſtinatus & aſſignatus fuerat; attamen ille alieno ſe nomine non ſuo hunc occupare & in ditionem redigere ſimulat & jactat, edoctus, nihil eſſe utilius ad obtinenda & adipiſcenda regna & imperia, callidâ & tempori accommodâ ſimulatione ſive προσποιήσει πράξεων ϗ λόγων. At nihil tam obvolutum eſt & tectum ſimulationis velo, quod non revelet tempus & dies.
35. Prætereà hîc notandum Bavarum impreſſionem in Superiorem Palatinatum eo ipſo tempore feciſſe, quo cum Imperatore Viennæ de reconci-
36. liatione Friderici agebatur, & ſuſpenſio executionis banni, tum induciæ
37. Oratori Britannico Johanni Digbyo Baroni, pro Regis ſui Genero cauſam agenti, certo modo promiſſæ & pactæ fuerant: *ſicut ex literis Cæſaris ad Infantem Hiſpaniarum Claram Eugeniam Iſabellam,* XI. *Septemb. Anno* MDCXXI.
38. *& ex ſecundo reſponſo ejuſdem Cæſaris, Legato Anglico datis colligere eſt.* Quod plus eſt, ipſe Orator Britannicus Viennâ cum Cæſareo reſponſo domum rediens, oculis ſuis Bavari expeditionem & Superioris Palatinatûs occu-
39. pationem adſpicere coactus fuit: & quamvis ſeſe opponeret & reclamaret, fidem Cæſaris appellando, & conceſſam ſuſpenſionem armorum urgendo, contra Bavari violentiam proteſtando, oleum & operam perdidit, ſurdoque fabulam narravit. Nam Bavarus deſtinata perſequens Digbyum queritantem lepidis dictis peratim ductitavit, eique os ſublevit, excuſationes ſpecioſas & confuſas, *in literis datis ex caſtris* XXVII. *Septembr.* adducendo cur in dictam ſuſpenſionem conſentire non poſſet, quia nimirum eam ſibi Cæſar in ipſo demum progreſſu exercitûs ſui & inchoato jam opere ſignificârit, mentemque ſuam expetierit quidem, ſed ilicò revocare gradum & negotium ſuſpendere, nec fuiſſe integrum, nec poſſibile. Ad has Bavari literas Digbyus ex itinere ita reſpondit: Quod reſponſionem Celſitudinis Veſtræ de induciis, *inquit*, attinet, aliena certè illa fuit, cum à voto, tum ab expectatione meâ; magis autem alienum, quod accipio indies, de impreſſione à Celſitudine Veſtrâ in Palatinatum factâ, ejuſque incolis in obedientiam veſtram ſacramenti religione adactis. Cæſarea quippe Majeſtas in ſe recepit, ſancteque, ni fallor, promiſit durante hâc cum Magnæ Britanniæ

tanniæ

tanniæ Rege, de pace ineundâ tractatione ulteriorem ſe pro Banni Imperialis executione in Superiore Palatinatu commiſſionem non conceſſuram. Quantum autem ad priorem, in qua Delegata Celſitudinis Veſtræ poteſtas Mansfeldium tanquam hoſtem publicum aggrediendi, & Bohemiam ab imminente procellâ liberandi, illa dudum exolevit, cum hæc jam ſit extra omnem periculi aleam, ille propoſitis conditionibus de deditione cogitet. Non eſt ergò quod in malam partem accipiat Celſitudo Veſtra, ſi hâc in causâ Cæſarem appellem, Voſque obnixè obteſter, ne ſoli Chriſtiani Orbis pacem copiis veſtris difficilem redderetis, quæ tanti Principis conatibus fota brevi reviviſceret. Ad Cæſarem verò Digbyus in hunc modum ſcripſit Norinbergâ v. Octobr. CIↃ IↃCXXI. Viginti jam elapſi ſunt dies ex quo Viennâ diſceſſi, quo in ſpatio Majeſtatis Veſtræ edictum de ſanciendis induciis avidè expectavi. In eam ſpem erectus perbenignâ illâ reſponſione, quam non tantùm à Conſiliariis Veſtris, ſed à Sacrâ etiam Majeſtate Veſtra præſens acceperam. Quâ fiduciâ fretus ubi primùm Bavariam attigi, dedi eâ de re ad Ducem literas, tunc in caſtris militantem, à quo reſponſum retuli, non, ut confido, alienum magis ab expectatione meâ quàm à Majeſtatis Veſtræ mente & ſententiâ. Inducias reſpuit & ſuperiorem Palatinatum armata manu ingreſſus, incolas, variis in locis, quod audio, in ſuam obedientiam, ſacramenti vi adhibitâ, compellit. Ad Veſtram ergò Majeſtatem confugio (ut quæ ad hujus negotii clavum ſedet, ſeriamque cum Magnæ Britanniæ Rege Domino meo, deliberationem iniit, de diſcordiis his ſine ſanguinis jactura componendis) eamque humillimè obteſtor, ne gravate ferret, ſi ſentiam, impreſſionem hanc à Duce Bavariæ in Palatinatum factam injuſtam eſſe; à Conſiliariis Majeſtatis Veſtræ ſanè edoctus, dictum Bavariæ Ducem non tantùm non accepiſſe, ſed nec acceptutum à Majeſtate Veſtra poteſtatem pro ulteriore Banni Imperialis executione. Quod autem priorem commiſſionem attinet, de Mansfeldio perſequendo, Regnoque Bohemiæ ab impendente periculo vindicando, illa certè jam dudum antiquata fuit: deditione à dicto Mansfeldio factâ, ejuſque exercitu à Bohemiæ finibus relegato. Cum ergò factum hoc Ducis Bavariæ, neque novâ aliquâ poteſtate à Majeſtate Veſtrâ illi demandatâ, neque veteri nitatur, inde liquidò conſtat eum hoc in negotio ſibi potius quam Majeſtati Veſtræ ſtudere. Bavarus Digbyo his verbis reſcripſit, *d. 11. Octob:* Reſponſorias Illuſtriſſimæ Dominat. Veſtræ ad noſtras literas XXVII. præteriti menſis Septembris ad eum ſcriptas accepimus, atque ex iis animadvertimus plurimùm ipſi, tam circa noſtræ expeditionis ſtatum, quàm Cæſareæ Majeſtatis juſſa, & utriuſque ſcopum veræ ac genuinæ informationis deeſſe. Aſſerit enim nos inpreſſionem in ſuperiorem Palatinatum feciſſe, & incolas in obedientiam noſtram ſacramenti religione adegiſſe. Norunt autem omnes, qui poſt ingreſſum in dictum Palatinatum, vel vi militari adacti, vel ultrò ſeſe offerentes, quorum ſanè major pars eſt, juramentum præſtiterunt, ſe nullatenus in obedientiam noſtram ſacramenti vinculo coactos, ſed ab ipſis petitum ac præſtitum fuiſſe de non officiendo nobis, nec de proficiendo adverſariis, juramentum, utpote non injuſtum, ſed Cæſareæ Majeſtatis mandato conforme & debitum. Præterea ſcribit Illuſtriſſima Dominatio Veſtra, commiſſionem in quâ nobis poteſtas de liberandâ Bohemiâ ab imminenti periculo Mansfeldii conceſſa fuit, exoleviſſe. Quod unde ipſi ſuggeſtum ſit, aut in mentem venerit, ignoramus; hoc tamen probè ſcimus, & ſciunt alii æqui rerum arbitri, nec Bohemiam, nec noſtras & vicinorum Provincias à periculis & invaſionibus Mansfeldii immunes eſſe, donec ejus copiæ militares diſſipentur. Commiſſio inſuper à Cæſarea Majeſtate nobis injuncta

quod expiraverit, tantum abeſt, ut novis etiam Reſcriptis ac Mandatis fuerit repetita, quod ex incluſo literarum à Sereniſſima Majeſtate Cæſarea hiſce diebus ad nos directarum exemplo videre, & exinde duo præſuppoſita, aliter atque Ipſa ſibi perſuadet, ſeſe habere, intelligere poteſt, videlicet mandatum Cæſareum non exoleviſſe, & nos multò remiſſius & reſtrictius, atque Cæſareæ Majeſtatis mens fuerit, ob certos reſpectus executos fuiſſe, eamque moderationem adhibuiſſe. Proinde liberum & integrum Illuſtriſſimæ Dominationi Veſtræ eſt Cæſarem appellare. Nos juſſis Cæſareis, & quidem moderatius, ut dictum eſt, paruimus. Quid verò Cæſaream Majeſtatem ad hæc Reſcripta moverit, nobis inquirere & indagare non convenit: conjicere tamen cuilibet facilè licet, quod nempe Princeps Palatinus nullum pœnitentiæ aut ſubmiſſionis ſignum hactenus ediderit, verum etiam in incepto ſuo contra Cæſarem perſtiterit, & adhuc perſiſtat, alioſque eò invitet, cujus rei teſtimonium eſt, quod de propoſitione Hollandicis Statibus factâ, ad nos perfertur, ut patet ex incluſâ copiâ.

Ferdinandus verò inter alia Digbyo hæc reſpondit, XII. Octobr. Nunc ita, *inquit*, cecidit, ut quo tempore Legatus noſter Bavariæ Ducem acceſſit, is cum exercitu adverſus Mansfeldium, cùm Regno noſtro Bohemiæ, tum vicinis Principibus imminentem proficiſceretur, eaque de cauſa Dux, neque à cœpta expeditione neceſſaria diſcedere, neque copiis ingenti ſumtu paratis, certa cum ſpe hoſtis opprimendi, de induciis conſilium poſſet approbare, quemadmodum ab extractu adjuncto Reſponſi Ducis Legato noſtro dati videbitis. Cæterùm cum emergentes diverſæ ac graviſſimæ rationes Mansfeldii perſecutionem planè neceſſariam efflagitarent, ipſoque cum exercitu in ſuperiori Palatinatu, atque in ipſo regni noſtri limite hærente, neque regnum illud, neque vicini Principes ullo modo à periculo ſecuri eſſe poſſent, id conſilii cepimus, ut quod ne vobis quidem unquam diſplicuiſſe intelleximus omiſſa tantiſper quoad Palatinatum ſuperiorem Banni executione, ad regnum noſtrum ditioneſque tam noſtras, quam aliorum Principum diſcrimini eximendas, ulteriora Sereniſſimo Bavariæ Duci mandara dederimus, hoſti quovis modo inſiſtendi. Cum itaque, quod ad dictum Palatinatum ſuperiorem attinet, hâc Mansfeldii perſecutione, res ſic commutatæ interim fuerint ut induciis amplius locum fore non exiſtimemus; in inferiore verò Palatinatu, quod præſens ſtatus ferat, antehac Sereniſſimæ Infanti commiſerimus, eidem noſtræ reſolutioni etiamnum acquieſcimus, niſi quod eas inducias minimè promoturum exiſtimamus, quod intelleximus Horatium Veet Palatinianum Generalem indies magis inſoleſcere. *In aliâ Epiſtolâ* XXVII. *Octobr. ad eundem Digbyum ſcripta hæc Cæſaris verba notanda:* Ut ad noſtras & Imperii ditiones in ſecuritatis portu collocandas Sereniſſimi Bavariæ Ducis copiis ſuperiorem Palatinatum neceſſario præſidio contra hoſtium noſtrorum molitiones firmari ipſa ratio ſuaſerit, neque id in eum ſenſum trahi debeat, quaſi conſilio mutato quoad Palatinatum ſuperiorem Banni executionem mandaverimus, facilè partim ex literis noſtris XII. hujus ad Vos datis, partim ex adjuncto exemplo, ulterioris noſtræ in Bavariæ Ducem commiſſionis, deprehendere poteritis.

40. Jam & hoc animadvertendum eodem tempore, quo Dygbyo de induciis & ſuſpenſione armorum & banni ſpes & ſtipulatio facta fuit, Archiducem Carolum Cæſaris Fratrem ad Electorem Saxoniæ miſſum fuiſſe, ut eum induceret & permoveret ad approbandam tranſlationem Electoratus
41. Palatini in Bavarum: Digbyo verò perſuadebatur, Archiducem ideò mitti, ut Saxonis conſenſum in conceſſis induciis & ſuſpenſione armorum poſtularet & erueret: *ſicut ex literis, & commentario Caraffæ ſupra relatum eſt*. Quæ

hæc

hæc eſt æquivocatio? Alia adhuc non minore obſervatione digna fallacia & tragula hic annotanda venit: nimirum quod eodem etiam tempore quo 42.
Digbyus nomine Regis Jacobi pro Palatino Electore ſolemnem Viennæ legationem obibat, & in ſpem erigebatur fore, ut recepto in gratiam Friderico, non ſolum ſuperior Palatinatus, & cum inferioris etiam parte illâ, quæ nondum armis ſubjugata fuerat ſalva & libera ab executione & occupatione maneret; ſed etiam cætera quæ ademta fuiſſent, reſtituerentur: eodem, inquam, tempore Hyacinthus Monachus Seraphicus ibidem in aulâ Cæſareâ nomine Papæ ſollicitavit diligenter, ut Bavarus in poſſeſſionem Electoratûs & ditionum Palatinicarum ſine ulteriori morâ & cunctatione immitteretur: quod & Imperator ipſe flagrantiſſimè cupiebat, nihil magis in 43.
votis habens, quàm ut promiſſa affini ſuo facta præſtando, Auſtriam ſuperiorem nexu hypothecæ per commutationem Palatinatûs liberaret: ſed moram injiciebat reſpectus quem Cæſarem Regi Hiſpaniæ in hoc negotio exhibere debere putabatur; nimirum ejus adſenſum & adſtipulationem prius eſſe requirendum & expectandum, ne prætteritus & neglectus offenſionis, & inde ſubtrahendi auxilia anſam haberet. Ad removendam igitur illam difficultatem, & ad Regis iſtius conſenſum & approbationem confirmationemque obtinendam & feſtinandam idem Monachus in Hiſpaniam ſub nomine & mandato Papæ, Cæſare & Bavaro annirente & perſuadente miſſus fuit, eâ cum cautione & circumſpectione, ut diſſimularet, Cæſarem jam antea Bavaro, priuſquam cum Rege illo conſilium communicaſſet, conceſſiſſe. Dubitabat enim Imperator & timebat ſe deſertum iri, à Corona Hiſpaniæ, ſi reſciſcerent Hiſpani, ſe dictam inveſtituram conceſſiſſe, antequam cum dicta Corona ſuper ea re communicaſſet, *ſicut ipſe ſua manu ad Hyacinthum die* XV. *Octobr. Anno* MDCXXI. *ſcripſit; hac addens:* Se putare, nullam in illa aula mentionem fieri debere, quod Dux Bavariæ inveſtituram jam in manu ſua habeat: ſed curandum potius ut erronei rumores, quos ea de re conceperint, illis eximantur, & perſuadeatur, ut non tantum cum ſua ſententia concurrant, verum etiam ea auxilia præbeant, quibus ipſe cum effectu obtinere poſſit rem adeò utilem & neceſſariam ad confirmationem & conſervationem S. fidei, & conſequenter Domûs ſuæ. Atque hæc omnia dicta, ſcripta & facta fuerunt, tum, cum de pace & reſtitutione Palatini Electoris cum Rege Jacobo & ejus Oratore ipſo illo tempore Viennæ adhuc & in Germania hærente tractaretur plenis velis, & ſpes daretur de concedenda ſuſpenſione armorum, & inhibenda executione Banni contra Fridericum promulgati. Interea tamen Cæſar, Bavarus & horum Adminiſtri præ ſe ferebant, ſe nihil magis quàm pacem & ſalutem Imperii ſpectare, nihil mali contra Fridericum & ejus ditiones atque ſubditos cogitare, æquis & moderatis conditionibus paciſci & bellum finire cupere. Bavarus quanquam inveſtituram Electoratûs jam 44.
tum in manus traditam habebat, non verebatur tamen in Diplomate ſuo VIII. Sept. ad Incolas ſuperioris Palatinatus ſcripto ſanctè affirmare & edicere, ſe nihil mali & hoſtile contra Palatinatum & ejus incolas cogitare. In literis etiam ad Baronem Digbyum XXVII. Sept. & II. Octob. exaratis, ſe 45.
quantum liceat & conveniat, ſuarumq; ſit virium & partium, paratum eſſe ſalutem publicam Imperii ſatis convulſam, pacemque æquam & juſtam, curare, promovere, augere, ſtabilire, nihil niſi pacem & ſecuritatem, tranquillitatemque publicam quærere. Interim nihilominus promiſſas à Cæſare inducias eludit, Palatinatum ſuperiorem & inferiorem armis ſuis 46.
invadit & occupat, Electoralem dignitatem & ditiones in ſe transferri omnibus modis connititur, Gentilem ſuum funditus evertere cunctis animi & corporis viribus contendit, ad bellum continuandum apparatus
 inde-

indeſinenter facit, ſocios & amicos ad auxilia & ſocietatem armorum exhortatur, bellum opportunum & utile, paci inutili præferendum ſuadet.
47. Hinc Wilhelmus Pater Maximiliani ad filium Ferdinandum Colonienſem Archiepiſcopum IX. Novembr. M D C XXI. ſcribens ſatis declarat, belli ſe continuationem magis quàm pacem & inducias probare, Electoratumque filio ſuo nullâ habitâ Saxoniæ Electoris conſideratione, tradendum, &
48. Palatinatum nequaquam, imò nec partem reſtituendam eſſe; imo Electoribus Eccleſiaſticis pœnas Orci imprecatur, quod in illo tranſlationis negotio ad Saxonem plus æquo reſpiciant. Deus, *inquit*, condonet hoc peccatum Collegis Veſtris; metuo, illos, ſi non in hâc, certè in alterâ vitâ luituros eſſe. *Paulò poſt addit:* Sed timeo, *ait*, hoc Spinolam & alios agere, ut malint propter tempus anni gladios recondere, & ne in propoſitas ab Anglo inducias ruant, ipſam denique turpiſſimam pacem cum reſtitutione Palatinatus, ſi non totius, ſaltem ex parte ad minimum. Ferè dicerem fieri poſſe, ut inter Hiſpanos æmulationes regnent. Exempli causâ, ne ipſe Spinola Cordubam impediat, quo minus fortiter progrediatur, ne hic
49. occupati Palatinatûs gloriâ præreptâ illi præferatur. O homines pacificos! οἵτινες ἐλογίσαντο, *ut eſt in Pſalmo* 140. *v.* 3. ἀδικίας ἐν καρδίᾳ, ὅλην τὴν ἡμέραν παρετάσσοντο πολέμους: λαλοῦντες, *ut habetur in Pſalmo* 28. *v.* 3. εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Quid multis? noti ſunt rhythmi vulgares:

Cunctis rebus jam peractis,
Nulla fides eſt in pactis,
Mel in ore, verba lactis,
Fel in corde, Fraus in factis.

50. Non immeritò igitur Rex Jacobus toties, & præſertim in literis ad Regem Hiſpaniæ de hâc æquivocatione, & obliquâ duplicique linguæ & fidei
51. enunciatione conqueſtus eſt, ac propterea ab eo petiit, ut impediret, ne Ferdinandus contra fidem & ſpem ſibi datam Electoratum in Ducem Bavariæ transferret. *Vide apud Lundorpium lib.* VI. *literas Iacobi* XXII. *Novembr. anno* M D C XXII. *ſcriptas; ubi inter cætera memorat,* ſe quidem aliud ſibi de Cæſaris fide pollicitum fuiſſe, ſed quando ejus actiones plane contrarias intueatur, non poſſe quin eò magis indignetur & miretur, quo minus rem talem, de qua tamen jam certo ſibi conſtet, credere potuerit, præſertim cum non ſolum ipſe Imperator, in omnibus Legato ſuo datis reſponſis propenſum ſibi gratificandi ſtudium, declararit, plenamque Generi ſui reſtitutionem promiſerit: ſed etiam omnes Conſiliarii & Adminiſtri Cæſaris, cum quibus dictus Orator colloquium & congreſſum habuerit, planis & expreſſis verbis aſſeveraverint, Cæſarem nequaquam talem ſpem & reſponſionem daturum fuiſſe, niſi pactis & promiſſis de Electoratu in Bavarum transferendo liber & immunis eſſet. *In aliis ad Electo-*
52. *rem Saxoniæ, anno* M D C XXIII. *exaratis literis ita ſcribit:* Et utut jure de Imperatoris in hoc negotio injuriis conqueri poſſimus, probare tamen neceſſe eſt, optimam Regis Hiſpaniarum fidem & erga nos candorem: & eò uſque quidem ut in mutua hac cum eo tractatione, quæ non temerè à nobis ſuſcepta eſt, iniqua res admodum foret, & vacua prudentiæ, nunc demum de exitu diffidere, quem Rex ille de Cæſare impetret, de Generi noſtri & dignitate & ſtatu. Nec Veſtra Celſitudo (ut perſuaſum habemus) ſapientiæ in nobis duceret, ſi præcipites conſilia noſtra omnia viaſque mutaremus, & abſque ulla ab eo Rege datâ causâ ſpem omnem ultimi hujus tentaminis abjiceremus, cujus diu latere non poteſt examen. Itaque non volentes impedire generoſa illa veſtra, & omni laude digniſſima conſilia pro libertate juriſque veſtri, quod ab hoc exemplo pendet,

tutelâ,

tutelâ, perſuaſum volumus Celſitudini Veſtræ nos hâc ipſa tractatione cum Hiſpaniæ Rege & Infante per omnia honoris & fidei pignora nobis æſtimantibus, Generi noſtri & Imperii jura ad priſtinam reductutos integritatem. Aut ſi compertum nobis erit, Imperatorem hîc amplius moras nectere & ſalubria conſilia eludere, tùm animus eſt vobiſcum copias noſtras omnes conjungere, communicatiſque in medium conſiliis, juvante & Numinis & cauſæ æquitate, omnia vi armorum ſuæ reſtituere ſanitati, quæ ratione ſatius erat emendari. *Idem Sereniſſimus Rex Iacobus ipſi etiam Imperatori hanc dictorum factorumque παῤῥησίαν per literas Roiſtona* XII. *Novembr.* MDCXXI. *exaratas, his verbis exprobravit*: Quamobrem, *inquit*, nemini mirum videri 53. debet, nos magnoperè mirari, eo ipſo tempore, quo conſilia noſtra, tam ſalutaria, omni conatu promovemus, ac ſuſceprâ etiam utrinque pacis tractatione, & Cæſareæ Majeſtatis Veſtræ reſponſo dato (cui quæ ſtatim ſubſecuta ſunt, valdè quidem repugnant) Generum noſtrum etiam eâ Patrimonii parte, quæ tum illi reliqua erat, exutum eſſe, erepto ſuperiore Palatinatu Ducis Bavariæ armis, qui eam provinciam Cæſareæ Majeſtati Veſtræ ex mandato veſtro ſe vindicare profeſſus eſt: idque ob cauſas, quæ omninò novæ ſunt & hactenus inauditæ, cum tamen ex eo quod Legato noſtro publicè reſponſum fuit, videtur conceſſam fuiſſe à Cæſareâ Majeſtate Veſtra ſuſpenſionem banni in ea provincia, nec reſumenda prius arma, quam tribus ante menſibus nobis ea de re publicè conſtaret. Quid quod etiam poſt idem reſponſum in Palatinatu inferiore Cæſarea Majeſtate Veſtrâ ſic mandante bellum acerrimum exarſit, magna ejus provinciæ parte à Regis Hiſpaniarum copiis occupata, cum manifeſto totius periculo niſi ex inopinato & præter ſpem fuiſſet ſublevata.

Mirum ſanè eſt quod plus integritatis, ſinceritatis & candoris ſe in Rege 54. Philippo, homine Hiſpano, quàm in Ferdinando Principe Germano deprehendiſſe & expertum eſſe dicat Rex ille toto terrarum orbe audiente & legente, ac ſtupente. In primis autem Fridericus Ducis Bavariæ infideli- 55. tatem & duplicitatem incuſare & arguere ſatis cauſæ habuit, ideo etiam in literis ſuis $\frac{11}{21}$ Novembr. Anno MDCXXI. coram omnibus publicè ei exprobrare auſus, quod contra jura divina & humana, ſpretâ omni neceſſitu- 56. dinis & conſanguinitatis ratione, contra datam, & ſolennibus tabulis pro- 57. miſſam fidem, contraque tranſactionem Ulmenſem à ſe ſubſcriptam & 58. impreſſo ſigillo firmatam, in qua Electoratus & provinciæ hæreditariæ Palatinæ expreſſis verbis comprehenſæ fuerant, Palatinatum armis aggredi, invadere, occupare & ad ſe rapere non ſit veritus. An autem ullus Re- 59. gum & Principum Orator tàm indignè unquàm ludificatus, fruſtratus, & deceptus, tàm lepidè depexus & detonſus fuit, atq; Johann. Digbyus? Hoc ſcilicet præmium præfidentiæ & credulitatis ſuæ retulit, dum fretus amicitiâ & benevolentiâ Regis Hiſpaniæ, ſpeque à Gondomaro Legato Iberico 60. facta tumidus, ſe rem ad felicem exitum perducturum confidebat, non animadvertens intereà, Cæſareanos ſpem & promiſſionem induciarum & 61. reconciliationis inſinuando & objiciendo, hoc tantùm animo volviſſe, ut tùm eò expeditius & facilius deſtinata ſua proſequi & exequi valerent, tum 62. ſe moleſtiâ importuni hominis cum bona gratia liberarent, eumque cum pulchris ſpei & promiſſionis bullis domum remitterent: ipſi autem tantò 63. ardentius & ſtrenuius in propoſito pergebant, nihil minus, quàm inducias, aut pacem cogitantes; ſed bellum, arma, gladios & Friderici excidium ſpirantes, Palatinatuſque ſpolia ambientes: Ideò ipſo illo tempore, quo Digbyo perſuadebant Cæſarem non dediſſe Bavaro commiſſionem exſequendi banni & occupandi Palatinatus, ſed in ſuſpenſionem petitam conſenſiſſe, atque etiam Archiducem Fratrem ſuum ad Saxoniæ Electorem, ut

is

is idem ſecum ſentiret delegaſſe: aliud clam intendebant & agebant, ita
64. ut Imperatot in literis ſuis eodem tempore v. Auguſti ad Marchionem
Spinolam ſcriptis dicat ſe Bavariæ Duci in Superiorem Palatinatum expe-
65. ditionem commiſiſſe; Bavato verò ſcribat, eum exhortando ut priori com-
miſſioni inſiſtens Palatinatum ejuſque incolas armis & vi, in ditionem &
66. ad obſequium redigat, atque in fidem recipiat. An autem hæc excuſari
ullo prætextu, an jure legitimeque facta pronunciari poſſint, penes can-
67. didos & æquos rerum cognitores judicium eſto. Regula fortaſſis illa, *in
concilio Conſtantienſi can. 6. præſcripta*, quæ Hæreticis fidem non eſſe ſer-
vandam præcipit, locum hîc habere debet. *Simancha Epiſcopus Pacenſis de*
68. *Catechet. Inſtit. cap.* 46. *n.* 52. Nullo, nullo modo, *inquit*, fidem hæreticis
ſervandam eſſe, etiamſi jurameuto firmata ſit. *Vide Ribadeneiram libr. de
Principe* 1. *cap.*16. 18. *Iohan. Marian. de Rege libr.* 3. *cap. ult. Gundiſalvum de
Villadiego in tract. de hæretic. Paulum VVindeccium in libr. de hæreſibus extir-*
69. *pandis. Conradum Brunon. de hæret. lib.* 3. Æquivocationis certè & amphi-
70. bologiæ quam bonam prudentiam vocat *Azpileveta Navarrus*, & pruden-
71. tem defenſionem *Gregorius de Valentia tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 13. & eâ uti lice-
72. re & decipere audientem, *Toletus illuſtris Ieſuita lib.* 4. *inſtruct. ſacerdot.* in-
ſigne exemplum eſt.

73. De hac æquivocatione dictus *Azpileveta Navarrus (cujus doctrinam in-
concuſſam ſanctamque eſſe Papa Gregorius* XIII. *teſtatur) in c. humana aures
cauſ.* 22. *quæſt.* 5. *c.* 2. *n.* 15. *ubi inter alia* ſe magno cuidam Principi qui
abhorrebat à diſſimulationibus, & regio illo apophthegmate, Qui neſcit
diſſimulare, neſcit regnare; ſcripſiſſe & ſuaſiſſe dicit, bonam & utilem hanc
74. ſimulandi & diſſimulandi artem eſſe. Hoc conſilium ei bene ceſſiſſe & ſalu-
tare fuiſſe.

75. Digbyum quod attinet, ille in aula Bruxellenſi, ad quam remiſſus erat,
& in qua potiorem ſpem ſui voti poſuerat, non minus detonſus & deluſus
fuit, ac fuerat in aula Cæſarea: utraque enim datatim, raptim & expuſim
velut pila ludebat, & ex compacto rem tanquam in velabro agebat. Cæſar
in Epiſtolâ, quam, Infanti Claræ Eugeniæ tradendam, Digbyo dederat,
poteſtatem abſolutam concludendi inducias detulerat, ſine ulla limitatio-
ne aut conditione, caſu quo Dux Bavariæ contentus eſſet: *ſicut Digbyus
in memoriali ſuo libello propoſuerat.* Infans autem aliis literis clàm admonita
à Cæſare reſpondit, non fuiſſe amplius in ſua poteſtate concedendi indu-
cias; imo & ulterius aliis literis ſuam Majeſtatem Cæſaream expreſſe ſibi
mandaſſe, ne ſuſpenſionem armorum ullo modo concederet; imò quod
mox Don Conſalo de Cordua mandatus eſſet, ut progrederetur; *ſicut ver-
ba ſonant in reſponſo Infantis Digbyo dato.*

CAPUT

CAPVT XLI.

ARGUMENTUM.

Vltimum hoc operis noſtri caput Bavari deſiderium in Electorali dignitate domui ſuæ inferendi, moræque impatientiam exponit: quæ ex eo præſertim pateat, quod non ſolùm Papam, ſed etiam Regem Galliæ ad partes ſuas traxerit: nec Papam occaſionem amplificandi ſuum Imperium neglexiſſe, ſed rem gnaviter egiſſe, imò etiam certa auxilia & nummos ſtipulatum eſſe.

Prætereà Bavarum, cum tempus adeſſe videret, quo ſolenni ritu in Senatum Electoralem eſſet introducendus librum publicaſſe, qui Septemviratum Palatinatûs Bavariæ Ducibus ab antiquo competiiſſe oſtenderet.

Deinde Bavarum ſtatim atque in Collegium Septemvirale receptus fuiſſet, à Papâ confirmationem obtenti Electoratûs petiiſſe, quam etiam Papa lubenti animo conceſſerit.

Poſtea ex aphoriſmis Lonigi, auctoritate Papæ & approbatione Cardinalitii Collegii propoſitis deducitur, per everſionem Friderici, tranſlationemque Electoratus in Bavarum hoc unicè actum eſſe, ut excisis Saxoniæ & Brandenburgi Electoribus, cæteriſque in Imperio Proteſtantibus Ordinibus in ordinem redactis Germaniæ univerſæ veteres ſervitutis compedes injicerentur, in quibus etiam apertè ſcriptum ſit, Saxoniæ & Brandenburgi Electores non pro legitimis Electoribus habendos eſſe, quia hæretici ſint, & proinde dignitatibus privandi.

Præterea quomodo Rex Galliæ ſe in iſthoc negotio oſtenderit videndum eſſe; illum autem à Cæſare & Electoribus ſeriò contendiſſe, ut Bavaro Electoratus traderetur excluſo Palatino, Legatum quoque ſuum inveſtituræ & convivio inaugurali intereſſe voluiſſe, & deindè magis ac magis ſibi Bavarum devincire ſtuduiſſe, & arctum cum ipſo fœdus iniiſſe, ipſiſque ſtipulatum eſſe, ſe non ſolum eum ejuſque poſteros in obtentâ Electorali dignitate, connexiſque ditionibus defenſurum contra quoſvis, ſed etiam omnia ea quæ Hiſpani & alii in Palatinatu conſecuti eſſent, recuperaturum & Bavaro jure hæreditario traditurum: Adhæc Gallum niſum unum & alterum Electorem inducere, ut tempore opportuno Bavarum Imperatorem deſignarent: ex quibus in Bavarum ſtudiis collatis Rex etſi non optatam, hanc tamen utilitatem reportârit, ut VVallenſteinius exauctoraretur; & in conventu Ratisbonenſi impediretur ne Ferdinandi II. filius in Regem Rom. ex ſpe Auſtriacorum eligeretur.

Notandam autem hic venire Gallorum in ineundis fœderibus facilitatem & inconſtantiam, immemores enim Domûs Palatinæ beneficiorum Regno Galliæ collatorum, veterem amicitiam & fœdera ſuſque deque habuiſſe, & nova cum Bavaro iniiſſe.

Faſtigium tandem capiti & operi imponitur deducendo & oſtendendo, quam pedetentim Bavarus ad Electoralem dignitatem ſubrepſerit, donec illam integram cum annexis territoriis non ſibi tantum, ſed etiam ſuæ poſteritati injuſtè acquiſiverit.

CONSPECTVS.

1. DUcis Bavariæ ardorem in Electorali dignitate ſuæ domui inferendâ, moræque impatientiam ex eo etiam liquere, quod non ſolùm Papam & quidem ſtatim in ortu ſuæ ambitionis ſibi Advocatum in hoc negotio elegerit:

2. Sed etiam rebus nondum ad maturitatem perductis Regem Galliæ in partes ſuas traxerit.

3. Cum quo arctiſſimo etiam inito fœdere hoc extorſerit, ut is ſtipulatus ſit, ſe non modò ipſum ipſiuſque poſteros in Ele-

ctoratu & ditionibus Palatinicis poſſidendis, quovis modo contra quemvis defenſurum:

4. Sed etiam ea, quæ Hiſpanus & alii in Palatinatu obtineant recuperaturum & Bavaro traditurum.

5. Papam quidem occaſionem amplificandi dominationem ſuam amplexum, ſpontè annuiſſe remq; gnaviter egiſſe.

6. Et enixè in hanc ſollicitudinem incubuiſſe & per literas, nuncioſque cucullatos Cæſarem, tametſi volentem, exhortari non deſtitiſſe, ut Bavarum quanto ocyus in conclave Septemvirale introduceret.

7. Hiſpanum & Electores Eccleſiaſticos alioſque ut hanc Bavari creationem adjuvarent, monuiſſe.

8. In eo in primis Caroli Caraffæ operâ,

9. Et Hyacinthi Monachi Capucini uſum eſſe.

10. Hujus induſtriam Comes Ognatenſis Orator Hiſpanicus in aulâ Cæſareâ in literis ad Papam commendat.

11. In his literis animadvertendum pacis ſtudium, & belli ſcopum, quo illi flagrarent.

12. Judicium etiam & conſilium, quod Pontifex in rebus Imperii ferre audeat.

13. Papam non contentum ſupradictis miſſitationibus adhuc Fabritium Veroſpum extra ordinem ad Imperatorem miſiſſe, ut eum ſeriò hortaretur ad dignitatem Electoralem in Bavarum ſine morâ transferendam.

14. Huic quid Cæſar reſponderit ex textu petendum.

15. Papam Cæſari auxilia, viros & pecuniam promiſiſſe.

16. Tragœdiam illam tranſlationis Electoratus ab hominibus infulatis & cucullatis actam luſamque fuiſſe.

17. Adeò ut experientia dictum illud Pii Pontificis nimis verum eſſe probet etiam hoc noſtro tempore:

18. Nihil excellenter mali in Eccleſiâ patrari, cujus prima origo à ſacerdotibus non dependeat.

19. Bavarum, tempore introductionis ſuæ in Senatum Electoralem, librum publicaſſe, qui Septemviratum Palatinatûs Ducibus Bavariæ ratione ſui Ducatus ab antiquo competiiſſe oſtenderet.

20. Et ſimul Gallo & Hiſpano perſuaderet, jus illud Electorale de jure ad Domum Bavaricam pertinere.

21. Et hactenus à Comitibus Palatinis Rheni illegitimè fuiſſe uſurpatum.

22. Cunctis jam præparatis ad conferendam Bavaro inveſtituram Cæſarem Electores Ratisbonam evocaſſe, eiſque tres Epiſcopos & Haſſum Ludovicum adjunxiſſe.

23. Ut approbarent & perficere juvarent ea, quæ dudum Imperator, Papa, Hiſpanus, Bavarus decreverant.

24. Bavarum in Electorale receptum Collegium confeſtim nuncios Romam expediviſſe, ſignificatum Euangelia ſuæ inaugurationis:

25. Et petitum confirmationem obtenti Electoratus.

26. Papam lubenter poſtulata rata habuiſſe, & petitam conceſſiſſe confirmationem.

27. Operæ pretium eſſe, eâ de re Lonigum in aphoriſmis de ſtatu Eccleſiæ reſtaurando audire, qui in textu enarrentur.

28. Ex quibus, tanquam immotis juſſu Pontificis & applauſu Cardinalium propoſitis axiomatibus, manifeſtum ſit:

29. Per everſionem Friderici & Electoratus tranſlationem in Bavarum hoc unicè actum;

30. Ut excisis Saxoniæ & Brandenburgi Electoribus;

31. Cæteriſque in Imperio Principibus & Ordinibus Proteſtantibus in ordinem redactis;

32. Germaniæ univerſæ veteres ſervitutis Papalis compedes injicerentur.

33. Fridericum ideo proſcriptum, & Electoratu privatum, quod crimine hæreſeos contaminatus Romanam Eccleſiam pro Dominâ non agnoverit.

34. Bavarum autem Electorem creari meruiſſe, quia Catholiciſſimus eſſet, qui in extirpandis ex Imperio hæreticis ſingularem zelum eſſet præſtiturus.

35. Liberè etiam judicatum eſſe & ſcriptum, ambos Saxoniæ & Brandenburgi Electores non eſſe pro legitimis Electoribus habendos.

36. Neque privilegiis Imperii, muneribuſque ſuis de jure frui poſſe, quia & ipſi hæretici ſint:

37. Et Papæ juriſdictionem non agnoſcant,

38. Ac proinde huic jus eſſe, eoſdem ſuis dignitatibus privandi, & ad Catholicos transferendi.

39. Eâ autem in re cognitionem non Imperatori & Electoribus, ſed Papæ competere, qui ne connivere quidem deberet, ut Saxo & Brandenburgicus potiantur Electoratu.

40 Additum denique, Bavarum juſſu Pontificis ad Electoratum promotum non poſſe inde deturbari.

41. Nec enim ivullius Imperatoris, Regis vel Principis poteſtate amplius ſit, tranſlationem in Bavarum factam reſcindere, quia Papa illam ſolenniter confirmârit.

42. Nunc

42. Nunc quomodo Rex Galliæ ſe in hàc ſcenâ geſſerit, videndum.

43. Duo hîc notanda venire; Primò Regem à Cæſare & Electoribus ſeriò contendiſſe, ut Bavaro Electoratus Palatinus traderetur, excluſo Palatino.

44. Quod cum publicè fieret, Legatum ſuum inveſtituræ & inaugurationi intereſſe voluiſſe.

45. Hiſpanorum verò Regem in hoc ſe moderatiorem exhibere voluiſſe, dum ſignificaverit, ſe non uſque adeò tranſlationem illam comprobare.

46. Idcirco quoque Oratorem ſuum à ſolemnibus inveſtituræ & epulis inauguralibus abeſſe voluiſſe.

47. Deindè ſciendum Regem Galliæ magis ac magis ſibi Bavarum devincire ſtuduiſſe.

48. Judicaſſe enim eum, creſcentem Auſtriacorum potentiam, commodè refrænari poſſe per iſtum Principem.

49. Qui multis annis æmulationem cum Auſtriacis aluiſſet.

50. Quique ſolus idoneus eſſet, qui ad Imperatorium faſtigium adſpirare poſſet.

51. Recordatum procul dubio Magnum illum Regem doctrinæ illius, quam Henricus IV. pro arcano Imperii Principibus Germanis tradidiſſet;

52. Si velint redigere in ordinem Domum Auſtriacam, oportere Principem qui ſit ſine exceptione Catholicus illi opponi, & ad Imperium evehi.

53. Ideo Ludovicum Patris conſilium ſequentem, & ſibi operam ejuſmodi Principis multis modis contra Auſtriacos utilem fore ratum, arctum cum Bavaro fœdus iniiſſe.

54. Ipſique ſtipulatum eſſe, ſe non ſolum eum ejuſque poſteros in obrentâ Electorali dignitate annexiſque ditionibus defenſurum contra quoſvis;

55. Sed etiam omnia ea quæ Hiſpani & alii in Palatinatu conſecuti eſſent recuperaturum, & Bavaro jure hæreditario traditurum.

56. Regemque niſum inſuper unum & alterum Electorem inducere, ut tempore opportuno Bavarum Imperatorem deſignarent.

57. Non autem Regem Francorum ex his ſuis in Bavarum collatis ſtudiis eam utilitatem reportaſſe, nec tam amplam ut ſibi finxiſſet:

58. Aliquam tamen non omnino pœnitendam conſecutum eſſe.

59. In eo enim Bavarum rem gratam Gallo præſtitiſſe, dum hujus inſtinctu effecerit, ut Wallenſteinius ad cujus potentiam univerſa Germania ſe componeret, exteri etiam Reges formidarent, exauctoraretur.

60. Deindè ſedulam etiam operam in eo Galliæ Regi navaſſe, dum in conventu Ratiſbonenſi impediverit, ne Ferdinandi filius in Regem Romanorum, prout Auſtriaci enixiſſimè prenſarunt, eligeretur.

61. Gallos in ſuſcipiendis & deponendis amicitiis faciles eſſe & inconſtantes,

62. Quamprimum Fridericum, cum quo arctiſſimam neceſſitudinem alere ſoliti fuiſſent, adverſa fortuna peſſundederit, Bavarum verò proſper ſucceſſus evexerit, antiquam amicitiam cum Friderico ſuſque deque habuiſſe;

63. Et novam cum Bavaro inire maluiſſe.

64. Immemores meritorum à Domo Palatinâ per tot annos acceptorum.

65. Nullos Principes majori fide Galliæ Reges coluiſſe, nulloſque ſanctius fœdera cum illis obſervaſſe quam Palatinos.

66. Qui Gallorum amicitiam neceſſitudini Auſtriacorum præferendo his occaſionem dederint, ut tanto odio Palatinæ familiæ exitium procurarent:

67. Regno difficultatibus involuto opem tulerint, integros exercitus ad liberandum regnum ab oppreſſione in Galliam duxerint.

68. Quod Henricus IV. grato ſemper animo agnoverit,

69. In hodiernum adhuc diem regnum illud Palatino ultra 790000 coronatorum in ære eſſe.

70. Harum rerum omnium memoriam nunc exoleviſſe.

71. Familiare eſſe Regibus amicitiam pro negotiatione habere.

72. Et eorum potiſſimum neceſſitudinem amplecti, ex quibus maximos fructus ſperent.

73. Arcanæ iſtius inter Gallum & Bavarum conventionis acta in appendice operis exhibenda eſſe.

74. In iis enim multa notatu digna occurrere;

75. Conſilia Bavari ſociorumque, affectuſque erga Fridericum & Principes Proteſtantes exponi.

76. Dicendum reſtare, quam pedetentim Bavarus ad dignitatem Electoralem ſubrepſerit, donec eam integram cum territoriis annexis ſibi ac poſteritati ſuæ acquiſiverit.

77. Licet ſtatim ab initio promiſſionem Electoratus hæreditariò poſſidendi ſibi à Cæſare fieri caverit; id tamen ſtudiò celatum:

78. Ita ut Cæſar ac Bavarus omnibus fidem dederint, Bavaro ad vitæ dies tantum

Electoratum conceſſum eſſe, præſervato jure Liberis & Agnatis.

79. Quod & Bavarus literis reverſalibus confirmaverit.

80. Cum verò cerneret tranſlationem Electoratus moderatius ferri; cumque à Saxone & Brandenburgenſi, ut ſe Collegam agnoſcerent, extorſiſſet;

81. Opportunum judicaſſe publicare, Electoratum ſibi ac poſteris in perpetuum jure hæreditario adjudicatum, idque ſanctione Pragmaticâ.

82. Et ab omnibus Ordinibus confirmatum fuiſſe.

83. Trinas Regis Jacobi literas, eo tempore, quo res iſta agitaretur, ſcriptas hic ſubjungi.

84. Ex quibus pateat, quid Sapientiſſimus ille Regum de illorum hominum conſcientiâ judicârit.

85. Primas ad Regem Daniæ; ſecundas ad Electorem Saxoniæ; tertias ad Brandenburgenſem exaratas.

QUanto verò ſtudio, ardore & induſtriâ Dux Bavariæ Ele-
ctoralem dignitatem in domum ſuam inferre conatus ſit,
1. & allaborârit, quamque moræ impatiens fuerit, donec in
thronum Septemviralem collocaretur, neque quietem
capere potuerit, antequam optatis potiretur (ſolent enim
impatientes dilationis eſſe, qui ſperant aliquid muneris
conferendum, *Senec. in Epiſt. 6. lib. 1.*) hoc ex eo etiam
liquet, quod non ſolùm Papam & quidem ſtatim in ortu & velut puerpe-
rio ſuæ ambitionis ſibi Advocatum, Patronum, & Protectorem in hoc ne-
2. gotio elegerit; ſed etiam rebus nondum ad maturitatem perductis Regem
3. Galliæ, quod ſanè mirandum, in partes ſuas traxerit, cum quo arctiſſimo
clàm inito fœdere hoc extorſit, ut is ſolemnibus pactis & tabulis promiſe-
rit & ſtipulatus ſit, ſe non modò ipſum, ipſiuſque Poſteros in Electoratu &
ditionibus Palatinicis jure hæreditario poſſidendis, quovis modo etiam ar-
4. mis & potenti cum exercitu contra quemvis defenſurum; ſed etiam ea,
quæ Hiſpanus & alii in Palatinatu obtineant, recuperaturum, & Bavaro tra-
diturum, ſicut infrà pluribus audiemus.
5. Papa quidem occaſionem amplificandi poteſtatem & dominationem
ſuam, beneque de Bavaro, cujus operâ in extirpandis in Germania Hære-
ticis, commode uti poſſet, merendi, eumque ſibi devinciendi, amplexus,
ſpontè & promtiſſimâ voluntate annuit, remque non ductoriè ſed gnavi-
ter egit. Suâ enim plurimi intereſſe ſentiebat, ſi interventu & auctoritate
ſuâ efficeret, ut Bavarus ſibi potiſſimum hoc beneficium & decus Electo-
ralis dignitatis & officii acceptum ferre teneretur: quo facto priſtinam &
per tot annos exoletam juriſdictionem & potentiam Pontificum, quâ in
rebus Imperii ordinandis & dirigendis uti ſolebant, ſe reſtitututum ſpera-
6. bat. Quapropter ſedulò & enixè in hanc ſollicitudinem omnibus nervis
& conatibus incubuit, & nunc per literas & amicos, nunc per Nuncios,
Oratores & emiſſarios cucullatos Cæſarem, tametſi volentem & idem fla-
grantiſſimè cupientem, exhortari, inſtigare, & obteſtari atque urgere non
intermiſit, ut Bavarum quanto ocyus, omni contatione dimotâ in poſſeſſio-
nem promiſſi Electoratûs reapſe immitteret, & in conclave Septemvirale
7. ad exercendam functionem introduceret. Hiſpanum etiam & Electores
Eccleſiaſticos, alioſque, ut hanc Bavari creationem, & Electoratus Palatini
in eum tranſlationem approbarent, adjuvarent, & quantum in ipſis eſſet
8. promoverent. In eo inprimis operâ Caroli Caraffæ, Epiſcopi Averſani,
quem in aulâ Cæſareâ Legati officio ſuo nomine defungi juſſerat, uſus fue-
rat: quàm diligens is fuerit & ſedulus in exequendis mandatis, hoc ſuprà
9. ex illius literis & commentariis publicis retulimus. Deindè Hyacinthum
Monachum Cappucinum in eandem curam adhibuit; quem ad Cæſarem
primò & ad Bavarum, deindè ad Regem Hiſpaniæ ad accelerandum & per-
ficiendum hoc negotium tranſlationis Electoratûs, clam miſſum fuiſſe,

toties intelleximus. Ejus etiam rei Comes Ognatenſis Orator Hiſpanicus 10.
in aulâ Imperatoriâ, teſtis luculentiſſimus & omni exceptione major eſſe poteſt. Is enim in propoſitione & literis ſuis ad Papam, Frater, *inquit*, Hyacinthus à Sanctitate Veſtra in Germaniam miſſus ad Imperatorem, ad continuationem belli exhortandum eſt inſtructus, utpote quod contra hæreticos Sanctæ Matris Eccleſiæ inimicos pernitioſos, Sanctitatiq; Veſtræ inobedientes geratur. Utque Imperator votum Electorale in Ducem Bavariæ, Principem Catholicum, inque bello contra Palatinum geſto, ob latas ſuppetias, ſingularemque adhibitam diligentiam optimè meritum transferre non gravetur: cui Palatino Veſtra Sanctitas votum Electorale abrogare, eumque ſecundum merita rebellionis delictorumque caſtigare velit. Cum igitur Imperator ſacro Sanctitatis Veſtræ zelo ſeſe conformem reddere, ejuſque paternis conſiliis aurem præbere magnopere deſideret, miniſtris ſuis mandavit, ut ponderato præſentis belli paciſque Imperii ſtatu, ſimiliter media ad ſatisfactionem exhortationis Sanctitatis Veſtræ neceſſaria diſponeret.

Animadverte hinc, Lector, pacis ſtudium, & belli ſcopum, quo viri iſti 11.
rerum arbitri flagrant: animadverte etiam judicium & conſilium, quod 12.
Romanus Pontifex in rebus Imperii ferre audet. Præterea hoc etiam an- 13.
notandum, quod Papa non contentus ſupradictis exhortationibus & miſſitationibus, adhuc Fabritium Veroſpum (qui deinde ob hanc & alias res præclarè & feliciter geſtas, Cardinalis creatus fuit) extra ordinem ad Imperatorem mittere operæ pretium judicârit, ut eum ſeriò exhortaretur & commonefaceret ad dignitatem Electoralem in Bavarum citra moram transferendam; omnibus ambagibus & impedimentis amputatis & ſublatis. Cæſar Ferdinandus in hunc modum reſponderi juſſit: Sacra Cæ- 14.
ſarea Majeſtas Dominus noſter clementiſſimus, maturè diligenterque perpenſis atque diſcuſſis rationibus perquàm ſanè arduis, quibus permota ſua Sanctitas per Nuncium extraordinarium, Dominum Fabritium Veroſpum, honorem, titulum, atque dignitatem Electoralem proſcripto Palatino jam ademtam, ad Religionem Catholicam ſtabiliendam in Im- „
perio, in Sereniſſimum Bavariæ Ducem, autoritate Imperiali citra moram „
transferri enixè poſtulat, aliter non poteſt, quàm ut inprimis debitas ſuæ Sanct. gratias agat, quod verè Paternam ſollicitudinem ſuam in afflictum & miſerabilem Germaniæ ſtatum, tàm luculenter honorificæ Legationis indicio explicare voluit. Rem ipſam quod attinet, ſibi perſuadet Majeſtas „
Cæſarea jamdudum Sanctitati ſuæ innotuiſſe, quod in eum ipſum ſcopum „
Imperialis quoque providentia collimet, ac proinde ſupradictum Bavariæ „
Ducem diplomate ſuper Electoratu expedito, & ad manus conſignato jam pridem ſecurum reddiderit. Cæterùm quò minus hæc ſuæ Majeſtatis intentio hactenus publicata, ipſeque Dux in Septemvirale Collegium introductus fuerit, graviſſimæ ſanè cauſæ obſtiterunt, & etiamnunc obſtant, quæ ipſimet Bavaro Duci tanti ponderis ſunt, ut pro ſingulari ſuâ prudentiâ, hoc turbulento & periculoſo rerum ſtatu ulteriorem diplomatis ſibi conceſſi effectum urgendum non judicat, ſed ante armorum utrinque diſpoſitionem, ſi quidem honeſtis & tolerabilibus conditionibus obtineri poſſit, amplectendam: Tum verò de universâ re, An & quatenus Palatinus proſcriptus in gratiam recipiendus ſit, tractationem inſtituendam cenſeat; Quorſum Seren. quoque Hiſpaniarum Infantis in Belgio & Regis ipſius Catholici conſilia inclinant. Quæ cum Magnæ Britanniæ Regi ſua Majeſtas per Ablegatum ſuum jam ſignificanda curârit, meritò tum illius tractationis, tum Ungaricorum Comitiorum (quibus quid de pace in illo regno denique ſtatuendum ſit, cognoſcatur) eventus expectandus. Quod

 ſi præ-

ſi prædicto cum Angliæ Rege tractatu hoc obtinebitur (quemadmodum
Sua Majeſtas omne ſtudium unà cum ipſo Duce Bavariæ eò convertet) ut
Palatinus proſcriptus unà cum Fratre & Liberis dignitate Electorali exu-
tus maneat, nulla in ſuâ Majeſtate de reliquo mora erit, quo minus Bavariæ
Dux in ipſam dictæ Electoralis prærogativæ plenariam poſſeſſionem in-
« troducatur. Sin verò aliâ ratione, quam bello id confici non poſſit, jam
« quidem Sua Majeſtas prævidet, Catholicorum ærariis exhauſtis, Pro-
« vinciis deſolatis, exercitu Regis Catholici in diverſis diſtracto & copiis
« ſuæ Majeſtatis Cæſareæ maximoperè diminutis quanti diſcriminis ac peri-
« culi in id temporis bellum tale, quod univerſam Germaniam concutiet, fu-
« turum ſit; in quod bellum antequàm Sua Majeſtas deſcendat & Reipubli-
cæ & Catholicorum omnium maximoperè intererit, tempeſtivè ſcire, qui-
« bus & quantis, quantoque tempore duraturis auxiliis ſua Sanctitas ſacram
hanc militiam adjuvare decreverit, quo commodius rationes iniri, &
omnia tantæ moli ſuſtinendæ opportunè tantò accuratius provideri que-
ant, ne bello temerariè ſumto, quod reliquum eſt Catholicæ rei (à quo ne
nunc quidem procul abeſt) in extremum diſcrimen præcipitetur. Præ-
tereà hoc maximoperè cenſet opportunum Sua Majeſtas Cæſarea, quod
etiam enixè à Sua Sanctitate efflagitat, ut ſupremâ autoritate ſuâ, apud
Reges, Principes & Reſpublicas Chriſtianas ſeriò diligenterque interpo-
ſitâ præcavere velit, ne intentio & conatus Majeſtatis ſuæ Cæſareæ & Se-
reniſſimi Hiſpaniarum Regis Catholici, aliorumque, qui in hujus belli ſo-
cietatem concurrent, ſiniſtris officiis, æmulationibus, cum publicis, tum
privatis, aut hoſtili quâcunque infeſtatione divertantur.

15. Tale quidem fuit reſponſum Cæſaris, cui deinde Papa, quia conſultum
judicabatur bellum potius, quàm Pacis colloquium proſequi, & ex illo Ba-
varus, Imperator, Papa, & res Romana Pontificiorum plus emolumenti
quam ex pace conſecuturi eſſent, certa auxilia, viros & pecuniam ſtipula-
16. tus eſt. Ex his etiam liquet Tragœdiam iſtam tranſlationis Electoratûs Pa-
latini in Bavarum, & exitioſæ proſcriptionis Friderici potiſſimum ab ho-
minibus infulatis cum raſo vertice & cucullo, monaſticam vitam & ſtri-
ctam religionis diſciplinam profeſſis, actam, inſtructam & luſam fuiſſe;
17. adeò ut experientia noſtri etiam temporis dictum illud Pii Pontificis in
18. Hiſtoriâ Auſtrali nimis verum eſſe probet: Nihil excellenter, *inquit ille*,
mali in Eccleſiâ Catholicâ patrari, cujus prima origo à ſacerdotibus non
dependeat. Notum eſt illud πολυθρύλητον:

Non audet Stygius Pluto tentare, quod audet
Effrenis Monachus, plenaque fraudis anus.

19. Sed redeundum eſt ad Bavarum: is cum ſibi cuncta feliciter ſuccedere &
rem ematureſcere videret, animadverteretque ſe ſatis cauſæ habere confi-
dendi, tempus etiam adeſſe, quo ſolemni ritu mitrâ Electorali & trabeâ
purpureâ indutus in Senatum Septemviralem eſſet introducendus, librum
quendam per Anonymum publicari fecit, qui clanculario *(ut ait Conſilia-
rius Neoburgico-Palatinus in diſcurſu de Septemviratu, in quo librum iſtum &
argumenta ibi comprehenſa confutat)* ſcripto & informatione ſubreptitiâ *Ge-
vvoldi* opinionem (nempe Septemviratum & dignitatem Imperialem,
quæ Palatinatûs propria eſt, Ducibus Bavariæ, ratione Ducatus ſui Bava-
rici ab antiquo competiiſſe) conatus eſt etiam extra Imperii fines proferre,
20. & nonnullis Regibus (Gallo & Hiſpano) perſuadere jus illud & officium
Electorale, quod in Aureâ Bullâ Caroli IV. Imperatoris Comiti Palatino
Rheni perpetuo ſucceſſionis ordine adſcribitur, de jure ad Domum Bava-
21. ricam pertinere, & hactenus à Comitibus Palatinis Rheni illegitimè, &
de facto excluſis Bavariæ Ducibus fuiſſe uſurpatum. Cujus aſſertionis fun-
damenta,

damenta, etſi pet ſe levicula ſint, & opetoſâ tefutatione non indigeant;
cum tamen in petniciem & injuriam laudatiſſimæ Domus Palatinæ Rhe-
nenſis vergere videantur, cenſui detegendum eſſe maliriosum errorem, ne
cum periculo & diſcrimine eorum, quibus huic contraria veriras patroci-
natur, latius ſerpat, aut tacendo vires acquitat. *Hae Conſiliarius iſte.* Opi-
nionem autem iſtam in defenſionem *Chriſtophori Gevvoldi Nicolaus Bur-
gundus Conſiliarius Cæſareus & Bavaricus poſteà, eum nimirum Dux Bavariæ
Electoratus poſſeſſione & functione potitus eſſet*, integto volumine conquiſitis
& ſpecioſis rationibus publicè aſſeruit & deduxit.

Cum jam cuncta præparata & matura eſſent ad conferendam Duci Ba- 22.
variæ inveſtituram, Cæſar, ſicut convenerat inter ipſos, Electotes Ratiſ-
bonam evocavit, eiſque tres Epiſcopos, Herbipolenſem & Saltzburgen-
ſem, & Ludovicum Landgravium Haſſiæ Datmſtadenſem, de quorum ob-
ſequio & aſſenſu certus erat, adjunxit. Non autem in eum finem convo-
cati erant, ut deliberarent & ſententias ſuas dicerent; an conſultum & ju-
ſtum eſſet Bavaro Electoratum Palatinicum conferre; an Pax potius, quam
bellum tecepto in gratiam Friderico amplectenda & præferenda eſſet; ſed 23.
ut approbarent & perficere adjuvarent ea, quæ jamdudum Imperator, Pa-
pa, Bavarus & Hiſpanus decreverant & conſtituerant, animoque deſigna-
rant, hoc eſt, ut neceſſarios ad continuationem belli apparatus pto[ſ]pice-
rent unoquoque ſymbolum ſuum pto ratâ contribuente, rum ut adeſſent,
& præſentiâ ſuâ otnarent & ratam haberent ſolemnem Bavari inveſtitu-
ram & inaugurationem; *ſicut ſupra pluribus deductum fuit.*

Dux Maximilianus confeſtim atque in Collegium Septemvirale rece- 24.
ptus & cooptatus fuerat, Cutſores & Nuncios ſuos Romam expedivit,
ſignificatum Euangelia ſuæ inaugutationis, ſimul etiam petitum à Papa 25.
Gregotio XV. confirmationem obtenti Electoratus: Se enim, *inquiebat*,
honorem iſtum & munus ſoli Papæ acceptum ferre; huncce non modò
Promotorem & adjutorem, ſed etiam auctotem & primam cauſam mo-
venrem & finalem, *ſicut verba ſonabant*, extitiſſe: hoc luculentum & di-
gniſſimum beneficium ſe lubenter & grato animo agnoſcere. Imperato-
rem quoque ipſum ptofiteri, ſe imprimis Pontificis Maximi exhortatione
commotum, & ex debito gratificandi & obſequendi ſtudio, dignitatem
Electoralem ſibi contuliſſe, quamquam plurima eaque maxima impedi-
menta & obſtacula à magni nominis & potentiæ Principibus opponeren-
tur. Proptetea ſe meritò opes, viram, vires, & quæcunque animo & cor-
pote teneat, impenſurum deinceps ad poteſtatem, auctoritatem & juriſ-
dictionem ſedis Romanæ in Imperio ſtabiliendam, ad Religionem Catho- „
licam propagandam, & ad hæreticos in Germania exſcindendos. Papa lu- „ 26.
benti & promtò animo poſtulata iſta rata & gtata habuit, & petitam confir-
mationem, quam Wilhelmus Fuggerus ea de cauſa Romam miſſus ſecum
domum tetulit, conceſſit. Sua enim intereſſe quàm maximè arbitrabatur,
hanc occaſionem amplecti quâ præcipuum Electorem ſibi obnoxium red-
deret & teneret, atque pet ipſum cætetos quoque ejus Collegas ad obſe-
quium redigerer; hoc modo res Imperii ex arbitratu ſuo directurus.

Operæ pretium eſt audire eâ de re *Michaelem Lonigum Vaticani Pala-* 27.
*tii Præfectum; is in aphoriſmis de ſtatu Eccleſiæ reſtaurando, ex decreto & appro-
batione Collegii Cardinalitii collectis ex conſilio, Gregorio* XV. *Pontifici Maximo
exhibito, inter alia hae proponit & aſſerit:* I. Cum Bojorum Dux, *inquit*, à
beatiſſimâ ſede Apoſtolicâ confirmarionem in ſolemni formâ proptet E-
lectoratum expoſtulavetit, ideò Eccleſia obedientiam amiſſam, ex negato
brachio ſæculari paulatim recupetare poteſt. II. Cum Pontifex Maximus
per Bojotum Ducem Maximilianum, ut filium Eccleſiæ obedientiſſimum,

jura,

jura, à ducentis uſq; annis & ultra, in conſtituendis rebus, & ordinibus Imperii amiſſa recuperare poſſit; ideò poſſeſſiones bonorum Eccleſiaſticorum, ex manibus hæreticorum rurſus eripere, non difficulter erit. III. Cum Bojorum Dux ex ſpeciali juramento Eccleſiæ præſtito in eo fervore ſit, Eccleſiæ faciem ita adornare, ut ante Gregorii XI. tempora; ideò Hæretici brachium ſæculare Eccleſiæ reſtituere coguntur. In V. *Aphoriſmo*: Cum de ſtatu & ordine Imperii cognoſcere & decernere Eccleſiæ proprius partus ſit; ideò hæretici qui hanc antiquitatem & jura Eccleſiæ negant, & in ſtatu & ordine Imperii jam per Bojorum Ducem reſtaurando in poſterum tolerari non poſſunt. VI. Cum Leo III. illam poteſtatem habuit, propter hæreſeos crimen Orientale Imperium ab Occidentali divellere, ac ex Græcorum manibus « eripere & ad Gallos tranſmittere; quare non Pontifex Maximus eandem « poteſtatem habebit, Electoratum à Palatino ut principali Hæreſiarchâ ab- « ripere & in Bojorum Ducem ut obedientiſſimum filium Eccleſiæ transferre? *In Aphoriſmo* VIII. Cum Imperii tranſlatio à Græcis ad Gallos tam libero brachio per Leonem Pontificem facta fuerit, ut iidem ipſi Græci Imperatores, quamquam potentiſſimi; nunquam tamen ſibi audendum exiſtimârunt illam impugnare, ſed potius expreſſe probârunt, & ratam habuerunt: ita Electoralis dignitatis in Bojorum Ducem Catholiciſſimum tranſmiſſionem alter Hæreſiarcha Saxo impedire, multò minus impugnare non debet; quia juribus & privilegiis Imperii, ut Hæreticus Sanctitatem & antiquitatem fontalis Originis Imperii non agnoſcens, de jure frui non poteſt. IX. Poſt Leonem alii quoque Pontifices, ſolâ ſedis auctoritate illud idem Imperium Occidentale, ſæpè ab unâ ad aliam tranſtulerunt « nationem. *In* XII. *Aphoriſmo in fine*: Ideo pro plenitudine poteſtatis Pon- « tifex Maximus ulterius connivere non poteſt, quod Hæreſiarchæ illi Saxo « & Brandenburgicus auctoritatem in transferendo Electoratu à Sede Romana divellere, & ad Collegium Electorum pertrahere tentant. XIII. In manu Pontificis Maximi eſt, ut ex omnibus Hiſtoriis apparet, Majeſtatem Imperatoriam in eorum Regno redintegrare, Imperium de Gente in Gentem transferre, ac jus Electionis in totum avocare. Caveat itaque Pontifex Max. ne ex tali conniventiâ reſtantes Hæreſiarchæ Saxo & Brandenburgicus, faciem Imperii Romani in horrendum monſtrum transforment. XIV. Cum Venceſlaus ob ejus inertiam ab Electoribus de Sede Imperii deturbatus fuit; & è contra Robertum Rheni Comitem Palatinum, Pontificis Bonifacii IX. mandato & juſſu ad tanti gradûs apicem promoverunt: Ita ſimiliter Palatinus Hæreſiarcha Principalis propter crimen læſæ Majeſtatis & pacis publicæ in Imperatorem & Imperium commiſſum de « Electoratûs ſede deturbatus: & è contra pro antiquitate recuperandâ Ele- « ctores Imperii Sancti & Veri, mandato & juſſu Pontificis Maximi Bojorum « Ducem Maximilianum ad Electoralis gradus apicem ſummo jure promoverunt. XV. Si Apoſtolicæ Sedis auctoritate poteſtas eligendi Imperatorem Electorum numero ſeptem tantùm Principum coarctari potuit, ubi tamen anteà ex Gregorii V. conceſſione, cunctis Germaniæ Principibus competeret; ſic ex eâdem plenitudine poteſtatis Pontifex Electoralem dignitatem à Palatino & hæredibus ſuis abſcindere, & in Bojorum Ducem transferre poteſt. *In Aphoriſmo* XX. Ita eâdem Sedis auctoritate de rebus Imperii cognoſcere & decernere, Pontifici ſoli non Collegio Electorum adhuc omni jure deberi, indubitati juris eſt. *In Aphoriſmo* XXVI. Cum translatio Electoratus in præſentem Saxonicam lineam à beatiſſimâ Sede Apoſtolicâ non confirmata ſit, ideò Pontifex Max. & Imperator ad reſcindendam tranſlationem Electoratûs in Bojarium Ducem moveri non debent, ſed ipſius exceptio pro non exceptione habetur. Nam quod de

jure

jure non ſit, & ſimpliciter non ſit, æquiparantur. XXVII. Cum tranſla-
tio Electoralis dignitatis in Bojorum Ducem Maximilianum facta, jam à
beatiſſimo Patre confirmata; ideò penes Imperatorem aut Regem Hiſpa- “
niarum non amplius eſt, Palatinum Hæreſiarcham vel hæredes Comitis “
Palatini, in ditione de quâ Parens eſt dejectus, vel in Electoratum repo-
nere. Nam hæ controverſiæ ad beatiſſimam Sedem Apoſtolicam, non ad
Imperatorem vel Regem Hiſpaniarum pertinent. XXVIII. Cum tranſ-
lationem Electoratû. Pontifex ſummus confirmavit: Ideò Rex Angliæ,
Daniæ, Saxo, & alii reſtitutionem Palatini in ditiones & Electoratum ini-
què poſtulant. Nam nihil aliud eſt hoc petere, quàm Sedem Apoſtolicam
de juribus Majeſtatis ſuæ deturbare, & fontalem originem contra Anti-
quitatem & Sanctitatem Eccleſiæ & Imperii, Imperatori & Electoribus ad-
judicare. XXIX. Ut facies Eccleſiæ in Antiquitate & Sanctitate conſer-
verur, propterea Illuſtriſſimi Antiſtites Eccleſiæ unanimiter intrârunt in
hanc ſententiam, quod ſine præjudicio auctoritatis Beatiſſimæ Sedis Apo-
ſtolicæ confirmationem Bojorum Duci Maximiliano conceſſam, Pontifex “
Max. revocare non poſſit; Sed Bojorum Ducem conjunctis viribus Eccle- “
ſiæ, in Septemvirali dignitate tueri, jure divino ſimpliciter tenentur. “

Ex his quidem, quæ tanquam immota & irrefragabilia Axiomata, καὶ 28.
κυριακὰς δόξας Michael Lonigus auctoritate & juſſu Romani Pontificis, cum
applauſu & approbatione Cardinalium in medium propoſuit, manifeſtum
iterum & evidens eſt, luceque meridianâ clarius pateſcit, per Proſcriptio-
nem & everſionem Friderici, & per tranſlationem Electoratûs in Bava- 29.
rum hoc unicè actum & quæſitum, ut oppreſſis & exciſis Saxoniæ & Bran- 30.
denburgi Electoribus, cæteriſque in Imperio Principibus & Ordinibus 31.
Proteſtantibus, quorum omnium ſanè jugulum per latus Friderici petitur,
in ordinem redactis, Germaniæ univerſæ veteres ſervitutis Papalis com- 32.
pedes & numellæ injicerentur, & omnis Reipublicæ adminiſtratio ad nu-
tum & arbitrium Romanenſis Curiæ conformaretur, ipſique Proceres Im-
perii invidiosâ à Majoribus partâ libertate privati, & ſub obedientiam po-
ſiti, poſſent à Pontificibus Romanis pro lubitu creari, conſtitui, deponi,
tolli, pecuniis emungi, & fortunis evolvi, in tantum ut inſtrumenta &
mancipia eſſent tyrannidis alienæ, nec ullus ex iis pro legibus & juſto Prin-
cipe & Magiſtratu agnoſceretur & haberetur, niſi quem Pater ille Tarpe-
jus cum ſuis Purpuratis pro tali agnoſci & reputari vellet. Annon claris 33.
admodum & minimè ambiguis verbis & elocutione, confeſſioneque libe-
râ & authenticâ enunciatum, deſcriptum & declaratum legimus & audi-
mus Fridericum Palatinum ideò potiſſimum proſcribi & Electoratu priva-
ri meruiſſe, non tam quod Imperatorem aſſumto diademate regio offende-
rit, ſed ob eam maximè cauſam, quod crimine hæreſeos & ſucceſſionis à
juriſdictione Pontificiâ, contaminatus, Romanam Eccleſiam pro Dominâ
& rerum Arbitra non recognoverit: Bavarum autem propterea Electorem 34.
creari & renunciari meruiſſe & fas fuiſſe, quia Catholiciſſimus eſſet, & ab
omni labe hæreſeos immunis, qui in extirpandis ex Imperio hæreticis, pro- “
movendâque Pontificiæ Sedis Hierarchiâ ſeu juriſdictione & dominatio-
ne, ſingularem fidem, induſtriam, conſtantiam & zelum, prout Papa præ-
ciperet, eſſet reipſâ teſtificaturus? Nonne etiam ſatis apertè & liberè omni 35.
velo remoto judicatum, ſcriptum & pronunciatum videmus ambos Saxo-
niæ & Brandeburgi Electores non eſſe pro legitimis Electoribus habendos,
& agnoſcendos, neque juribus & privilegiis Imperii, muneribuſque ſuis de 36.
jure frui poſſe, quia & ipſi hæretici ſint, & Papæ juriſdictionem non agno- 37.
ſcant? ac proinde Huic jus, fas & poteſtatem eſſe, eoſdem ſuis officiis & 38.
dignitatibus privandi, haſque ad Catholicos, ut ſedem Romanam in extir-

pandis ex Imperio Hæreticis adjuvent, rransferendi. Eâ autem in re, co-
39. gnirionem non Imperatori & Electoribus, ſed Papæ competere, qui ne connivere quidem debeat, ut Saxo & Brandenburgicus poriantur Electoratu, auctoritare & poteſtare aliquâ in Imperio, ne per eos Res. Romanæ Sedis
40. impediatur. Additum denique pro corollario ad omnium notitiam & in perpetuam rei memoriam, Bavarum juſſu & mandato Summi Pontificis ad apicem Electoralis dignitatis promotum non poſſe inde amplius deturbari:
41. nec enim in Imperatoris & Electorum, nec alterius cujuſcunque Regis aut Principis poteſtate amplius eſſe Palarinum reſtituere, & tranſlationem Electorarûs in Bavarum factam reſcindere, quia Papa illam ſolemniter confirmârit & ratam habuerit.

42. Nunc tempus & ordo rerum autem vellit, ut contemplemur & inſpiciamus, qualem ſe in hoc negorio tranſlationis Electoratûs Rex Francorum Chriſtianiſſimus in hanc ſcenam à Bavaro productus geſſerit, & quo ſchemare perſonam ſuam Cardinale Richelio ſecundario (quem Monitorem, *Terentius*; Græci ὑποβολέα vocant) egerit. Duo hîc notanda veniunt. Pri-
43. mò Regem illum ex ſuggeſtione, perſuaſu & requiſirione cum Bavari, tum Papæ ad hoc adornati, à Ferdinando Cæſare poſtea etiam ab Electoribus in conventu Ratisbonenſi Anno MDCXXIII. ſeriò, multis in medium productis rationibus, cur id Romanæ Eccleſiæ expediret, & in emolumentum cederet, contendiſſe & per Legatum ſuum Nicolaum Beaugium diligenter ſolliciraſſe, ut Bavaro in Septemviralem Senatum adſcito & cooptato Electorarus Palatinicus traderetur & conferretur excluſo inde Fride-
44. rico Palatino. Quod cum poſtea publicè ſingulari pompa fieret, idem Legatus ejus ſolemnibus inaugurationis & inveſtituræ interfuit: quo facto terrarum orbi Rex teſtatum fecit, Bavarum etiam ſibi aliquâ ex parte obligatum & devinctum, quod ſublimem illum honorem & dignitarem, ſe
45. tanto Rege deprecatore conſecurus fuerit. Hiſpaniarum Rex Philippus in hoc ſe moderatiorem, certè civiliorem exhibere voluit; dum vel per ſimulatam in tempus, & ad Regem Jacobum Socerum Friderici demulcendum & circumveniendum directam diſſenſionem; vel per alias ratio-
46. nes præ ſe rulit & ſignificavit, ſe non uſque adeò tranſlationem illam Electorarûs comprobare; idcircò Orarorem ſuum Comitem Ognatenſem à ſolemnibus inveſtituræ & epulis auguralibus abeſſe juſſit.

Hoc loco velut in tranſcurſu notandum, quod in ipſo actu ſolemnitatis, ſedente Imperarore in throno ſuo, & Bavariæ Duce coram ipſo ingeniculante & inveſtituram accipiente ex improviſo & derepentè è fornace ſeu foco, quem calefactor propter frigidiorem tum temporis aërem (dies enim XXIV. Februarii luxerat) nimium ſatis lignis conſtruxerat & repleverat, flamma eruperit, quæ ſi non confeſtim fuiſſet occupata & extincta, totum conclave ubi conſeſſus celebrabatur, & ritus peragebantur deuſſiſſet & in cinerem redegiſſet. Nimirùm præſagium hoc erat & infauſtum augurium incendii & deflagrationis, quæ tranſlationem Electorarûs & Bavari in Septemvirale collegium ſuſceptionem mox ſecuta, totam Germaniam, imò univerſam Rempublicam Chriſtianam invaſit & ambuſſit.

47. Deinde ſciendum, Regem Ludovicum, poſtquam ſtudia & officia ſua, ſicut commemoravimus, in Bavarum novum amicum declaraſſet, eum magis ac magis ſuis rationibus & urilitatibus adjungere, ſibique devincire & ob-
48. noxium reddere ſtuduiſſe. Judicabat enim Sapientiſſimus Rex, Cardinale Richelio, viro cordariſſimo καὶ πολιτικωτάτῳ ſuggerente, creſcentem Auſtriacorum in Germaniâ potentiam & prætenſam illorum hæreditariam in Imperio ſucceſſionem, non commodius neque facilius, & expeditius, rectiuſque refrenari, coërceri & impediri poſſe, quàm per Principem iſtum eminentiſ-

nentiſſimum, qui multis abhinc annis, fatali quadam diſpoſitione, æmu- 49.
lationem cum Auſtriacis habuiſſet & exercuiſſet, quique ſolus capax & idoneus eſſet, qui ad Imperatorium faſtigium pro temporum & rerum in 50.
Imperio conſtitutione, adſpirare & eligi poſſet; tum quod Romanæ Pontificiæ religioni & ſedi addictiſſimus eſſet, tum quod potentiâ, tàm propriis viribus, quam fœdere, amicitia & ſocietate cæterorum Catholicorum Procerum, qui ad eum tanquam Ducem, & fœderis cum eo initi Directorem reſpicere ſolerent, nixâ præpollens, primas in Germania inter
CatholicosOrdines partes ſuſtineret: Recordabatur procul dubio Magnus 51.
ille Rex, & Cardinalis ſecundus ab illo, doctrinæ illius arcanæ, quam optimus maximus Regum Henric. IV. inculcare, & Principi Chriſtiano Anhal-
tino, aliiſque quorum intererat, pro arcano imperii tradere ſolitus erat: Si 52.
vultis, *inquiens*, redigere in ordinem Imperatorem & Domum Auſtriacam intra cancellos moderatæ potentiæ continere, oportet ut Principem, qui ſit ſine exceptione & ſuſpicione Catholicus, eis opponatis, & ad Imperiale
culmen evehatis. Ideò Ludovicus Patris conſilium ſequens, & ſibi amici- 53.
tiam, ſocietatem & operam ejuſmodi Principis multis modis contra Hiſpanum & Auſtriacos ſuos inimicos & æmulos utilem, opportunam, & neceſſariam fore ratus, arcto cum Bavaro, florere & rerum in Germania potiri
incipiente, fœdere contracto, ſolemnibus tabulis promiſit & ſtipulatus eſt, 54.
ſe non ſolum eum, ejuſq; poſteros in obtenta & uſurpata Electorali dignitate annexiſque ditionibus, defenſurum & protecturum contra quoſvis; ſed
etiam omnia ea, quæ Hiſpani & alii in Palatinatu poſſiderent & conſecuti 55.
eſſent, recuperaturum, ſi vel armis & bello id fieri deberet, & Bavaro jure hæreditario traditurum.

Nec in eo ſubſtitit Rex promiſſionibus indulgentiſſimus; ſed propenſæ 56.
ſuæ voluntatis & ſtudii teſtificationem eò uſque extendit, ut ſummâ cum ſolertiâ & diligentiâ, ſingulari adhibitâ circumſpectione miſſis ſub variis prætextibus, diverſis nunciis & Legatis, niteretur unum & alterum Electorem inducere & perſuadere, ut tempore opportuno Bavarum ſuffragiis ſuis Romanum Regem & Imperatorem deſignarent, & crearent; cujus nomine ampliſſimas & acceptiſſimas conditiones in compenſationem obtulit. Eâ in re inprimis ſpectata fuit, Claudii Charnaſſii, Mareſchotti, Leonis Bruilarti, & aliorum Miniſtrorum regiorum dexteritas, gnavities & calliditas, ſicut ex eorum Legationibus, Propoſitionibus, ſermonibus ad Electores, Colonienſem, Trevirenſem, Saxonem & Brandeburgicum, & ad ipſum Ducem Bavariæ habitis & peractis, pluribus, ſi opus foret, reſve in
dubium vocaretur, deduci & demonſtrari poſſet. Quem autem fructum 57.
quodvè emolumentum Rex Francorum ex his ſuis in Bavarum collatis ornamentis & ſtudiis retulit? quam utilitatem ex hâc nova cum eo inita ſocietate, amicitia & fœdere reportavit? Non eam quidem, nec tàm amplam
&. conſummatam, quàm ipſe ſibi finxerat, & ſpe devoraverat: aliquam 58.
tamen non omninò pœnitendam conſecutus eſt. Bavarus enim Princeps diffidendi & ſimulandi, tum excuſationes, dilationes & ambages comminiſcendi, temporumque momenta obſervandi artes, ſicut virum tantæ eminentiæ & prudentiæ decet, probè edoctus, nunc his nunc illis ſtrophis, perſuaſionibus & tergiverſationibus Gallum detinuit, non tam deludendo & circumducendo, quam ineſcando & pavendo, dum in ſe recepit & ſpem dedit, ſe non conſenſurum, ut vivente Imperatore Ferdinando aliquis ex domo præſertim Auſtriaca Rex Romanorum eligatur & renuncietur: hunc primum eſſe velut gradum ad Auſtriacorum potentiam & dominationem, hæreditariamque ſucceſſionem cohibendam & infringendam. Cætera de diademate ſibi imponendo per callidam mode-

ſtiam ſilentio tranſmiſit & declinavit; quanquam ſpecie recuſantis flagrantiſſimè concupiſceret & optaret. *ut Tacitus de Auguſto loquitur Annal. 1. cap. 3.*

59. In eo autem rem admodum gratam Gallo præſtitit, dum hujus perſuaſu & inſtinctu in conventu Ratiſbonenſi, anno M D C XXX, ſua potiſſimùm autoritate & præpotentia, adſtipulantibus tamen & conſentientibus Electoribus effecit, ut Albertus Wallenſteinius Cæſareorum exercituum ſupremus Dux, qui armis ſuis Imperii Ordines in metu & obſequio Cæſaris continebat, ad cujus imperium & potentiam univerſa Germania ſe componebat, exteri etiam & vicini Reges & Principes formidabant & ſuſpectam habebant, exauctoraretur, & Zerclaſio Tillio, Bavari Legato, ſum-
60. ma belli adminiſtratio demandaretur. Deinde ſedulam etiam operam in eo Galliæ Regi navavit, dum in eodem conventu impedivit, ne Cæſaris Ferdinandi Filius tunc, ſicut Pater & Hiſpaniarum Rex conſtituerant, & ſpe præceperant, omniaque ad inaugurationem neceſſaria præparaverant, in Regem Romanorum, prout Auſtriaci enixiſſimè prenſabant, eligeretur & coronaretur. Deliberatio enim iſta de eligendo & deſignando Rege & ſucceſſore Imperii abrupta, & in aliud tempus remiſſa & dilata fuit, cum ſumma Auſtriacorum offenſione & ignominia. Hanc egregiam operam & acceptum gratumque Regi ſuo ſtudium Carolus de Leon Brovillardus, Orator Regius, & Joſephus Capucinus, qui eo tempore Ratiſbonæ compoſitioni & colloquio in cauſa Mantuani Ducis vacabant, ſe ſua potiſſimum induſtria & dexteritate, adhibita neceſſaria & circumſpecta largitione obtinuiſſe & procuraſſe, palam gloriari auſi ſunt.

61. Non poſſumus nos hoc loco continere, quin levi brachio perſtringamus & notemus Gallorum in ſuſcipiendis & deponendis amicitiis & fœ-
62. deribus facilitatem & inconſtantiam. Quamprimum Fridericum Regem, cum quo anteà arctiſſimam neceſſitudinem & ſocietatem colere ſoliti
63. erant, adverſa fortuna afflixit & peſſumdedit; Bavarum vero, cum quo nihil commercii, quin imò hoſtem potius quàm amicum habere ſolebant, proſper rerum ſucceſſus extulit & evexit; antiquam cum Friderico amicitiam & confœderationem ſuſque deque habuerunt, & novam cum Bavaro, quamvis infidam & ſuſpectam parumque ſinceram inire & præferre maluerunt, immemores meritorum ab inclytâ Domo Palatinâ tot per
64. annos acceptorum. Nulli certè Principes majori fide, obſervantiâ, conten-
65. tione & ſtudio Galliæ Reges coluerunt, nulli tenaciùs, fideliùs & ſanctiùs fœdera & ſocietates cum illis ab antiquo contractas, obſervarunt, quam
66. Principes Palatini, qui Gallorum amicitiam neceſſitudini & ſocietati Auſtriacorum præferendo, his occaſionem dederunt, ut tanto odio Palatinam familiam proſequerentur, & ejus exitium procurarent. Replicentur Hiſtoriarum monumenta, evolvantur Thuani Annales & aliorum ſcriptorum Gallicorum Commentarii, ipſis illis teſtibus domeſticis conſtabit, quàm ſtudioſi ſemper fuerint Electores & Principes Palatini amicitiæ & Magnitudinis Regum Francorum; quoties Regno difficultatibus &
67. diſcrimini involuto opem tulerint; quoties Regibus factioſorum motibus divexatis, præſtò fuerint, id vel exemplo Friderici III. Electoris, Johannis Caſimiri, Wolfgangi Bipontini, & aliorum Principum Palatinorum, qui integros in Galliam exercitus ad liberandum ab oppreſſione Regnum
68. & Regem duxerunt: id quod Henricus IV. grato ſemper animo agnovit, non unis ſed pluribus teſtimoniis declarans, ſe multis nominibus Electorali Palatinæ Domui obligatum eſſe, eique in parte acceptum ferre teneri, quod hujus auxiliis, armis, milite & pecuniâ adjutus, ſceptrum & diadema regium contra Guiſios & Hiſpanos, qui eum Regem eſſe nolebant, recuperarit,

perarit, defenderit & conſtabiliverit. In hodiernum adhuc diem Corona 69.
illa Electori Palatino ultra ſepties centies millies Coronatorum, tum propter ſtipendia, tum propter mutuò acceptam pecuniam in ære eſt. Ha- 70.
rum rerum omnium memoria nunc exolevit, & rara veteris reſtat gratia
facti. Quis in adverſis, *inquit Vellejus lib. 2. cap. 53.* beneficiorum ſervat
memoriam? aut quis etiam calamitoſis putat deberi gratiam? aut quando
fortuna non mutat fidem? Sed hodiè familiare eſt Regibus & magnis Prin- 71.
cipibus amicitiam pro negotiatione & mercaturâ habere, ſocietates &
fœdera colere, quamdiu ex iis commodum ſentiant; eorum potiſſimùm 72.
neceſſitudinem amplecti, ex quibus ſperant ſe maximos fructus eſſe percepturos. Cicer. de amicit. cap. 25.

Vt verò acerbum eſt, pro benefactis, cum mali meſſem metas! Plaut. Epidic.

Operæ pretium Lectoribus candidis & veritatis ſtudioſis hîc facturos 73.
nos arbitramur, ſi arcanæ iſtius inter Gallum & Bavarum conventionis &
ſecretæ conſiliorum communicationis acta & ſcripta, ultrò citroque miſſiculata, quanta quidem ad noſtram notitiam pervenerunt, exhibemus &
ſubjicimus in appendice hujus operis legenda & examinanda. In iis enim 74.
multa occurrunt animadverſione & conſideratione digna, tum qualia conſilia καὶ κρυφίας συμβουλὰς Bavari & ſocii agitaverint, tum quo animo erga 75.
Fridericum Regem, cæteroſque Principes Proteſtantes, quos Acatholicos illi vocant, affecti & comparati fuerint, & etiamnum ſint. Licebit pace Veſtrâ, Lectores, hæc rhapſodica acta, partem Cancellariæ Bavaricæ
appellare: nam ſicut Bavaris licuit literas & ſcripta quædam in Regis Friderici & Principis Anhaltini Archivo reperta & intercepta corruſpare
& conſarcinare, & ſub titulo Cancellariæ Anhaltinæ in publicam lucem
typis vulgare; ita nobis vitio verti non poterit, ſi eorum veſtigia ſecuti, paria facimus. Nam

Sua quiſque exempla debet æquo animo pati;

ut ait Phædrus fabulâ XXVI. cui Publius Syrus Mimus ſuccenturians:

Ab alio, inquit, *expectes, alteri quod feceris.*

Ad faſtigium huic operi imponendum, reſtaret nunc deducendum & 76.
referendum, quàm captioſè, ſenſim & pedetentim, (non enim greſſibus
grallatoriis, ne terrori & formidini eſſet, graſſatus eſt) ſed vulpinis & tacitis inceſſibus, uno pedatu poſt alterum fixo, velut per gradus ad Dignitatem Electoralem Bavarus ſubreperit, donec eam integram cum connexis territoriis & juribus, non ſibi tantum, ſed & poſteritati ſuæ injuſtè
acquiſiverit.

Licet ſtatim ab initio quidem ſtipulationem & promiſſionem de Ele- 77.
ctoratu, jure hæreditario poſſidendo, ſibi à Cæſare fieri caverit, hoc tamen
quia nimis invidioſum illo tempore fuiſſet, ſtudiò celabatur, ne præfeſtina
publicatio remoram aut impedimentum rei adferre poſſet, ita ut non tantùm Cæſar, ſed ipſe etiam Bavarus publicè omnibus tum Electoribus & 78.
Ordinibus Imperii, tum etiam exteris Regibus & Principibus per literas,
per Legatos & alias aſſecurationes fidem dederint, Bavaro Electoratum ad 79.
dies vitæ tantum conceſſum eſſe, præſervato jure Liberis & Agnatis, id
quod etiam Bavarus literis, ut vulgò vocant, Reverſalibus ſolemniter confirmavit: intereà tamen inter ipſum & Cæſarem aliter clam actum erat.
Cum deinde animadverteret tranſlationem Electoratûs, utpote ad cer- 80.
tum tempus, & unius provectioris ætatis Principis vitam reſtrictam eſſe,
moderatius ferri, neque ſibi propterea bellum moveri; cumque etiam ab
Electoribus Saxoniæ & Brandenburgi, ut ſe pro Collegâ agnoſcerent, tam
minis quam amplis promiſſionibus & callidis perſuaſionibus extorſiſſet, 81.
tunc opportunum & è re ſuâ eſſe judicavit, plenis buccis detonare & pu-

 blicare,

Litteræ ad Electorem Brandenburgenſem.

ILluſtriſſime Princeps, Conſanguinee & Amice chariſſime. Non mirum eſt, turbatores pacis id nunc agere, ut publico ſuffragio ſua acta faciant rata, ipſiuſque Imperii conſenſu ſtabiliant, quæ in Imperii ruinam excogitarunt, ut Bavarus nempe agnoſcatur ab Electoribus Elector, ipſique Electores exemplum ſtatuant, quo ſuâ poſſint dignitate excidere ex dominantium arbitrio. Si juſtè ab iis facta ſit nova poteſtatis in Bavarum translatio, valeat utique ſine Electorum ſuffragiis: ſin injuſta, uti eſt, & damnoſa ſit, quid aliud mereatur, niſi omnibus omnium ſuffragiis reſcindi? Audimus Veſtram quoque Celſitudinem urgeri, ut factam velit approbare injuriam, & calculo ſuo confirmare facinus, quo nullum factum eſt hoc ſæculo injuſtius. Rogamus nos enixè proque ea, quæ nobiſcum & cum læſis intercedit neceſſitudo, ut Veſtra Celſitudo conſenſum retineat, inque ſuſpenſo patiatur hærere hoſtium acta, donec robuſtioribus conſiliis poſſint antiquari: quæ cum Veſtra Celſitudine cujus ſummam in hoc negotio unicè amamus conſtantiam brevi communicabimus; precantes Deum Opt. Max. ut agendi auctor eſſe velit, & Veſtram Celſitudinem diu ſoſpitet. Data 15. Febr. 1624.

FINIS.

APPENDIX.

SEU

CANCELLARIA BAVARICA.

D

fi

L

C

S
i
i

E

F
lu

T

C

ſe.
tas
pe

TRATTATO

Della Confederatione Secreta tra il Re Chriſtianiſſimo & l' Elettore di Bavaria.

Il Cardinale de Bagni à Don Jocherio.

IL Cardinale Richelieu approua il ſoſpendere di tener Reſidente hinc inde per qualche tempo, di trattar famigliarmente & ſecretamente con perſone interpoſte come V. S. & me, ma queſto s' ha da tenere ſegretiſſimo, potendo eſſere mio grandiſſimo intereſſe con Spagna, ſe ſi ſapeſſe ch' io m' ingereſſi per vnire in buona amicitia Francia con Bavaria.

Il Cardinale Richelieu ſcrive all' Elettore di Bauaria, teſtificandoli la ſua buona volonta, &c.

Il Rè promette di non dar aiuto a Liegeſi contra il lor Principe, & da auiſo all' Elettore di Bauaria, che gl' Ingleſi & Spagnuoli trattano la pace alle ſtrette.

TRACTATUS

De ſecreta Confœderatione inter Chriſtianiſsimum Regem & Electorem Bavariæ.

Cardinalis de Bagno Domino Jocherio.

CArdinalis Richelius approbat conſilium de non mittendo hinc inde Reſidente, & ut aliquamdiu tractetur familiariter & ſecretè, mediantibus certis quibuſdam perſonis, uti dominatione veſtrâ, & me. Sed oporter ut illud habeatur quàm ſecretiſſimè, cum utique multùm mea interſit, ne Hiſpani reſciſcant, occupari me in concilianda bona amicitia inter Galliam & Bavariam.

Cardinalis Richelius litteras dedit ad Electorem Bavariæ, in quibus propenſam voluntatem teſtatus eſt, &c.

Rex nullum Leodienſibus ferre auxilium promittit, contra ipſorum Principem, & Electori Bavariæ ſignificavit Anglos, & Hiſpanos, clanculum inter ſeſe agere de pace.

Reſponſum Domini Jocherii ad ſupradictum Cardinalem de Bagno.

QUandoquidem Domino Cardinali Richelio placet modus communicationis familiaris & ſecretæ, per homines confidentes & ſecretos, eâque de causâ certa perſona nominabitur, ſic ad ipſum hìc nos obſervabimus. Conſultum erit, ſi Cardinalis Richelius addat, notas ſecretas ſeu cifras. Sua Celſitudo nominabit quoque confidentes quoſdam, & petit ut Dominatio Veſtra Illuſtriſſima Cardinalem aſſecuret de ſecreto

hìc

hîc obſervando, cujus nemini magis quam Suæ Celſitudinis intereſt, prout etiam Illuſtriſſima Veſtra Dominatio planè ſecura eſt, dum interea fidelem ſuam operam præſtet, ne illa & illius actiones, ex quibus ſine dubio ab Hiſpanis alienario ſequeretur, ubi alteri patefiant, ſed ſecreta maneant. Literæ Cardinalis plenæ ſunt humanitatis & officiorum, illis reſpondebitur omninò, ut Illuſtriſſima Veſtra Dominatio innuit. Elector Bavariæ ſuo & Electoris Colonienſis nomine gratias agit ob Regiam declarationem & oblationem in causâ Leodienſi & informationem circa pacem Anglo-Hiſpanam.

Intellectum quoque eſt hîc, eam per Hiſpanum quoquo modo ambiri, etiam oblatâ reſtitutione Palatinatus Inferioris per Regem Hiſpaniæ occupati, ſed nec Marchio Spinola unquam cenſuit reſtituendum, quicquid Hiſpani ſub colore ſaltem promiſerunt. Et ex Bruneo nuper Legato Regis Hiſpaniæ apud nos agente clarè paruit, Hiſpanos non cogitare reſtitutionem Palatinatûs Inferioris, niſi cum ab Imperatore & Electoribus fuerit decretum; ſed & nos ex Londino habemus, Agentem Regis Hiſpaniæ Rubens pro obtinendâ pace quoque offerre reſtitutionem Palatinatûs Inferioris. Ex Hiſpaniâ inſuper certò affirmatur, Regem Galliæ per literas ſeparatas Regi Angliæ integralem reſtitutionem Palatinatûs promiſiſſe. Prius illud de Rubens non eſt incredibile; ſed poſterius ob Regis
" Galliæ repetitas aſſertiones & promiſſiones non credimus. Dominus Bru-
" neus enixè hîc petiit ſuccurſum exercitûs Unionis pro liberandis Sylvæducenſibus & defenſione Belgii; denegatus fuit ſuccurſus, quod Unioni Catholicæ nihil ſit negotii cum Hollandis, vel bello Belgico ex lege communi, quodve intercedat jus neutralitatis, & quod ſuccurſum neceſſarium habere potuerunt & poſſunt à Cæſarianis, qui Catholicos multis modis offendunt, & reverâ unica cauſa ſunt, cur in Imperio res Catholicorum non fuerunt ex voto compoſitæ, ſed majoribus difficultatibus implicatæ. Unde Hollandi malè agunt & agent, ſi fortunâ ſuâ propitiâ Catholicorum ſtatus prout jam tentarunt, invadent, & beneficium malè rependant. Rex debet eos dehortari. Addo copiam ſignatam lit. B. quâ Elector Bavariæ reſpondet ad propoſitionem Marchavillæ Electori Colonienſi in ſecreto factam, ut in ſecreto ad Electorem Bavariæ mitteretur, & hoc ſit, ut Illuſtriſſima Dominatio Veſtra in ſecreto ſit informata, & ſi Marchavillus aliud referret fortaſsè in Francia, Illuſtriſſima Dominatio veſtra veritatem ipſam detegat & atteſtetur: ſine dubio Cardinalis Richelius hâc de re communicabit cum Illuſtriſſima Veſtra Dominatione. 16. Octobris 1629.

Il de Cardinale Bagni manda al Signore Iocherio gl' infra ſcritti fogli, il primo ſegnato litera C. & il ſecondo litera D.

SCRITTVRA C.

DEſiderando il Rè di Francia & il Elettore di Bauaria conſermarſi tra di loro in buona amicitia & confederatione conuengono nelli ſecretti articoli, che l' vno & l'altro promette tener ſecretiſſimo.

S' intenda in virtù del preſente trattato contratta lega & confederatione defenſiua per anni 25. fra il Rè Chriſtianiſſimo & il Elettore di Bauaria con obligo che il Rè di Francia difenderà li ſtati del detto Elettore & di quei Prencipi di Germania, che di conſenſo commune del Rè Chriſtianiſſimo & Elettore di Bauaria verranno entrare in queſta confederatione col numero di ... fanti & ... caualli, con la conueniente artiglería à ſpeſa del Rè di Francia à guerra finita.

Pari-

Parimente l' Elettore di Bauaria con quei Prencipi di Germania che vorranno entrare in queſta confederatione, come s' è detto, ſaranno obligati difendere li ſtati del Rè di Francia col numero di $\frac{m}{12}$ fanti & $\frac{m}{6}$ caualli da compartirſi frà il detto Elettore & detti Prencipi, come à loro parera c on la conveniente artigl. à ſpeſe loro proprie à guerra finita con dichiaratione, che la rata del Elettore di Bauaria, non entrando altri Prencipi in queſta confederatione, ſarà de $\frac{m}{10}$ fanti & 1500. caualli.

Il Rè di Francia promette di non impiegar le ſue armi contro li ſtati dell' Elettore di Bauaria, ne aſſiſtere con huomini ne con danari quelli, che lo voleſſero aſſalire, & l' iſteſſo promette verſo quei Prencipi, che voranno nel modo ſud.° ad entrar in queſta lega, ò dal Elettore di Bauaria ſaranno nominati per ſuoi amici & confederati nel fine della preſente ſcrittura.

Parimente l' Elettore di Bauaria promette di non impiegar le ſue armi contro li ſtati del Rè di Francia, ne aſſiſtere con huomini ne con danari quelli, che lo voleſſero aſſalire; & l' iſteſſo promette verſo li collegati del Rè di Francia, che ſaranno nominati nel fine di queſta ſcrittura.

Il Rè di Francia promette riconoſcere & mantener al preſente & par l' auvenire la dignità Elettorale nella perſona & caſa di Bauaria contra tutti, che tal dignità voleſſero levarli, & nel eſſercitio di eſſa impedirlo.

Il Rè di Francia nomina per ſuoi amici & confederati in riguardo della preſente confederatione il Papa, li Venetiani & N. N.

L' Elettore di Bauaria nomina per ſuoi amici & confederati in riguardo della preſente confederatione N. N.

Scrittura D.

Conferma il Rè di Francia all' Elettore di Bauaria in parola di Rè che non ha accordato ò trattato coſa alcuna con Ingleſi in prejudicio del Elettore di Bauaria & promette il Rè, che in tutte l' occaſioni che ſi preſentaranno tanto con Ingleſi, quanto con altri porterà gl' intereſſi dell' Elettore, come proprii, & li teſtifica, che tutte le voci che fanno correre li malaffettionati alla Francia, che S. M. vuol andar in perſona con armata à rimettere il Palatino ne ſuoi ſtati, & farſi eleggere Imperatore, ſono coſe falſiſſime, fuor d' ogni raggione & imaginarie.

Dichiara il Rè di Francia all' Elettore di Bauaria, che credi, che ſia ſervitio della libertà di Germania di impedire che la ſucceſſione dell' Imperio non continui più in caſa d' Auſtria, & che conuenga al ben publico impedirlo. Dimanda il Rè all' Elettore, & lo prega à dirgli in tutto ſegreto ſe ſia di queſta opinione & lo prega à prometterle di non concorrere all' elettione del Rè de Romani viuente l' Imperatore, ò almeno mentre ſono le arme dell' Imperatore in Germania, Italia & nelle prouincie confinanti.

Il Rè di Francia notifica all' Elettore di Bauaria come di preſente perſuade li due Elettori di Saſſonia & Brandenburgo à tener buona corriſpondentia con l' Elettore di Bauaria, & che l' vltimo gliene da ſicurezza, quael anco gl' ha (ma ſecretiſſimamente) promeſſo di non dar il voto ſuo per l' Elettione del Rè de Romani à perſona di caſa d' Auſtria, & ha promeſſo di pregar Saſſonia del medeſimo, ma hora non ſi ſa che coſa habbi riſpoſto il Saſſonia, & di piu Brandenburg ha promeſſo impiegar il ſuo voto à contemplatione del Rè di Francia.

Deſidera il Rè di Francia, che l' Elettore di Bauaria le communichi confidentemente quali crede ſiano i ſenſi delli Elettori di Moguntia & de Treueri in queſta materia.

Il Rè di Francia dichiara liberamente in parola di Rè che la ſua riſolutione è d' adoperarſi con tutto il ſuo credito & potere & con la douuta circonſpettione & ſecretezza & con tutti i mezi, che ſaranno giudicati proprii per condurre la

dignità Imperiale nella perſona dell' Elettore di Bavaria come ſuo amico & confederato, & nella ſua ſtirpe dopolui.

Il Rè di Francia prega l' Elettore di Bauaria à far officii con l' Imperatore, nomine proprio, ouero cerchi occaſione & opportunità di farlo in nome della liga Cattolica, ouero diſporne il Coll: Elettorale à far viue inſtanze all' Imperatore, che non conturbi la pace d' Italia con l' armi, ma termini prima il negotio del Duca di Mantua, per giudice ſentendo le parti, & rappreſenta il Rè di Francia, ch' è grandiſſimo intereſſe de' tutti li Prencipi, ch' hanno feudo dall' Imperio, che l' Imperatore pigli queſto coſtume & autorità di turbar le legitime ſucceſſioni de' feudi Imperiali à requiſitione de' Spagnuoli, & negar l inveſtitura alli legitimi ſucceſſori & deſcendenti, chiamati & compreſi nelle prime inveſtiture, & li eacci delle poſſeſſioni di loro ſtati hereditarii con ingiuſte ſequeſtri, & ſe queſto s' incomminciа à pratticare, non ſarà alcuna ſucceſſione ſicura, & queſto medeſimo può arriuar all' Elettore di Bauaria, & ad ogni altro Prencipe che mora ſenza figlioli.

Qui mancano due articoli, cio-é il 7. & 8. laſciati per non eſſer di gran ſoſtanza, come ſi vedra dalla riſpoſta del Signor Iocherio.

ELſorta il Rè di Francia & giudica opportuno, che la liga Cattolica ſi tengha armata potentemente, ſpecialmente ſino ch' Italia ſia in pace, perche ſi doverebbe prevaler dell' occaſione: l' armi dell' Imper. ſono occupate per domandare efficacemente la quiete della Germania, & la liberatione d' infiniti aggrauij, c' ha ſofferto tanti anni, & che l' Imperatore leuaſſe ſi ſoſpetti, che danno tanto ſue armi à Prencipi & alla cità di Germania, & à Potentati confinanti, che potriano riſolverſi, poiche l' armi dell' Imperatore li neceſſitano à mantenerſi con grand ſpeſa armati, di voler un giorno liberarſi delle continue geloſie, che dalle ſudette armi Imperiali ricevono.

Quando l' Imperatore publicò il bando Imperiale contra il Duca di Mantua, il medeſimo Duca ſcrive al Rè, che riſolue appellare ad vna dieta Elettorale ò Imperiale, acciò in eſſa ſi giudichi la ſua cauſa, & domanda conſiglio al Rè, il qual prega l' Elettore di Bauaria à dirle confidentemente il ſuo parere, per bon conſigliare detto Duca, promettendogli ogni ſecreto. 5. Octobris 1629.

Cardinalis de Bagno mittit ad Dominum Jocherium infra ſcripta folia, quorum unum ſignatum eſt litterâ C. alterum litterâ D.

LITTERA. C.

REx & Elector Bavariæ arctioris amicitiæ & confæderarionis vinculo uniri deſiderant, & bene adhuc conveniunt, quoad futuræ pactionis ſecretos articulos, quos uterque ſine divulgatione ſecretos tenère promittit.

Et intelligitur quod vi hujus præſentis tractatus, facta pacificatione, & confœderatione defenſivâ in 25. annos, inter Chriſtianiſſimum Regem & Electorem Bavariæ, cum annexa conditione, ut nimirum Rex Galliæ dicti Electoris ſtatum defendat ac tueatur, uti etiam, omnium illorum Germanicorum Principum, qui confæderationem hanc ÷ peditum: ÷ equitum. cum ſufficientibus tormentis æneis, & reliquo apparatu bellico, acceptare voluerint. Et omnia ſupradicta promiſſa præſtabuntur impenſis & ſumptibus Regis Galliæ, uſqe ad finem belli.

Simili-

Similiter Electot Bavariæ & omnes Germaniæ Principes, qui cum ſupradictis conditionibus Regium hoc fœdus inire voluerint, tenebuntur defendere ac tueri ſtatum Regis Galliæ ~ peditum & ~ equitum, cum ſufficientibus catapultis ſeu jaculatoriis machinis æneis, murifragis, & campeſtribus, & reliquâ ſupellectili bellica, pro confœderatorum arbitrio, factâ repartitione, pto cujuſque parte aliquotâ: Et hæc omnia communi ipſotum ſumptu & impenſis, ad finem uſque belli, cum conditione hac, ut nimirum dictus Elector Bavariæ (reliquis Germaniæ Principibus confœderationem hanc & quotiſationem renuentibus) teneatur alere ~ peditum, & 1500. equitum.

Rex Galliæ pollicetut, ſe nunquam arma ſumpturum contra ſtatum Electoris Bavariæ: & nec adjuturum milite nec pecunia illos, qui Bavarum voluerint invadere: Promittit etiam Rex, ſe omnes illos Principes, qui ſupradictas conditiones ſint acceptaturi, omnes item & ſingulos quos Elector Bavariæ amicos & confœderatos nominaverit pro amicis & confœderatis habiturum.

Similiter etiam Elector Bavariæ pollicetur ſe nihil quicquam tentaturum contra ſtatum Regis Galliæ: & nec auxilium laturum, milite nec pecunia illis, qui Regem voluerint aggredi: Promittit itidem Efector ſe tenore hujus fœderis omnes illos qui à Rege Galliæ amici & confœderati fuerint nominati, habiturum pro amicis & confœderatis.

Rex Galliæ promittit quod nunc & in futurum velit recognoſcere & conſervare dignitatem Electoralem in perſona & Domo Bavarica, contra illos omnes qui voluerint Electorem illâ Electorali dignitate, dignitatiſque exercitio privare aut impedire.

Rex Galliæ vigore & virtute hujus confœderationis in numerum amicorum & confœderatorum recipit Papam, Venetos & N. N.

Elector Bavariæ juxta tenorem pacti fœderis in numerum amicorum & confœderatorum refert N. N.

LITTERA D.

Rex Galliæ Electori Bavariæ Regia fide declarat, ſe nihil adhuc egiſſe cum Anglis, quod Electoti Bavatiæ detrimento & præjudicio eſſe poſſit. Promitrit itidem Rex ſe in omni oblata occaſione, tum quoad Anglos, tum quoad alios, ſemper tam de commodo Electoris, quam de ſuo proprio fore ſollicitum: Et teſtatur falſiſſimum eſſe nuperum iſtum à malè affectis ſparſum rumorem, quod Rex ipſe in ſe receperit cum juſto exercitu in Germaniam ire recuperatum terras Electorales, reſtituendas priſtino ſuo poſſeſſori Archipalatino. Falſum itidem, imò irrationabile & imaginarium eſſe quod affectarit dignitatem Imperialem.

Rex Galliæ declarat Electori Bavatiæ ſe credere multum commodi hoc allaturum libertati Germanicæ & bono publico, ſi impediri poſſet ne ſucceſſio Imperii rurſus cadat in domum Auſtriacam. Rogatque Rex Electorem, ut ſincere communicare velit num & ipſe ejuſdem ſit opinionis, enixè petens ne Electionem Regis Romanorum approbet vivente Imperatore, vel ad minimum quamdiu Cæſar arma ſua continuat in Germania, Italia & in Provinciis finitimis.

Rex Galliæ notificat Electori Bavariæ quod jam occupatus ſit in perſuadendis Electoribus, Saxone nimirum & Brandenburgico ad correſpondentiam cum Electore Bavariæ, & quod ultimus ipſi aſſecuraverit & promiſerit (ſed quàm ſecretiſſimè) nunquam ſe conſenſurum in Electionem Regis Romani ex domo Auſtriaca: pollicitus eſt ulterius ſe idem expetiturum à Saxone.

Neſcio autem an & quale Saxo dederit reſponſum. Elector Brandenburgicus promiſit ſe votum ſuum daturum ad placitum Regis Chriſtianiſſimi.

Rex Galliæ ab Electore Bavariæ petit ut confidenter aperiat, quænam hac de re ſit opinio Electoris Moguntini & Trevirenſis.

Rex liberè declarat & regiâ fide aſſerit, ſe jam decreviſſe, omni conatu, omnibus viribus & mediis, ex debito amicabili & reciproco conſenſu & affectu, eò collaboraturum ut ad Imperialem dignitatem & diadema promoveat Electorem Bavarum tanquam amicum ſuum & confœderatum. Et non ſolum ipſum, ſed & univerſam ejus poſteritatem.

Rex rogat Electorem Bavariæ, ut, ſi poſſit, Imperatorem exoret, nomine proprio vel potius, ſi occaſio ferat, nomine totius Ligæ Catholicæ, vel quod omnium conſultiſſimum, ut diſponat collegium Electorale ad exhortandum Imperatorem, ut ceſſet armis ſuis conturbare pacem Italiæ. Et ut potius ſententiâ finiat negotium Ducis Mantuani.

Oſtendit etiam Rex, omnium illorum Principum, qui feuda ſua in Imperio habent, non leve fore gravamen & incommmodum, ſi Imperator ita adſueſcat turbare legitimam ſucceſſionem feudorum Imperialium rogatu Hiſpanorum, & negare inveſtituram legitimis ſucceſſoribus & deſcendentibus, nominatis & comprehenſis in primis inveſtituris, eoſque injuſtiſſimo ſequeſtro omnium hæreditariorum ſtatuum poſſeſſione exuere. Et ſi praxis hæc increbreſceret, nulla planè ſucceſſio tuta erit; & idem Electori Bavariæ evenire poſſet, & omnibus omninò principibus morientibus abſque filiis hæredibus.

Hic duo Articuli deſunt, nimirum ſeptimus & octavus, quos ideò omiſimus, quia nullius erant momenti, ut videre eſt, ex reſponſione Domini Iocherii.

Rex Galliæ judicat jam opportunum eſſe, ut Liga Catholica jam ſit armata potenti manu, præſertim Italiâ nondum pacatâ; ideoque non negligenda ſit occaſio, quamdiù arma Imperatoris occupata ſunt in recuperanda pace & tranquillitate Germaniæ: Et in mitigatione tot & tantorum gravaminum, quibus jam tot annis Imperium fuit oppreſſum: & ut Imperator removeat omnes ſuſpiciones, quæ arma ſua ſuggerunt Principibus & civitatibus Germaniæ, Magnatibus itidem finitimis, qui poſſent reſolvere, cum exercitus Imperialis eos cogat ad propriam defenſionem, magno ſumptu militem alere: quod aliquando hâc occaſione Liga & fœderati ſe liberabunt a continuis illis ſuſpicionibus ortis & excitatis per Imperatoris arma.

Cum Imperator publicaret bannum contra Ducem Mantuanum dictus Dux ſcripſit Regi, ſe jam decreviſſe per viam appellationis cauſam ſuam inſinuare conventui Electorali aut Imperiali, ut cauſa ſua decideretur. Dictus Dux hac in re conſulit Regem, qui Electorem Bavarum rogat, mentem ſuam & opinionem ut aperiat de toto hoc negotio, ut eò expeditius & melius conſulere poſſit dicto Duci: & promittit Rex ſe rem totam ſecretam & tacitam apud ſe ſervaturum. 5. Octobris Anno 1629.

Reſpon-

Reſponſum Domini Jocherii ad Cardinalem de Bagno ad præcedentes literas C. & D.

EX incluſis patet Reſponſio & ſenſus in articulos tam confœderationis quàm ſecretiſſimæ declarationis 8. Octobr. ex Fontenebleau ſub literis C. & D. miſſis, & quidem Elector Bavariæ neceſſariiſſimum judicat, rem hanc eſſe & permanere debere ſecretiſſimam, in eoque Rex Galliæ ſit ſecutus: apud nos nec quiſquam hoc negotium ſub manibus habet, vel literam format, quàm ego. Certè S. Celſitudinis omnium maximè intereſt, eique ex revelatione & ſcientia aliorum multa imminent incommoda, alienationes, adverſitates & calumniæ ob interpretationem & proclamationem malevolorum invidioſam, nec præconceptæ opiniones etiam bonis facilè eripi poſſunt. Idem Elector tàm ex foliis C. & D. quàm ex Domini Cardinalis Richelii literis planè videt, credit, & in eo ſe fundat, Regem Chriſtianiſſimum agere ſincerè ac de optimo affectu & confidentia communicare ſuos interiores ſenſus, cum eo potius quam cum ullo alio; ac ideo Celſitudo ſua ex verâ, candidâ & reali confidentiâ & ſingulari reſpectu procedit, cui Rex Galliæ tutò confidere poteſt, quicquid malevoli contrarii fingere vel calumniari tentatint. Reperiet namque Rex Chriſtianiſſimus verum, ſincerum, fidumque amicum, quo ad ea quæ ex intentione Regis ſunt, ſemper paratum, & ſi aliquando non omnia efficiantur, Rex Galliæ firmiter teneat id non procedere ex voluntate ad officia quæque promtiſſima, ſed quod aliquando Imperii conſtitutiones, juramenta, connexus Electoralis & Statuum inter ſe & reſpectus Cæſarei officii obſtent; aliud foret ſi Elector Bavariæ eſſet abſolutus ab omni vinculo & obligatione verſus aliquem, ut eſt Rex Galliæ, tunc etiam ſine hujuſmodi reſpectibus liceret progredi in omnibus liberiùs & propriâ auctoritate & voluntate, quæ in Electoribus & Statibus Imperii certo modo ſunt conſtricta. * * *

Aticuli litera D. ſecretiſſimi ſunt & à prioribus ſeparantur, poſtea ſeparatim quoque confirmandi, ubi Rex Galliæ ea omnia in duplicato confirmata per curſorem domeſticum Illuſtriſſimæ Dominationis Veſtræ aliis ignotum ad nos remiſerit; Celſitudo ſua alterum ex duplicato curſori tradet abſolutum ferendum in Galliam. Is curſor * *

Nuper Domino Cardinali Richelio placuit, hoc tempore nullos hinc inde mittere Legatos, ſed omnia tractare per utrinque nominatos confidentes miniſtros & cifras, quod planè conſultum & neceſſarium eſt ad præcavendas ſuſpiciones & machinationes contrarias.

Cæterum cùm atticulis confœderationis informationes neceſſariæ non debuerint apponi, eæ dominationis veſtræ illuſtriſſimæ includuntur literis, ut Dom. Cardinali Richelio articulos relegenti circumſtantias declaret: & quidem prima verba. Confœderatio, Liga tàm in Conſtitutionibus Imperii, quàm etiam vulgò incipiunt malè audire, & nonnihil offenſionis movere ſolent. Deinde licet hæc confœderatio omninò ſecretiſſima eſſe debet, tamen ex aliquo infortunio poſſet quiſpiam vel eâ de re aliquid reſcire, aut ſuſpicari, & ſi ſuccurſus hinc vel inde fiat, facilè Cæſarianos nobis objicere, quaſi ſecreta interſit confœderatio. Ut igitur Celſitudo ſua tutò negare poſſit illam confœderationem interceſſiſſe, loco verbi confœderationis poſitum eſt, Defenſio & Obligatio reciproca, quæ tamen reverâ confœderationem per Regem Galliæ inſertam in ſe continent, & ſic tantùm in verbis eſt differentia. Secundò, Tempus ad ſex vel octo annos

 ſuffi-

ſufficiet, quod appropinquante termino ſemper extendi poteſt. Tertio, Nullo modo conſultum cenſuit Celſitudo ſua ob ſigillum ſecreti inter plures aliquando diverſarum opinionum minùs ſecurum cum Unitis Catholicis vel aliis quicquam tradere communicandum, vel aliquem advocandum, ſed rem hoc tempore tantùm inter Regem & Celſitudinem ſuam tractandam & concludendam; quo facto multo melius poſtea & ſecreto cum uno vel pluribus huic negotio magis utilioribus Elector aget, ut citius accedant, ubi viderint jam fundamentum ſolidum extare, quàm ſi antea eorum ſententiæ quærantur, quæ ſæpius difficultates & dilationes excitare ſolent. Quartò, Numerus auxilii in primo articulo videtur Electori ſufficere, ſi ſint 20000. peditum & 4000 equitum; ſic viciſſim (cum in tertio articulo) hoc tempore cum Electore concurrat, ſufficier opulentiſſimi & ampliſſimi Regni Galliæ & Ducatus Bavariæ collatâ proportione (maximè cum hoc tempore major ſumtuum pars quæ in exercitu Ligæ expenditur, Electori incumbit) ut Elector 5000 peditum & mille equitum contri-
« buat, qui acceſſu aliorum deinde augeri poſſunt; & ſi Rex Galliæ plures
« copias pro ſe in Germania conſcribere velit, Elector Bavariæ ei operam
« ſuam pollicetur. Quintò, In eodem articulo tertio & quarto addita ſunt, quæ alioquin bellum conſequuntur, & ei in ſuos 6000 quinto articulo inſerta eſt, cum Electore etiam ejus domus, procul dubio quod Rex ipſe nolit, nec Reipublicæ Chriſtianæ conſultum eſt, id eſſe temporarium, quod perpetuum in hâc ipſâ Domo eſſe debet, & dignitas ipſa in ſe perpetua ſit in domo Palatinâ, quæ cum Bavaricâ una eademque eſt, perpetua
« fuerit, alioqui ſi res rediret ad priores poſſeſſores Religio Catholica ni-
« mium pateretur, vel ſi rediret ad Neoburgicum Ducem tanquam proxi-
« mum Agnatum, cui de jure competit, tunc res Hiſpanorum magis ſtabilirentur. Septimò, Sextus confœderationis articulus Nobis tranſmiſſæ, confœderatos complectitur, & quidem ſummum Pontificem, quem caput Eccleſiæ debitâ obedientiâ Elector agnoſcit, ac cum ipſius Sanctitate Illuſtriſſimo Cardinale Nepote ſinceram confidentiam & correſpondentiam colit: cum Venetis Elector nihil planè controverſiæ vel offenſionis, ſed eos pro amicis habet, unde eos expreſſè inſerere & hanc ſecretiſſimam confœderationem ad eorum notitiam pervenire, non eſt opus: ac idem Elector nullos ex ſuâ parte nominat, eoque minus quod ſciat Regem eodem affectu Electori Colonienſi addictum & omnem occaſionem avertendam ne eadem confœderatio innoteſcat alicui, ſufficiatque ſi amici utrinque in hâc confœderatione conſiderentur. Octavò, pro ſexto articulo poſitum eſt ſigillum ſecreti, de quo jam utrinque convenit, & plus quàm neceſſarium eſt. Nonò, In ſeptimo articulo fit ſaltem mentio ejus, quod eſt ex mente Regis, & in omnem eventum teſtabitur rationem habitam Imperii convenientem, ſiquidem Illuſtriſſima Domin. Veſtra ſæpius monuit Regem ob hanc amicitiam & confœderationem nolle, ut Elector Bavariæ ab Imperio, Cæſare, Domo Auſtriacâ & Statibus Imperii decliner, aut cum eis amicitiam, reſpectum, & vincula rumpat, nec quidem liceret, cum Elector tanquam unum ex primariis membris, imò columna Imperii legibus & conſtitutionibus Imperii teneatur, quibus confœderatio cum Rege nihil derogat.

Sereniſſimus Elector Illuſtriſſimam Dominationem Veſtram peramanter rogat, ut una cum oblatione articulorum Cardinalem Richelium de hiſce circumſtantiis informet; ſi quid dubii, explicet, & omne id quod ſuſpicionem aliquam parere poſſit, avertat, de rectâ & ſincerâ, candidâque Electoris mente ſpondeat. 13. Novembris 1629.

Articuli

Articuli confœderationis tranſmiſsi in Galliam ſub Scriptura b.

QUandoquidem Rex Galliæ & Elector Bavariæ amicitiam bonam ad defenſionem reciprocam jure naturali permiſſam confirmare & inire deſiderent, ideò in ſequentes articulos utrinque ſub fide datâ ſecretos conſenſerunt.

Sit inter Regem & Electorem ſincera, bona & conſtans amicitia ac defenſiva utrimque firma obligatio ad 6. vel 8. annos: virtute hujus Rex ſit obligatus 20000. peditum & 4000. equitum cum convenientibus tormentis bellicis & propriis ſumtibus defendere Electorem Bavariæ, ejuſque hæreditarias & acquiſitas Provincias, nec non eos, qui utrorumque conſenſu acceſſerint, ſi hoſtiliter invadantur. 1.

Eodem modo Elector Bavariæ cum iis qui accedent, proportione inter eos inſtitutâ obligatur 10000. peditum & 2000. equitum ac convenientibus tormentis bellicis & propriis ſumtibus defendere Regem Galliæ ejuſque provincias ſi hoſtiliter invadantur, annexâ hâc declaratione, ſi alii non accedant Electoris Bavariæ quotam eſſe 5000. peditum, & mille equitum. 2.

Rex promittit arma ſua nullo modo applicare vel conferre contra vel in Electorem Bavariæ ejuſque ſupradictas provincias hæreditarias ſeu acquiſitas, nec directè nec indirectè aſſiſtere militibus vel pecuniâ iis qui volunt Electorem & ejus Provincias hoſtiliter invadere, nec iis permittere in regno Galliæ contra Electorem & ſupradictas ejus provincias militem conſcribant, aut illis arma, tormenta vel pulveres tormentorum ac ab illorum amicis ſubditis regiis ſubmittantur. Idem quoque Rex promittit quoad eos qui ſupradicto modo huic defenſioni ſeſe conjungent. 3.

Vice verſa Elector Bavariæ promittit ſua arma nullo modo applicare & conferre in & contra Regem Galliæ & ejus provincias, nec directè nec indirectè aſſiſtere militibus vel pecuniâ, nec permittere conſcriptionem militum in ſuis provinciis vel abſtractionem armorum & pulveris tormentarii, eis qui volent Regem ejuſque provincias invadere hoſtiliter. Idemque promittit Elector quoad eos qui ſupradicto modo accedent. 4.

Rex promittit agnoſcere, defendere, manu tenere de præſenti ac futuro dignitatem Electoralem in perſona ejuſdem Electoris & ejus domo, contra omnes qui voluerint vel tentarint illam dignitatem eis auferre aut eos in officio dictæ dignitatis impedire, vel tentarint illam dignitatem eis auferre, aut eos in officio dictæ dignitatis impedire. 5.

Quandoquidem ex urgentiſſimis cauſis neceſſarium eſt, ut hæc amicitia & defenſio hoc tempore tantùm inter Regem & Electorem concluſa nulli alii pateat, ſed ſecretiſſima maneat: Ideoque utrinque de ſecreto obſervando in ſpecie quoque eſt cautum. 6.

Et cum hoc amicitiæ & obligationis vinculum jure naturali licitum nullo modo in Sacra Romani Imperii præjudicium vel diminutionem, ſed tantùm in defenſionem contra vim, aggreſſiones, hoſtileſque invaſiones eſt initum, ideò ex parte Electoris nulla fuit opus aliâ exceptione. 7.

Senſus in Articulos Scripturæ B.

AD primum Articulum, Libenti ac grato animo Elector Bavariæ intellexit Regis declarationem, oblationem & promiſſionem Juſto Rege dignam; & ſicut idem Elector de præclarâ & optimâ Regis in ſe intentione nunquam dubitavit, quin potiùs in ea fundamenta jecit; Sic Rex Electorem beneficiis & affectu obſtrictum, memoremque in omni occaſione habet, nec iis fidem præſtitit rumoribus, in hoc articulo allegatis, aut aliis bonæ amicitiæ & intentioni adverſantibus.

" Ad ſecundum Articulum, Plane impedienda perpetuatio ſucceſſionis in " Imperio ac ſuppreſſio libertatis, prout Rex idipſum non ita pridem ex reſponſo Electorum ſatis intellexit; ſi verò aliqua Electio Regis Romanorum fieret, vel fieri deberet, clarum eſt ex lege publicâ & juratâ Imperii non poſſe unum aut alterum Electorem ullo modo impedire electionem, ſed plura & majora vota prævalere. Hoc ipſum ex publicè editis ſcriptis in nuperâ electione moderni Imperatoris, in quâ Fridericus Palatinus ſummo extremoque labore & diligentia conabatur impedire eandem electionem, ſed fruſtrà; imò contra voluntatem fuit coactus reliquis votis accedere & in Cæſarem conſentire. Eædem quoque leges & conventiones Electorum inter ſe juratæ prohibent, ne quis Electorum ſeparatim & aliis inſciis in negotio electionis ad ſpecialia deſcendat, unde etiam hoc tempore obſtantibus legibus Imperii juratis idipſum Electori Bavariæ prohibetur: " hæc tamen Electorum Eccleſiaſticorum unanimis & firma eſt mens, eos " æquè minus ac Electores alterius religionis in ullam electionem conſentire " vel concurrere velle, niſi prius arma deponantur, Imperio pax & quies reſtituatur, quæ quidem pacis reſtitutio unica erit cauſa futuri aliquando Conventûs Electoralis. Hanc ſuam mentem Catholici Electores pro eo, quo funguntur officio, Cæſari apertè declarabunt, inferendo quoq; in ſpecie neceſſarium eſſe omninò ut bellum Italicum citiùs ſopiatur, ac per id Regibus ac Rebuſpublicis cauſæ ſuſpicionum, alienationum & motuum majorum eripiatur.

Ad tertium Articulum, Gratiæ habentur Regi dum inter Electores, Bavariæ, Saxoniæ & Brandenburgi bonam correſpondentiam ſtabilire vult, quæ alioquin inter eos ex fraternitate juratâ Electorali intercedit, quamvè Celſitudo ſua cum illis colit. Quæ verò duorum illorum Electorum jam vel futura ſit mens & animus id nullibi magis parebit, quàm in ipſo actu & cum ad aliquam electionem devenietur, ubi hi Electores cum Celſitudine ſuâ conſilia in ſecreto communicare, ſenſus aperire, ac deinde ſolido fundamento id concludere poterunt, quod optimum cenſebitur, ſive id hanc vel concernat alteram partem, ut ſupra dictum eſt, prohibentibus legibus & conventionibus juratis nihil exponere vel promittere licet.

Ad quartum Articulum, Quid duo illi ſentiant, nondum conſtat, nec penetrabitur ob dictas leges publicas & conventiones juratas, hoc ſcitur illos ante omnia velle pacem in Imperio, à quâ bellum Italicum dependet, ſi non antea componatur.

Ad quintum Articulum, Gratiæ magnæ denuò aguntur, ob tam uberem Regis affectum in Electorem Bavariæ & ob deſiderium promovendi res ejuſdem, per quæ Elector eò magis grato animo beneficia agnoſcit, ſedulamque operam adhibebit in omnibus iis quæ ex mente Regis in augmentum, conſervationemque ejuſdem Majeſtatis cedunt. Cæterùm res ipſa gravis in ſe, & maximi oneris paucis conveniens eſt, penes Deum ter Opt. Max. qui Electoribus eveniente caſu inſpirabit, ut tunc amplectantur id quod

quod divinæ Majeſtati placet, Reipub. Chriſtianæ, S. Rom. Imperio ſummè neceſſarium eſt & utile, prout ſæpè etiam licitæ & intentiones bonæ præpediuntur & aliquando offenſiones oriuntur, ſi ante tempus pateant, aut (cum adeò in ſecréto vix fieri poſſint) urgeantur.

Ad ſextum Articulum, Rectè ſentit Rex quantum interſit, & quid præjudicii immineat ex causâ Mantuæ, & ideò Electores Eccleſiaſtici cum Electore Bavariæ gravibus argumentis pro ſupradicto eorum Electorali officio tanquam intimi Cæſaris Conſiliarii & columnæ Imperii nuper hortati ſunt, & deinceps non deſiſtent hortari & diſponere Cæſarem ad ea, quæ Rex hic cupit; ſperandum eſt Cæſarem hiſce conſiliis & requiſitionibus locum daturum, maximè quod aliundè appareat animos jam magis ad pacem inclinare.

Ad ſeptimum Articulum, Intentio Regis reipsâ elucet dum poſt auxilia Duci Mantuano lata & in præſidia neceſſaria diſpoſita reliquum exercitum in Galliam reduxit, ac mentem ſuam nec Cæſari, nec quibuſvis intereſſentibus præjudicialem, tàm in aulâ Cæſareâ quàm alibi aliundè declaravit, quæ certè cum ratione conjuncta laudem meretur magis, quàm ut eam quis ſiniſtrè interpretetur.

Ad octavum Articulum, quemadmodum Elector Bavariæ antequam bellum Italicum inciperetur, nihil de ejuſdem rebus intellexit, ſic eorum quæ in hoc articulo continentur, æquè minus ac multorum aliorum rationem reddere poteſt; eam daturi qui hoc negotium tractant.

Ad nonum Articulum, Elector Bavariæ & Unio Catholica omnibus modis quidem laborant, in conſervando ſuo exercitu, ſed bello ſumtuoſo " jam decennali continuo ob militis inſolentiam ac Cæſarianorum cunicu- " los coarctati difficultates aliquæ emergunt, ac proindè plerique Status Im- " perii belli ſatis pertæſi pacem enixè volunt, quàm Rex præ reliquis inter- " poſitione ſuâ in Imperio promovere, & per id ſibi laudem perennem parare poteſt, cum jam videatur occaſio affulgere, cui antehac ob certum reſpectum non patuit locus.

Ad decimum Articulum, Non creditur Cæſarem ad banni declarationem proceſſurum, cum id, maximè in exteris terris, non niſi conſultis Ele- " ctoribus & Statibus Imperii, cum quibus eâ de re hactenus nihil eſt actum, " fieri debeat. Appellarunt quidem aliqui Status Imperii etiam quandoque à Cæſare ad Electores & Status Imperii, tamen id non fuit approbatum.

Ad undecimum Articulum, Non tantùm Sacro Romano Imperio, ejus Statibus & Electori Bavariæ, ſed etiam Regi & vicinis Potentatibus intereſt & expedit, ne dum ſalus & quies Statuum eorundem & Chriſtianæ Reip. quæreretur, interim fomes bellorum alatur, ac proinde Rex pro magnâ ſuâ auctoritate & exiſtimatione, Fridericum Palatinum, Regem Angliæ, Sueciæ, Daniæ, Olandos ac Proteſtantes in Imperio moneat & adigat ne ipſi vel alii ipſorum nomine arma ulla amplius moveant, & bellum repetere conentur, quæ cogitant, ſed ut relictis armis & amicabili viâ vel per interpoſitiones aut ſaltem jure prætenſiones ſuas determinare ſtudeant; ſiquidem armis arma concitantur, & quies deſiderata impeditur.

Alia Epiſtola Domini Iocherii ejuſdem datæ.

Rectè dum faſciculus adjacens expectaret curſorem ordinarium, ſupervenere, quas Illuſtriſſima Dominatio Veſtra ſcripſit 27. Octob. Nuper quantum licuit & potuit ſcribi de votis Electorum, habetur in faſciculo. Ex Saxonicâ rediit Marchevil, qui Electori Colonienſi ſcripſit, quaſi ex animo apud Electorem Saxoniæ omnia confeciſſet; ſed aliud

demonſtrat reſponſio data Marchevil, quam cum propoſitione Marchevil
ad verbum Saxo tranſcripſit Cæſari. Idem Marchevil antehac ad Con-
ventum Electoralem Mülhuſianum miſſus mitè in Franciâ prædicavit,
quantum is boni præſtiterit, ſed aliud ſcitur, dum ibi parum confidentiæ &
non niſi communem affectionem ac verba generalia eſt expertus, exceptis
Sereniſſimi Electoris Legatis, qui illi omnia officia debita exhibuerunt,
indeque ſaltem Electorem Bavariæ ejuſque Legatos plus præſtaſſe, quàm
cæteros; ſic Marchevil à Moguntino & Trevirenſi ſaltem generalia habuit,
fortè ob qualitates Marchevil ipſis notas eidem fidere noluerunt. Suſpi-
cor apud Saxonem adhuc in memoriâ eſſe, quæ antehac, Proteſtantibus
tempore Caroli V. Cæſaris promiſſa non fuiſſe ſervata, ideoque ubi Rex
Galliæ aliud erga nos demonſtraverit, eò majus nomen reportabit. Certè
« mirandum eſt, Saxonem Imperatori Legationem communicaſſe, ac pro-
« indè ſecretum amicitiæ & confœderationis ſanctiſſimè obſervandum.
Marchevil apud Electorem Colonienſem in ſummo ſecreto depoſuit, quæ
attigerunt Electorem Bavariæ nomine Regis obnixè petendo, ut in reditu
ſuo Coloniam reſponſum ab Electore intelligeret. Reſponſum ejuſdem
debebat Elector Colonienſis ſecretò Marchevil communicare, ſed fortè
ſtudio ad Electorem Colonienſem non rediit, ſed parum ſaltem ab itinere
declinavit, ut reſponſum Bavaricum petitum ab Electore Colonienſi in
ſcripto obtineret, quod Marchevilo oretenus & in ſcripto coràm debuiſ-
ſet aperire. Ego 16. Octob. incluſi Illuſtriſſimæ Dominationi Veſtræ copiam,
« ut ea informata poſſet ſupplere, ſi Marchevil aliquid aliud referret. In eo-
« dem reſponſo nonnulla habentur, quæ alioquin in ſe vera, tamen non ex-
« pedit, & multum noceret ſi publicarentur: ideoque Cardinalis Richelius
monendus, ne Marchevil copiam retineat, aut ulli aliquid de contentis pro-
« palet; eſt namque (in ſecreto) ſuſpectæ fidei apud pleroſque, quibuſcum
egit; ſi hac in re non ſervaverit fidem & ſecretum, *intentio* Regis nobis
patuiſſet. Tunc id quod ratione confœderationis Veſtra Illuſtriſſima Do-
minatio nuper ſcripſit, Marchevilo ob ſuſpectam fidem ne verbulum in
« re fuiſſet reſponſum. Cæterum Conventus ante Paſcha inſtituetur. Til-
« lius ſine ſciru Electoris ſubſidium Wallenſtenio promiſit, & quidem ut
poſtea huc ſcripſit, quod proſcriptus Palatinus unâ parte Olandici militis
per Rhenum in ſuperiores partes, Regis Dani filius aliâ parte earum co-
piarum in Epiſcopatus ab hæreticis per Tillium & Cæſarem recuperatos
irruere; Rex Sueciæ ex tertiâ parte utrumque exercitum Tillii & Cæſaris
invadere velint. Unde Tillius communi periculo motus ſubſidium pro-
miſit: & certè ni Hollandi, Palatinus & Suecus quieſcant, & Tillius &
Status Catholici ſint ſecuri, prævalebit timor & ſuſpicio ab his, qui ini-
mici Catholicæ Religionis, & cum inimicis conſilia miſcent, niſi aſſecu-
« ratio ſit talis, cui Catholica Liga tutò fidere poſſit, quamvis Tillius in
« mandatis jam habeat, ne Walenſtenio amplius auxilium mittat. Regi gra-
tiæ habentur, quod Suecum benè diſponat, ac ſua auxilia in caſum con-
trarium contra eundem promittat. Gratiæ etiam Illuſtriſſimæ Domina-
tioni Veſtræ aguntur dum adeò ſtrenuè laboret in conſervandâ bonâ diſ-
poſitione, ex hâc parte nihil deerit, quantum licet & poſſibile eſt, quam-
vis corpus Imperii inter ſe connexum ac aliæ circumſtantiæ aliquando im-
« pediant, quo minus omnia ex voto expediantur. Videbit Cardinalis Ri-
« chelius deſiderium mutuum Sereniſſimi Electoris ex acceptatione confœ-
derationis adjunctæ. Informatio communis collectionis exercitûs in
Champania grata eſt; ſed cum jam dicatur frater cum Rege reconcilia-
tus, credent alii Hiſpanorum malitiam veram fuiſſe cauſam, ſi reconciliatis
« fratribus copiæ non dimittantur, quamvis contra eorundem fraudes fortè

tanto exercitu non opus eſſe alii poſſent ſuſpicari. Si irruptio fieret in Imperium, timendæ erunt inconvenientiæ. Quantum ex Italicis rumoribus « intelligere licet, ſperatur pax quamvis Hiſpani & Cæſariani liberè pro- « grediantur. Sereniſſimus Elector indubitatam fidem Regi Chriſtianiſſimo « & ejus promiſſionibus habet, & in eis ſe fundat ac ideo aliis rumoribus non credit. Nihilominus tamen juſſus ſum Veſtræ Illuſtriſſimæ Dominationi in confidentia communicare, de quibus Elector de loco non vulgari alioquin probatæ fidei tanquam de re certâ fuit in ſecreto admonitus. Licet itaque hoc is nullo modo ſibi perſuadeat, foretque inter Reges & Principes etiam non Chriſtianos res inaudita, mali exempli, ac Regis aſſertionibus contraria, & ſic meritò Regis conteſtationes prævalent: Tamen Illuſtriſſima Dominatio Veſtra pro confidentiâ ſummâ rogatur, ſi quid intereà ſimile præter ſpem eſſet præ manibus, ut ea ex ulteriori inquiſitione inſtituenda in ſecreto Electorem moneat, & articulos confœderationis, reliquoſque ſecretiſſimos, & literas ad Cardinalem Richelium non tradat Regi vel dicto Richelio, ſed penes ſe retineat, excuſetque ſe nihil ſimile adhuc recepiſſe. Et ſi Veſtræ Illuſtriſſimæ Dominationi viſum fuerit, poterit Cardinali extractum aviſationis communicare, ſi nihil ſimile repetiar eſſe in reipsâ, addendo ea hîc nihili fieri, ſed ſeſe in Rege juſto fundare. Iidem rumores ideò etiam minus creduntur, quod Rex officia apud Regem Angliæ repetat, & quamvis negotium Palatini inter Regem Angliæ & Regem Hiſpaniarum jam tractetur, non tamen abs re foret, ſi liceret intelligere, quâ ratione & quibus conditionibus acceptabilibus tamen, & condignis, Palatinus cum Electore amicè componi poſſet: quæ Palatinus ab Electore prætendat & quod ſubjectum eſſet compoſitionis, in quâ ſine dubio Rex multum poſſet, ſi rationi conſentanea foret petitio & accommodatio. Auctoritatem Regiam apud Olandos multum poſſe arbitramur & « nequitiam alias Orbi cognitam nonnihil per eam remorandam, & cum « confœderario jam ſit in eſſe, eò acceptior eſt clara declaratio de defenſione contra eoſdem: nulla tamen mentio ſecretæ hujus confœderationis reciprocæ defenſionis in renovatione fœderis cum Olandis reciprocâ eſt facienda, ne ipſi & Principes alii eam penetrent; poterit tamen fortè Rex in renovatione amicorum ſuorum ac in ſpecie Electoris meminiſſe, ut ſal- « tem ſciant Electorem eſſe amicum Regis ſine expreſſione alicujus confœ- « derationis. Sereniſſimus Elector multum ſe Illuſtriſſimæ Dominationi Veſtræ debere agnoſcit, reipſa id demonſtraturus ubi ſeſe offeret occaſio, eandem amicè ſalutat, ac benè valere & indies progredi optat. 13. Novembris, 1629.

Reſponſum Domini de Bagno ad ſuperiores Jocherii literas.

Non oſtante le mie occupationi in queſto principio del mio Cardinalato, ho letto & conſiderato quanto ſi conteneua nello ſpaccio di V. S. del 13. di No- « uembre; & perch' io ero certo che non s' è di qua fatta lega con Prencipi he- « retici & infideli, come accennaua detto ſpaccio, reſi la lettera dell' Elettore di Bauaria al Cardinale Richelieu, della quale reſtò ſodisfatto; & coſi della maggiore parte degli articoli da concluderſi nel trattato di defenſione reciproca, ſopra alcuni punti, diſſe che vi penſarebbe & riſoluerebbe auanti la ſua partenza. Il tutto paſſa & paſſerà ſempre ſecretiſſimamente. Per hora ſi contenti, che gli dichi queſto, non hauendo tempo di ſcriuer più longa lettera, ſupplirò con le prime.

Ho riceuuto la ſua delli 27. Nouembre: In riſpoſta dico, che il Rè Chriſtianiſſimo

niſſimo tratta ſeriamente con Olandeſi per la conſervatione della neutralità de' Prencipi della lega Catholica, & dice il Cardinale Richelieu, ch' il negotio camina bene. Patiranno i negotii per l'andata del Cardinale verſo Italia. 23. Novembre, 1629.

Reſponſum Domini de Bagno ad ſuperiores Jocherii literas.

QUamvis hoc principio mei Cardinalatus variis & diverſis diſtrictus fuerim negotiis, legi nihilominus & penitus conſideravi omnia ea quæ in poſtremis literis tuis 13. Novemb. fuere contenta. Et quoniam certus eram, nullam hactenus factam eſſe confœderationem cum Principibus infidelibus & hæreticis, & hoc ipſum Epiſtolium etiam ſatis innuerit, miſi literas Electoris Bavariæ ad Cardinalem Richelium, quæ mihi valdè placuere uti & majori ex parte articuli concludendi in tractatu defenſionis reciprocæ ſupra quoſdam articulos, de quibus, ideò certum quid ſtatuere ante diſceſſum promiſit. Omnia erunt & permanebunt quam ſecretiſſima. Paucis hiſce, quæſo, hac vice ut ſis contentus: plura ſcriberem ſi tempus permitteret. Defectum hunc ſupplebo & reſarciam meis proximis.

Literæ veſtræ 27. Novemb. datæ rectè mihi ſunt redditæ, pro reſponſo habeas, Chriſtianiſſimum Regem ſeriò cum Hollandis agere de conſervanda neutralitate Principibus Ligæ Catholicæ. Et dicit Cardinalis Richelius quod negotium hoc bene ſe habeat. Negotiationes ex abitu Cardinalis in Italiam remorabuntur. 29. Novemb. Anno 1629.

Aliud Reſponſum:

IO ſon ſtato tutti gli giorni impedito da diverſe occupationi, nondimeno ho preſo la commodità di trattare col Cardinale, della materia contenuta nello ſpaccio di V. S. de 13. Novembre, & gl' ho rappreſentato à pieno le difficoltà che ſi ſono trovate da V. S. ſopra la forma de gli articoli della confederatione, che mandai, & le conſiderationi ch' havevano moſſo S. A. à riformarli come ſono nella ſcrittura da V. S. mandatami.

Le dette conſiderationi ſi ſono trovate buone per la maggior parte, ma nondimeno bene conſiderata la detta ſcrittura (è parſo che in alcune parti d' eſſa ſi doveſſe alquanto mutare, & ridurre nella forma che vederà nel incluſa ſcrittura ſegnata C.

Et per informar V. S. in che conſiſte detta mutatione & li motivi d' eſſa; Primo gli dico, che l' ultimo articolo di detta ſcrittura, ciòè il ſettimo, non ſodisfà diſteſo in quel modo, ma non ſi ſi fà oppoſitione al ſenſo, qual ſi crede, ſia, che Bavaria non intende per la ſudetta reciproca difeſa far contro le leggi dell' Imperio & la qualità che tiene di Prencipe & Elettore. A queſto parer ſia baſtantemente proviſto, mentre nel principio del trattato della reciproca difeſa ſi dice; Defenſionem reciprocam jure naturali licitam Maj. Regiæ & dignitati Electorali convenientem. *La parola* Convenientem *eſclude tutte le attioni, che contradicono all' obligo che l' Elettore ha con l' Imperatore, l' Imperio & col Collegio Elettorale, ſi che di detta parola* (convenientem) *pare che S. A. ſi debba contentare, perche abbraccia tutte le riſerve, che ſi potrebbon fare & eſclude tutto quello che non è conveniente all' Elettore che facci.*

Nel 1. & 2. articolo è mutato dalla parte del Rè, ſminuendo il numero de' Soldati, quali (alla proportione di quello che Bavaria ha ſminuito il ſuo de 5000 per il

quale

quale s' è poſto ſei mila) ſono ſtati ridotti à 15000 che non è molto conſiderabile.

Il 3. 4. 5. & 6. reſtano intatti. Il Cardinale Richelieu mi diſſe, che farebbe ſegnare il trattato nella forma, ch' è nella Scrittura C. & che me la darebbe, per mandar con Corriere expreſſo à Bauaria, affine che reportaſſe il ſimile ſottoſcritto da lui. Io mi ſon ſcuſato di riceuerlo per mandarlo à S. A. perch' eſſendo ſtata mutata da lui la prima forma, & fatta la ſegnata 6. & del Cardinale mutata la ſegnata C. & fatta la ſegnata E. non ſapeuo ſe di queſto ſi contentarebbe Bauaria, ſe bene, ſecondo che giudicano, credono che ſi, poiche la mutatione non è grandemente conſiderabile; all' hora il Cardinale diſſe, poi che lui partiua preſto per Lione, non voleua laſciar tutto il negotio imperfetto; & percio haurebbe fatto ſegnare la ſcrittura E. & l' haurebbe laſciata in mano mia, per mandarla à Bauaria, quando mi conſtaſſe che fuſſe per accettarla.

Adunque io ho in mano la ſcrittura C. ſegnata dal Rè, col ſuo ſigillo, contraſegnata da Botteglier, Secretario del Stato confidentiſſimo, ſenza la ſottoſcrittione del quale non ſarebbe valido l' atto, benche ſottoſcritto dal Rè, & nel reſto aſſecuro V. S. che queſto è negotio ſecretiſſimo, del quale non è perſona al mondo, ch' habbia notitia, fuor ch' il Rè, il Cardinale, detto Botteglier, (che non ha fatto però altro che porre il ſuo nolme) & Io. 26. Nouembre 1629.

Aliud Reſponſum.

QUamvis quotidiè diverſis occupationibus fuerim impeditus, nihilominùs oblatâ hâc occaſione cœpi tractare cum Cardinale Richelio de iis, quorum mentionem feciſti in literis ſuis 13. Novemb. datis, ipſique omnes difficultates plenè ob oculos poſui, quas Veſtra Dominatio movet in forma articulorum confœderationis mihi tranſmiſſorum: & propoſui itidem conſiderationes, quas movit Celſitudo ejus ut corrigerentur juxta tenorem literarum à Dominatione veſtra mihi tranſmiſſarum.

Pleræque dictarum conſiderationum approbatæ fuerunt; nihilominus tamen ſi dictum Scriptum benè perpendatur, ſummoperè neceſſarium eſſe videbitur, ut pauci articuli mutentur & redigantur ad formam, quam exhibent literæ hiſce meis incluſæ. n. C.

Et ut melius te informem, quo fundamento nitatur hæc mutatio, & quid nos ad eam impulerit. Primò non videtur ſufficere, ultimum articulum, qui eſt dicti literalis faſciculi ſeptimus, eum in modum eſſe extenſum: Nec hoc contrarium (uti creditur) inducit ſenſum. Nam Bavarus per dictam defenſionem reciprocam non vult fieri quicquam contra leges Imperii & contra Statum & conditionem ſui, quem poſſidet, Electoralis Principatus.

Oportet igitur, in hoc ipſi ſatisfiat. Quia in principio tractatus de reciproca confœderatione, dicitur: *Defenſionem reciprocam, jure naturali licitam, Majeſtati Regiæ & dignitati Electorali convenientem.* Particula (*Convenientem*) excludit omnes actiones, quæ contradicunt obligationi quæ Electori intercedit cum Imperatore, Imperio & Collegio Electorali, adeò ut videatur Electorem de particula illa (*Convenientem*) debere eſſe contentum: Nam omnes reſervationes quæ poſſent opponi, comprehendit, & tollit omne id, quod Electorem facere non convenit.

In primo & ſecundo articulo à Rege nihil aliud mutatum eſt, quam numerus militum, qui paululum duntaxat eſt diminutus. Nam milites ſuos ad 15000 reduxit: eandem proportionem obſervans, quam Bavarus, qui ſimiliter pro 5000 poſuit 6000 id quod vix conſideratu dignum eſt.

Nihil omninò in tertio, quarto, quinto & ſexto articulo mutatum eſt. Cardinalis Richelius mihi dixit, ſe curaturum, ut tractatus hic eâdem formâ ſignetur, quâ ſignatum eſt Scriptum C. mihique illum traditurum, ut mittatur per peculiarem nuntium ad Electorem Bavariæ, & ut idem nuntius ſubſcriptionem Electoris planè ſimilem reportet. Nolui illum acceptare Celſitiudini ejus tranſmittendum, quoniam prior forma mutata eſt in illius ſcripto,& ſignatum eſt littera B.& quod ſignatum erat littera C. mutatum in litteram E. dubitavique num hæc mutatio grata foret Electori Bavariæ: quod quamvis aliqui judicarent hanc mutationem Electori gratam fore, eò quod mutatio non magnæ ſit conſiderationis & momenti: Et tunc Cardinalis dixit, quamvis mox debeat proficiſci Lugdunum, tamen noluit negotium imperfectum poſt ſe relinquere, ideoque ſe curaſſe ut ſignetur hic tractatus E. mihique tradere voluerit ut mitterem ad Bavarum, quam primùm conſtabit Bavarum eum acceptaturum.

Habeo igitur penes me tractatum C. ſignatum ſigillo Regis,& munitum inſuper ſigillo Botteglierii ſecretarii ſtatus fideliſſimi, ſed ſine ſubſcriptione, ſine quo non eſſet actus ſatis validus, quamvis Regio ſigillo ſit munitus. Quoad reliqua, Dominationi veſtræ affirmo, negotium hoc eſſe ſecretiſſimum, & nemini hactenus notum, niſi Regi, Cardinali, dicto Botteglierio (qui nihil aliud præter nudum nomen appoſuit,) & mihi. 26. Novemb. 1629.

Aliud Reſponſum.

OLtre gl'articoli della reciproca difeſa, dice il Rè & il Cardinale in nome ſuo, che tenendo ſua Maeſtà Bavaria per ſuo vero amico, & confidando nella ſua probità, nel trattar con lui ſinceramente, & confidentemente, & communicarle li ſuoi penſieri, accia ſia ſinceramente informato delle ſue buone intentioni, & riceva da lui la corriſpondenza che ſpera. Dice adunque S. M. che deſidera ſtare in pace con l'Imperatore, & col Re di Spagna, & non offenderli in coſa alcuna, non pretende hora altro da loro, che non moleſtino & ſpoglino di fatto il Duca di Mantua nella poſſeſſione di quei ſtati, dè quali Friderico Duca 6.

: :

: :

ma quando procedeſſero coſi via ; i fatti, dice, che non l'abbandonerà mai, quando doveſſe perder la metà del ſuo regno, perche ſarebbe à S. Maeſtà troppo grande infamia abbandonnare un Prencipe, nato ſuo ſuddito, ingiuſtamente oppreſſo, non per altra cauſa ò preteſto, ſe non perche è nato & allevato in Francia. Adunque per la ſola & pura difeſa, & non per acquiſtare vn palmo di terra in Italia, manda il Cardinale con potente eſercito in Italia, con ordine d'abbracciar tutte le propoſitioni, che li ſaranno offerte di pace, con le conditioni ſudette. Ma ſe l'Imperatore & il Re di Spagna vogliono continuar la loro oppreſſione, S. Maeſtà col ſervirſi delle ſue forze c'havrà in Italia, & ſe non baſteranno ſara coſtreto di „ ſervirſi d'vn altra armata, c' hora apparecchia in Francia, & con quella tentare „ vna diverſione, che non ha ancora deliberato, ſe ſarà verſo l' Arthois per far valer „ le ſue vecchie pretenſioni, overo in Alſatia per far aprire li paſſi dè Grigioni, eleggerà quella che l'occaſione dimoſtrerà più facile, & perche queſte diverſioni non riguardano l'Imperio, nè li Prencipi d'eſſo, ma ſolo li paëſi hereditarii di caſa d' Auſtria, deſidera il Re dall' Elettore vn piacere: ch' in caſo d'vna di dette diverſioni (ſe però ſi faranno, che ancor è molto incerto) con le ſue armi & con quelle della lega Cattolica ſi conſervi neutrale, & il Rè prega S. A. con tutto l'affetto à contentarſi di cio, & dargliene ſicurezza per mezzo d'vn reverſale, ſecondo la forma

ma

ma della ſcrittura F. promettendone profundiſſimo ſecreto, come confidacia di tal ſecreto, gl'apre tutto il ſuo più ſegreto & importante diſegno. Di più dice il Cardinale, che s'in riguardo della ſecretezza S. A. faceſſe ſcrupulo di mandarli riverſali in man ſua, ſi contenterà di mandar in mano di Bavaria il Riverſal del Rè, con che l' Elettore mandi il ſuo in mano mia, affin che ſolamente lo poſſa leggere per ſicurezza. che tale é la volontà di S. A. ſenza pigliarne alcuna copia, & poi reſti in man mia, con obligo & giuramento di conſervarlo & tenerlo ſecretiſſimo. Io non mi earicarei volontieri di queſto, nondimeno s' è la ſodiſfattione di S. A. lo farò & può eſſer ſicura della mia fede, perche ho fatto ſempre profeſſione di conſervarla incontaminata, perche ſon vero ſervitore di S. A. & perche v'andarebbe grandemente del mio intereſſe, perche ſcoprendoſi, ch'io haueſſi participato in ciò, ſarei ruinatiſſimo con Spagnuoli, con liquali per non rouinar la mia fortuna, maſſime truovandomi in queſto grado, devo ciò tener celatiſſimo. Per dichiaratione della detta ſcrittura F. ſoggiungo, che ſe bene in eſſa é detto ſolamente accedentes, nondimeno ho dimoſtrato che non potendo l' Elettore per ogni riſpetto communicar gl' articoli della reciproca difeſa, non ſarà alcuno adherente; & che dall' altra parte ſe foſſe moleſtato qualche Prencipe della liga Cattolica, o ſuoi Stati, l' Elettore per obligo dell' iſteſſa lega è tenuto defenderli, anzi per queſto è inſtituta la detta lega: Riſponde il Rè, che per ſcrittura à parte prometterà, che s'intendi non ſolo per adhærentes, mà ancora per quelli che ſono del corpo della detta lega, con che ſi conſervino neutrali, & anco credo ſi contenterà, che ſi metta nella medeſima ſcrittura F. ma Io referiſco puntualmente quello che il Cardinale Richelieu dice.

Potrà S. A. conſiderare la clauſula (:fatigatus vexationibus injuſtis:) ch' è vna conditione apposta à queſto articolo, che molto lo reſtringe, perche acciò habbia luogo la diſpoſitione del detto articolo, Biſogna che Rex ſit fatigatus, ch' vna leue materia non baſta, in oltre quod ſit vexatus, & non ſit ipſe qui vexet; di più biſogna, che ſit injuſtè, & mancando vna di queſte conditioni, la promeſſa non obliga. In oltre biſogna che, Domus Auſtriaca infeſtet, & non ſit Rex qui infeſtet, in fine pare che queſta promeſſa ſia più per ſodiſfattione del Rè, che perche ella debba eſſer pratticabile, mà in oltre per dir quel che ne ſento. * pare al Bagni, che Franceſi non ſiano à cauallo per poter fare. Item che v' è apparenza di pace, nel qual caſo tutti li moti di queſta parte ceſſarebbono, & per cio crederei che S. A. perſuppoſta la ſegretezza, che ſarà infallibile, poſſa condeſcendervi; poiche non conſiſte in altro, che ſe domanda da lei, ch' vn attione negatiua, cioè, che non aggiuti & ſtia neutrale, & dall' altra parte guadagna vn' intera ſicurezza, ch' i ſuoi ſtati hereditarii & acquiſiti non ſaranno turbati nè inuaſi, il che s' eſtenderà anco à Stati de' Prencipi della liga Cattolica. Perche il Rè con officii che farà efficaciſſimi, & con dichiaratione, che in ogni caſo congiungerà le ſue forze à quella della lega Cattolica, ſe venghino moleſtati, & quaſi tiene promeſſa certa dal Danimarca & dal Sueco, & la procurerà da Ollandeſi, & coſi S. A. & ſuoi paëſi hereditarii & acquiſiti reſteranno ſecuri da tutte le bande in queſti tempi, che ſe non ſi fa la pace d'Italia, ſono minacciati da gran turbulenza.

Io ho domandato come da me, conforme à quello V. S. mi diceva nella ſua delli 13. che ſarebbe bene ſaper in che modo & con che conditioni il Palatino con l' Elettore ſi potrebbe comporre, & il Cardinale Richelieu me ha detto, che il Palatino non ha propoſto modo alcuno, & che il Rè poco ſi cura del Palatino, nè andarà ſollecitando per lui, nondimeno che ſaria à propoſito che S. A. moſtraſſe quella buonà volontà al Rè di contentarſi della moderatione di S. M. per le propoſitioni che foſſero propoſte del Palatino accettabili & honeſte, & io ho riſpoſto che S. A. proponendoſele conditioni tali non dubito, che havrà caro la moderatione di ſua M.

Quanto all' altro capo, che S. A. non piglierà la difeſa delli Ducati di Mechel-

burg & Pomerania contro gli antichi Duchi, Io credo che ſua Altezza non vi ſarà difficoltà, perche non è coſa ch' à lui tocca.

Il Cardinale Richelieu m' ha pregato di mandar tutto quello à S. A. per Corriero expreſſo, ch' è il preſente mio affidato di Caſa, al quale ho dato ordine, che ſi gouerni per viaggio nel modo che V. S. mi ſcriſſe, & le ripoſte che S. A. darà, le mandarò al Cardinale, ancor che ſarà partito per Suſa.

Replsco à V. S. ch' il Rè, & il Cardinale hanno particolare deſiderio, che S. A. li tenghi per veri & ſinceri amici ſuoi, & il Rè mi parlò ultimamente di S. A. con gran lode della ſua perſona, moſtrando di portarle affettione, & in vero merita che S. A. gli corriſponda, & conqueſta amicitia del Rè mi pare ne ſeguirà profitto & ſicurezza per i ſtati di S. A. Nondimeno mi rimetto al ſuo prudentiſſimo giudicio, & nel reſto Io non ho intereſſe alcuno in queſti negotii, ſe non di ſeruirla ſecondo la ſua ſodisfattione. Parigi 26. Decembre 1629.

Aliud Reſponſum.

REx & Cardinalis ſuo uterque nomine ultra articulos defenſionis reciprocæ ait; quod Regia ſua Majeſtas Bavarum pro vero amico tenens, ipſius ſinceritati fidens, & ſincerè & confidenter cum eo tractans, eum in finem ipſi communicaverit mentem & cogitationes ſuas, ut nimirùm Bavarus ſincerè informaretur de omnibus iſtis bonis conſiliis, & reciperet ab eo correſpondentiam ſpretatam. Dicit igitur Regia Majeſtas, quod deſideret pacem colere cum Imperatore & Hiſpanorum Rege, eoſque nulla in re offendere, in contrarium non aliud ab iis jam requirit, quam ut de facto non amplius moleſtent Ducem Mantuanum, neque eum poſſeſſione ſuâ orbatum in eum conjiciant ſtatum, in quo Fridericus Dux VI.

: :
: :

Verùm, ſi via facti ulterius pergant, dicit ſe dimidium ſui regni periclitaturum potiùs, quàm ut dictum Ducem velit deſerere, dedecori & infamiæ ſuæ Majeſtati fore æſtimans, ſi ſic derelinqueret Principem, nativum Regni ſui ſubditum, & in præſens injuſtiſſimis armis oppreſſum, idque nullâ aliâ de causâ, ut prætextu, quam quod in Gallia & natus & educatus ſit.

Miſit igitur Cardinalem validâ manu in Italiam non offenſionis, ſed ſolius defenſionis causâ, non ut jure belli vel latum pedem Territorii in Italiâ occupet & acquirat, ſed ut ex mandato acceptet omnes illas pacis propoſitiones & articulos, quos pars adverſa ipſi offerret cum conditionibus ſupradictis. Verùm ſi Imperator & Rex Hiſpaniæ velint cœptam oppreſſionem continuare, Majeſtas ſua contra oppreſſores vertet omnes ſuas vires, quas in Italiâ jam habet. Et ſi forſan non ſufficiant, Rex novo in Galliâ cellecto exercitu tentabit, num qnid poſſit alibi ipſis negotium faceſſere. Nondum autem deliberavit Rex, an velit Arteſiam petere ob veteres ſuas prætenſiones: vel potiùs Alſatiam, ad recuperandum tranſitum Rhetiæ. Rex eliget id quod per oblatam occaſionem videbitur facillimum. Et quoniam hæ diverſiones nan tangunt Imperium, vel ipſius Principes, ſed ſolummodò hæreditarias ditiones domus Auſtriacæ, idcirco Rex deſiderat ab Electore hanc reſolutionem nimirùm, ſi fortè vel una vel altera ex dictis diverſionibus in opus deducatur, id quod adhuc valdè incertum eſt, ut, tali poſito caſu; tùm Bavarica, tùm Catholicæ Ligæ arma maneant in differentia nullique parti addicantur. Electorem Bavarum Rex etiam atque etiam rogat, ut in dictis conditionibus adquieſcat, & ut eum ſecurum

reddat

reddat tenore reverſalium per cautionem reciprocam, & in forma ſcripti contento ſcripto F. Et pollicetur Rex Electori, ſe omni ſtudio curaturum ne hæc ſecreta propalentur, ſicut in confidentiâ intentionum ſuarum potiſſimam & ſecretiſſimam ipſi aperuit. Dicit porrò Cardinalis, ſi forſan Celſitudo ejus reſpectu ſecreti dictas reverſales manu propriâ mittere ambigat, ſe contentum fore, ut tradantur reverſales Regis in manus Bavari cum quâ poſtea Elector junctim etiam ſuas ad me tranſmittet, ſaltem ut pro majori ſecuritate legere poſſim eam eſſe voluntatem Celſitudinis ejus, ut nullo facto alio ejus exemplari ſeu copiâ, dictatum reverſalium autographum maneat apud me. Tacitus, ſecretus & fidus ejus ero cuſtos, id quod medio juramento in me recipio. Et quamvis non libenter hanc ſuſcipio moleſtiam, nihilominus, cum hoc ita placeat Celſitudini ejus, placebit & mihi, & non eſt quod de mea fide dubitet, quam ſemper & ubique integram & impollutam ſervare ſtudui, maximè erga Celſitudinem ejus, cujus humillimum clientem & fidiſſimum me ſervum eſſe profiteor. Multum mea intereſt, ut hoc non divulgetur: nam ſi Hiſpani reſciſcant me horum omnium fuiſſe participem, perirem. Ne igitur gratiâ, favore & fortunâ excidam, omni ſtudio cavendum, ne ſecreta hæc mea negotiatio, Ibero innoteſcat. Ad meliorem declarationem literarum F. addo hoc, quod licet in illis ſolummodò mentio fiat voculæ, *accedentes*, tamen ſatis demonſtravi Electorem Bavariæ, dum non poteſt ullo reſpectu communicare articulos defenſionis reciprocæ, nullos habiturum adhærentes, & ex altera parte, ſi quis ex Principibus Ligæ Catholicæ, vel ejus ſtatus fortè infeſtentur, dictus Elector per Ligæ hujus pacta, tenetur eos defendere. In hunc enim finem dicta Liga inſtituta eſt. Rex reſpondet ſe declaraturum per peculiare reſcriptum, quod non ſolum intelligat per adhærentes, ſed etiam omnes illos, qui corpus Ligæ conſtituunt & neutras partes ſequuntur. Credo etiam non ingratum ipſi futurum, ſi hoc inſeratur literis F. ſed refero ſigillatim id, quod Cardinalis Richelius dicit. Poterit Celſitudo ejus conſiderare clauſulam (*fatigatus vexationibus injuſtis*) quæ eſt conditio huic articulo noviſſimè addita, & quæ ipſum magnoperè reſtringit. Nam ut habeat locum diſpoſitio dicti articuli, neceſſe eſt ut Rex ſit fatigatus, quod materiâ parvi momenti non ſufficiat: porrò, ut ſit vexatus & non ſit ipſe qui vexet: ulterius neceſſe eſt, ut ſit injuſtè; & ſi vel unica harum conditionum deſit, promiſſum non eſt obligatorium. Porrò neceſſe eſt ut domus Auſtriaca infeſtet, & non ſit Rex qui infeſtet; poſtremò videtur promiſſum hoc magis eò ſpectare, ut Regis deſiderium expleatur potius quàm ut in uſum duci poſſit, ſed ut dicam quod ſentio. * Videtur Cardinali de Bagno quod Galli jam non in eo ſint ſtatu ut id efficere queant: & quod quædam ſunt pacis indicia, quo caſu omnes objectiones hujus partis ceſſabunt & ita crederem quod Celſitudo ejus, præpoſitâ infallibilitate ſecreti conſentire poſſit. Cum negotiatio hæc nihil aliud ab ea requirat, quam ut petat rem negativam, hoc eſt, ut nec adjuvet, ſed maneat neutralis; & ex altera parte ut ſibi cautionem acquirat, qua mediante ipſius tam acquiſiti, quam hæreditarii ſtatus, permaneant illæſi, id quod ſeſe etiam extendet ad ſtatus Principum totius Ligæ Catholicæ: Rex enim omni ſtudio & conatu efficiet, & declarabit, ut in omni caſu vires ſuæ cum viribus totius Ligæ Catholicæ conjungantur, ſi fuerint invaſi. Et fore hoc ipſi jam promiſit Danus uti & Suecus, & ab Hollandis etiam idem eſt petiturus. Et ita hoc tempore ipſius ditiones hæreditariæ & acquiſitæ ab omni inſultu erunt tutæ, cum aliâs (niſi lis in Italia companatur) magnæ turbæ & commotiones ipſis immineant.

Petii, meo quaſi nomine juxta id quod mihi dominatio veſtra nuper per

literas 13. Novemb. datas ſignificavit, nimirùm ut mecum communicaret quibus conditionibus & mediis Palatinus cum Electore poſſit reconciliari, & Cardinalis Richelius mihi dixit nullum adhuc omninò modum propoſuiſſe Palatinum, & Regem parum curare Palatinum. nec rem ſollicitaturum pro ipſo, nihilominùs non abs re fore, ſi Celſitudo ejus in gratiam Regis Regiæ moderationi ſe accommodet ad æquas & tolerabiles Palatini propoſitiones & inſtantias. Reſpondi ego quod nullus dubitem, quin accepta Celſitudini ejus ſit futura Regis moderatio dummodo, propoſitiones ſint tales, ut dictum eſt.

Quod ad alterum caput, nimirum, quod Celſitudo ejus nolit in ſe recipere defenſionem Ducatus Mechlenburgici & Pometaniæ contra veteres Duces, non dubito, quin Celſitudo ejus nullum in eo ſit motura ſcrupulum; hoc enim ipſum planè non tangit. Cardinalis Richelius petiit à me, ut ipſi per domeſticum & fidum nuncium omnia hæc mitterem, id quod jam facio, cum hâc inſtructione, ut nimirùm eundem in itinere obſervet modum, quem Dominatio veſtra mecum nuper communicavit. Reſponſum Celſitudinis ejus ſtatim Cardinali mittam, tametſi jam Suſam profectus ſit.

Declaro Dominationi veſtræ Regem & Cardinalem vehementer deſiderare, ut Celſitudo ejus de ipſorum vera & ſincera amicitia non dubitet. Nuper etiam Rex illam coram me valdè laudavit, & quantum ego percipere, potui erga Celſitudinem ejus optimè eſt affectus. Et revera Rex meretur, ut Celſitudo ſua viciſſim ejus affectui reſpondeat, nam quantum ego autumo, hæc Regia amicitia ſtatui Celſitudinis ejus erit emolumento & aſſecurationi; nihilominùs tamen, me libenter prudentiſſimo ejus judicio ſubmitto, & poſtremò in toto hoc negotio nil aliud quæro, quam ut omni ſtudio & affectu Celſitudini ejus ad nutum inſerviam. Pariſiis 26. Decembris 1629.

Reſponſum Iocherii ad præcedentes literas D.C. de Bagno.

PEr hunc Electoris Aulæ miniſtrum habet Illuſtriſſima Dominatio Veſtra declarationem & mentem ſuæ Serenitatis quoad articulos ſub dato 26. Decembris nuper tranſmiſſos, candidè expoſitam. Cæterùm ut illuſtriſſima Dominatio Veſtra in ſuis ſub dato 12. hujus rectè deduxit, nos etiam nullam fidem rumoribus de tractatu inter Regem Galliæ & Angliæ ad nos delatis habuimus. Domini Cardinalis intentionem ſinceram " credimus. Sereniſſimus Elector gratias magnas agit, dum Illuſtriſſima Do" minatio Veſtra ſemper intereſſe ſuæ Serenitatis & Religionis Catholicæ " bonum attendit. 29. Januarii 1630.

Aliud Iocherii Reſponſum.

CUr Reſponſio ad literas Illuſtriſſimæ Dominationis Veſtræ, de dato 26. Decembris nuper & ad incluſa folia debuerit nonnihil differri, ex prioribus proximis videre licuit, eâque de causâ maximè ob caſum inſperatum hæc morula nihil omninò ſiniſtri parere potuit. - * Gratias agit pro bonâ amicitiâ (complimenti) Veſtra Illuſtriſſima Dominatio tàm Regiæ Majeſtati quàm Cardinali gratias agere velit, eoſque ſecuros reddat & ſpondeat, Electorem à tempore inceptæ correſpondentiæ, præſertim ob tot regias repetitas oblationes promiſſioneſque id firmiter credidiſſe,

diſſe, ſeque in eo fundaſſe, ejuſque animum fuiſſe, quem Rex & Cardinalis deſiderant, omnique curâ eò intendiſſe, ut uterque id ipſum ab Electore reipsâ expetiatur. Secundò, obſervaſſe, inſpexiſſe & magnifeciſſe. Tertiò, Electorem nihil omiſiſſe vel omittere velle, quæ ad Majeſtatem Regiam conſervandam augendamque ſpectant, prout idem Elector ad nudam nomine Regis requiſitionem per Ducem Lotharingiæ factam in continenti aliquas legiones contra prædonem Mansfeldium miſit. Quartò, Electorem paratum ad omnia quæ ex Regis mente, deſiderio & voluntate cognoverit, ſeque ſemper accommodare velle, quantum ejus vires patientur, & impedimenta majora non impedient, -* *qui ſa capace, ſe tal hora non ſi puo ogni coſa, ma che ſincerara ſempre in tal caſo con reali ragioni.*

Porrò ad folium B. (litera E) tranſmiſſum deveniendo cenſuit planè Electo particulas illas, quæ in articulis Regis tranſmiſſis antea concedente Rege adjunctæ fuere, nihil difficultatis habere, & ex vocula (Convenientem) elici etiam poſſe apud minus partiales, imò etiam ſemper excepta intelligi ex parte contrahentis, ea quæ in ſeptimo noſtro articulo exprimuntur, & ideo ſi nihil obſtaret aliud, parum referret illam voculam admittere; ſed Elector ſperat ſe Regi & Domino Cardinali cauſam ſeptimi articuli innotuiſſe & eos nihil moviſſe aut amplius moturos, ubi informabuntur. Res ſic ſe habet: Electorem quidem eſſe ex præcipuis Electoribus & Principibus Imperii, ſed certo modo ſummo capiti & legibus tàm communibus Imperii, quam Electoralis fraternitatis ſeu Unionis obligatum, quæ omnes confœderationes prohibent, niſi excipiantur expreſſè quæ in ſeptimo articulo exprimuntur, ad quæ Elector tàm ex foro exteriori, quàm interiori tenetur ex vinculo juramenti præſtiti, licet fortè videatur id non adeò curandum, modo de ſecreto utrimq; caveatur, nam nihilominus viget juramentum, & quamvis pro præſenti ſtatu res ſit ſecretiſſima, tamen & Rex & Cardinalis & Elector ſunt homines humanis caſibus obnoxii, dubium eſt de ſucceſſoribus; vel incuria amanuenſium vel Cuſtodis arcanorum ad notitiam aliorum ventura, prout ſæpiùs res ſecretiſſimæ aliis innoteſcunt. Id ſive ex hiſce aut aliis caſibus fieret, certè Elector in Imperio & apud Coëlectores peſſimè audiret; deinde ſi negotium in omnem caſum maneret ſecretiſſimum, eo minus conſiderati vel obſtare deberet hic ſeptimus articulus etiam tunc ſecretiſſimus, nec tamen exceptio Cæſareæ autoritatis eò intelligenda eſt, quaſi Elector & Principes obligati ſint omnia approbare, in eis concurrere & acquieſcere, quæ Cæſarum aliqui contra jura Imperii, contra ſuum juramentum & capitulationem tentant, « cum in eum caſum leges publicæ & Bullæ Imperii jam providerint, & Electores Imperii juribus & privilegiis ſuis in Cæſarem utantur, & ſeſe legitimè opponant. Enixè rogatur Rex & Cardinalis, ut haſce cauſas pro eorum ſummo judicio & prudentiâ examinare & ponderare velint. « «

In primo articulo (litera E) jam adjecta ſunt per Regem (Principes, Civitates liberas) quæ in prioribus Regis articulis (litera C) ex Fontainebleau tranſmiſſis non habentur, in quibus cum Cardinalis Richelius per compendium ſuccinctum omnia neceſſaria comprehendiſſe dicebatur, & tam Principes, quam Civitates liberæ jam ſub generali clauſula literæ C (nec non eos qui uttotumque conſenſu acceſſerint) ſint incluſi, ideo non eſt opus ad unum vel alterum ſpecialiter deſcendere. Numerus auxiliaris in noſtris articulis denominatus fuit ad proportionem Regiæ Maj. quæ in viribus, potentiâ ac provinciis duplo imò longè major eſt, quam unitorum Catholicorum & Electoris Bavariæ portio & donec alii acceſſerint, ſit $\frac{m}{x}$ peditum & mille equitum, aut ſi Rex velit inſiſtere ejus numero literâ C determinato Electorem in eo acquieſcere & ſibi planè perſuadere «

Regem

" Regem ſuæ portioni non adeò alligatum, quin etiam majori numero Electorem Bavariæ ejus jura & provincias ſit defenſurus, ſi ad obtinendam manutentionem plus requiratur. Quantum ad articulos lit: F. attinet, putabat Elector omnem vim, ſubſtantiam & caſus correſpondentiæ amicitiæ & defenſionis reciprocæ comprehenſos in articulis C. & E. ſiquidem Cardinalis, ut dictum eſt, cenſuit omiſſis ambagibus &c. eoſdem cum ſingulari energia & prudentia ad paucos articulos illos ex mente Regis reducere, quos Rex approbavit. Sed jam lit. F. videtur ulterius progredi aut ſaltem aliqua ſpecialia, quæ jam lit: E. comprehenduntur exprimere, aut ſi ſint nova, ea partim non eſſe in poteſtate Electoris vel magnâ indigere diſtinctione vel cautione. Nam titulus tuendæ libertatis Germaniæ variis ac ſecundum Mundum varios Principes comprehendit.

Noſtri Principes Proteſtantes Imperii cum Rege Angliæ, Hollandis, Dano, Sueco ſub ſpecie aut unâ cum libertate vindicandâ etiam quærunt catholicam religionem & Catholicos Imperii Status radicitus extirpare, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus occupare &c. Palatinum reſtituere, hæreſim &c. - * hic ſatis bona interjacet exhortatio contra hæreticos &c. - Item alia hic non magni momenti -- * Poſtea. Neutralitas tertii articuli lit. F. multiplicem & difficilem requirit diſtinctionem &c. vix determinandam ob varias aggreſſiones, intentiones & fines hæreticorum &c. Naſſovius apertè pro Palatino Imperium invadit, Suecus etiam Dano tacitè colludente &c. Unde Catholici ſatis territi majoribus votis & per Cæſarem in conventu Mergenthemio de periculo admoniti ac requiſiti conſenſerunt, non tamen indefinitè, ſed providè & cautâ reſtrictione ad aſſiſtendum Cæſari contra inimicos Imperii eorumque ſocios, qui Imperium invadere, conſilia ſua & intentiones Imperio præjudiciales & damnoſas vi & armis exequi volunt, per quæ concurſus & aſſiſtentia Catholicorum « multum coarctatur & quidem expreſsâ ſub conditione, ut Cæſar grava« mina & preſſuras in Imperio tollat, media Catholicis non eripiantur, mi« les Cæſareus coërceatur, nulla cauſa motuum aliis detur, & ſecundum le« ges Imperii procedatur, quæ ſi non fient, ad ſuccurſum non obligantur, & is ad alios caſus ſe non extendit, & neutralitas per ſe in illis ſubintelligitur, ac ſic citra offenſionem ac exprobrationem ex legibus Imperii Catholicorum Legati Cæſaris propoſitioni reſpondendum ad graves ſuſpiciones præcavendas cenſuerunt, & multò minus Legati Bavarici auſi fuerunt contradicere, vel concluſum reliquorum impugnare, obſtante aliâ lege Imperii & Unionis, quâ cavetur in deliberationibus majorem partem & vota prævalere debere; nec quidem mens fuit ſeſe immiſcere rebus Megapolitanis vel Pomeranis, & ſi quid in illis intercedat, alii viderint, modò intentio ſit pura, & illis Provinciis circumſcripta, & Catholica Religio eum Catholicis probè noverit, & illis antea plenè ſit cautum, conſilia & actiones non tendere ulterius, alioquin ob exempla recentia maximè Regis Daniæ cautiores redditi, facilè pro avertendis à longè malis defenſionem neceſſariam judicabunt: Siquidem Mundo innotuit Regem Daniæ ſub celebri quoque titulo defendendi circuli Saxonici maximis viribus eundem circulum ingreſſum, tectis ſuis conſiliis eundem in ſuam devotionem redigere, Archiepiſcopatus & Epiſcopatus ſibi appropriare, deinde in Imperium ulterius progredi, Palatinum reſtituere velle, & contra Catholicam Religionem introducere.

INDEX

INDEX

Rerum Præcipuarum in hoc Opere Contentarum.

In quo prior numerus Paginam; ſequens, Capitis numerum deſignat.

A.

ADvocatus defenſionem ſuſceptam deſerere non poteſt ſine crimine & ignominiâ. 16, 63

Advocationis officium vitæ humanæ neceſſarium eſt. 20, 89

Advocati non minus provident generi humano, quam ſi præliis parentes patriamque ſalvarent. 20, 90

Advocatus ad officium advocationis ſubeundum compelli poteſt. 21, 96

Æquivocationes Cæſaris. 472, 69

Agnatus ultimus ſemper eſt primi acquirentis ſucceſſor, etiamſi feudum per mille manus ambulaverit. 53, 50

Alienatio feudi in Agnatos remotiores etiam de conſenſu Domini fieri non poteſt. 162, 13

Aliena bona ſcienter recipientes nullâ præſcriptionis ſpecie juvantur. 175, 12

Amicis gratificari lex honeſtatis ſuadet. 16, 60

Amicorum causâ honeſta facienda ſunt. 16, 61

Anglici Oratoris Dygbii deluſio. 406, 37, *uſque ad n.* 42, *&* 471, 59, *& ſeqq. & pag* 472, 75.

Angliæ Regis Iacobi literæ ad Regem Daniæ, Electorem Saxoniæ & Brandeburgi, ex quibus judicium ipſius de fide & conſcientiâ Cæſaris & Bavari patet. 466, 85

Animi demiſſi ſignum eſt, deſperatione debilitatum, id experiri nolle, quod ſe aſſequi poſſe diffidat. 17, 64

Auctor modeſtè ingenii ſui tenuitatem incuſat, 11, 23

Auctor exiſtimavit ad ſe quoque probrum redundaturum fuiſſe, ſi tacuiſſet. 13, 38

Auctor fidei pietatis & obſequii tot annis continuati perſeverantiam hoc ſcripto orbi terrarum teſtari voluit. 13, 39

Auctor viam ſternere voluit, ut alii feliciori ſucceſſu & ampliori opere hanc cauſam defendant & aſſerant. 16, 58

Auctor quia antehàc & ſæpius cauſæ patrocinatus eſt, judicat ſua exiſtimationis interfuiſſe, ut continuet patrocinium. 16, 62

Auctor maruit opprimi onere officii, quam id quod ei cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere. 17, 68

Auctor laudem potius ſperat conſequi hàc ſuâ defenſione, quam offenſionem & periculum. 20, 81

Auctorem, etſi malè feciſſet hæc ſcribendo, tamen excuſaret fides, pietas & affectio in ſuos Principes. 22, 105

Auctorem excuſat neceſſitas officii & mandatum Superiorum. 22, 106

Auctoris animus nequaquam eſt, alicujus Principis Majeſtatem, famam & dignitatem lædendi. 22, 109

Auctor ſi quid liberius dixerit, condonandum dolori animi, cum veritati, tum pietati & officio. 22, 110

Auctori non eſt animus convitiandi. 23, 112

in Auctore nullum judicium mali propoſiti eſſe, cum unicum ſcopum habeat defenſionem juris ſuorum Dominorum. 24, 117

Auctor adductus eſt fide, officio, miſericordiâ, exemplo & conſuetudine ad hoc onus defenſionis ſuſcipiendum. 25, 122

Aurea Bulla lex eſt prima fundamentalis, continetque pleraque ad ſtatum Imperii pertinentia. 25, 125

Aurea Bulla mutari & abrogari ne quidem cum Electorum conſenſu poteſt. 25, 126

Aurea Bulla ſatis abundè probaret jus Palatinorum, etiam ſi pro iis non exſtarent ulla Cæſarum & Electorum reſcripta & atteſtationes. 70, 11

Aurea Bulla lapis terminus eſt, quem movere nefas. 70, 12. *& publicæ tranquillitatis in Imperio ſtabilimentum.* 70, 13 *in quam omnes Imperatores in inaugurationibus ſuis jurant.* 70, 14

Aurea Bulla verum palladium Germaniæ fuit. 71, 18

Aurea Bulla ſancientibus Carolo & Electoribus ſcopus unicus fuit prævenire, ne inter Principes Agnatos & ſucceſſores materia litium exoriri poſſit. 72, 21 *Ideò certum ſuccedendi & ſuffragia dicendi ordinem & modum in Electoralibus familiis conſtituerunt.* 72, 22

Ttt   in

In Aureâ Bullâ pœna qua Elector contra Imperium, Imperiique leges peccans affici debeat, definita eſt. 315, 14
Aurea Bulla expreſſè vetat, quod officium Electoratus Palatini debeat penes ſolum Comitem Palatinum Rheni eſſe, Principatuſque ad Electoratum pertinentes, nullo unquam tempore, vel quacunque de cauſa ſeparari poſſint. 323. 80
Verba in Aurea Bulla de vacante Electoratu quomodo intelligenda ſint. 324, 88

B.

B*Annitum defendere jure permiſſum eſt.* 20, 91
Bannum Imperiale eſt cenſura judicialis, qua violatores pacis publica proſcribuntur. 45, 293
Banniti omnia jura & privilegia amittunt, à quovis impunè occidi & offendi poſſunt. 46, 294
Bannum præpotentes in Germania Principes plerumque in ordinem redegit. 46, 295
Banniti perdunt omnia jura humanitatis & commercii, & urbe, domo, hoſpitio à nemine recipi poſſunt. 46, 296
Bannitorum pacta, contractus, juramenta, teſtamenta, & omnes actus nulli ſunt. 46, 297
Banniti contra nullum actionem intendere poſſunt. 40, 298
Bannitorum feuda neque ipſis neque ſucceſſoribus, quamdiu banniti vivunt, concedi debent. 40, 299
Bannum eſt perſonale & cum perſona extinguitur. 53, 58
Bannito mortuo bona feudalia Filiis, Agnatiſve reſtitui debent. 54, 59
Bannito mortuo feudum gentilitium ad hæredes ſanguinis quibus ex pacto & providentia jus quaſitum eſt, revertitur. 54, 60
Bannitus habetur pro mortuo. 222, 59
Bavaro dignitas Electoralis & pars ditionum illi connexa nulliter collata eſt. 56, 4
Bavarus conſecutus eſt Palatinatum illegitimo titulo. 57, 5
Bavarorum & Gevvoldi opinio, qui ſomniarunt, dignitatem Electoralem annexam Ducatui Bavariæ, falſa eſt, & dudum refutata. 65, 40
Bavari dicunt per ſub & obreptionem Caroli IV. & Sigiſmundi, Electorumque, & ex odio in ipſos reſcripta elicita eſſe. 68, 6
& id probant per conjecturas ex dubiis monachorum relationibus & rapſodiis. 69, 7
præter Bavaros nemo inventus eſt, qui Aureæ Bullæ fidem & auctoritatem in dubium vocare auſus fuerit. 71, 19
Bavari in jura primogenituræ involant, eaq; è medio tollere conantur. 74, 25
Bavarorum patroni fruſtra prætexunt metum, vim & arma, quod probare non poſſunt, nec veriſimile eſt. 75, 29
Bavari ſibi potius quam Imperii ſaluti conſulere voluerunt. 75, 34. *ſtante Republica & Aurea Bulla ſe ſtare non poſſe, niſi inter Electores ſolum haberent, judicarunt.* 76, 35
Bavarorum ambitio, præcipua hujus belli cauſa eſt. 76, 36
Bavaris Electoratum dare ante cladem Pragenſem Imperator conſtituit. 76, 39
Bavaro in Collegium Septemvirale recepto, ſtatim edictum de ſacris bonis reddendis, quod Imperium ſurſum deorſum verterit, promulgatum fuiſſe. 77, 45
Mala quæ inde fluxerint infinita eſſe, nec tamen adhuc eorum finem adeſſe. 77, 46
Bavariæ Dux Maximilianus in ſola Regis Vngariæ Ferdinandi III. Electione ſententiam ſuam dixit ut Elector, officiumque Archidapiferi exercuit, non tamen ut Dux Bavariæ, ſed Palatinus Rheni. 329, 17
Bavari tempore Maximiliani I. iterum ad Electoratum cœperunt adſpirare. 329, 21
Bavari ægrè tulerunt, quod Imperator Ludovicum Electorem Palatinum & Fridericum ejus fratrem honore affecerit. 329, 25.
VVilhelmus Bavarus aſtutiſſimis artibus uſus fuit in circumveniendis Comitibus Palatinis, ut prætextum ad dignitatem Electoralem ſibi pararet. 330, 28
Bavari Iuriſconſultos ſubornarunt, qui pactum alternationis conquiſitis argumentis defenderint. 330. 29.
Bavarus qua ratione ad Culmen Electoratûs aſcenderit. 416, 1
Bavaro in Senatum Septemviralem recepto, tota Imperii moles labefactata eſt. 424, 17 & *ſeqq.*
Bavaro ante Imperatorem inveſtientem congeniculante ſubitò è fornace flamma erupit. 451, 18
Bavari actiones orto bello Bohemiæ. 463, 1. *qui tranſactionem cum Vnitis factam inierit.* 465, 21. *& quid Pragæ potiſſimus egerit.* 466, 29
Bavari diſſimulatio. 469, 44
Bavarus contra jura humana, datam fidem & tranſactionem Vlmenſem Palatinatum occupavit. 471, 56
Bavari cupiditas Electoratum ſuæ domui inferendi, & moræ impatientia unde liqueat. 476, n. 1. *uſque ad* 4.
Bavarus Papam & Regem Galliæ ad partes ſuas traxit. ibid.
Bavarus à Papa confirmationem petiit & obtinuit. 479, 24
quam pedetentim Bavarus ad Electoralem dignitatem ſubrepſerit, donec illam ſibi, & hæredibus ſuis acquireret. 465, 76
Belli cauſa, eſt ambitio Bavari. 76, 37. *& ejus continuati Electoratûs tranſlatio in Bavaros & deſtinata Palatinis internecio.* 76, 40
Bohemiæ regnum aliquid peculiare habet quoad ſucceſſionem. 34, 187
Bona conſervanda integra. 134, 7
Bona gentilitia auferre liberis, non expedit Republicæ. 208, 29
Ex nulla re Bonus Princeps facilius Tyrannus fit, quam propoſita bonorum proſcriptione. 208, 34

Camera

C.

CAmera Ordinatio eſt præcipua inter conſtitutiones Imperii, quæ eſt ſanctio pragmatica formam juris dicendi præſcribens. 26,132
Capitulatio lex fundamentalis eſt, qua præſcribitur qualem Imperator poteſtatem habeat, & quomodo res & perſonas Imperii regere & judicare debeat. 25,127
Carolo Ludovico Electori Palatino & hujus Fratribus Palatinatus ademptus eſt, & in extraneum tollatus, cum eſſent infantes. 9, 15
Carolus V. Imperator ſe imperare in Germania Regibus dixit. 36,197
Carolus V. primus fuit, qui ſpreto Electorum & Ordinum conſilio unum aut alterum Principem proſcribere auſus fuit. 363, 85
Carolus IX. Rex Galliæ Patribus curiæ dixit: parendum eſſe ſuis ſanctionibus, nec diſputandum quales ſint, ſe enim melius ſcire quid ſit ex uſu regni, quam illos. 388,9
Caraffa annotata de Electoratus Palatini tranſlatione. 426,11. & pag. 434. 5. & ſeqq.
Caraffa annotata de Comitiis Ratisbonenſibus ubi de tranſlatione Electoratus Palatini actum. 442, 1. & ſeqq.
Caraffa reprehenditur. 450,12
ex Caraffa literis ad Hyacinthum Monachum & Archiepiſcopum di Patras totum negotium proſcriptionis Friderici apparet. 432, 22 & ſeqq. uſque ad 43.
Caraffa docet in quam parva æſtimatione Elector Saxoniæ apud Pontificios ſit. 455, 44. & in quam magna Bavarus. 455, 45
Cardinalis Ludoviſii litera ſupra negotium Friderici Regis. 459. 13, & ſeq. uſque ad fin.
Cauſa juſtitiæ & innocentia impulit authorem ad ſuſcipiendam hanc advocationem. 12,28
Cauſa Palat. hæc totius Imperii, imo univerſæ Europæ ſalutem concernit. 12,30
Cauſam ſui Principis agere lex divina & humana præcipit. 13, 41
Cauſa noſtra plurimi aſſertores ſunt, qui autorem ingenio, experientia & ſcientia ſuperent, propter cauſas tamen graviſſimas tacent. 13,37
Cauſam orare pro inermibus contra potentes bonorum poſſeſſores periculoſum eſt. 10, 22
Civis unius impertinens dictum & opinio non eſt extendenda ad omnes concives, quaſi ejuſdem eſſent ſententiæ. 12, 35
Comes propriè non cenſetur, qui non habet territorium. 302,80
Comites Palatini præ cæteris hoc præeminentiæ decus ſingulare ſibi conciliarunt, ut ipſi Imperatores non dedignentur ſuper cauſis, de quibus impetuntur, coram Comite Palatino reſpondere. 322, 76. & quod, vacante Imperio, Comes Palatinus Rheni eſſe debeat Proviſor Imperii, ibid. n 77
Comites Palatini in poſſeſſione jugi officii & juris Archidapiferiæ per tria integra ſecula permanſerunt. 329,14
Conſiliario & ſervo nihil honeſtius & dignius, quam heri & Principis ſui res, cauſam, dignitatem & commoda tueri. 13,40
qui non Contradicit patiendo & tacendo præſumitur juri ſuo renunciare & conſentire. 15, 56
Conſtitutio fractæ pacis ut locum habeat quæ requirantur. 354,10
In Conventu Mülhuſiano quid actum. 376, 1, & ſeqq.
Conſtitutiones Imperii ſeu Receſſus ſunt decreta comitialia per Imperatores & Ordines ſancita. 26, 131
Inter quas præcipua ſunt 1. Ordinatio Cameræ. 26, 132. 2. Conſtitutio Religionis, quâ ſancitur neminem religionis cauſa moleſtandum. 26, 133. 3. Conſtitutio de pace publica, quæ ſub pœna banni omnis violentia dolo malo & armata manu commiſſa punitur. 26, 134. 4. Conſtitutio ſuper momentanea poſſeſſione. 26, 135. 5. Conſtitutio pignorationis. 27, 136. 6. Conſtitutio arreſtorum. 27, 137. 7. Conſtitutio ex l. diffamari. 27, 138
Conſtitutiones & leges Imperii per modum contractus inter Imperatorem & Ordines rogantur, ut eo firmiores ſint. 27, 139
Conſtituta quæ etiam non ita benè ſunt ab antiquis, tolerare ſatius eſt, quam cum Reipublicæ diſcrimine movere. 75,33
Contrahere in feudo quid. 149, 49
Contrahentium qualis eſſe debeat conditio. 50
Contractus natura. 51, 1. & ſeqq.
Condemnatio Vaſalli ex contumacia non præjudicat ſucceſſori in feudo. 249,34
Conſuetudo pro lege habetur. 280, 15. & ſeq.
Confraternitatum pacta inter quaſdam illuſtres Principum Domos habent vim contractus & legis ex Cæſarea confirmatione. 283,36
In Conventu Ratisbonenſi quid actum, & quomodo proceſſum. 382, 79. & pag. 389, 17. & ſeqq.
Criminis veri exprobrationem, ſi Reip. intereſt manifeſtum fieri, à peccato & injuriarum actione liberat. 23, 113
Crimen Patris non notet filio etiam in læſæ Majeſtatis maleficio, ſi feudum alitus & ejus generi ſit conceſſum, 54, 63
Crimen ultimi Vaſalli non poteſt extendi ad noxam ſuccedentium primo inveſtito.. 143, 0

D.

QVi Damnare poteſt & abſolvere poteſt. 365, 102
Dedecus, crimen & damnum fore, ſi Filii Friderici Palatini relinquerentur abſque defenſione. 12, 30
Defenſor & inſtructor eo quoque caſu admitti debet, quando Procurator intervenire non poteſt. 20, 92
Defenſionem hominis cujuſvis ſuſcipere licitum. 21, 95
Delictum unius, non notet alteri in feudo conceſſo ge-

ſo generi, maximè ſi ſunt regalia conceſſa. 53, 54

Delictum patris filiis & familia non nocet, quando jus ipſis eſt quæſitum. 53, 55

Delictum patris non poteſt in feudo ex pacto & providentia præjudicare filiis. 54. 59

Delinquens pater, etiamſi in perſonam Domini delinquat, directò non præjudicat filiis, ſi conſtet ipſis acquiſitum feudum. 54, 61

Delictum Vaſalli quando noceat ſucceſſori. 214, 1. & ſeq.

In qualicunque delicto omnia jura mundi requirunt, ut dolus malus & lædendi voluntas appareat. 353, 1

Difficile eſt coram judicibus armatis, ſuſpectis & hoſtibus agere. 10, 19

Dignitas apud unum remanens illuſtrior eſt & cedit commodo ſubditorum. 134, 8

Dignitates non capiunt ſectiones. 135, 16

Dignitatum conſervatio fit per bonorum conſervationem. 137, 25

Dignitas liberis à Majoribus quæſita confiſcari non poteſt. 305, 101

Diligentia in omnibus rebus, maximè in cauſis defendendis plurimum valet. 17, 67

Diviſio atterit patrimonia. 139, 9. diſcordiam gignit. 135, 10

Doctorum dicta ſunt tantum probabilia non authentica. 274, 73

Domeſtici Vaſalli & familiares jurant, ſe defenſuros juſtas ſuorum dominorum cauſas & exiſtimationem. 14. 44

Inter Dominum & Vaſallum mutua eſt obligatio, & judicatur uterque ad paria. 43, 274

Dominus in iiſdem cauſis privatur proprietate, ex quibus Vaſallus feudo. 44, 275

Dominus majorem habet poteſtatem in ſubditum, quam in Vaſallum. 44, 279

Dominus debet Vaſallum ad judicium Parium Curiæ vocare, ſi feudo Vaſallum dicit privandum. 45, 291

Dominorum pluralitas non eſt bona. 138, 32

Dominos habere potentes & nobiles, intereſt ſubditorum. 139, 33

Sub Domino potentiori vivitur ſecurius. 139, 34

Dominus alienando feudum cadit proprietate. 165, 30

Nullus eſt Ducatus in Imperio, & perpauci admodum Comitatus, qui allodiali jure cenſeantur, & cujus non ad minimum Regalia ab Imperio recognoſcantur. 303, 85

E.

Electoratus non dividuntur. 34. 183

Electoratus eſt regale individuum ex pacto connexam habens cum territorio dignitatem, 34, 184

Electoratus ſeptem ſunt in Imperio, at diverſas habent ſucceſſiones. 34, 186

Elector eſt, qui Electoratum legitimè conſecutus eſt & obtinet. 34, 188

Electores ſunt Ephori Generales Imperii. 35, 189

Electores columnæ & baſes Imperii vocantur. 35, 190

Electoratu qui injuſtè dejectus eſt, eſt & manet Elector, & retinet dignitatem, licet ſpolians jus ejus & poſſeſſionem naturalem uſurpet. 35, 191

Electores & Duces Germaniæ Regibus comparantur, & pro Regibus habentur. 36, 195

Electoratus & Principatus in Imperio feuda ſunt regalia dignitatum. 50, 3

Electores & Principes Imperii non hæreditario, ſed primogenituræ acquiſito & proprio jure ſuccedunt. 50, 8. neque beneficio patris, ſed proviſione legis & ex pacto majorum & virtute primævæ inveſtituræ Principatus conſequuntur. 50, 10

Electoralis dignitas non ſine cæterorum Electorum præjudicio ſeparatur à ditionibus illi annexis. 56. 1.

Electionis jus, vox & poteſtas ad primogenitum pertinet legitimum, vel hujus primogenitum, ex Aurea Bulla. 58, 13

Electoratus omnes & in ſpecie Palatinus ſunt regalia feuda Imperii ex pacto & providentia majorum, quæ ſcindi nequeunt. 61, 25

Electorale officium & poteſtas unita eſt ditionibus & manere debet in æternum ex ſanctione Aureæ Bullæ. 61, 26

Electores virtute Principatuum ſuorum habent jus, vocem & poteſtatem Electoralem. 62, 30

Elector Saxoniæ & Brandenburgi contra Filiorum Friderici excluſionem proteſtati ſunt. 318, 46

In Electoratu Palatino certus fundatus eſt ſuccedendi ordo, jureque primogenituræ corroboratus. 321, 67

Electores & Principes Imperii in cauſis quæ ipſorum honorem, vitam, ditiones & feuda attinent, non poſſunt à ſolo Imperatore, ſed per Pares Curiæ judicari. 375, 46

Elector Saxoniæ in Senatu palàm profeſſus proſcriptionem Friderici ſine ſuo conſilio inſtitutam, ac alium meritò proceſſum obſervandum fuiſſe. 362, 82

Electores Mulhuſii quidem fuerunt convocati, ſed ibi de proſcriptione Friderici, minus de tranſlatione Electoratûs, nihil cogitatum. 370, 39

Elector Saxoniæ palàm diſſuaſit Cæſarem non poſſe ſine conſenſu Electorum, proſcriptionis ſententiam ferre. 370, 43

Electores Saxoniæ & Brandenburgi proceſſum proſcriptionis cum requiſita forma & ſolennitate approbaſſe, nunquam demonſtrari poteſt. 393, 76

Sub quibus conditionibus Electores Saxoniæ & Brandenburgi in tranſlationem Electoratûs in Bavarum conſenſerint. 393, 78. & ſeq.

Electorum Saxoniæ & Brandenburgi conſenſus in tranſlationem Electoratûs in Bavarum, ex quibus fundamentis ſit nullus. 394, 86. uſque ad finem.

Electoratus Palatini tranſlatio, quo argumento defendatur jure facta, ejuſdemque eliſio. 398, 1. uſque ad fin. ſeq. cap.

Electo-

Electoratus Palatini tranſlatio quam intentionem habuerit. 479.27

Electores Saxoniæ & Brand. non pro legitimis Electoribus habendi ſunt ex ſententia Papæ. 481,35 *rationes vide ibidem.*

Emtor malæ fidei precium à venditore non recuperat. 175,11

Error, nullitas & injuſtitia in judicando & reſcribendo commiſſa allegari & refutari poteſt citra ignominiam judicantis aut reſcribentis. 18,70

Ab Executione incipiendum non eſt. 347,121

Ad videndum fieri Executionem pars eſt citanda. 378,43

Executio contra Fridericum quare ſit nulla. 377,29 *& ſeqq.*

Experiri omnes omnia in Repub. & in rebus laude dignis par eſt. 17,65

F.

FAmiliarum nitor ut ſervetur ſalvus, publicè intereſt. 137,27

Ferdinandi II. zelus in promovenda religione Pontificia. 427,1.& ſeq.

Ferdinandi Imperatoris literæ negotium proſcriptionis Friderici tractantes. 457,1.& ſeqq.

Feudalis materia eſt difficilis. 8,5. *ingenia virorum magnorum exercuit.* ibid.

Feudalium rerum controverſiam conſtitutionum feudalium gnari tantum decidere poſſunt. 8,6

Feudales conſuetudines totius Imperii leges fundamentales continent. ibid.

Feudorum materia privatim & publicè utilis eſt. 8,7

In Feudorum materia jus publicum magna ex parte conſiſtit. ibid.

Feuda fulcra Germanico-Romani Imperii nuncupari deſiderant. 8,8

Feudorum doctrina tractat partem Politices illuſtriorem. ibid.

Feudorum doctrina multis commentariis expoſita eſt. ibid. *perplexa eſt & confuſa.* ibid.

Feudorum libri multa continent ambigua & abſurda. 9,10

Feudiſticorum librorum Interpretes diſſident maximè. 9,11

Feudorum variæ conſuetudines ſunt & leges. ibid.

De Feudi definitione magna eſt inter Feudiſtas digladiatio. 28,143. *Definitio tamen Oberti communiter eſt approbata* 28,144. *Vultei & Boceri naturæ feudorum eſt conveniens.* 28,145

Feudorum ſunt multiplices diviſiones, autor ſaltem eas delibat, de quibus mentionem in opere facit. 28,146

Feudum hæreditarium eſt, quod conceſſum eſt factâ hæredum mentione. 29,147. *in quo ſuccedit jure hæreditario non ex providentia legis feudalis.* 29,148. *eſtque duplex, vel merè vel mixtè hæreditarium.* 29,149. *illud ad extraneos, hoc ad deſcendentes maſculos tantum tranſit.* 29,150

De Feudo hæreditario judicandum ſicut de aliis rebus hæreditariis. 29.151

Feuda in Anglia, Gallia, Hiſpania & Burgundia ſunt inſtar patrimonialium, & quoad ſucceſſionem & jus fruendi, nihil ferè differunt à bonis hæreditariis. 29,152

Feuda ibidem vendi, alienari, donari, ad extraneos transferri & confiſcari poſſunt. 30,153

Feudum ex pacto & providentia eſt illud, in quo ſuccedit jure ſanguinis ex diſpoſitione legis feudalis. 30,155

Feudum receptum pro ſe & hæredibus feudalibus vel maſculis hæredibus eſt feudum ex pacto. 30,156

Feuda pleraque nobilia in Germania, ſunt feuda ex pacto. 31,158

Feudum ex pacto nullam habet qualitatem hæreditariam. 31,160. *ideò nec alienari, legari, in dotem dari, nec confiſcari, aut ne pro redimenda anima alienari poteſt.* 31,161

Feudum nec jure, nec appellatione hæreditatis venit. 31,162

Feudum non applicatur fiſco. 31,163

In Feudo tot ſunt conceſſiones quot perſonæ. 32,164

Feudatario mortuo extinguitur illius jus & uſumfructus, quem habuit tantùm ad dies vitæ, 32,165

Feudum ex pacto aliud eſt in perſona feudatarii, aliud in perſona ſucceſſoris. 32,166

Feudum unicuique conceditur ad vitam. 32,167

Feudum unuſquiſque capit ex propria donatione. 32,168

Feudum ex pacto eſt vel hæreditarium vel non hæreditarium. 32,169

Feudum paternum vetus vel avitum, quod ab aliquo aſcendente acquiſitum eſt. 32,170

Feudum novum quod quis primo acquiſivit. 32,171

Feudum vetus præſumitur in dubio potius quam novum. 32,172

Inter Feuda hæreditaria & ea quæ ex pacto, magna eſt differentia. 33,176

Feudum regale ſeu dignitatis, ab Imperatore conceditur, cum annexa dignitate regali vel electorali vel ducali. 33,177

Feuda omnia, quæ Principes Imperii habent, ſunt feuda dignitatum. 33,178

Feuda dignitatum ſunt vel ſæcularia & dicuntur vexillifera, vel Eccleſiaſtica. 34,179 & 180

Feuda dignitatum regulariter dividi non poſſunt. 34,181

Feuda quædam dignitatum per conſuetudinem dividuntur. 34,182

Feudale beneficium latè contra concedentem explicandum eſt in favorem Vaſalli. 41,241

Feudum receptum pro hæredibus ex conſuetudine eſt feudum ex pacto non hæreditarium. 41,243

Feudum habent ex pacto acquirentis & ex proviſione dantis omnes ſucceſſores, etiam filius. 41,246

Extra feudum eſt, ſi quæ qualitas hæreditatis in filio conſideretur. 41,247

Feudum debetur jure ſucceſſorio feudali. 43, 269
Feudale beneficium condit Dominus. 43, 271
Feudum non tribuit juriſdictionem. 44, 280 *neque imperium Domini in Vaſallum.* 47, 281
Feudi pace in Dominum fracta, ex jure feudali eſt agendum, quoad privationem feudi. 46, 301
Feuda in Gallia, Anglia, Hiſpania & alibi extra Imperium, redacta ſunt ad inſtar patrimoniorum & jure hæreditario veniunt. 50, 4. *hinc ea etiam in Germania non ſecus ac alia bona allodialia & hæreditaria confiſcari poſſe vulgus autumat.* 50, 5. *in eo quoque Iuriſconſulti errant, ac propterea non immeritò ab aliis reprehenduntur.* 50, 6
Ad Feudi ſucceſſionem non hæreditas, ſed natura vocat Vaſallum. 5, 20
Feudum ex pacto eſt munus generis, non donum parentis. 51, 25
Feuda dignitatum & antiqua habentur ex providentia legali. 51, 27. *magis beneficio dantis quam patris.* 52, 28
Feuda non confiſcantur, publicatis etiam bonis Vaſalli. 52, 33
In Feudo conceſſo generi, delictum unius non præjudicat eis, qui non hæreditario, ſed potius genitura jure, & ex tenore inveſtituræ ſuccedunt. 52, 39
Feudum regulariter ſua natura progreditur ad deſcendentes ex proviſione legali vel conſuetudinaria, non ut hæreditarium. 52, 40
Feuda neque jure neque nomine hæreditatis veniunt. 52, 41
Feudalium bonorum natura ab aliis planè ſeparata eſt. 53, 42
Feudum in dubio præſumitur pactionatum non hæreditarium. 53, 44
Feudum defert ad poſteros primus ſtipes. 53, 52
Feudum eſt munus generis, non donum parentis. 53, 56
Feudum receptum pro ſe & filiis, patre delinquente, his ſtatim acquiritur. 54, 62
In Feudo antiquo pactionato per delictum in ipſum Dominum commiſſum non præjudicatur filio. 54, 64
In Feudali diſciplina maſculi ſolum denotantur ſub hæredis nomine. 95, 46. *& quidem filii & deſcendentes mares, ex primo acquiſitore.* 95, 47 *etiamſi in inveſtitura dicatur pro hæredibus quibuſcunque.* 95, 48
Feuda omnia, jura & dignitates, quæ à lege, conſuetudine & inveſtitura tribuuntur, pleniſſimè acquiruntur primogenito, nec opus eſt ullo alio temporis tractu. 119, 62. *in nativitate ipſa radicata & pura ſunt, executio tantùm ſuſpenditur.* 119, 63
Feuda majora dignitatum ad ſolum primogenitum pertinent. 122, 5
Feudum in quo ſuccedit primogenitus æquiparatur feudo ex pacto. 123, 8
Feudum dividitur in hæreditarium & pactitium. 123, 9
Feudum hæreditarium quid. 125, 24. *improprie hæreditarium dicitur.* n. 25. *triplici modo conſideratur.* n. 26. *ideò licet interdum vocetur hæreditarium, non tamen obſtat, quin ſit ex pacto.* n. 27
Feuda ex pacto, etſi impropriè hæreditaria vocentur, nihil tamen hæreditarii juris habent. 126, 30. *nullo modo alienari, legari, minui, aut in alium, quam quem inveſtitura, lex & pactum vocat, transferri poſſunt.* 166, 32. *nec in obligatione generali bonorum aut petitione hæreditatis comprehenduntur.* 127, 33. *partim in jure hæreditati opponuntur.* 127, 34
Feudum ex pacto in petitione hæreditatis non venit, filio & agnato fas eſt illud amplecti, repudiatâ hæreditate. 127, 38
Feudi alienatio in agnatos remotiores etiam de conſenſu Domini fieri non poteſt. 162, 13
Feudum conceſſum ſibi & hæredibus maſculis vel per lineam maſculinam deſcendentibus, non eſt hæreditarium, ſed antiquum ex pacto. 129, 48
Feudum recipere pro ſe & filiis maſculis, vel pro ſe & hæredibus maſculis paria ſunt. 129, 49
Feudum ex pacto & providentia unde dicatur. 130, 55. *longè differt à feudo hæreditario.* 130, 56 & 57
Quæ attendantur in Feudo ex pacto. 130, 57 & 58
Feuda regalium dignitatum in Germania non admittunt ullam ſucceſſionem hæreditariam, ſed deferuntur ex lege Imperii ex pacto & inveſtitura. 131, 60
In Feudis qualis ſucceſſio. 131, 62
Feuda regalia juris publici ſunt, quæ everti non poſſunt citra Reipublicæ everſionem. 131, 63
Feudorum diſtractio familiarum nobilium eſt ruina. 138, 30
Feuda dignitatum quomodo acquirantur. 142, 1. & ſeqq.
Feuda & dominia diſtincta tot ſunt, quot Vaſalli; tot ſtipulationes primi acquirentis, quot ſucceſſores. 145, 22
Feuda dignitatum, Electoratus, Principatus quomodo deferantur. 148, 44. *non admittunt ſucceſſionem hæreditariam.* 148, 45
Feudum quid. 148, 46. *Romanis incognitum.* ibid.
Feudum perfectum. 149, 51
Feudi & ejus contractus natura. 156, 38. pag. 157, 39
Feuda nullo pacto aut titulo alienari poſſunt. 166, 34 & ſeqq.
Feudi alienatio, ſi in proximum jus habentem transferatur, tenet. 170, 59. *in remotiorem, proximioribus non conſentientibus, fruſtrà fit.* n. 60. & ſeq. & pag. 173, 1. & ſeqq.
Feuda ex providentia regalem dignitatem habentia non bello, nec procuranda pacis cauſa acquiri poſſunt, in præjudicium innocentium filiorum & agnatorum. 171, 64
Feudum alienatum rectè revocatur à filiis. 175, 4 & 16

& 16. & ſeqq. quod tamen intra annum à die ſcientia fieri debet. 179,35. & ſeqq.
Feudi revocatio quando fieri poſſit. 180,38. & ſeq.
Feuda antiqua nec propter crimen patris auferri poſſunt jus quaſitum habentibus. 183,1. & ſeqq. & pag. 205,1. & ſeq.
Feudum novum commiſſum redit ad Dominum, non ad filios. 196,1
in Feudis antiquis ſucceſſores dicuntur poſſidere titulo majorum. 206,12
Feudi natura in prajudicium eorum qui jus quaſitum habent, non poteſt alterari. 207,28
Feudum datum Patri & liberis in ſolidum, filiis & agnatis auferri non poteſt. 202,43
Feuda regalia nequaquam per fiſcum eripi poſſunt. 202,44
quando Feudum ad dominum directè offenſum non redeat. 231,12. & ſeq.
Feudales controverſiæ unde decidendæ. 263,2. & pag. 278,1. & ſeq.
Feudale jus quid tractet. 268,31. ejus difficultas. 269,43
Feuda regalia formam ſucceſſionis ex jure Francorum accipiunt. 272,58
in judicanda Feudi natura quid ſpectandum. 281,24
Feudum individuum & regale contra leges fundamentales ſcinditur, aut alienatur. 294,3
Filio licet repudiare hæreditatem patris & retinere feudum ex pacto. 33,173; & pag. 53,43
Filio liberum ſtare contractui. cujus virtute ſuccedat, & rejicere hæreditaria bona. 33,174
Filium & agnatum non teneri ſolvere æs alienum defuncti, ſi hæres non ſit. 33,175
Filius extra feudum eſt, ſi qualitas hæreditatis in ipſo conſideretur. 41,147
Filii non jure ſucceſſorio, ſed proprio beneficio dantis ſuccedunt. 43,265
Filii feuda habent ex proprio ordine mortalitatis, non per viam hæreditatis. 51,21. & jure genitura beneficio Domus ad eum pervenit. 51,22
Filii unius culpa alteri non nocet. 51,23
Filius vocatur non tantum ut filius, ſed & ut primogenitus. 51,26
Filiis natis dum parentes clientes libertate potiebantur, delicta horum non nocent. 52,37
Filius habet feudum ex contractu. 53,43
Filius ſecundum formam primæ inveſtituræ jus ſuccedendi habet. 53,45
Filii etiam in vita patris cum ipſo convaſalli ſunt, & ſimul dominii jus habent. 53,43. idem jus cum patre habent. 53,48
Filii in feudo non ſunt hæredes banniti, ſed primi acquirentis jure ſanguinis, non ſucceſſionis. 53,56
Filii Friderici R. non potuerunt privari jure ſuo. 55,3
Filius non luat iniquitatem patris. 85,25
Filii ſuccedunt æqualiter lege naturæ, civili, feudalique communi. 92,24. & ſeq.
Filia primogenita in ſucceſſionibus quæ jure primogenitura deferuntur nullum jus competit 94,37 ſed fratribus licet poſtgenitis. n. 38. niſi id vel lege vel conſuetudine introductum ſit. 94,41
Filius & agnatus ſuccedit in feudo ex contractu. 149 53. itaque liberum eſt renunciare hæreditati & ſtare contractui patris & agnati. n. 54. eo caſu non tenetur ſolvere debitum patris. n. 55
Filius vocatus ab inveſtitura non poteſt privari feudo ex bello cum patre geſto, ſive juſtum fuerit, ſive non. 171,65
Fiſco non eſt locus in Electoralia jura & ditiones. 56,2
Fiſcus lieni ſimilis, quo creſcente, decreſcunt cætera membra. 209,44
Fœmina excluditur in feudis regalium dignitatum regulariter, ſive extent maſculi ſive non. 95,44 licet hæredes dicantur. n. 45
Fœminæ feudorum incapaces ſunt ipſo jure. 95,49 & pag. 98,1
etſi Fœminæ ab initio feudum conceſſum ſit, tamen ſi maſculi poſtea nati ſunt, hi fœminis præferuntur. 96,51
Fœmina ſemel excluſa, perpetuò excluſa manet. 96,52
Fœminæ ſuccedunt ubi conſuetudo, lex, privilegia eas vocent. 98,2. qualis conſuetudo in quibuſdam regnis viget. 99,8
Fœminæ, & omnes fœmina nati perpetuò excluduntur ubi ſucceſſio jure Francorum ſit. 101,16
Fœmina lege Voconia à ſucceſſione ſubmota. 170,56
Friderici Electoris Filii pupilli erant, cum Electoratus Palatinus confiſcaretur. 9,14
Fridericus R. ab initio ſtatim in abdicationem regni conſenſit. 76,39. ſed à Bavaro impetrare non potuit, ut ſe in gerendo Electoratu ſocium admitteret. 76,40
Fridericum non eſſe turbarum auctorem bellivè, omnes Electores teſtantur. 78,50
Friderici Filiis niſi Patris adverſa fortuna nihil objici poteſt, ac ideò odiis & ſævitia premuntur. 87,33
in Friderico condemnando nullus ordo judicii adhibitus fuit. 339,29
Fridericum citari debuit ad audiendam proſcriptionis ſententiam. 344,93
Fridericus conſtanter negat ſe dolo malo, aut offendendi animo regnum Bohemiæ accepiſſe. 345,108
Fridericus contra mandata caſſatoria & monitiones Electorum exceptiones ſuas oppoſuit. 376,8
Fridericus infucata benevolentia complexus eſt Bavarum. 429,15

G.

IN regno Galliæ etiam ad ſucceſſionem admittitur is, qui commiſit crimen læſæ Majeſtatis. 306,112
Galliæ Rex quomodo ſe in negocio Friderici, & tranſ-

tranſlationis Electoratus in Bavarum oſtenderit. 482, 42 & ſeqq.

Gallorum in ineundis fœderibus facilitas & inconſtantia. 464, 61

quid Gallus ex ſtudiis in Bavarum collatis reportarit. 464, 59

Generis ac ſanguinis opinio ad continendos in obſequio populos inſtrumentum eſt. 137, 28

Generis decus cuſtoditur per feuda & bona adunita. 137, 29

H.

HÆredis vocabulum in jure feudali ſumi regulariter pro hærede ſanguinis. 41, 242

Hæredum appellatione in feudo antiquo maſculus intelligitur. 41, 244

inter Hæredem hæreditatis, & hæredem ſanguinis diſtinguitur. 41, 245

Hæredibus Bannitorum, ſi cum læſo tranſegerint, infeudatio non deneganda eſt. 46, 300 *ſi verò in Dominum crimen commiſſum ſit, ex jure feudali agendum eſt quoad privationem feudi.* 46, 301

in Hæreditate nanciſcenda nulla apud Romanos differentia eſt inter maſculos & fœminas. 92, 26

de Hæreditario jure delato regno patrimoniali libera poſſeſſoris eſt diſpoſitio. 105, 49

Hæreditaria olim fuere multa regna, quæ hodie jure proximitatis circumſcripta ſunt. 150, 50

Hæreditatis Regum & privatorum diſpar eſt cauſa. 114. 36

Hæreditas nihil confert ad ſucceſſionem feudi. 124, 13

Hæredis nomen in feudo dignitatis de filio ut filio, non ut hærede intelligitur. 124, 21. *idque etiam juxta Germaniæ conſuetudinem.* 125, 22

Hæredis nomen quid comprehendat in materia feudali. 126. 28

Hæreditas quid? 127, 35

Hæres corporis quid? 129, 51

Hæredes ſanguinis à quo vocentur ad feudum. 143, 10

Hæreditatem qui ex ſua perſona capere poteſt, fruſtrà aliam aſciſcit. 147, 39

I.

IMperator ex contractu obligatur ad obſervationem legum fundamentalium & Conſtitutionum Imperii. 19, 79

Imperator contra Conſtitutiones Imperii nihil edicere & ordinare poteſt. 19, 80

Imperator modernus in capitulatione ſua, inter alia promiſit, ſe ſi quid alicui Principum injuſtè ademtum ſit, curaturum reſtitui. 26, 118 *item neminis vim illaturum, ſed lege experturum, ſi quam contra aliquem actionem habeat.* 26, 129 *item neminem proſcripturum inauditum, ſed juris ordinem ſervaturum.* ñ. 130

ſi Imperator in Principes hos qui ipſum certis conditionibus creant, non tantam poteſtatem, qualem alii Regibus abſolutioris potentiæ in ſuos Regulos, quos ipſi condunt, exercere licet, nemini mirum debet videri. 36, 198

Imperii pax hactenus in Aur. Bullæ obſervantia conſtitit. 71, 17

Imperator non poteſt juri ex feudo quæſito derogare. 156, 34, & 35. *nec poteſt alios quam in inveſtiturâ ad feudum vocatos, accerſere.* 156, 36

Imperator non poteſt alicui ſine legitima cauſa jus quæſitum auferre. 158, 45

Imperator Electores pro lubitu ſenatu movere non poteſt. 248, 24

Imperator ſi Electorem feudo privare velit, cæterorum Electorum exquiret judicium. 249, 36

Imperium ſemper eſt, etſi Gubernator illius eſſe deſinat. 252 56

Imperator Dominus feudorum Imperii eſt, quoad adminiſtrationem & diſpoſitionem. 252, 58

Imperator litem de feudo cum Vaſallo habens Parium judicio ſe ſubmittere tenetur. 253, 69

Imperator ab omni violentia in Electores abſtinere, & ſi quæ inter ipſum & Ordines κατ᾽ ἀλλήλους controverſia orivetur, eam dijudicationi ordinariæ ſubmittere debet. 357, 40

Imperator in rebus arduis & Imperium attinentibus ſine aſſenſu Electorum nihil poteſt decernere. 317, 45

contra Imperatorem tanquam caput Imperii aliquid moliens, ipſum etiam Imperium offendit. 245, 77

Imperator ita Reipublicæ curam gerere debet, ut regni utilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus jugiter ſervetur illæſus. 318, 44

Imperator ſi ipſemet pars ſit, cognitionem aliis delegare tenetur. 337, 12. & ſeq.

Imperii res, bona & dignitates ſunt totius myſtici regni, non autem in marſupio ipſius Principis. 364, 91

Indignationem juſtam & ægritudinem animi continere difficile eſt. 23, 116

Infantem innocentia conſilii tuetur. 9, 16

in Infantibus nulla deprehenditur culpa. 9, 17

Injuriæ qui non obſiſtit, cum poteſt, non minus in vitio eſt, quam ſi parentes & patriam deſerat. 14, 40

Injuſtitia in judicando & reſcribendo commiſſa allegari & refutari poteſt citra ignominiam judicantis aut reſcribentis. 18, 70

Injuſtum eſt odiſſe in aliis, quod quis in ſe ſuiſque probet. 20, 86

Injuria ex animo & affectu facientis dependet. 23, 115

Injuria non fit niſi dolo malo. 24, 116

Innocentem qui tuetur, majorem laudem promeretur eo, qui nocentem aliquando defendit. 20, 88

Innocentes defendi publicè intereſt. 20, 89

Inno-

Innocentia non veretur indignationem judicis. 21, 103
Innocentia fides maximam habet ſecuritatem. 21. 104
Iojadas Sacerdos laudatur in Sacris, quod Regem Ioas puerum defenderit contra Athaliam uſurpatricem regni. 13, 42
Inveſtitura eſt actus quo Dominus Vaſallo feudum tradit, vel ejus poſſeſſionem acquiſitam confirmat. 38, 208
ſine Inveſtitura nullum feudum inſtituitur. 38, 209
Inveſtitura eſt novi vel veteris feudi. 38, 210
Inveſtitura veteris feudi impropriè ſic vocatur. 38, 211. *eſt redintegratio & confirmatio primaria.* n. 212. *nihil tribuit, ſed confirmat quod invenit.* n. 213
Inveſtire Vaſallum ſi Dominus malitioſè ceſſet, perdit jus ſuum. 39, 219. *proprietatem amittit, ſi intra annum non inveſtiverit.* n. 220
Inveſtitura eſt propria vel abuſiva. 39, 221. & ſeq.
per Inveſtituram abuſivam non quidem traditur poſſeſſio, ſed datur authoritas eam apprehendendi. 39, 224. *& dominus fide obſtringitur ad praciſè tradendum rem inveſtitam.* n. 225. *ſi moras nectat, cogitur refundere Vaſallo omne id quod ejus intererat, ſi feudum protinus eſſet adeptus.* n. 226. *non liberatur oblata compenſatione, ſed rem ipſam tradere tenetur.* 40, 227. & ſeq.
Inveſtitura ſimultanea quid. 40, 229. *vocatur* Geſambte Handt. n. 230. *inventa, ut feudum in familia maneat.* n. 230
Inveſtitura prima omni caſu ſpectanda. 40, 232. & pag. 207, 22. *ejus qualitates cenſentur repetita in renovatione feudali.* n. 233. *eſt radix omnium ſequentium.* n. 234
Inveſtitura tenor derogat omni natura feudorum. 40, 235. *ante omnia reſpiciendus.* n. 236. *oſtendit vim contractus.* n. 237. *non reſtringendus, ſed definitè interpretandus.* n. 238. & pag. 41, 240
Inveſtitura eſt contractus. 40, 239
Inveſtitura praſcribit formam ſuccedendi in feudo. 101, 15
Inveſtitura ultima vocatur renovatio inveſtitura. 146, 35
à Iudicato, non receditur. 15, 57
Iudicis boni eſt prius audire quam judicare. 367, 7
Iudex non ſervato juris ordine privatus cenſetur. 368, 10
Iudex recuſatus non poteſt ulterius procedere. 378, 37
Iudex is libenter damnat, qui citò: iniquè punit, qui nimis. 381, 76
Iudex ſit fortis, verus, aquus, honeſtus. 381, 78
Iureconſulti veritatis obſervatores eſſe debent. 21, 102
Ius competens, ne quidem à Principe auferri poteſt. 24, 119. & pag. 42, 253. & ſeqq.
Ius acquiſitum tribus modis dicitur 41, 248
Ius ſucceſſionis acquiritur ex lege contractus vel ex inveſtitura. 41, 252
Ius ſanguinis reſpicit primum acquirentem, jus hereditatis proximum defunctum. 42, 259
Ius formale eſt quaſitum filio beneficio Domini, non facto Patris. 51, 17
Ius ſanguinis, quo filius ad feudum venit, eſt immutabile. 51, 18
Ius ſanguinis habetur jure conventionis. 51, 19
Ius virtute prima inveſtitura quaſitum tolli non poteſt. 52, 31. & pag. 133, 1
Ius commune mare i praſert. 100, 12
Ius & dominium à lege datum irrevocabili modo datur. 118, 61
Iure Francorum & Longobardorum vivere quid. 134, 45
Ius quaſitum alicui ſine ipſius facto auferre nefas. 153, 17. & ſeqq. & pag. 166, 32
In judicandis cauſis ad rationem legis & conſuetudinis reſpiciendum. 284, 43
Iura regalia non inharent perſona mortali, ſed rei, regno. 295, 9
Iuſtitia & innocentia ſunt vulgi ludibria. 10, 22
Iuſtitia maxima qua? 151, 1

L.

U*Nicuique Laſo per leges Imperii permiſſum eſt conqueri, nullitatem commiſſam refutare, & injuſta ſententia reſciſſionem petere.* 19, 82
Leges fundamentales violare ſacrilegium eſt. 70, 15
Leges Majorum ſi licet ſubvertere, nihil ſtabile eſt in Imperio. 57, 32
Lex Quiſquis C. ad L. Iuliam Majeſt. *ad bona feudalia, qua jure proprio debentur, non extenditur.* 186, 24. *nec locum habet in natis ante delictum patris.* ibid. & pag. 52, 35
In interpretandis Legibus feudalibus & Imperialibus ad Electores Ordineſque Imperii recurrendum eſt. 285, 47
Pœna Legis Quiſquis *nunquam executioni mandata.* 288, 73
Legi ſenſus perverſus non eſt affingendus. 314, 10
Lex Quiſquis *Aurea Bulla non à Carolo, ſed ab aliquo exſcriptore inſerta.* 316, 24
Ludovicus Palatinus juſto titulo ad Electoratum pervenit. 59, 20. & pag. 60, 21
Ludovicus Imperator ſponte à tranſactione Papienſi receſſit: ejus quoque filius declaravit Electoratum Palatinatui annexum eſſe, & ſoli primogenito deberi. 73, 23
Acceſſit poſteà caterorum Ducum Bavaria patientia. 74, 24
Ludovicus diſpoſuit, ut filii alternis vicibus Electoratûs officium exercerent. 328, 8

M.

Magiſtratui parere ratio officii & præceptum Dei ſuadet. 16, 60
Magiſtratum, deprehenſa nullitate & admiſſa informatione, emendaturum quæ perperam juſſit, ſpes eſt. 18, 72
Magiſtratuum juſſus, ſi quid perperam actum, excuſat. 22, 108
Magiſtratum aſſequi turbata Republica facilè eſt. 76, 36
Mandato caſſatorio nemo tenetur parere, qui juſtam excuſationem habet. 377, 30
Maſculi non jure ſucceſſionis aut pro hærede, ſed proprio beneficio dantur in feudis ſuccedunt. 52, 29 & virtute prima inveſtitura in qua ſunt vocati. n. 30
Maſculis potius quam fœminis dignitas defertur in pari gradu. 94, 39
Materia quam tractamus difficilis eſt. 8, 3. explicata eſt perſpicua. n. 4
Maximilianus Imperator ſe Regem Regum dixit. 36, 197
Maximilianus Imperator peſſimo exemplo & periculo fore judicavit, ſi Bavaris dignitat Septemviralem concederet. 330, 26
difficilius nonnunquam aliquid Minuitur quam tollitur. 159, 51
quod ex toto adimi nequit, id neque Minui jus eſt. 166, 33
Multa à ſcribendo auctorem abſterruerunt, potiora tamen invitarunt. 8, 2

N,

Naturæ prærogativa, fulcrum eſt prærogativa juris. 91, 19
Nomina dignitatum imponuntur ſecundum originalem rationem. 296, 14
in Notoriis non ſervatur ordo juris. 341, 69
multa dicuntur Notoria, nec tamen ſunt Notoria. 342, 80
in declaratione Notorii pars debet citari, alias ſententia nulla eſt. 343, 83
in Notoriis quando requiratur citatio. 344, 97

O.

Ad Ordinem judicii quæ requirantur. 339, 32

P.

Pacta privatorum non poſſunt derogare juri publico. 65, 39
Palatinis falsò imputatur, quod per ruinam & excidium Imperii & Ordinum cupiant redemtum Palatinatum. 12, 34
Palatinis & Palatinicarum partium ſtudioſis in opprobrium ceſſiſſet, ſi nullus ſurrexiſſet ad defendendam cauſam ſuorum Principum. 13, 36
Palatinus Comes inter Principes Imperii præeminet, & habet peculiaria & majora privilegia quam ullus alius. 36, 200
Palatinus Comes una cum Saxone eſt Vicarius Imperii, mortuo Cæſare. 37, 201. eſt ſolus judex competens Cæſaris, ſi conveniendus ſit. n. 202
Comitis Palatini titulus longè major quam Ducis & Principis. 37, 203
Comes Palatinus, Imperatore abſente, eſt Vicarius generalis per totam Germaniam, Galliam & regnum Arelatenſe. 37, 204. ratione officii eſt Imperator belli, ſi quod Imperium gerat. n. 205 in Collegio Septemvirali inter Proteſtantes primus eſt & conſiliorum director, oppreſſorum defenſor & protector honorarius. n. 206
Comite Palatino ſalvo æquilibrium in Imperii lance conſervari, eo remoto, è lance totam harmoniam collabi. 38, 207
Palatinatus Electoralis ad Cæſarem jure confiſcationis non eſt devolutus, nec proinde ab ejus ſucceſſione Liberi excludendi ſunt. 50, 7
in Palatinatu Septemvirali jus primogenituræ conſtitutum eſt. 57, 11
Palatinorum Electorum legitima ſucceſſio de primogenito & ſeniore in alium primogenitum & ſeniorem fit. 58, 19 & 60, 22
in Palatino Electoratu ſucceſſionis ordo quoad fratres & collaterales eodem modo fit, ut ſenior & primogenitus hujuſque filius in directa linea genitura ſuccedant. 60, 23
Palatinatus Electores, & Ludovicus Palatinus ejuſque primogeniti declarati ſunt veri hæredes per Sigiſmundum Imperatorem & Electores. 61, 24
Papa, nec Imperatoris reſcriptum poſſeſſionem violentam non confirmat. 35, 192
Papienſis tranſlatio nulla eſt, nec unquam obſervata. 64, 38
Partes controvertentes quæ ſint in noſtra controverſia. 9, 13.
Pares Curiæ, qui ab eodem Domino feuda tenent, ſunt judices in controverſiis feudalibus inter Dominum & Vaſallum. 44. 284, & ſeq.
Pares Curiæ in Germania ſunt Compares Vaſallo de quo judicium ferendum, indeque vocantur Pares. 44, 286. & judicium hoc vocatur Fürſtenrecht. n. 287
coram Paribus ipſe Imperator ſtare tenetur. 45, 290
Pares ubi fuerint cum Fridericus condemnaretur. 45, 292
Pater non poteſt in legitima filio præjudicare. 219, 33
Patris delictum nec jure civili filiis obeſt in iis quæ à majoribus acquiſita ſunt. 202, 40
Paterni criminis exempla in filiis metuuntur. 224, 73
Parentes magis terrentur in perſona Liberorum quam propria. 225, 78
Patris delictum quando non officit Liberis & agnatis. 235, 34

Patris

Patriis crimen in feudo antiquo non nocet filiis ante reatum natis. 245,1
Periculum non eſt metuendum ſi juſta facimus. 21,94
Peregrinus ad regnum non vocandus. 136,23
Perſarum rex Conſiliariorum non ſententias, ſed approbationes exquirit. 388,8
Pœna in re dubia excludenda. 210,58
Pœna in Aurea Bulla transgreſſores conſtituta. 71,16
Pœna non egreditur perſonam delinquentis. 85,26
Poſſeſſio ſua etſi injuſta nemini ſine cauſa cognitione auferenda. 356,25
de Poteſtate ſummi Principis diſputare ſacrilegium. 18,69
Poteſtas Principis ſumma juſtitia cautellis coërcetur. 19,78
Præfationum neceſſitas. 47,306
ex ſola Præſumtione aut ſuſpicione nemo gravandus. 225,81
Principes ſæpè malè informantur, indeque contra jus decernunt. 18,73
Princeps contra jus diſponens non præſumitur juſta cauſa motus. 18,74
Princeps circumventus præſumitur, ſi contra leges quid præceperit, 18,75
Principes & leges juſtitiæ cauſa conſtituti ſunt. 18.77
Princeps etiam ſupremus ligatur ſua ſtipulatione, 27,140. & pag. 152,5. nec poteſt contravenire contractui vel ex plenitudine poteſtatis. 28,142. & pag. 152,8. & ſeqq.
Primogeniti habent feudum à concedente ex pacto & providentia 51,24
Primogenito ſine hæredibus & fratribus mortuo patruus ſuccedit. 58,14
Primogenito fatuo aut aliàs inhabili ſecundogenitus ſuccedit. 58,15. & pag. 81,9. & 10.
Primogeniti jus ſucceſſionis in domo Palatina confirmatum. 58,17
Primogenito ſucceſſio defertur gentium moribus & natura. 74,26. & pag 90,10. & ſeqq.
Primogenitus charior quàm poſtgenitus. 75,28
Quæ de Primogenitura jure in Aur. Bulla conſtituta ſunt, juri Divino, Gentium & Civili conveniunt. 80,1
Primogenitura jus cui competat. 80,2. habet fundamentum in Natura & lege Divina. n. 4. & pag. 92,20. nemini ſine ſuo facto auferri poteſt. 81,6. & ſeq. & pag. 84,18
Primogenituræ jus ei cui competebat Dei providentia conſervatur. 83,16
Primogenitus patruum excludit. 84,17
Primogenituræ jus quatenus à patre procedit, alienari poteſt. 84,19
Primogenitus Cain ob fratricidium, Adonias ob regnum affectatum jus ſuum perdidit. 85,22
Primogenituræ jus apud Hebræos. 85,27
Primogeniti ante inſtitutum cultum Leviticum ſacra adminiſtrarunt. 86,28
Primogeniti honoratiores. 86,29
Primogenituræ jus neglexerunt qui Fridericum proſcripſerunt. 86,30. alias non privaſſent ejus Liberos jure ſuo quæſito. n.31
Primogenituræ jus ſtatim in conceptione acquiritur. 88,1. nulla ratione per patrem. 89,2. nec quacunque poteſtate adimi poteſt. n.3. & 4
Primogenitus jure gentium imperium tenet. 89,6. feuda obtinet. n.7
Primogenituræ jus fulcrum regnorum & familiarum. 90,9
Primogenito inter Electores & Principes Germaniæ feuda dignitatum ſolido jure debentur. 90,13
Primogenitus in Gallia in caſtro ſuccedit. 91,14 ſic in Hiſpania Majoratu nihil uſitatius. 91,15
Primogenituræ jus in Galliam ſub Hugone Capeto introductum. 93,28
Vbi jus hoc introductum, ibi primogenitus ex aſſe ſuccedit, aſſignata cæteris in alimentum aliqua portione. 93.29. & 31. & 35
Primogenitus apud Longobardos Rex, fratres Duces vocabantur, tradito in alimentum certo territorio. 93,33. idem in Gallia obtinet. n.34
de Primogenito lex loquens non intelligitur de primogenita. 94,40
Primogenituræ jus regulariter ſpectatur in filio, irregulariter in filia in ſucceſſione regni & dignitatum. 94,42
de Primogenitis loca in Sacra Scriptura intelliguntur de maribus tantum. 95,43
Primogenitus Electoris proprio jure ſimul ac in lucem editus eſt, jus ſucceſſionis adipiſcitur. 115,39. & pag. 117,54
Primogenitura vocatur inſtantaneum & qualitas momentanea. 115,40
Primogenium in feudis vocatur legis providentia. 115,41
Ius Primogenituræ Electoratibus & eminentibus Principatibus annexum eſt. 115,43
Ius Primogenituræ in Electoratibus quale ſit. 116,50 & ſeq.
Ius illud primogenitus non à patre, ſed lege & inveſtitura habet. 117,52. ſpe quidem invariabili quæ tolli nequeat. n,53. & pag. 118,57. & vocari poteſt Sanitas regalis. 118. n. 58. quia vivo etiam patre quodammodò primogenitus Rex, Dominus & hæres eſt regni & Principatus. n,59. & jus hoc transmittit ad filium, extincto fratre. n. 60
Primogenia regulantur ad formam feudorum. 122,4
quare Primogenituræ jus inſtitutum ſit. 136,19. & ſeqq.
Primogenituræ origo & natura. 161,1. & pag. 162,11. & ſeqq. pag. 133,2. pag. 154,23. & ſeq. p. 155, 27. & ſeqq. pag. 156,33. & 37. p. 174, n. 4
Principatus alienari poſſunt ab eo, in cujus dominio & patrimonio verè ſunt. 111,22
Princeps dominium & jus ex contractu debitum auferre non poteſt: 153,14. & ſeq. jura ſanguinis

& ſucceſſionum dirimere non poteſt. pag. 205. n. 4.

Principes Germaniæ non ſunt propriè Imperatoris ſed Imperii Vaſalli. 250, 38

Privilegium datum loco, tranſit in ſucceſſorem loci. 304, 88

Proſcripti omnia jura & privilegia amittunt, & à quovis impunè occidi & defendi poſſunt: 46, 294

in Proſcriptionibus crimen quidem prætenditur, ſed vera cauſa nonnunquam opes ſunt. 209, 43

Probatio debet eſſe pernecеſſe. 225, 82

Proximitas conſideratur non reſpectu ultimi, ſed primi Vaſalli, à quo feudum originem habuit. 53, 51

R.

Regalia ſunt jura quæ Rex vel Imperator concedit in ſignum præeminentiæ. 35, 193

Regalia Electorum & Principum Imperii. 35, 194

Regalia unde vocentur. 294. 27

Regna, Electoratus & Principatus ſpeciali ſucceſſione deferuntur. 107, 61 remota hæreditaria qualitate. n. 62

Regnum nullum inter Chriſtianos hæreditarium eſt. 110, 10

Regna & Principatus non dependent à diſpoſitione hominis. 111, 16

Regni bona non eſſe alienanda, omnium regnorum lex fundamentalis eſt. 112. 27

Regna impropriè dicuntur hæreditaria. 114. 34

Reiteratio declarat ſtatuentium eundem voluntatem. 314, 3

Religionis conſtitutio in Germania, una eſt ex Conſtitutionibus Imperii. 126, 133

Renunciatio juris ſui tantum nocet renuncianti, non alteri. 170, 61

Repræſentatio non habet locum in feudo. 147, 40

Reſcripta contra jus elicita ab omnibus refutanda ſunt. 18, 71

Reſcriptum præſumitur obreptitium, quod in alterius cedit injuriam. 18, 75

Reviſionis remedium in Imperio conſtitutum, ut à Delectis ſententia examinetur, & vel emendetur, ſi nulla, vel confirmetur ſi æqua fuerit. 19, 83

Reus abſolvendus eſt, quando ſententiæ ſuffragantium ſunt æquales. 393, 70

Rex in regno ſuo plus juris habet quàm Imperator in Imperio. 30, 199

nullus Rex poteſt de regno ſuo ſive per teſtamentum ſive per contractum diſponere, illud dividere & tradere cui velit. 107, 63. nec poteſt primogenitum ſuum hæredem teſtamento facere. 107, 64

Rex Franciæ non poteſt ſucceſſorem regno privare. 222, 54

Regia dignitas non poteſt ſubſiſtere ſine regno. 304, 92

Romani de capite Civis per maximum comitiatum ſententias ferebant. 273, 66

Romano Imperio ſervire, eſt libertate potiri. 298, 37

S.

Salutem ſuæ urbis tantum cupientes, ac de communi ſalute parum ſolliciti, temerarii ſunt. 12, 33

Salus populi ſuprema lex eſto. 320, 62

Sententia quamvis injuſta tranſit in rem judicatam & cenſetur comprobata per ſilentium non reclamantis, 15, 56

Sententia, reſcripta & omnes actus per quos Elector & ejus fratres a ſucceſſione & jure excluduntur, nulli ſunt, quia per eos jus quæſitum aufertur. 24, 118

Sententia quæ imponit pœnam confiſcationis contra diſpoſitionem jurium, eſt nulla, etſi ab ea non ſit appellatum. 326, 102

Sententia proſcriptionis Friderici ipſo jure nulla eſt. 337, 5

Sententia ab incompetente judice lata, eſt nulla. 338, 26

Sententia contra abſentes & inauditos lata, eſt nulla. 347, 125

Sententia nulla nullo temporis curſu confirmatur. 368, 26 & ſeq.

Servitum eſt non defendere quem velis. 14, 43

Silentium nobis damnum in noſtra cauſa intuliſſet. 14, 47

Silentium teſtimonium tum agnitæ culpæ, tum diffidentiæ juris ſui, tum ſententiæ approbatæ præbuiſſe. 14, 48

Silentium & patientia alteri jus & titulum tribuit. 14, 49

Silentium ad ſublationem actionis competentis pro conſenſu habetur, quando fiſcus bona eripuit. 15, 52

Silentium annale, quando feudum alteri conceſſum eſt, habetur pro conſenſu. 15, 53

Solemnitas extrinſeca & ſubſtantialis non præſumitur. 370, 43

Subditis ſit injuria, ſi naturali Domino priventur & alieno tradentur. 139, 36

Subſtantialium defectus nunquam intelligitur remiſſus. 342, 77

Succeſſio eſt in locum alterius conceſſio. 42, 256 alia eſt ex jure feudali, alia ex jure civili. n. 257 illa eſt ex jure ſanguinis, hæc ex jure hæreditatis. 258

Succeſſor feudi omne jus ex prima inveſtitura repetit. 42, 260

Succeditur acquirenti primo non proximè defuncto. 42, 261

Succeſſores omnes ex primi acquiſitoris ſtipulatione capiunt feudum. 42, 262

ne Succeſſori præjudicium inferri poſſit, lex proſpicit. 43. 266. & ſeqq.

in Succeſſione feudali prima cauſa eſt liberorum. 43, 270

Succeſſionis jus filiis & agnatis nullo modo, nulloque facto prædeceſſoris, nec ob crimen patris auferri & confiſcari poteſt. 51, 11 & ſeq. pag. 104, 42

Succeſſio in primogenitis perpetuò obſervatur. 51, 13 & pag 58, 12

Succeſſio feudalis diſcrepat à civili. 51, 14 & ſeq. & pag. 115, 42

Succeſſor venit ex propria perſona conſiderata origine jure contractus. 53, 40

Succeſ-

Succeſſor non de inveſtitura prædeceſſoris, ſed de ſua agit, ſi ſuccedit. 58, 53
Succedendi jus in dignitatibus in ſolidum jure Divino, Canonico, & conſuetudine introductum eſt. 92, 22
Succeſſionis forma optima conſervandæ familiæ eſt, qua Lege Salica fundatur. 103, 32. *eadem ſucceſſionis forma in Germania.* n. 33
Succeſſio per genus expedit Populo, Reipublicæ, Principi, 104, 40 *approbata eſt jure divino.* n. 41
Succeſſio duplex. 105, 45 & ſeqq.
Succeſſio patrimonialis hodiè in nullo regno eſt. 109, 3
Succeſſio linealis alia Agnatica, 110, 5 & ſeqq. *alia Cognatica.* n. 8
Succeſſor in rebus patrimonialibus plenius jus habet quam Rex in regno. 111, 14
Succeſſor quidem dicitur ſucceſſionem habere à prædeceſſore ejuſque hæres eſſe, cum tamen jure ſanguinis & proprio, vi legis & conſuetudinis ſuccedat. 11, 15 & pag. 119, 66
Succeſſor quilibet ſuccedit jure proprio ſecundum proximitatem ſanguinis. 124, 18
Succeſſio ex jure primogenituræ ad firmitudinem Principatus facit. 139, 35
Succeſſor ſucceſſoris primi inveſtiti, eſt ſucceſſor primi inveſtiti. 144, 15
Succeſſio in infinitum ubi locum habeat. 145, 26 *ejus utilitas.* n. 28
Succeſſor in feudo quomodo ſuccedat. 146 29 & ſeqq.
Succedere in locum, & in jus alterius, differunt. 146, 33
Succedit in feudo quivis in inveſtitura prima comprehenſus, licet nondum natus ſit tempore primi acquirentis. 146, 36
Filius ſuccedit ex ſua perſona, non patris. 147, 38
Regula illa, Succedi primo acquirenti, non ultimo poſſidenti, explicatur. 147, 41 & ſeqq.

T.

TAcens licet non confiteatur, attamen non negat. 14, 50
quilibet in ſuo Territorio eſt Imperator. 298, 35
Terminus unius præceps non arctat, ſed ſententiam reddit nullam. 379, 52

V.

VAſallus ſi per annum ex quo ſcivit extraneum inveſtitum, taceat, deinceps non amplius auditur. 15, 54
Vaſallus ad quem feudum pertinet ſucceſſionis jure, ſi conſenſerit eos inveſtiri, ad quos non pertinet, nullum ad repetendum feudum regreſſum habet. 15, 55
Vaſallo licet exprobrare Domino injuriam eumque accuſare maleficii, ad ſui ſuorumque defenſionem. 23, 114
Vaſallus tenetur petere renovationem quoties Dominus vel Vaſallus mutatur. 38, 214 & *quidem intra annum & menſem.* n. 215. *Si omiſerit, feudo privatur.* n. 216. *niſi juſta cauſa excuſetur.* 39, 217 & ſeqq.
Vaſallus eſt qui beneficium accepit. 43, 272
Vaſalli majores, ut Reges, Electores, Duces vocantur Capitanei regni. 43, 273
inter Vaſallum & ſubditum multùm intereſt. 44, 276. & ſeqq. & n. 283
Vaſallus ex conſuetudine Germaniæ ſine venia vocat in jus ſuum Dominum. 44, 282
Vaſallum poſſe præjudicare delinquendo, cui non poteſt alienando, iniquum eſt. 52, 34
Vaſallus ultimus ſemper eſt primi acquirentis ſucceſſor. 144, 16
Vaſalli morte dominium utile finitur & ſucceſſio fit de novo. 145, 26
Vaſallus fortius jus in feudis quàm Dominus habet. 154, 19
Vaſallus in præjudicium filiorum & agnatorum de feudo antiquo fruſtra diſponit. 161, 8
Vaſallus habet limitatum dominium ad dies vitæ. 162, 10
Vaſallo non eſt conceſſum feudum antiquum alienare. 163, 10 *uſque ad* 29
Vaſallus feloniæ inſimulatus, ſi probare velit ſe dolo vel culpa carere, audiendus eſt. 354, 12
Vaſalli factum quando eſt ἀδιάφορον, poſſitque in bonam & malam partem accipi ſecundum intentionem facientis, tunc doli probatio incumbit Domino. 354, 14
VVenceſlaus Imperator ob hanc potiſſimum cauſam, quod feuda Imperii alienaverit, exauctoratus fuit. 364, 94
Verborum quomodo fieri debeat interpretatio. 324 92 & ſeqq.
Veritatem demerſam tenebris relinquere, peccatum eſt. 14, 45
Veritatem qui metu occultat, iram Dei provocat. 21, 97
Veritas ſi reticetur metu alicujus poteſtatis, pervertitur humanum judicium. 21, 98
pro Veritate pati ſupplicium melius, quàm pro adulatione recipere beneficium. 21, 99
Veritatis traditor etiam is eſt, qui liberè veritatem non defendit. 21, 100
Veritas opprimitur, cum negligitur defendi. 21, 101
Utilitas publica privata anteferenda. 320, 56

FINIS.

ANT 1318338

Errata inſigniora.

Pag.70.n.11. *pro* in Aureâ bulla, *l.* ex Aurea Bulla. p.203.lin.2. Si quis ambigere poteſt, ſi lege jubet ratio, Plaut. in prologo Amphitruonis. p.230.n.8.l.6. *pro* revovatio *lege* renovatio debeatur. p.289. *in argumenti lineâ* 13, *pro* teſtatur, *l.* teſtetur. & lin.20. *pro* exclamavit, *l.* exclamaverit. p.306.n.117. *pro* leat igitur, *l.* Valeat igitur. *pro* Va ſucceſſionum. *l.* ſucceſſionnm. p.346.n.117. *pro* regnati ad poſſidenti, *l.* regnanti ac poſſidenti. p.356.n.26. *pro* causâ cognita. *l.* incognitâ. p.358.n.50. *pro* ſe ad Pares, *l.* ſed ad Pares. p.363.n.90. *pro* dilaterent, *l.* dilatarent. p.368.n.19. *pro* quia ordo. *l.* quin ordo. p.372.n.48. *pro* ex ſuaſionem, *l.* & ſuaſionem. p.376.n.7. *pro* quitè ageret, *l.* quietè ageret. p.381.n.67. *pro* diligentia & Lelo, *l.* Zelo. ibidem *pro* acquiſiviſſe, *l.* anquiſiviſſe. ibid. n.75. *pro* abſcindondo, *l.* abſcindendo. ibid. Cunctatus din multumque, adde (:) *propter ſenſum.* p.384. n.89. *pro* propoſito. *l.* propoſitio. p.398. n.1. *pro* executionem damni. *l.* executionem banni. p. eadem. n.4. *pro* Electores Eccleſiaſti, *l.* Eccleſiaſtici. p.475. in fine *pro* mandatus eſſet, *l.* mandatum eſſet. p.481. lin.8. *pro* Electoratu, *l.* Electoratus. ibidem *pro* confirmavit, *l.* confirmarit. ibid.

XVIII
7
23

9526

XVIII
7
23